IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM. Ad similitudinem Gregoriani atque Hermogeniani codicis cunctas colligi constitutiones decernimus, quas Constantinus inclitus et post eum divi principes nosque tulimus, edictorum viribus aut sacra generalitate subnixas. Et primum tituli, quae negotiorum sunt certa vocabula, separandi ita sunt, ut, si capitulis diversis expressis ad plures titulos constitutio una pertineat, quod ubique aptum est, collocetur; dein, quod in utramque dici partem faciet varietas, lectionum probetur ordine non solum reputatis consulibus et tempore quaesito imperii, sed ipsius etiam compositione operis validiora esse, quae sunt posteriora, monstrante; post haec, ut constitutionum ipsa etiam verba, quae ad rem pertinent, reserventur, praetermissis illis, quae sanciendae rei non ex ipsa necessitate adiuncta sunt. Sed cum simplicius iustiusque sit praetermissis eis, quas posteriores infirmant, explicari solas, quas valere conveniet, hunc quidem codicem et priores diligentioribus conpositos cognoscamus, quorum scholasticae intentioni tribuitur nosse etiam illa, quae mandata silentio in desuetudinem abierunt, pro sui tantum temporis negotiis valitura. Ex his autem tribus codicibus, et per singulos titulos cohaerentibus prudentium tractatibus et responsis, eorundem opera, qui tertium ordinabunt, noster erit alius, qui nullum errorem, nullas patietur ambages, qui nostro nomine nuncupatus sequenda omnibus vitandaque monstrabit. Ad tanti consummationem operis et contexendos codices — quorum primus omni generalium constitutionum diversitate collecta nullaque extra se, quam iam proferri liceat, praetermissa inanem verborum copiam recusabit, alter omni iuris diversitate exclusa magisterium vitae suscipiet — deligendi viri sunt singularis fidei, limatioris ingenii; qui, cum primum codicem nostrae scientiae et publicae auctoritati obtulerint, adgredientur alium, donec dignus editione fuerit, pertractandum. Electos vestra amplitudo cognoscat: Antiochum virum inlustrem, exquaestore et praefectum elegimus, Antiochum virum inlustrem quaestorem sacri palatii, Theodorum v(irum) s(pectabilem) com(item) et magistrum memoriae, Eudicium et Eusebium v(iros) s(pectabiles) magistros scriniorum, Iohannem v(irum) s(pectabilem) ex com(ite) nostri

1 dd̄ n̄n *praem. gesta A* inp̄r *A* 2 ermogeniani *A* codinis *A* 3 generalitatem *A* 5 expressis A^b (?), expressi** A^a constucio u. pertinat *A* 6 collecetur A^a 6/7 probatur *A* 7 reputatis (*non* reputate A^a) *A* consubus *A* ethiam *A* 8 monstrantes *A* 10 simplcius *A* [i]ustisque T^a 11 ualere] A^b *T*, uenire A^a hunc] nunc *A* 12 compositis *A* 12/13 scoliasticae int. *T*, scolasticae (-tiae A^a) te int. *A* 13 ethiam illa *A*, illa etiam *T* quae (qua T^a) mandata] quem a data *A* desuetudine *A*, deconsuetudinem *T* abierunt] ambuerunt *A* 15 titulos *om. A* tractatcibus *A* et responsis *om.* T^a opera qui tertium *om. A* 16 nostre *A* nullas] nullus T^a ambagis *T* 17 nuncupatus] T^b, nuncupatur *A*, nuncupantur T^a siquenda T^a 18 generalium] geralium A^1 19 collecta] exclusa *A* quae *T* praetermissam *T* 20 recusauit *T* diuersitatem T^a 21 deligendi *T*, eligendi *A* singulares (-ri T^b) fide *T* limacionis *A* nostrae] nam e *A* 22 obtulerint] obtulent (*vel* -lentur) A^a adgrediendientur *T* dignus edictione T^a, digno sedicione *A* fuerint *A* T^a 23 electos] *A*, edictos *T* conplitudo *A* anthiocum *A* uirum inlustrem] ul T^a 24 praefectum] *scripsi*, praefecto *libri* eligimus *T* anthiocum *A* uirum inl̄. questorem sacri palacii *A*, ul sac p T^a, uirum inlustrem ex quaestore et praefecto (*praecedentibus repetitis*) T^b 25 teodorum *A* memoriae] milicie A^a 26 uu ss *T*, uiros expectabiles *A* expectabilem *A*

sacrarii, Comazontem atque Eubulum v(iros) s(pectabiles) ex magistris scriniorum et Apellem virum disertissimum scholasticum. Hos a nostra perennitate electos eruditissimum quemque adhibituros esse confidimus, ut communi studio vitae ratione deprehensa iura excludantur fallacia. In futurum autem si quid promulgari placuerit, ita in coniunctissimi parte alia valebit imperii, ut non fide dubia nec privata adsertione nitatur, sed ex qua parte fuerit constitutum, cum sacris transmittatur adfatibus in alterius quoque recipiendum scriniis et cum edictorum sollemnitate vulgandum. Missum enim suscipi et indubitanter optinere conveniet, emendandi vel revocandi potestate nostrae clementiae reservata. Declarari autem invicem oportebit nec admittenda aliter. ET CETERA. DAT. VII KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) FLORENTIO ET DIONYSIO CONSS.

A (in gestis de recip. C. Th. supra p. 2); T (inde a p. 28 v. 10 rei).

1 comago(n *ins.* T^{b})tem adque *T* euuulum *T*, eubolum *A* uu ss *T*, uiros expectabiles *A* et *om. T* apellent T^{a}, appellen *A* 2 scolasticus T^{a}, scolasticum *A* hos a nostra perennitate (serenitate T^{b}) *om.* T^{a} electos eruditissimum quemque] *A*, q∗it' f (*fortasse* m *vel* ∗ h) quemque *in textu (post suppleta* hos a nostra serenitate *margo recisus est) T* 3 adhibiturus depraehensae T^{a} excludatur *A* 4 fallacie A^{a} placuerit] potuerit *A* 5 priuata nec asercione A^{a} 6 affectibus *A* 7 euulgandum *A* indubitanter] dubitanter T^{a} 8 nostra *A* clemente A^{a} 9 amittanda *A*: *expectes* admittendum 10 diunisio A^{a}*(?)*

I, 1, 6 (435 Dec. 20).

IDEM AA. Omnes edictales generalesque constitutiones vel in certis provinciis seu
locis valere aut proponi iussae, quas divus Constantinus posterioresque principes ac nos
tulimus, indicibus rerum titulis distinguantur, ita ut non solum consulum dierumque supputatione, sed etiam ordine conpositionis apparere possint novissimae. Ac si qua earum
in plura sit divisa capita, unumquodque eorum, diiun[*c*]tum a ceteris apto subiciatur titulo
et circumcisis ex qua[*que*] constitutione ad vim sanctionis non pertinentibus solum iu[*s*]
1 relinquatur. Quod ut brevitate constrictum claritate luc[*e*]at, adgressuris hoc opus et
demendi supervacanea verba et a[*di*]cieudi necessaria et demutandi ambigua et emendandi
incongrua tribuimus potestatem, scilicet ut his modis unaquaeque inlustrata constitutio
2 e[*mineat. Erunt*] contextores huius Theodosiani codicis Antiochus amplissimus adque
gloriosissim[*us*] praefectorius ac consularis; Eubulus inlustris ac magnificus comes et
quaestor noster; Maximinus v(ir) i(nlustris) insignibus quaestoriae dignitatis ornatus; Sperantius, Martyrius, Alypius, Sebastianus, Apollodorus, Theodorus, Eron spe[c]tabiles comites
consistoriani; Maximinus, Epigenes, Diodorus, Procopius spectabiles comites et magistri
sacr[*o*]rum scriniorum; Erotius v(ir) s(pectabilis) ex vicariis iuris doctor; Neoterius v(ir)
3 spectabilis ex . . . Quorum si quis au[*t*] humano praepeditus casu aut aliqua rei
publicae detentu[*s*] sollicitudine ab iniuncto fuerit abstractus negotio, alius in locum eius,
si ita fuerit visum, nostro substitu[*e*]tur arbitrio; ut absolutionem codicis in omnibus
negotii[*s*] iudiciisque valituri nullumque extra se novellae constitutioni locum relicturi, nisi
quae post editionem huius fuerit promulgata, nullum possit inhibere obstaculum. DAT.
XIII K. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI), DD. NN. THEOD(OSIO) A. XV ET VAL(ENTINI)ANO IIII A. CONS[*s*].

T (quae deficiunt, uncis [ ] comprehenduntur).

2 quas *bis* T^{a} iussas *T* ac] ad T^{a} 3 consultum T^{a} 4 earum] eorum T^{b} 5 unumquoque T^{a} 7 et *om.* T^{a} 8 a[di]cienda T^{a} dimutandi *T* 9 potestate[m scl ū his modis una q̄. q. inlustrata ꝯstituꝯe . . . . .] contextores *T inter versus supplens quae uncis inclusimus* 11 praefecturius (-ris T^{a}) ac (ad T^{a}) consulares *T* inlustris] uir inlustris *T (secundum Kruegerum, secundum Vesuvium: 'fortasse recte' addit Krueger)* 12 maximinus] *Wenck*, maximus *T* 12/13 S\PERANTIVS (*aut* Sperantius *aut* Superantius) *T* 13 marturius alipius *T* 14 epigenes] T^{a}, ephigenes T^{b} 15 iuris doctor *(sic Krueger)* neuterius ūs ex *(marg. abscisus) suppl. inter versus* T^{b} 17 ab iniuncto] T^{b}, adiuncto T^{a} fuerint *T* alius] T^{b}, alius alium T^{a} 19 constitutionis *T* 20 aeditione T^{a} promulata T^{a}

II. DE DIVERSIS RESCRIPTIS.

sic (sed numerus incertus) T — id est auctoritatibus *add. MLS* — de diversis re-scriptis et pragmaticis sanctionibus *Iust.* 1, 23.

I, 2, 1 (314[?] Dec. 30).

IMP. CONSTANTINVS A. IVLIO ANTIOCHO PRAEFECTO VIGILVM. Annotationes nostras sine rescribtione admitti non placet, id[eo]que officium gravitatis tuae observet, sicut semper est custoditum, ut rescribta vel epistulas potius nostras quam adnotationes solas existimes audiendas. DAT. III K. IAN. TREV(IRIS) VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

T (quae deficiunt uncis [ ] comprehenduntur).

3 adnotitiones *T* 4 triu *T.* — *Extremo a. 314 Constantinus Treviris esse non potuit, itaque subscriptio dubia est. Habemus alias constitutiones datas ad eundem a. 317 et 326*

I, 2, 2 [= BREV. I, 2, 1] (315 Aug. 29).

IDEM A. AD POPVLVM. Contra ius rescribta non valeant, quocumque modo fuerint inpetrata. Quod enim publica iura perscribunt, magis sequi iudices debent. P(RO)P(OSITA) IIII KAL. SEPTEMB. ROMAE CONSTANTINO Ā. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

INTERPRETATIO. Quaecumque contra leges fuerint a principibus obtenta, non valeant.

T BREV. *(NABGMLS).*

1 idem aā *(fortasse a altera deleta) T,* imp. constant (constantius *B*) ā *brev.* ius rescripta] iure scripta *N* 2 imperata *S*ᵃ perscribunt] *TNB,* praescribunt *AGMLS* debeant *N* pp (data *B,* datur *A,* pp. [*superscr.* populo] data *G*) iiii k. sept. romae const. a. iiii et licinio (dicinio *A*) iiii (iii *N,* caes. *T*ᵇ, *om. MS*) *libri* 4 fuerint a principibus (principe *G*)] *libri,* a pr. f. *edd.*

I, 2, 3 (316 [immo 317/8] Dec. 3).

IDEM A. SEPTIMIO BASSO P(RAEFECTO) V(RBI). Ubi rigorem iuris placare aut lenire specialiter exoramur, id observetur', ut rescribta ante edi[c]tum propositum impetrata suam habeant firmitatem, nec rescribto posteriore derogetur priori. Quae vero postea sunt elicita, nullum robur habeant, nisi consentanea sint legibus publicis; maxime cum ‖ inter aequitatem iusque interpositam interpretationem, nobis solis et oporteat et liceat inspicere. DAT. III NON. DECEMB. SABINO ET RVFINO CONSS.

‖ *inc.* IVST.

T (deficit 5 in iusque). — IVST. 1, 14, 1.

1 aā *T* septimio *om. Iust.* iuris] iudex *T*ᵃ linire *T* 2 exoratur *T*ᵃ sua *T*ᵃ 4 consentaneassint leges *T*ᵃ 5 equitate *T*ᵃ oportet et licet *Iust.* 6 *in subscriptione, quam servavit Haloander (diem solum praebent libri Iust. GL), erratum est; Septimius Bassus urbi praefuit a die 317 Mai. 15 ad 319 Aug. 31*

I, 2, 4 [= BREV. I, 2, 2] (319 Dec. 13).

IDEM A. CREPEREIO DONATIANO. Rescripta, quibus usi non fuerint qui in fata concedunt, heredes possunt allegare, ut congrue impetrata successoribus emolumenta adquirant. P(RO)P(OSITA) ID. DECEMB. CONSTANT(INO) A. V ET LICINIO C. CONSS.

INTERPRETATIO. Beneficia principum, quae illi qui meruerunt interveniente morte non fuerint consecuti; successoribus eorum exequi liceat, ut beneficia heredes ab auctoribus suis impetrata percipiant.

BREV. *(NABGMLS).*

1 crepereio (creperio *A,* crepereo *G,* decrepito *B*) donatiano *(ins.* aug. *N) mag. incertus* ausi non fuerit *N* fahta *B*ᵃ, facta *G* concidunt *M* 2 alligare *ABG* ut] aut *N* impetratae *N* emolumenta] elumenta *N*ᵃ, eorum *G* adquirant] *NAB,* cumquirant *L,* conquirantur *MS,* exsequi liceat *G* 3 pp (data *G,* datur *A*) id. dec. const. aug. (augg. *B*) u et (e *A,* ac *B*) licinio (dicinio *A*) c̄ (uu *N,* uucc *N*ᵃ, *om. reliqui*) 4 principium *L* qui *om. B* 5 fuerunt *L* consequi *B* actoribus *S*

I, 2, 5 [= BREV. I, 2, 3] (325 Mai. 23).

IDEM A. SEVERO P(RAEFECTO) V(RBI). Quotiens rescripto nostro ⌐praeiudicium vel⌐ moratoria praescriptio remittitur, aditus supplicandi pandatur: quod autem totius negotii cognitionem tollit et vires principalis negotii exhaurit, sine gravi partis alterius dispendio convelli non potest. Nec praescriptionis igitur peremptoriae relaxatio petatur, || nec contra edictum supplicetur. DAT. X KAL. IVN. NICIAE PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

IVST. ⌐ ⌐ *om.* || *fin.*

INTERPRETATIO. Moratoria praescriptio dicitur, quae causam prolongat, id est, quando indutiae a litigatore petuntur a principe: peremptoria, quae causam principalem tollit, id est, si litigator beneficio principis sine iudicio causam velit extingui. Et ideo moratoria praescriptio per rescriptum principis supplicantibus concedi potest, peremptoria concedi non potest et, si concessa fuerit a principe, non valebit.

BREV. (*NABGMLS*). — IVST. 1, 19, 2.

1 idem *om.* G^{a} auggg. *B* seueri.no (*littera casu potius quam consilio deleta*) *M*, seuerino *S* p̄u] *NML*, publio *S*, p̄p̄o *AG*, p̄o *B*, p̄p *Iust.* preiudicio *B* 2 moratoria] moratorium N^{b}, moratu..am N^{a}, moratura L^{a} perscriptio *BG* remittetur *BG*, remitietur *N*, remittatur *L* 3 autem] cum in B^{a} totius] ius G^{t}, uirtus G^{v} tollet *B* principales *BG*, principalibus N^{b}, principaliter *L* 3/4 exauret N^{a}, exauriet N^{b}, ex autoritate *BG* 4/5 nec praescriptionis (-nes *N*, perscriptionis *AL*, rescriptionis *BG*) igitur *post* petatur *G* 5 peremtoria *G* edictum] e. sublimium *BG* supplicatur *A* 6 dat. x k. iun. (iul. *BIust.* [*Hal.*]) niciae (*sic reliqui*, niceae *G*) p. et iul. *libri: firmat subscriptionem laterculus praefectorum* 7 perscriptio *BG*, perscripto *A* 8 indutiae *om. A* causa *L* tollet *B* 9 beneficium *B* causa *N* perscriptio *BGL* 10 rescriptis B^{t}, rescripta B^{v} principum *B* supplicantur *L* cuncedi *A*, condici *N* peremptoriam condici *N* possunt *L* 11 fuerint *GL*

I, 2, 6 [= BREV. I, 2, 4] (333 Nov. 11).

IDEM A. AD BARBARVM POMPEIANVM CONSVLAREM CAMPANIAE. Etsi non cognitio, sed executio mandatur, de veritate precum inquiri oportet, ut, si fraus intervenit, de omni negotio cognoscatur. DAT. III ID. NOVEMB. AQVIS DALMATIO ET ZENOFILO CONSS.

INTERPRETATIO. Quidquid non vera, sed falsa petitio a principe obtinuerit, quia fraus intervenit, non valebit.

BREV. (*NABGMLS*). — IVST. 1, 22, 4.

1 ā] āā *post* campaniae *N* barbarum (*om. Iust.*) Pompeianum (-no *L*): Barbarus (*sic traditur, non* Barbarius) Pompeianus v. c. cons. Camp. *nominatur in titulo Abellinate C. I. L. X, 1199* consulem *L*, p̄c *M*, praefectum *S* 1/2 executio] excusatio B^{v} 2 mandadatur *A* ut] et *A* interuenerit *L* 3 negotium N^{a} dat. iii id. nou. aquis dalmatio (dalmotio *A*) et zenofilo (genofilo *A*, signofilo *BG*; *post interpr. repetit* dalmatio et zenoni filio *G*) *libri* 5 ualeat *B*

I, 2, 7 [= BREV. I, 2, 5] (356 Iul. 5).

IDEM A. ET IVLIANVS C. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Multabuntur iudices, qui rescripta contempserint aut distulerint. DAT. III NON. IVL. MEDIOLANO CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. Feriantur iudices damno, qui data secundum leges principis praecepta contempserint aut conludio quocumque distulerint.

BREV. (*NABGMLS*; *CONS.* 8, 7: ad locum).

1 idem] imp. constantinus *Cons.* ā *om. N* iulius *L* caesar] consul *S* p̄p̄o] p̄p̄o āg *N*, praefectum *G*, praeposito *S* mutabuntur *B* 2 dat. iii non. iul. med. (*om. M*) constantio (const *N*, constantino *reliqui*) a. uiii (*sic N*, uii *BMS Cons.*, sexto *G*, uiiii *A*) et iul. c. (c̄ *A*, *om. NBGMS Cons.*) *libri* 4 data *om. G* legis *NAL*, legem *S* *post* praecepta *ins.* idem gr. ual. et th. N^{a} 5 conludio (cum ludio *A*) quocumque (quacumque *G*)] q. c. *B* distulerit *N*

I, 2, 8 [= BREV. I, 2, 6] (382 Feb. 22).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENTIN(IANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Universa rescripta, quae in debitorum causis super

IVST. Universa rescripta, quae in debitorum causis super praestandis dilationibus pro-

1 impp.] impr̄es idem *N*, *om.* G^{a} gr. ual.] gr. et ual. *L*, ual. gr. A^{a} 2 floro p̄p̄o *om. MS* 3 causam *MS* super] per L^{a}

praestandis dilationibus impetrata sunt, rescindantur, cum sit acerbius perurguendus, qui mansuetudinis nostrae pudore fatigato non quid utilitatibus publicis, sed quid suis fraudibus conveniret, aspexit. DAT. VIII. KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO VV. CC. CONSS.

mulgantur, non aliter valeant, nisi fideiussio idonea super solutione debiti praebeatur.

INTERPRETATIO. Si cuiuslibet rei debitor convictus propter differendam solutionem a principe indutias impetraverit, beneficium quod obtinuerit non valebit, sed cautionem suam inplere cogatur.

BREV. *(NABGMLS)*. — IVST. 1, 19, 4.

1/2 rescindntur M^a, recendantūr *N* 2 perurguendis *G* 3 pudore] pondere *BG, om. A* non] num *N* quid] quod *BGL* 4 quid] quod *BG* cum uenerit *ABG* aspexerint *G* 4/5 dat. uiii (septimo *G*) k. mart. const. antonio (antonino *S*) et syagrio (sagrio *BG*) uu cc *(sic N,* uuc̄ *A,* ūū *B, om. GMS) libri* 6 differendam solutionem (solitionem *L*, sollitudinem *N*)] differendas solutiones *G* 7 obtinuit *N*

I, 2, 9 (385 Sept. 24).

IDEM AAA. PRINCIPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In fraudem annonariae rei ac devotionis publicae elicitum damnabili subreptione rescriptum, manifestum est vires non posse sortiri. Circa omnes igitur par atque aequalis inlationis forma teneatur. DAT. VIII KALEND. OCTOB. AQVILEIAE ARCADIO A. I ET BAVTONE V̄. C̄. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis principis beneficio impetraverit, ut cum reliquis possessoribus tributa non solvat, haec impetratio penitus non valebit: circa omnes enim possessores leges aequalem inlationis formam servare praecipiunt.

ADD. *suo loco ad brev. codex Pithoeanus (nobis F) deperditus; ex eius collatione (adscripta exemplari ed. Sichardianae bibl. Paris. F 4) ed. Cuiacius a. 1566. Interpretationem habent Leidensis Vossianus (cum subscriptione) et Ambrosianus 276 inf. et Taurinensis, epitomam Aegidiana.* — GEMINA 11, 1, 20.

1 imppp. ualentinianus theodosius et archadius aaa. ad principium pfp *Pith.* 2 illicitum *Pith.* obreptione *Pith.* uires non posse sortiri] *sic* 11, 1, 20, non posse a possessore teneri *Pith.* 3 collationis *Pith.* 4 a. i. *om. Pith. Leid.* 5 principi *Leid.* reliquos *Leid.* 6 interpretacio *Leid.* legis *Leid.* 7 forma *Leid.* — *Interpretatio haec est in Pithoeano (edita inde a Cuiacio in ed. a. 1586) aliisque libris supra citatis. Quam edidit Cuiacius interpretationem in a. 1566:* ne quis possessor principis beneficio soluere tributa recuset, *venit ex epitome Aegidiana.*

I, 2, 10 [= BREV. I, 2, 7] (396 Mart. 20/30).

IDEM AA. REMIGIO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTALI). Dubium non est contestationem intellegi etiam si nostrae fuerint tranquillitati preces oblatae, easque adversus heredem quoque eius, in quem porrectae sunt, vel ab herede eius, qui meruerit exerceri. || Nam sicut ||*fin.* IVST. ex causis numerosis etiam haec actio transmittitur ad heredem, quae testatori conpetisse monstratur, et e diverso definitione iuris consultorum omnium consona responsione firmatur ab herede actionem non incipere, quae non conpetierit testatori. DAT. XIII KAL. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis principi de negotio suo preces obtulerit, litem contestatus esse cognoscitur. Et si defunctus fuerit is qui preces obtulerit, vel is contra quem obtulit, actio et heredibus defuncti et contra heredes pulsati salva permaneat, quia causa actione contestata ea,

1 idem ā (*vel* aāā, *om. hoc loco N*) *libri sine dubio ex exemplari integro*, impp. Arcadius et Honorius AA. *edd. ex emendatione* remegio *NG*, remigi *L* praefecto] p̄o *NG*, p̄p̄o B^t, praeposito LB^v aug.] aug. idem auggg. *N* 2 nostram G^t tranquillitate NG^tL^a prece sublatae *NL* 3 in quem p. s. u. ab herede (ad heredem *NG*) eius *om. M. (suppl. m. rec.)* qui] que *L* meruerint *L*, meruit *A* 4 haec] ei *M* transmit(t)etur *BL* ad *(om. M)* heredem] ab herede *L* quae] quam *vel* qua *G* 5 definitione (definitionis *L*, defensione *N*) iuris] i. d. *G* consolatorum *N* firm·tur M^1, ··· extimatur *G* 6 heredede *N* inceperit *N*, recipere *A* dd. xiii *(sic NABMS,* xii *Iust. [Hal. LD]*, tercio *G)* k. apr. const. arc. (arc. aug. *NB*, gosd. ā G^2, *inc.* G^1) iiii et hon. *(om. G)* iii (duobus *G*, uucc *N*) aa. *(om. NABG)* 8 litetem *A* 9 obtulit *MS*, obtulerint *L* uel is] uel is qui *B* quem] que *L* obtulerit *NL* 9/10 et heredibus] heredibus G, heredis *B* 10 heredes] heredis *B* quia] quae *LS*

quae conpetebat defuncto, conpetit et heredi. Si vero auctor quolibet ordine repetitionem suam praesens non publicaverit, heres eius, unde auctor actionem non proposuit, agere prohibetur.

BREV. *(NABGMLS)*. — IVST. 1, 20, 1.

1 competebant *AL* conpetit] competenti *A* quodlibet *L* 2 praesens] ad pr. *BG* heredes *NBG* proposuerit *BG* prohibetur] prohibeantur *BG*, non prohibitur *N*

I, 2, 11 (398 Dec. 6).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). Rescripta ad consultationem emissa vel emittenda, in futurum his tantum negotiis opitulentur, quibus effusa docebuntur. ET CETERA. DAT. VIII ID. DECEMB. CONSTANTINOPOLI HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

APP. I, 24 *Krueger (codd. EK, item Ottobon. 2225, Montispess. 84, Paris. 4419) sub praescripto:* 'lib. 1 ... tit. de diversis rescriptis'. — *Edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 honorius] theod *EK* 2 consulationem *Mont.*, consolationem *Ott.* missa *K* uel emittenda (mittenda *Ott. Mont.*) *om. K* in] si in *EK*, nisi in *Par. 4419* 3 uiii] uii *Ott. Mont.*, prid. *K* id.] kal. id. *Ott.*

I, 2, 12 (413 Febr. 17).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORIO). POST ALIA. Nulli habetur ambiguum etiam ab heredibus et pro heredibus posse scripta nostri numinis allegari nec excludi temporibus nec aboleri casibus impetratum. ET CETERA. DAT. XIII KAL. MART. RAVENNA POST CONSVLATVM HONORII VIIII ET THEODOSII V AA.

APP. I, 25 *Krueger (codd. EK, item Ottobon. 2225, Montisp. 84, Paris. 4419) post praecedentem.* — *Edidit primus Cuiacius a. 1566.*

2 habetur] habiturum *Ott. Mont.* scripta] *libri*, rescripta *edd.* nominis *libri* 3 adligari *Mont.*, alligari *Ott.* casibus] cui sibi *Par. 4419* dat. xiii (xu *Ott. Mont.*, xui *Par.*) k. mart. p. c. (*sic K Par.*, pp *Ott. Mont.*, ppo *E)* honorii (horio *Ott.*) uiiii (uiii *Ott.*) et th. u. *(om. EK)* aa (conss. *add. libri*)

III. DE MANDATIS PRINCIPVM.

*om. G*ᵃ. — *Iust.* 1, 15.

I, 3, 1 [= BREV. I, 3, 1] (383 Iun. 16).

IMPP. GRAT(IANVS), VALENTIN(IANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. AD EVSIGNIVM PROC(ONSVLEM) AFRICAE. Si quis adserat cum mandatis nostris se venire secretis, omnes sciant nemini quicquam, nisi quod scriptis probaverit, esse credendum, nec ullius dignitate terreri, sive ille tribuni sive notarii sive comitis praeferat ⌜potestatem⌝, sed sacras | ⌜dignitatem⌝ IVST. nostras litteras esse quaerendas. DAT. XVI KAL. IVL. VERONA, ACCEPTA PRID. KALEND. AVG. MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis asserat cum mandatis domnorum se venire secretis, omnes sciant nemini quicquam, nisi quod scriptis probaverit, esse credendum, nec ullius dignitate terreri, sed in omnibus scriptis principis esse credendum.

BREV. *(NABGMLS 14. 16)*. — IVST. 1, 15, 1.

1 gratianus *om. B*¹ et *om. B* augg. *N*, *om. B* ad eusignium] ad eusenium *BG*, ad euxenium *A*, ausignitum *L* procōs] ppōc *L* 2 asserit *A*ᵃ commendatis *N* uenisse *Iust.* 3 scriptis] praescriptis *G* probauerint *G* credum *G*ᵃ dignitatem *L*ᵃ terreri] atteri *B*ᵗ siue . . . . . 8 terreri *om. MS 14. 16* illi *N* 4 tribune siue notaris *L* proferat *Iust.* 5 litteras *om. L* quaerendas] *N Iust.*, credendas *ABGL interpr., def. MS 14. 16* dat. xui *(sic NB Iust. [Hal.]*, xu *G*, *om. A)* k. iul. uerona *(sic A*, berone *B*, uerone uerone *N**, uerone ueroriae *[sic] N*, rome *G*, heracleae *Iust. [Hal.])* accepta (cs ppo *B)* prid. k. aug. merobaude (merebaude *A)* ii (*vel* iterum) et. sat. *libri (subscr. in hiatu supra indicato om. MS 14, subscr. 1, 2, 8 huc transfert cod. 16)* 8 probauerint *G*¹ nec . . . 9 credendum *om. G* dignitatem *NL* terreri] atteri *B*ᵗ in *om. L* 9 principum *B*

IIII. DE RESPONSIS PRVDENTVM.

prudentium *MNS,* prodencium *L.* — de veteri iure enucleando et auctoritate iuris prudentium qui in digestis referuntur *Iust.* 1, 17.

I, 4, 1 (321/4 [321] Sept. 28).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Perpetuas prudentium contentiones eruere cupientes Ulpiani ac Pauli in Papinianum notas, qui, dum ingenii laudem sectantur, non tam corrigere eum, quam depravare maluerunt, aboleri praecipimus. DAT. III K. OCT. CRISPO ET CONSTANTINO CONSS.

A — Cf. 9, 43, 1.

1 ā] ā. ḡ *A* p. u.] ppm̄ *A* [p]erpetuas *A* 2 hac *A* papianum *A* ingenti *A* 3 sectatur *A* corgere *A* praecepimus *A* crispo | et constantino[et constantino consul̄ et crispo *A*: *cum a. 321 consentit laterculus praefectorum*

I, 4, 2 (327 [?] Sept. 27).

IDEM A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) P(RAETORIO). Universa, quae scriptura Pauli continentur, recepta auctoritate firmanda sunt et omni veneratione celebranda. Ideoque sententiarum libros plenissima luce et perfectissima elocutione et iustissima iuris ratione succinctos in iudiciis prolatos valere minime dubitatur. DAT. V K. OCT. TREV(IRIS) CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.

A (cf. ad. 1, 4, 3 v. 12/3).

1 p̄p̄ō] ppm̄ *A* iniuersa *A (err. min.)* *A̲* 4 treuerunt constantino et maximo consul̄ | *A. — Locus et annus non conveniunt.*

I, 4, 3 [= BREV. I, 4, 1] (426 Nov. 7).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENTIN(IANVS) AA. AD SENATVM VRBIS ROM(AE). POST ALIA. Papiniani, Pauli, Gai, Ulpiani atque Modestini scripta universa firmamus ita, ut Gaium quae Paulum, Ulpianum et ceteros comitetur auctoritas lectionesque ex omni eius corpore recitentur. Eorum quoque scientiam, quorum tractatus atque sententias praedicti omnes suis operibus miscuerunt, ratam esse censemus, ut Scaevolae, Sabini, Iuliani atque Marcelli omniumque, quos illi celebrarunt, si tamen eorum libri propter antiquitatis incertum codicum collatione firmentur. Ubi autem diversae sententiae proferuntur, potior numerus vincat auctorum, vel, si numerus aequalis sit, eius partis praecedat auctoritas, in qua excellentis ingenii vir Papinianus emineat, qui ut singulos vincit, ita cedit duobus. Notas etiam Pauli atque Ulpiani in Papiniani corpus factas, sicut dudum statutum est, praecipimus infirmari. Ubi autem eorum pares sententiae recitantur, quorum par censetur auctoritas, quos sequi debeat, eligat moderatio iudicantis. Pauli quoque sententias semper valere praecipimus. ET CETERA. DAT. VII ID. NOVEMB. RAVENNA D̄D̄. N̄N̄. THEOD(OSIO) XII ET VALENT(INIANO) II AA. CONSS.

1 et *om. N* 1/2 papiniani] papiani *NABL* 2 firmamus] mandamus *A* gaius *L* quae] atque *BG* 3 ceteros] *BGL*, ceteris *N*, cunctos *MS, om. A* comitatur *S* lectionisqu(a)e *BGL* eius] eorum *L* corpore] *NBG*, opere *AML* 4 scientiam (-tia *G*, -tias *L*) quoque] q. sc. *B* 5 opibus *MS* ratam] itam *L* censemus] concessimus *N*, censuimus *BG* scebulae *N*, scipula *B* 5/6 marcelli] marcellini *N*, *om. A* 6 quos] quas *L* illic *N* incertem *N* 7 conlationem *N* potius *NBG* 8 uinca *A* secedat *G* 9 scellentis *S*, scelentis *N* ingenuis N^{a} papianus *NABL* emineat] emanat *B*, inmineat *G*, et eminianus *N* ut] autem *L* singulus $N^{a}ML^{a}S$, singulis G^{a} uindicet *L* cedet *N*, cedat *L* 9/10 notas etiam] nota *N* 10 ulpiniani *S* papiani *NABL* facta *S* 10/11 praecimus M^{a}, praecepimus *L* 11 eorum *(om. B)* pares sententiae] eorum praesentiae *MS*, p. eor. sent. *NGL edd.* cessetur G^{a} 12 quos] *NABM*, quod *GLS* debeant *G* 12/13 pauli quoque sententias semper ualere praecipimus (praecepimus $NA^{a}L$)] *citat haec Consultatio 7, 3:* cuius *(Pauli)* sententias sacratissimorum principum scita (*scr.* scito) semper ualituras ac *(del.)* diualis constitutio declaravit: *ex quibus verbis perturbatis non recte colligitur Consultationis auctorem respexisse constitutionem 1, 4, 3 non receptam in breviarium* 13 et cetera (cethara *L*) *om. B* dat. uii *(sic BMS*, ui *G*, uiii *NA)* id. *(kl. N)* nou. rau. (ran̄ *N*, *om. MS*) dd. nn. *(om. ABG)* th. xii (xi *N*, aug. septimo *G*, *om. MS*) et ual. ii *(sic vel* iterum *rel.*, iterum ū *B*, item *N*) aa. *libri*

INTERPRETATIO. **Haec lex ostendit, quorum iuris conditorum sententiae valeant, hoc est Papiniani, Pauli, Gai, Ulpiani, Modestini, Scaevolae, Sabini, Iuliani atque Marcelli: quorum si fuerint prolatae diversae sententiae, ubi maior numerus unum senserit, vincat. Quod si forsitan aequalis numerus in utraque parte sit, eius partis praecedat auctoritas, in qua Papinianus cum aequali numero senserit: quia ut singulos Papinianus vincit, ita cedit duobus. Scaevola, Sabinus, Iulianus atque Marcellus in suis corporibus non inveniuntur, sed in praefatorum opere tenentur inserti. Gregorianum vero et Hermogenianum ideo lex ista praeteriit, quia suis auctoritatibus confirmantur ex lege priore sub titulo de constitutionibus principum et edictis. Sed ex his omnibus iuris consultoribus, ex Gregoriano, Hermogeniano, Gaio, Papiniano et Paulo, quae necessaria causis praesentium temporum videbantur, elegimus.**

BREV. (*NABGMLS; CONS.* 7, 3).

1 consultorum *B* 2 papiani *NABL* marcellini *A* 3 sent. diu. prol. *B* unum senserit (consenserit *BG*) . . . . 4 parte *om.* G^a 4 si *om. B* in utr. parte aeq. num. *G* sit] *libri*, est *edd.* eius] eius numerus *MLS* 4/5 papianus *NABL* 5 cum . . . . quia (qui *A*) ut singulos (-lus ML^bS) papinianus (papianus $NABL^b$) *om.* L^a ita] ita et *G edd.* cedi S^a 6 sabinus] sabinianus *MS* sed] uel *L* 7 operum *B* praeterit *BM* 7/8 in suis auctoribus *BG* 8 ex] et ex *A* priori *AGMS*, prioris *L* et *om. L* 9 papiano *NABL* et paulo . . . . 10 elegimus *om. L* 10 praesentum *G*, praesentia *B*

V. DE OFFICIO PRAEFECTORVM PRAETORIO.

praetorio *om. N.* — de officio pr. pr. Orientis et Illyrici *Iust. 1, 26.*

I, 5, 1 (325 Aug. 29).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CONSTANTIVM P(RAEFECTVM) [P(RAETORI)O]. Edicto omnes provinciales monemus, ut, si interpellantes proprios praesides contempti fuerint, gravitatem tuam interpellent, ut, si id culpa vel neglegentia praesidum admissum esse constiterit, ilico ad scientiam nostram referat gravitas tua, quo possint congrue coerceri. DAT. IIII K. SEPT. ANTIOCHIAE PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

A

1 imp. constantinus *bis A* constantinum $\overline{\text{pu}}$ *A* [e]dicto *A* 3 *non fuit* praesulum *A* 4 sciencienciam (-cie A^a) *A* 5 sept.] $\overline{\text{octb}}$. A^a

I, 5, 2 (327 [?] Ian. 21).

IDEM A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui de statutis praesidalibus conqueruntur, cum ea in detrimentum legum prolata arbitrantur, ad tuae auctoritatis iudicium pervenire faciant, ut fractis atque convulsis quae perperam inpressa sunt ne nomen quidem sententiae possint retinere. DAT. XII K. FEB. CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.

A

1 $\overline{\text{ppo}}$] $\overline{\text{ppm}}$ *A*: *fortasse scr.* $\overline{\text{pu}}$ 2 detrimento *A* 3 fractis] *Clossius*, factatis *A*: *malim* fractis actis perperperam *A* expressa *Bijdragen* 4 constantio] constantino *A*

I, 5, 3 [= BREV. I, 5, 1] (331 Oct. 20).

IDEM A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Super his, qui a praeside vel a quolibet alio iudice sententiam dictam infirmari deposcunt, sub eo fine sublimitatis tuae succedat examen, ut, si internis negotii usquequaque decursis ex evidenti claruerit sententiam a iure iustitiaque discedere, ea penitus explosa controversia de aequitate terminum capiat. Quod si consentanea sit legibus iam prompta sententia, eius pronuntiationis in-

1 idem *A*, imp. $\overline{\text{constant}}$ (constantinus *NG*, constantius *B*) *Brev.* $\overline{\text{ppo}}$] $\overline{\text{ppu}}$ *G*, $\overline{\text{ppm}}$ *A*, $\overline{\text{ppo}}$ in loco ipsios legis *L* his *om. A* qui] que *BGL* a pr.] ad pr. *L* 1/2 a quolibet alio iudice] quol. iud. alio *A* 2 sententia dicta *B* infirmare *S* 2/3 succedant BG^a 3 examini *L* interni *B*, inter *G* negoci *A*, negociis *L*, negocia G^b, *inc.* G^a decursi *B* $\overline{\text{euidenti}}$ *A* caruerit *L* 3/4 sententiam a iure (aure B^a)] *NBG*, sententia (-tiam *A*) maiore *AMLS* 4 aequalitatem *A* 5 consetanea *L* iam prompta] iam pramta *A*, iam prouida *B*, iam prouida in (iam G^v) prompta *G* pronuntiationes *N*

probus oppugnator, si patrimonio circumfluit, biennio in insulam relegatione plectatur eiusque bonorum media portio fiscalibus conpendiis addicta cedat: quod si agrestis vitae sit aut egentis, ad biennii tempus in metallum detrudendus est. Quam legem in annotationibus quoque nostris de iterando post sententiam iudicio custodire debebis. DAT. XIII K. NOVEMB. BASSO ET ABLAVIO CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque causa dicta discussoque negotio a quocumque fuerit superatus et hanc ipsam litem postea reparare temptaverit, si pro ipso, qui ante addictus est, fuerit legibus lata sententia, prius iudicium non valebit. Nam si et apud alium iudicem fuerit superatus, si digna idoneaque persona est, biennio in exilium deputetur et mediam facultatum suarum fiscus adquirat. Si vero indigna et pauperior persona est, in metallum biennio deputetur.

BREV. *(NABGMLS)*.

1 oppugnatur *M*ª, adpugnatur *N* circumfluet *BG*, circumfuit *L* biennium *L* insula *L* 2 uita *N* 3 aut] *libri*, aut etiam *edd.* aegentes *N* ad] a *M*, *om.* *AL* in] ad *N* detrudendus] *B*, detruendus *A*ª*L*, destruendus *A*ᵇ, detrahendus *G*, retrudendus *NMS* qua *L* 3/4 adionicionibus *B* 4 sententia *N* debes *N*ᵇ, debis *N*ª 4/5 dat. xiii *(sic MS*, xu *N*, xui *B*, uii *A*, ui *G)* k. mai. basso et ablauio (blauio *B*, albino *AG*) *libri* 6 negotio] negotio (nenegotio in *L*) iudicio *MLS* 7 et] ut *L* qui] quo *L* ante] *AG*ᵇ*ML*, antea *NBG*ª add. est fuerit leg. (l. f. *B*)] est leg. addictus (dictus *G*ª) fuerit *G* 8 indicio *N* si et] etsi *GL*, si *A* 9 idonea *om.* *L* est] sit *edd.* biennium *L* in exilio *NBGMS*, exilio *A* mediam] *S*, media *NAM*, medietatem *BGL* 10 sin *A* et paup.] pauperiorque *L* metallo *G* adputetur *G*

I, 5, 4 (342 Iul. 30).

IMP. CONSTANTIVS A. AD LEONTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORIO). Moneantur iudices, qui provocationes vitantes sub praetextu relationis differunt causas civiles, coepta negotia terminare, ut, si quis appellandum crediderit, in auditorio sacro aput auctoritatem tuam vel eos, qui de appellationibus iudicant, negotium audiatur. DAT. III K. AVG. CONSTANTIO III ET CONSTANTE II AA. CONSS.

TA

1 constantinus *TA* ppo *T*, ppm *A* 4 constantio ā iii et constante ii āā conss. *T*, constantio ā iii et constante consul *A*

I, 5, 5 (355 Iul. 18).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Inter cetera solita perpetrari plerique dividere arbitrio suo annonarias species deteguntur, quod nulli omnino fas est praeter sublime fastigium praefecturae. Nullus igitur iudex sine auctoritate tua in speciebus annonariis erogandis habeat facultatem. DAT. XV K. AVG. MED(IOLANI) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

TA

1 constantius] constantn *A* et Constans *delendum* ppo] *T*, ppm *A* 2 perpetari *T*ª 3 fastidium *T*ª 4 habeant *T* xu] *T*, xii *A* 5 arbitione] *T*, arbicione *A*

I, 5, 6 (358 Iun. 7).

[IDEM] AA. MVSONIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullum patimur praefectorum in aliena dioecesi emolumenta annonaria erogare. DAT. VII ID. IVN. HAERBILLO DATIANO ET CEREALE CONSS.

T

1 [id] āā *T; requiritur* imp. Constantius A. nullam *T*ª 1/2 in aliena dioecesi] *Haenel*, in alienan | dihocesi(i *del.*)si *T* *duae leges haec et sequens videntur sumptae ex rescripto eodem; diem habent* VII *vel* III id. Iun., *locum altera* Mediolanum, *altera* Herbillum *sive* Helvillum *situm in via Flaminia inter Spoletium et Ariminum (itin. Anton. p. 125. 315; tab. Peutingeriana; itin. Hierosol. p. 614; C. I. L. XI p. 853), pro anno altera indictionem XV (356 Sept. 1—357 Aug. 31), id est a. 357, altera consules a. 358. Illo anno die Apr. 28 constat Constantium a Mediolano abiisse; hunc verum esse probabile est propter subscriptionem 358 Iul. 5* Arimini.

I, 5, 7 (357 [358] Iun. 10).

IDEM AA. MVSONIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Citra nostra praecepta nulli annonas cognoscas esse praebendas. DAT. IIII ID. IVN. MED(IOLANI) INDICTIONE XV.

TA

1 [id] aa *T*, īd aūg *A*: *requiritur* idem A. musiniano praeposito *A* [c]itra *A* praecepta om. *A* 2 iiii] *T*, iii *A* iun. *T*, ianurii *(sic A)*. — *Propter subscriptionem vide ad praecedentem.*

I, 5, 8 (378 Mart. 9).

IMPPP. VAL(ENS), GRAT(IANVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD MARINVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ex eorum corpore atque ordine, qui sacris cognitionibus praesunt propriamque apparitionem hanc potissimum sustinent, ut speciali officio eminentiae tuae iudiciis obsecundent, cum interposita in aliis iudiciis provocatione definiendi negotii suscipiant curam, eos, qui ad proximatum perveniant vel militiae ordine vel exercitationis merito, deligere debebis, submotis ceteris, quos extra sortem positos et aliunde venientes secreto ordini non oportet adiungi. DAT. VII ID. MART. VALENTE VI ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

TA

1 grāt et ualānus aaa.] *T*, et gracianus aa. *A* marinum] *T*ᵇ*A*, marium *T*ᵃ pū] *T*, ppm̄ *A* 2 [a]dque *T* adparionem *T*ᵃ, apparacionem *A* 3 obsecundet *T* 4 iudiciis] *T*, iudicibus *A* 5 perueniant] *scripsi*, perueniunt *TA* 6 [c]eteris *T* serceto] *A*, secreto *T* non *om. T (teste Kruegero)* 7 uii] uiii *A* ualente ui (ii *vel* ui *T*) et *om. A* aa. *om. A*

I, 5, 9 (389 Mart. 2).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quos iudices corpore marcentes et neglegentes desidiae somniis oscitantes, si quos servilis furti aviditate degeneres vel similium vitiorum labe sublimitas tua repperit involutos, in eos vindictam publicae ultionis exaggeret et amotis vicarios subroget, ut ad nostrae mansuetudinis scientiam non crimina, sed vindicta referatur. DAT. VI NON. MART. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

IVST.
Si quos iudices vel propter adversam et longinquam corporis valetudinem vel propter neglegentiam aut furtum vel simile aliquod vitium sublimitas tua inutiles esse repperit, his ab administratione remotis et vice eorum aliis subrogatis furibusque poenis legitimis subactis ad nostrae mansuetudinis scientiam non crimina, sed vindicta referatur.

TA. — IVST. 1, 26, 3.

1 imp *A* titiano ppm̄ *A* 2 si] hi *(err. min.) A* quod *T*ᵃ corpore] *T*ᵃ*A*, torpore *T*ᵇ 2/3 et neglegentes *om. A* 3 desideae *T* uscitantes *TA* 4 seruiles ad furti auiditatem *A* detegene[r]es *T*ᵃ 4/5 uel similium uitiorum labe] *T*ᵇ*A*, uel s. u. le *(sic)* uel s. u. leues *(sic) T*ᵃ 5 repererit *A*, repperit *T* 6 inuolutus *T*ᵃ in] sin *T*ᵃ 7 exaggeret et amotis] *T*ᵇ*A*, exaggere certis motis *T*ᵃ 8 mansuetudinis] *T*, magnitudinis *A* scientia *T*ᵃ 9 ui non.] *TA*, uii non. *Iust. (Hal.)*

I, 5, 10 (393 Ian. 12).

IDEM AAA. ADDEO COM(ITI) ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE. De ordinario iudice semper inlustris est cognitio praefecturae, licet militari viro ab eo facta fuerit iniuria. DAT. PRID. ID. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

TA. — GEMINA 1, 7, 2 *(ubi vide)*. — IVST. 1, 26, 4.

1 [id a]aa *T*, īd ā *A* com] *T*, comen *A* militum *A* de ordinarios [*i*]udices *T*ᵃ, [*d*]e ordinariis iudicibus *A* 2 cognocio *A*ᵃ iuria *A* prid *om. A* 3 theod ā] *T*, thed āā *A*

I, 5, 11 (398 Feb. 11).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes, qui provincias regunt, reliqua sui temporis deposita administratione conpellant; possessores

1 hon(orius) *T*, theod. *A* ppō *T*, ppm̄ *A* 2 reliquas *T*

vero, quos ad inplendas necessitates nulla potest verecundia conmovere, conventi intra annum trina vice, nisi omnes inpleverint functiones, duplatum debitum per officium magnificentiae tuae inpleant. DAT. III ID. FEB. MED(IOLANO) HON(ORIO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

T (numerum constitutionis habens XI*) A*

1 inpendas T^a potest] posse T^a conuenti intra] conuenit intra (contra A^a) *A* 2 uicennisi T^a 2/3 magnificentiae tuae *om. A* 3 inpleunt T^a iii id.] *A*, iii ‡| id. *T* iiii] iii *A* euticiano *TA*

I, 5, 12 (399 Oct. 11).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Per omnes provincias dioeceses tuae per Africam largitionalium titulorum comitum subm[*o*]tis dispositionibus magnificentiae tuae huius tituli curam necessitatemque permittimus amotis palatinis omn[*i*]bus. Sciant itaque omnes vicarii vel ordinarii iudices ad se, si d[*is*]simulata fuerit exactio, culpam esse referendam. DAT. V ID. OCTOB. THEODORO V̄. C̄. CONS.

T (numerum habens).

1 dioceseos T^b, diocereor T^a *post* tuae *vix quicquam periit* 4 si *om.* T^a 5 u ‡| id. *T* conss. *T*

I, 5, 13 (400 Nov. 27).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iam dudum e provinciis arceri iussimus palatinos, cum omnis exactio ad diligentiam magnificentiae tuae et virorum spectabilium vicariorum nec non et ordinariorum iudicum sollicitudinem debeat pertinere: et nunc eadem confirmantes decernimus, ut, si quis palatinus ex officio viri inlustris comitis sacrarum largitionum per provincias repertus fuerit, qui exactionem sibi audeat vindicare, ad audientiam v(iri) i(nlustris) comitis sacri aerarii ferro obrutus derigatur vel si est idoneus, curiae vindicetur. Eos sane || palatinos, qui a v(iro) i(nlustri) comite rei privatae cum publicis litteris destinantur ad commonitionem iudicis, quo facilius ex praediis rei nostrae conferantur debitae pensiones, cum summa degere praecipimus disciplina: de quorum nominibus, si temere versati fuerint, ad sublimitatem tuam referri per ordinarios iudices oportebit, ut in eos severissime vindicetur. DAT. V K. DEC. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

|| *inc.* IVST.

T (numerum habens) A. — IVST. 11, 74, 2.

1 messalae ppo] admessalam ppm *A* e] me T^a, ex *A* 2 palatinis T^a omni T^a magnificentiae tuae] magnificentiāē *(sic) A* expectabilium *A* 3 et *om. A* 4 inlustri comiti *A* 5 prouinciarum T^a 6 ui comitis *T*, uiri inlustri com̄ *A* derigatur] *T*, dirigatur *A* idoneus] in eos T^a 7 sane] *T*, uero *A* comite] comis T^a, com̄i *A* rei privatae] *T*, r̄p *A*, rerum privatarum *Iust.* 8 destinatur *T* ad co[*m*]monitionem T^b, com[*m*]unitione T^a, acommonicione *A* quo] quod T^a expraediis] expraessis T^a reinno[*s*]trae *T* 9 conferatur (conferātur *Peyron*) *T* cum summa degere] *A* consumman(n *fortasse del.*)da(a *del.*)e ger[*e*]re *T* de quorum] decorum T^a 11 oportet *A* in *om.* T^a uindicet T^a u k.] u [k.] | *T*, k. (*om.* u) *A* stillicone et auriliano *A*

I, 5, 14 (405 Dec. 7).

IMPPP. ARCAD(IVS), HON(ORIVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui posthac velut indebitis oneribus gravati ad preces crediderint convolandum sive de navicularis rationibus sive de transvectionibus ⌜sive de lustralis auri argentive conlatione⌝, de omnibus his atque huiusmodi ordinationibus rescribta quae emitti contigerit, ad sedem sublimitatis tuae rescribantur. DAT. VII ID. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

⌜sive . . . conlatione⌝ *om.* IVST.

T (numerum habens) A. — IVST. 1, 26, 5.

1 īd aūḡ et theod̄ ā antemio p̄psito *A* 2 ad] o T^a 3 rationibus] T^a*A Iust.*, stationibus T^b de *om. Iust.* tr[ans]actionibus T^a 4 conlatione] condicione *A* adque] T^a*A*, absque T^b 5 rescripta quae *ante* de omn. *Iust.* que emitti *A*, qua ‡ |ti *T* 5/6 uii'i (i *del.*) īd dec̄ *in textu*, r̄(?)a uii id *in marg. T* 6 stilicone ii *A*, stilichone (*om.* ii) *T*

VI. DE OFFICIO PRAEFECTI VRBIS.

Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 5). — *Iust.* 1, 28.

I, 6, 1 (361 Mai. 3).

IMP. CONSTANTIVS A. AD SENATVM. [*C*]um appellatio interposita fuerit per Bithyniam, Paphlagoniam, Lydiam, Hellespontum, insulas etiam ac Phrygiam salutarem, Europam ac Rhodopam et Haemimontum, praefecturae urbi iudicium sacrum appellator observet. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSVL.

A. — IVST. 7, 62, 23.

1 impp constantinus *A* 1/2 *sic Iust.*, bithiniam lidiam hellispontum (ell- *A*ᵃ, *omittens* paphlagoniam) *A* hac frigiam *A* 3 rodopam sed emimoutum prefecturi urbi iubi *(sic)* iud. *A*

I, 6, 2 (364 Iun. 8).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM [PRAEFECTVM VRBI]. Sacrae definitionis ius magnificentiae tuae detulimus, cum ab urbis Romae vicario interposita provocatio nostrae cognitionis opperiri videbitur dignitatem. DAT. VI ID. IVN. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSVL.

A IND. PARIS. (p. 5).

1 simmacum ppm̄ *A* 2 uic̄ (mc *A*ᵃ *ut vid.*) *A* 2/3 prouocacione nostra *A* 3 med.] *scr.* Naissi *propter iunctas* 4 iuuiano et uaroniano *A*

I, 6, 3 (364 Iul. [?] 26).

IDEM AA. SEVERO VIC(ARIO) VRBIS. [*S*]i quando provocatio interposita adversus sententias vicariae potestatis nostrae cognitionis videatur arbitrium opperiri, nulla itineris fatigatione laedatur; sed vir magnificus p(raefectus) u(rbi) rite sollemnibus ordinatis vicem nostram sustinens sacrae disceptationis arbitrium suscepto litis examine terminabit. DAT. VI K. IVL. CONSTANTINOPOLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

A

1 id'em ā *(sic) A* proucacio *A* 2 potestati *A* cognocionis *A* 3 p(raefectus u(rbi)] pum *A* 4 exanime *A (non A*ᵃ*)* 5 uaroniano *A*: *eo die imperatores non fuerunt Constantinopoli*

I. 6, 4 (365 Mart. 9).

IDEM AA. AD SYMMACHVM [P(RAEFECTVM) V(RBI)]. Si quid sacer ac venerabilis populus deferri aliquibus consideratione vetustatis et gratia postularit, id non ante praebeatur, quam tranquillitatis nostrae fuerit consulta sententia. DAT. VI ID. MART. VALENTINIANO ET VALENTE CONSVLIBVS.

A

1 idem ā *A* ad s. p. u] et simacum ppm̄ *A* quid] *scripsi*, quis *A* 2 praebeatus *A* 3 ui] *scr.* uii *ad iunctam*

I. 6. 5 (368 [365] Apr. 4).

IDEM AA. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). [*S*]tudentibus nobis statum urbis et rationem annonariam aliquando firmare in animo subiit eiusdem annonae curam non omnibus deferre potestatibus. Ac ne praefectura urbis abrogatum sibi aliquid putaret, si totum ad officium annonarium redundasset, eidem praefecturae sollicitudinis ac diligentiae necessitatem mandamus, sed non ita, ut lateat officium annonariae praefecturae, sed ut

1 idem aug̃ ad uolusianum *A* pu̅] *Iust.*, ppm̄ *A* 2 ann. rat. *Iust.* subiit] *Iust.*, *om. A* coram *A* 2/3 non omnibus] *A Iust.*, *malim* communibus 4 sollititudinis hac *A*ᵃ 5 annonariae] *Iust.*, *om. A*

ambae potestates, in quantum sibi est negotii, tueantur ⌜annonam sitque societas muneris ita, ut inferior gradus meritum superioris agnoscat atque ita superior potestas se exserat, ut sciat ex ipso nomine, quid praefecto debeatur annonae. DAT. II NON. APRIL. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. II CONSVL.

| ⌜civilem IVST.

A. — IVST. 1, 28, 1.

1 neg. est *Iust.* 2 meritum *bis A* ignoscat *A* ita] *Iust. (praeter W), om. A* 3 debiatur *A*[a] 4 aa. ii conss. *A; numerus delendus, quoniam pleraeque leges ad Volusianum datae sunt Mediolano, qui locus a. 368 excludit. Mensis dubius, nam rescripta a. 365 data ad duos praefectos urbi Symmachum et Volusianum quomodo distribuenda sint parum constat propter dies corruptos.*

I, 6, 6 (368 Sept. 20).

IDEM AA. AD PRAETEXTATVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Illustris sinceritas tua quasi in speculis tuebitur, quemadmodum singuli, quibus intra urbem Romam publicum munus iniungimus, credito sibi famulentur officio: et si aliquis indignum administratione se gesserit, referre non differat, *[ut]* veritate comperta continuo alium idoneum vel tuae celsitudinis testimonio vel nostro dirigamus arbitrio. DAT. XII K. OCT. NOVO MANSIONE VALENTINIANO ET VALENTE CONSVL.

A

1 idem ā ad praetextatum p̄p̄um *A* 2 singulis *A* 3 administracionis gesserit *A* 4 ut] *Clossius, om. A* 5 nouo mansione] *sic A; emendatio incerta, sed in Germania locus quaerendus est, cum huius anni, quem determinat praefectus, subscriptiones reliquae nuncupent Treveros.*

I, 6, 7 (376 Iul. 13).

IMPP. VALENS, GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Suis partibus annonae praefectura moderatur, sed ita, ut ex veterum more praefecto urbis per publicum incedente honoris eius et loci gratia expensio panis habeatur. Eatenus tamen praefecturam annonae cedere volumus dignitatis fastigio, ut curandi partibus non cedat. || ⌜Neque tamen apparitoribus urbanae praefecturae annonarium officium inseratur⌝, sed apparitorum aemulatione secreta ministerio suo annonae praefectura fungatur ||, non ut potentiae subiecta, sed ut negotii sui diligens tantumque se a contemptu vindicans, quantum non pergat in contumeliam superioris. || Praefectura ⌜autem⌝ urbis cunctis, quae intra urbem sunt, antecellat potestatibus, tantum ex omnibus parte delibans, quantum sine iniuria ac detrimento alieni honoris usurpet. DAT. III ID. IVL. VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSVL.

| IVST. 12, 58, 1.
| ⌜Apparitores urbanae praefecturae annonario officio se non inserant⌝
| || *fin.*

| IVST. 1, 28, 3.
| ⌜ ⌝ *om.*

A. — IVST. 1, 28, 3. 12, 58, 1.

1 impp. *A* p̄p̄o] p̄p̄ *Iust.*, pampeium *A* 3 habeatur] *fortasse* debeatur 6/7 annonario officio inserant (insenant *ut vid. A*[a]) *A* 8 praefecture *A* 11 cunctis quae] qui cunctis *A* 12 delibans] deriuans *Iust. (CR)*, deuians *Iust. (M)* 13 dat. iii *(sic A,* ui *Iust. [Hal.])* id. *(sic A,* k. *Iust. [Hal.])* iul. ualente a. *(om. Iust. [Hal.])* u *(sic Iust. [Hal.],* iii *A)* et ual. ii *(iun. Iust. [Hal.] libri*

I, 6, 8 (382 Nov.[?] 22).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Apparitoribus tuis stationes, quas habuere antiquitus, statuimus esse reddendas. Igitur pristino more servato ad omnes provincias, quas vel divi Constantini constitutio dederat vel Probus vir illustris permissa sibi a patre nostro potestate reddiderat, praecelsa sinceritas tua principes destinabit; qui sane meminerint nihil morae in his, quae primipili nomine res poscuntur, esse faciendum. DAT. X K. DEC. MED(IOLANO) ANTONIO ET SYAGRIO CONSVL.

A

1 impp *A* pu] p̄p̄m̄ praefectum urbis *A* 2 tuis] suis *A*[a] 3 pristina (*nos* -ni) *A* constituto *A* 6 res poscuntur] exposcuntur *Osann* siagrio *A*

I, 6, 9 (385 Apr. 27).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD. SYMMACHVM [PRAEFECTVM VRBI]. Disputari de principali iudicio non oportet: sacrilegii enim instar est dubitare, an is dignus sit, quem elegerit imperator. || Si quis igitur iudicum fuerit repertus, || *fin.* IVST. qui supercilium suum principali aestimet iudicio praeferendum, quinque libras auri eius officium, nisi formam nostrae sanctionis suggesserit, decem ipse fisci viribus inferre cogatur. DAT. V K. MAI. MED(IOLANO) POST CONSVLATVM RICHOMERIS ET CLEARCHI VV. CC.

A. — IVST. 9, 29, 2.

1 idem ā ad simmacum praepositum *A* 4 su∗m *A*ª principalia estimet *A* auri eius] eius auri *A* 6 mai.] *A*, ian. *Iust. (Hal.)* post consulatum ricomeris et clearci ūū ā consul *A*, ricomere et clearcho conss. *Iust. (Hal.)*

I, 6, 10 . . . .

IDEM AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Sacrum iudicium praefecti urbis aeternae paucis dabat reddebatque regionibus: et ideo huic Bithyniam atque Paphlagoniam nec non Phrygiam salutarem credidimus deputandas, ut appellationes suas ad illud mittant examen illudque expectent iudicium in sacrae cognitionis eventu. DAT. VLPIANIS AD IVLIANAM. ACCEPTA II ID. A. CRAGO.

A

1 impp. ualentinianus teod et archad aaa neuterio pampeio *A*: *sed haec turbata, nam praefectus praetorio Neoterius administravit in Occidente* 2 paucis] *malim* paucis ius 2/3 bythyniam a. pamflagoniam n. n. frigiam *A* 4 expectant *A* cognocionis *A*ª

I, 6, 11 (423 Aug. 6).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. CONSVLIBVS, PRAETORIBVS, TRIBVNIS PLEBIS, SENATVI SVO SALVTEM DICVNT. POST ALIA: Nihil sibi intra urbem agendum praesumat executio militaris, ac si quid erit forte praeceptum, in notitiam prius urbanae veniat praefecturae quae aut compleat congrua iuri mandata aut contra ius imposita depellat. Itaque decernimus, ut, si quis in privato negotio adversus senatorem aut aliquem sacratissimae urbis corporatum seu qui in urbe larem locaverit, sive intra urbem sive per provincias exsecutionem poposcerit militarem, litis, etiam si bona sit, careat eventu: et si quis cuiuslibet honoris aut militiae intra urbem sacratissimam vel in provinciis etiam in actu publico apparitionem habuerit militarem et senatorem vel corporatum urbis aeternae seu in urbe seu in provinciis levi saltem conventione pulsaverit aut iudex non vindicaverit, in perpetuum honore privetur, ita ut salvis de urbano foro praescriptionibus negotia universa dicantur et contra omnem exhibitionis iniuriam non modo senatorem, sed quemvis Romanis corporibus insertum leges tueantur. Quodsi in his tuendis vir inlustris praefectus urbi neglegentia aut trepidatione defuerit, careat dignitate, quam nescit tueri; eos autem, qui armato officio deputati desiderii temeritatem secuti sunt, adflictos supplicio corporali praefecti vigilibus obsequio praefecturae urbanae sententia deputabit, ita ut perpetua eius officii apparitione devincti mutandae militiae ademptam sibi intellegant potestatem, supplicio maiore retinendi, si quolibet genere ad id quod prohibetur inrepserint. DAT. VIII ID. AVG. RAVENNA ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSVL.

A

1 consulibus] c̄s *A* 2 suo] suos *A* 3 in notitiam] innocenciam *A* ueneat *A*ª 6 urbe] ulbe *A*ª intra] *scripsi*, trans *A* 9 urbis] ulbis *A*ª 10 saltem] salt̄e *A* 11 perscripcionibus *A* 12 dicantur] *scr.* iudicentur 17 deuicti *A* 19 rauennam *A* mariano *A*

I, 6, 12 (424 Dec. 20).

IMP. THEODOSIVS A. CONSTANTIO P(RAEFECTO) V(RBI). Primicerius adiutorum tuae sedis officii per biennium, quod in eodem gradu ex consuetudine priscae ordinationis emeruit, curam insuper personarum usurpatione omni atque ambitione cessante suscipiat, hoc etiam adiecto, ut, si quis ex memorato ordine vel condicionis humanae fine praeventus vel alia quacumque ratione militiae gradum propriae amisisse monstrabitur, solitae ambitionis iniuria vacante locum is, qui iuxta matriculae veritatem sequitur, obtineat. DAT. XIII K. IAN. CONSTANTINOPOLI VICTORE V̄. C̄. CONSVL.

A. — IVST. 1, 28, 5.

1 impp. *A* p̄ū] p̄p̄m̄ *A* 2 gradum *A* emeruit] *scr.* emerebit 6 uacantem locum sis *A* | iusta *A* sequitur] *Iust.*, sequetur *A*

VII. DE OFFICIO MAGISTRI MILITVM.

Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 5). — IVST. 1, 29.

I, 7, 1 (359 Mai. 28).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. HERMOGENI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. De cetero, quotiens aliqua necessitas depoposcerit transferri de loco milites ad alium locum, communicato tractatu cum magistro equitum ac peditum id fieri oportebit, ut ad ea loca, quae publica utilitas depoposcerit, transferantur. DAT. V K. IVN. SIRMIO EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

A

1 īmp̄p̄ constantinus ā *A* ermogeni p̄p̄ō *A* 4/5 hypacio *A* *Hermogenes teste Ammiano praef. praetorio per Orientem a. 359 (19, 12, 6) mortuus est in praefectura a. 361 (21, 6, 9), successorem habens Helpidium. Constitutiones in corpore extant ad Hermogenem datae una haec a. 359 Mai. 28, ad Helpidium quinque a. 358 Dec. 29 Doridae [?] (7, 4, 4 magistratu non enuntiato), a. 359 Mart. 14 Constantinopoli (7, 4, 5), a. 360 tres Febr. 4 Constantinopoli (11, 24, 1) — Mai. 17 Hierapoli (7, 4, 6) — Nov. 16 (8, 5, 11). Ex his quae diem habet 359 Mart. 14, cum Constantius eo die Sirmii fuerit, vere est anni aut 360 aut 361. Praeterea probabile est Ammianum in anno errasse et Hermogenem obiisse a. 359/360.*

I, 7, 2 (393 Ian. 12).

IMPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. ADDEO COM(ITI) ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE. Corrector quidem provinciae Augustamnicae ob inlatam duci contumeliam, ut cum officio suo condemnaretur, meruit; a sede autem sublimitatis tuae usurpari iudicii pars ista non debuit, quia semper de ordinario iudice illustris est cognitio praefecturae. DAT. II ID. IAN. CONSTANTINOPOLI THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSVL.

A. — GEMINA 1, 5, 10 *(ubi vide).*

3 usurpari• *A* 4 cognocio *A* 5 habundancio *A*

I, 7, 3 (398 Sept. 13).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORIVS STILICHONI MAGISTRO MILITVM. Sicut clarissimis viris comitibus et ducibus diversarum provinciarum et limitum, ita et viro spectabili comiti per Africam principes et numerarii ex officio magisteriae potestatis mittantur, sub ea tamen condicione, ut emenso unius anni spatio singuli qui designati sunt intra Africam officio functi et actuum suorum et fidei, quam exhibuerint rei publicae, reddendam sibi non ambigant rationem. DAT. ID. SEPT. MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSVL.

A

1 stilīconi *A*

I, 7, 4 (414 Dec. 13).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD HYPATIVM MAGISTRVM MILITVM PER ORIENTEM. Apparitores ⌈officii ˹tuae praestantiae˺ ad aliud iudicium trahi ˹ex auctoritate sacrorum rescriptorum˺ minime oportebit, ˹etiamsi quis id a nostra clementia vel exposita vel suppressa veritate meruerit˺. Sciat igitur illustris magnificentia tua sub te, sive civiliter sive criminaliter appetuntur, eos litigare debere. DAT. ID. DEC. CONSTANTINOPOLI CONSTANTIO ET CONSTANTE V̄V̄. C̄C̄. CONSVL.

IVST.
⌈statutos ˹tui˺
˹ex a. s. rescriptorum˺ *om.*
˹etiamsi ... meruerit˺ *om.*

A. — IVST. 1, 29, 2.

1 aa] ā *A* ippacium *A* 2 alium *A* 4/5 suppressa ueritate] ex supressa seueritate *A* 6 appetantur *Iust.* 7 constintinōp *A*ᵃ et constante iiii c̄ consul *A*

VIII. DE OFFICIO QVAESTORIS.

Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 6). — quaestoris] *Iust. 1, 30,* questorum *A.*

I, 8, 1 (415 Oct. 15)

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FLORENTIO MAGISTRO MILITVM. Viro illustri quaestore Eustathio suggerente cognovimus per innovationem quorundam a minore laterculo praeposituras fuisse sublatas, quod iam in alteram consuetudinem derivatum ex integro revocare noluimus. Quadraginta vero praeposituras minori laterculo pro infra scripta instructione eius restitui praecipimus, ut de scrinio memoriae de cetero emittantur, observaturo sublimitatis tuae officio, ut nihil de memorato numero sibi usurpet, quo pro parte habeat inconcussum quod contra rationem fuerat immutatum. DAT. ID. OCT. CONSTANTINOPOLI HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSVL. SCRIPTA EODEM EXEMPLO SAPRICIO MAGISTRO MILITVM, HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM ET EVSTATHIO QVAESTORI.

A. IND. PAR. (p. 6).

2 eustacio *A* 6 quo] *Wenck,* quod *A* 8 aa. *om. A* saꞁcio *A* 9 elioni *A* eustacio *A*

I, 8, 2 (424 Apr. 25).

IMP. THEODOSIVS A. SALLVSTIO, VIRO ILLVSTRI COMITI ET QVAESTORI. ˹(*L*)aterculi curam totius˺ scias ad tuae sublimitatis sollicitudinem pertinere, ita ut tuo arbitratu ex scrinio memoriae totius minoris laterculi dignitates, hoc est praepositurae omnes, tribunatus et praefecturae ⌈ iuxta consuetudinem priscam clementiae meae auctoritate deinceps emittantur. DAT. VII K. MAI. CONSTANTINOPOLI VICTORE V̄. C̄. CONSVLE.

IVST.
˹totius minoris laterculi curam˺
⌈castrorum

A. — IVST. 1, 30, 1.

1 im̄pp. *A* 3/4 ex crinio *A* 7 mittantur *Iust.* uii k. nōub *A,* ui k. mai. *Iust. (Hal.)*

I, 8, 3 (424 Apr. 29).

IDEM A. HELIONI COMITI ET MAGISTRO OFFICIORVM. Omnes minoris laterculi dignitates, quae sub cura quidem ac sollicitudine viri inlustris quaestoris esse antea videbantur, postea vero vel universae vel mediae ad magistrorum militum potestatem dispositionemque transierant, placuit nunc clementiae meae vetusti temporis more renovato ad prisca deinceps iura revocare. DAT. III K. MAI. CONSTANTINOPOLI VICTORE V̄. C̄. CONSVLE.

A. — IVST. 1, 30, 2.

1 elioni *A* minores *A* 2 ac *om. A* 3 uero *om. A*ᵃ 5 uictore uc consule *A,* supra scriptis coss. *Iust. (Hal.).*

VIIII. DE OFFICIO MAGISTRI OFFICIORVM.

Brev. om., habet A in indice. — IVST. 1, 31.

I, 9, 1 (359 Nov. 1)

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. AD AGENTES IN REBVS. Universi, qui indignis natalibus et conversatione deterrima ad scholam agentium in rebus adspiraverunt vel translati sunt, cognoscente v(iro) c(larissimo) comite et magistro officiorum vestro consortio secernantur, ut ita vos || privilegiis dudum ⌈ indultis ˹frui possitis˺. Ad ducenam etiam et centenam et biarchiam nemo suffragio, ˹sed per laborem˺ unusquisque perveniat, ˹usus omnium testimonio˺: principatum vero adipiscatur matricula decurrente, ita ut ad curas agendas et cursum illi exeant, quos ordo militiae vocat et ˹labor˺. Adiutor praeterea, in quo totius scholae status et magistri securitas constituta est, ˹omni schola testimonium praebente˺, idoneus probitate morum ac bonis artibus praeditus nostris per magistrum obtutibus offeratur, ut nostro ordinetur arbitrio, || data omnibus contra dicendi licentia, si hanc legem quisquam violare temptet. DAT. ET P(RO)P(OSITA) ROMAE IN FORO TRAIANI K. NOV. EVSEBIO ET HYPATIO CONSVLIBVS.

IVST.
⌈ scholae vestrae
˹integris reservatis˺
˹nisi labore˺
˹u. o. t.˺ *om.*
˹laborum˺
˹o. sch. t. pr.˺ *om.*
|| *fin.*

A. — IVST. 1, 31, 1.

1 impp. *A* et iulianus c̄ *om. Iust.* 2 agen-tium *A* 3 u. c. comite] uicarum comem *A* 6 nemo] nomo *A* 9 milicitie (*mut. in* miliciae) *A* 10 constuta *A* 12 actibus praedictus *A* 13 arbitrio] officio arbitrio *A* 14 p̄p̄ pp̄o *A* 15 hippacio *A* *subscr. A Iust. (Russ.)*

I, 9, 2 (386 Mart. 9).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD PRINCIPIVM MAGISTRVM OFFICIORVM. Nefas est a minoribus maiora vel posci vel sperari: ideoque nemo a nobis postulet agentum in rebus aliquem militiae [*potiori*] sociari, nisi quem tua acceptio probari debere significat, ita ut petitorem constet loco esse potiorem. || ˹Ordinem vero militiae atque stipendia nemo˺ praevertat, etiamsi nostri numinis per obreptionem detulerit indultum: ac si ⌈ formam istius modi docebitur obtulisse, in locum, ex quo indecenter emerserat, revertatur, ut is gradu ceteros antecedat, quem stipendia longiora vel labor prolixior fecerit anteire. P(RO)P(OSITA) HADRVMETI VII ID. MART. POST CONSVLATVM ARCADI A. I ET BAVTONIS V̄. C̄.

IVST.
˹Nemo agentum in rebus o. m. a. stipendia˺
⌈ quis

A. — IVST. 1, 31, 2.

1 impp *A* 2 amnoribus *A*[a] 3 *post* militiae *sp. vac. octo litterarum (fortasse ob vitium membranae) est in A; quod inserui, res requirit* 4 deberi *A* 5 militiae atque] *Iust.*, militiaeque *A* 6 nominis *traditur* 10 adrumetis *A* 11 bautonis ūc csl (*sic del.*) *A*

I, 9, 3 (405 Aug. 1).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. AEMILIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Magnificentia tua matriculam scholae agentum in rebus ex nostra auctoritate tractabit atque perficiet, ut sedula inspectione laboriosi segnibus, praesentes absentibus ac sibi perpetuo vacantibus praeferantur: ii quoque, quos sua virtus cum nostra munificentia gradibus honoravit sive dignos effecit, praemiorum sibi delatorum competenti firmitate potiantur, quo secreta ignobili turba multorum industrius quisque et labore non minus quam genere nobilis obsequiis nostris inhaereat. DAT. K. AVG. ANCYRAE STILICHONE II. ET ANTHEMIO CONSVL.

A

1 impp. *A* honorius] et honōr *A* theodoꝝ *A* 3 sedulai *A*[a] 4 hii *A* quos *om. A*[a] 5 honorauit siue dignos] *scr.* honoribusve dignos 6 segreta *A* ignobili] *Clossius*, ignorabili *A* 7 k.] *scr.* x k. *ad 6, 34, 1* 7/8 stilicone ii et antemio *A*

X. DE OFFICIO COMITIS SACRARVM LARGITIONVM.

Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 6). — IVST. 1, 32.

I, 10, 1 (381 Iul. 5).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SYAGRIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Palatinos strenuos regionibus singulis attributos iubemus eam in cunctis adhibere sollertiam, ut non modo abire e provincia non sinatur qui canonem propriae administrationis exactum certissimis nequeat adprobare documentis, verum etiam mansuetudinis nostrae instructa cognitio eum graviore vindicta censeat corrigendum. DAT. III NON. IVL. VIMINACIO SYAGRIO ET EVCHERIO CONSVL.

A

1 impp *A* aaa] ā *A* siagrium popetum *A* (*sic*) neque neque adprobare *A* 2 singulos *A*[b] 3 sinantur *A* 4 certissims cognito *A* 5 instricta 6 siagrio *A*

I, 10, 2 (385 Apr. 7).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TRIFOLIO COMITI SACRARVM LARGITIONVM. [*P*]alatini monitores frequentissimi ad profligandos largitionales titulos iudicibus ordinariis semper adsistant, deinde, si alicuius remissior super hoc fuerit cura detecta, tamdiu unusquisque iudex a palatinis intra provinciam a se administratam peracto iam honore teneatur, quamdiu per eum id quod debitum fuerit exigatur. DAT. VII ID. APRIL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. ET BAVTONE COSS.

A

1 [i]mp. *A* 2 profligendos *A* 4 a *om. A* 5 id. april.] id. april. id. a. *A* 6 a. et trautone coñs [id ad florianum consol] (*uncis comprehensa ex inscr. seq.*) *A*

I, 10, 3 (385 Nov. 25).

[I]DEM AAA. AD FLORENTIVM COM(ITEM) SACRARVM LARGIT(IONVM). In omnibus causis ita cognitioni iurgiorum operam dabis, ut extra ordinem ac sine temporibus recognoscens mature, cum ratione tulerit, ac rursus severius, si iustitia persuaserit, definitivam scias promendam esse sententiam. DAT. V K. DEC. ARCADIO A. I [ET BAVTONE CONSS.].

A

1 florentium] *sic iunctae*, florianum *A* largiti nominibus *A* 2 iurgionum *A* extra] extra opera *A* 4 u] uii *iunctae* et bautone cons. *om. A*

I, 10, 4 (391 Apr. 15).

IDEM AAA. SEVERINO COM(ITI) SACRARVM LARGIT(IONVM). Comperimus inconsulto praefecto urbis ac penitus ignorante raptos ad supplicium mercatores corporalibus affectos iniuriis, gravis insuper multae acerbitate nudatos. Cum igitur |ʿ omnia corporatorum genera, quae in Constantinopolitana ʿurbeʾ versantur, universos quoque cives atque populares praefecturae urbanae regi moderamine recognoscas, || si cuiuspiam fortasse personam fisci flagitabit examen vel in aliquem horum similis posthac redundabit invidia, is non per officium palatinum, sed per apparitionem sedis urbanae cognoscendo negotio praeparatus ad eum cognitorem, cui urbs tota subiacet, deducetur, ut ab eo possit audiri aut, si necessitas suaserit, ad iudicium tuum te petente transmitti. DAT. XVII K. MAI. MEDIOL(ANO) TATIANO ET SYMMACHO CONSVL.

IVST.
ʿciuitateʾ
|| *fin.*

A. — IVST. 1, 28, 4.

1 com. sacrarum largiter *A*: *aut hic emendandum* com. r. pr. *aut vice versa 9, 27, 7* 2 mercatoras *A*[b], mercator.... *A*[a] 6 persona *A* 7 uel] ut *A* 8 appariacionem *A* praeparatur *A* 9 cui] aut *A* ut] aut *A* 10 med. *dubium propter Constantinopolis mentionem*

I, 10, 5 (400 Aug. 26).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ANTHEMIO [COMITI] SACRARVM LARGITIONVM. (*Q*)uia per neglegentiam iudicantis quidam se perperam queruntur esse deiectos, cunctos, qui in hac iniuria continentur, locis debitis praecipimus reddi debere; illos vero, qui sine commeatu aut sine officii publici necessitate per provincias divagantur, tuo examini praesentatos arbitrio celsitudinis tuae condemnatione percelli, deinde militia sententiae tuae, prout visum tibi fuerit, auctoritate privari, hos vero, qui hanc secuti militiam cohortalina officia deseruerunt, a perperam quaesita militia prohiberi. DAT. VII K. SEPT. CONSTANTINOPOLI STILICHONE ET AVRELIANO CONSVL.

A

1 imp *A* aa] ā *A* antemio *A* comiti *om. A* 2 de*****iectos (*vid.* iectos *bis scr. fuisse*) *A* | 3 deberi *A* 4 deuagantur *A* 7 deseruerunt *Wenck*, desoluerunt *A* 7/8 stilicone *A*

I, 10, 6 (401 Febr. 27).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In exactionibus largitionalium titulorum iuxta veterem consuetudinem palatinorum iudicibus incumbat instantia: ad hoc enim tantum videntur emitti, ut rectoribus vigilanter immineant. ET CETERA. DAT. III K. MART. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSVL.

A

1 idem ā adriano ppo *A* 2 iusta *A* 3 uigilant *A* 4 uicencio *A*

I, 10, 7 (401 Febr. 27).

IDEM AA. LIMENIO COM(ITI) SACRARVM LARGITIONVM. Observandum esse censemus, ut bini in singulis indictionibus per singulas provincias palatini dirigantur, ita ut singularum librarum auri adiutores per singulos multa constringat, si legis nostrae definitiones neglexerint vel minus idoneos destinaverint. Quibus ‖ ⌜haec⌝ cura debet esse praecipua, ut periculo proprio notoriis destinatis super neglegentia iudicum, si ita res exegerit, conquerantur, ne eorum sit inpunita desidia. Iudices quoque de eorum nominibus referre convenit, quos commodis propriis magis quam utilitatibus publicis studere praeviderint: breves etiam quadrimenstruos ad officium palatinum noverint dirigendos aurumque exactum ad sacras largitiones sine ulla dilatione ⌜mittatur⌝. DAT. III K. MART. ME(DIOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSVL.

IVST. ‖ ⌜Palatinis haec⌝ ... ⌜esse mittendum⌝

A. — IVST. 1, 32, 1

1 id ā liminio *A* larcionum *A* 3 constringuat *A* 4 neglexerint] *Clossius*, exigerint *A* 5 praecipue *A* 5/6 notoriis] *scripsi*, notariis *A Iust.* 6 neglegentiam *A* | *Iust.* (*C*) 6/7 exigerit conquirantur *A* 7 ne] nec *A* 9 praeuiderint *A Iust.* (*M*), prouideriut *Iust.* (*C*) 11 mart.] mai. *Iust.* (*Hal.*) 12 uicencio *A*

I, 10, 8 (428 Febr. 27).

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Non amplius quam semel intra eandem provinciam quicquam publici muneris palatinus exerceat, sed adiutoris suggestio gestis expressa teneatur, quae et nomen palatini et ei, qui dirigendus est, in eandem provinciam nihil ante commissum evidenter expromat. Quod si aut huiusmodi sollemnitate neglecta aut repetito actu ad provinciam missus fuerit palatinus, adiutorem officii et primicerium atque secundicerium triginta librarum auri poena per-

1 imp *A* ā *A* 3 subiestio *A* 4 est *addidi* expromat (*non* exprimat) *A* 5 nec- | lecta *A* reptito *A*

cellat, nec uti licebit his fortasse praestigiis, quod eidem, non eadem tamen, possint gerenda committi: eundem enim palatinum intra eandem provinciam quicquam publici muneris iterum procurare non licet. Palatini vero scient sibi cum provincialibus nihil esse commune. Iudicibus sane oportebit insistere et si inter eos breves, quos ad provinciam deferent, et eos, qui a provinciarum tabulariis proferuntur, fuerit aliqua diversitas, adscitis sibi in consilium ex provincia quinque honoratis inter palatinum ac tabularium provinciae moderator cognoscat et discussa brevium fide accelerari exactionem iubebit aut censurae legum veterum subiacebit. Noverint sane provinciarum moderatores nullam prorsus exactionis partem ad palatinum officium pertinere nec umquam his adminicula praebenda. Sed nec susceptori quidem aut tabulario provinciae palatinus incumbet, neque a susceptore summam inlatorum neque nominatorios breves a tabulario postulabit, cum haec omnis sollicitudo sit iudicis. Comitibus quoque titulorum, si quando eos ad provinciam mitti ratio necessitatis exegerit, nulla adminicula de palatino dari iubemus officio, sed sola eis provincialis apparitio parebit, poena viginti librarum auri comitem titulorum et officium feriente palatinum, si quis palatinorum cuilibet comiti titulorum fuerit adiunctus. DAT. III K. MART. RAVENN(AE) FELICE ET TAVRO CONSVL.

A

2 eonim *A* 4 oportebit] *scr.* eos oportebit ad] in *A*[a] 5 a] ad *A* adsitis *A* 7 cognoscat] agnoscat *A* haaccelerari *A* 9 pertenere *A* 10 suscepturi *A* a] aut *A*[a] 11 summa *A* neque *bis A* 13 dari] dori *vel* duri *A*[a] eis] eius *A*[b] 15 coilibet *A*

XI. DE OFFICIO COMITIS REI PRIVATAE.

Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 6). Iust. 1, 33. — rei priuatae *in litura A,* rerum privatarum *Iust.*

I, 11, 1 (397 Dec. 23).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MINERVIO COM(ITI) REI PRIVATAE. Manentibus fideiussorum atque subsignationum meritis et possessoribus in eadem, qua nunc habentur, conductione durantibus || ad palatinorum curam et ad rationalium officia omnium rerum nostrarum et totius perpetuarii ⌈, iuris exactio revertatur || nihilque omnino de exactione reddita, hoc est perpetuarii iuris vel sacratissimae domus ad ordinarios iudices pertineat. Meminerint autem officia ordinariorum iudicum non leve fortunis suis imminere dispendium, nisi omnia reliqua praeteriti temporis curaverint exigenda, quae penes conductores ipsorum desidia aut conventia resederunt. DAT. X K. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSVL.

IVST.
|| *inc.*
⌈ hoc est emphyteuticarii
|| *fin.*

A. — IVST. 1, 33, 2.

1 imp. *A* 2 et] *Clossius*, et ex *A* 3 qua] quam *A* 4 ad rat.] rat. *Iust.* 5 iuriis *A*[a] exactio reuertatur] exaccione [reddita hoc est] reuertatur *(del. uncis comprehensa) A* 6 reddita] *fortasse* redituum uel *del.* 7 officio *A* 8 sui *A* 9 exigenda] in exigenda peccata (peccata *del.*) *A* coibencia *A* 10 x *om. Iust. (Hal.)* ian.] me *A*[a] atti consule *A* *subscriptio dubia propter seriem comitum rei pr.*

I, 11, 2 (398 Mai 24).

[IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FIRMINO, COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM)]. Divae memoriae Valentiniano iuniori subreptum est, ut ordinariorum iudicum officiis actores seu conductores dominicos conveniendi licentia negaretur; et idcirco ad rationales privatae rei exigendorum fiscalium debitorum ex illo

Ordinariorum iudicum officiis nec non ipsis rectoribus provinciarum actores seu conductores dominicos conveniendi licentiam damus, ita tamen, ut rationalibus privatae rei ad exigenda fiscalia debita immineant. *fin.* IVST.

1 *inscr. habet Iust.. om. A* 2 iunioris *A*

tempore cura translata est. Ad hanc tamen inutilem praecepti novitatem etiam illud adiectum est, ut, si quid in rei privatae nostrae praediis sceleris esset admissum, quod pro sua atrocitate ulcisci potestas, nisi ferro accincta, non posset, exhibendorum reorum, nisi qui per dominicos deducerentur et defenderentur actores, ordinario iudici copia non pateret. Quod ne deinceps fiat, hac sanctione prohibemus. DAT. VIIII K. IVN. MED(IOLANO), HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSVL.

A. — IVST. 11, 74, 1.

2 si quid] sicut *A* 4 ordinarios *A* 5 pro- ibemur *A* iul.] *scr.* iun. *ad iunctam* 6 a. | iiii] xiii *A* euticiano *A*

XII. DE OFFICIO PROCONSVLIS ET LEGATI.

Brev. om., habet A in indice (p. 6). — Iust. 1, 35.

I, 12, 1 (315 [313] Oct. 30).

IMP. CONSTANTINVS A. AELIANO PROCONSVLI AFRICAE. Omnes civiles causas et praecipue eas, quae fama celebriores sunt, negotia etiam criminalia publice audire debebis tertia, vel ut tardissime quarta vel certe quinta die acta conficienda iussurus. Quae omnia legati quoque coercitione commoniti observabunt. DAT. III K. NOV. TREV(IRIS), CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII COSS.

A

3 uel ut (*non* uel uel) *A* confectendi *A* 4/5 constantino āā xiii et licinio iiii consul. *A.* — *constitutiones quinque datae ad Aelianum (nom. om. 8, 10, 1) proconsulem Africae subscriptae sic:*

1, 12, 1	dat. III k. Nov. Trev.	Constantino A. XIII et Licinio IIII
8, 10, 1	dat. VI id. Nov. Trev. Acc. XV k Mart. Karth.	Constantino A. IIII et Licinio IIII
10, 15, 1	dat. VI id. Nov. Trev.	Constantino A. IIII et Licinio IIII
11, 1, 2 / 11, 7, 1	dat. k. Nov. Trev.	Constantino A. IIII et Licinio IIII

itaque attributae a. 315 vere sunt a. 313; nam Aelianus is proconsul in causa Donatistarum cum iudicium tulerit a. 314 Febr. 15 (Augustinus ad Donatistas post collationem opp. vol. 9 p. 614: Aelianus proconsul causam Felicis audivit Volusiano et Anniano cos. XV k. Mart.: *cf. Tillemont mém. eccl. vol. 6 p. 704), epistulae illae scriptae sint necesse est per mensem Novembrem a. 313 Constantino III et Licinio III cos., acceptae a. 314 eo ipso die, quo in causa illa Aelianus iudicavit. Quod obstat inserta esse gestis causae illius apud Anullinum, quae extant (in appendice ad Optatum ed. Vindob. p. 185 seq.) acta alia a. 314 Aug. 19, magis crediderim cum Tillemontio referendum esse ad horum actorum statum perturbatum quam cum Duchesnio (le dossier du Donatisme p. 60) ad errorem Augustini. Epistulae nostrae si scriptae sunt a. 315 m. Novembri, acceptae a. 316 m. Martio, detruduntur gesta illa apud Aelianum ad a. non 315, sed 316, id quod nullo modo admitti potest. — Quae praeterea extant cum inscriptione eadem constitutiones subscriptae sic:*

1, 12, 3: k. Oct. Constantino A. et Constantio
9, 34, 2: p̄p̄ V k. Mart. Karthag. Constantino A. VI et Constantio C.
11, 36, 3: pp. VI k. Mai. Karthag. Constantino A. VII et Constantio C.

cum omnes relatae esse videantur ad a. 326, aut duo Aeliani per ea tempora proconsulatu functi sunt aut subscriptiones habent corruptas.

I, 12, 2 (319 Dec. 26).

IDEM A. AD PROCVLVM. Et publicae disciplinae interest et proconsulari convenit dignitati, ut publicarum exactionum ceterarumque rerum curam et notitiam ad tuam redigas potestatem, ita ut non officialium instructione et voce fraudulenta contentus sis, sed ipsorum iudicum curam responsionemque condiscas praefecti annonae et rationalium, si fidelis est ea instructio. Ita enim provincialibus contra iniquas exactiones poterit subveniri. DAT. VII K. IAN. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSVL.

A

1 ppoculum *A: intellege proconsulem Africae* 3 potestem *A* 5 *malim:* ita enim, si f. ea | est instructio, provincialibus

I, 12, 3 (. . . . . [313?] Oct. 1).

IDEM A. AELIANO PROCONSVLI AFRICAE. Legati non solum civiles, sed et criminales causas audiant, ita ut, si sententiam in reos ferendam perviderint, ad proconsules eos transmittere non morentur: || ab omnibus enim iudicibus hoc observari oportet, ut supputato tempore competenti, quo necessaria causae criminalis instructio poterit adhiberi, maturam vel nocens poenam vel absolutionem innocens consequatur. DAT. K. OCT. CONSTANTINO A. ET CONSTANTIO CONSVL.

|| *fin.* IVST.

A. — IVST. 1, 35, 1.

1 alieno *A* et] etiam *Iust.* 2 prouiderint *Iust.* 4 suppututo *A*ª(?) necessariae *A* | 6 constantino ā et constantancio consul. *A* *propter subscriptionem vide ad 1, 12, 1*

I, 12, 4 (393 Oct. 7).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCADIVS AAA. FLACCIANO PROCONSVLI AFRICAE. Officio, quod tuis meritis obsecundat, non curialem quemquam nec ⸢plebeia stirpe progenitum⸣ volumus adgregari: ac si qui erunt inter apparitores huiusmodi, restitui eos debitis muniis mox iubemus. || Veteranorum filios militare permittimus, ut, licet diversa condicione, paternam tamen teneant sub cingulo viliore fortunam. DAT. NON. OCTOB. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSVL.

IVST. ⸢ex ceteris corporibus⸣ || *fin.*

A. — IVST. 12, 55, 1.

1 imp *A* āāā] ā *A* flactiano proconsule *A*, ad flavianum *Iust.* *(O): verum nomen restituit Rossius ann. dell' Instituto 21 (1849) p. 319 adlato loco Augustini de civ. dei 18, 23:* vir clarissimus Flaccianus qui etiam proconsul fuit. 3 proienitum *A* 4 munii *A* 5 liceat *A* 7 iiii *A* habundancio *A*

I, 12, 5 (396 Mart. 25).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. SIMPLICIO PROCONSVLI ASIAE. Officium Hellesponti consularis aeternae recordationis patrem serenitatis nostrae adiit et expositis suis incommodis, quibus a vicarianis apparitoribus urgebatur, oravit sub tuae sublimitatis agere potestate. Cuius allegationes humanae proclivius pium principem commoverunt. ⸢ DAT. VIII K. APRIL. CONSTANTINOPOLI ARCADIO A. IIII ET HONORIO A. CONSVL.

⸢ quod et nos obtinere censemus IVST.

A. — IVST. 1, 35, 2.

1 imp *A* āā] ā *A* helliponti *A* 2 patres *Iust.* 4 potestatem *Iust.* humanae proclivius (prodiuius *A*)] *expectes* humane procliuius statuentem

I, 12, 6 (398 Mai. 21).

IDEM AA. VICTORIO PROCONSVLI AFRICAE ET DOMINATORI VICARIO AFRICAE. Apparitioni tuae et legatorum quadringentos de his dumtaxat, quos rei publicae membra non querentur sibi esse detractos, censuimus deputandos, || ita ut, si modum hunc quisquam vitio temeritatis excesserit, quinis libris auri per singulos neglegentia iudicum, denis autem officium sine dilatione multetur. Quisquis igitur vel ex curiis vel ex ceteris corporibus in officio repertus fuerit, origini suae reddatur. Quod si praeter statutum numerum aliqui fuerint, quos ab omni nexu liberos vel curiae vel collegia forte non vindicent, arbitrii tui officiique publicas necessitates instruant, ita ut idem circa statutum numerum officii tui permaneat annonarum numerus, qui hucusque servatus est. DAT. XII K. IVN. MED(IOLANO), HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSVL.

|| *fin.* IVST.

A. — IVST. 12, 55, 2.

1 idem ā *A* 2/3 de his . . . . deputandos] cens. dep. de his dumt. quos s. e. detr. r. p. m. non queruntur *Iust.* 4 temeritatis (*non* dem-) etiam *A* quinis] *Bardili,* qui in his *A* *post* singulos *excidit* admissos *simileve vocabulum* 8 arbitrii tui] *Wenck,* arbitrii sui *A*, *malim* arbitrio tuo 10 euxenio s̄ *A*

I, 12, 7 (399 Sept. 28).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PRAEFECTO ANNONAE. POST ALIA: Antiquam exigendi consuetudinem in omni annonario ac superindicto canone servandam esse censemus, ut submotis omnibus exactoribus, qui de diversis officiis extra morem nunc usque directi sunt, || ⌈ officium proconsulare postulet, quod exigere consuevit, nec alienis se partibus inpudenter inserat. ET CETERA. DAT. III K. OCTOB. ALTINO THEODORO V. C. CONSVL.

IVST.
‖ ⌈ In proconsulari provincia

A. — IVST. 12, 55, 3.

1 idem ag A ppto et p annone A 2 canonis A 4 offium A 5 scr. IIII k. Oct. | propter iunctas.

I, 12, 8 (400 Dec. 31).

IDEM AA. POMPEIANO PROCONSVLI AFRICAE. [Pr]avam licentiam iudicum his cancellis severitatis includimus, ut, si quis proconsulum vicem propriae postestatis in legatum suum velut ingratus nostro beneficio repraesentaverit, triginta librarum auri inlatione multetur eademque condemnatione legatus feriatur. Primates quoque officii par poena contineat, nisi deferentibus inlicita et ambientibus obviaverint. DAT. PRIDIE K. IAN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSVL.

A

2 proconsulem A* 3 scr. repr. velut ingr. nostro ben. 4 eademque ** cond. A legatur | A ferietur A 5 nisi] nisi in A, nisi et Vesme 6 stilicone et reliano A

XIII. DE OFFICIO COMITIS ORIENTIS.

Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 6). — Iust. 1, 36.

I, 13, 1 (394 Mai. [?] 30).

[I]MPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) [PRAETORIO] ORIENTIS. In officio comitis Orientis non amplius quam DC apparitores habeantur, quos quidem publicis necessitatibus ⌈adeo⌉ novimus abunde suppetere, || ut per eos patrimonialium per Orientem possessionum maturetur exactio. DAT. III K. IAN. HERACLEAE ARCADIO III ET HONORIO II AA. CONSVL.

IVST.
⌈ ⌉ *om.*
‖ *fin.*

A. IND. PAR. (p. 6). — IVST. 12, 56, 1.

1 [i]mp (*erasa ante* imp *legis inscriptione eadem*) A aaa] a a A ppo] p A 2 dc] non amplius quam quingentis *index Paris.* | 5 ian.] *scr.* iun. *ad iunctas* heraclie A aa] a A

XIIII. DE OFFICIO PRAEFECTI AVGVSTALIS.

Brev. om., habent A in indice et IND. PAR. (p. 6). — Iust. 1, 37.

I, 14, 1 (386 Febr. 17).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. FLORENTIO PRAEF(ECTO) AVG(VSTALI).

Per Thebaidam atque Augustamnicam provincias officium tuum et officia iudicum conpetentium omnia tributa exigere suscipere postremo conpellere iubemus, ita ut, si qui militares possessores in memoratis provinciis fuerint, hi in tantum per militare officium exigantur. Iam si qui de provincialibus nostris ad inferenda quae debent audaces

IVST.
Omnia tributa per Aegyptiacam dioecesin cura et providentia claritatis tuae a moderatoribus provinciarum exigi iubemus. Si qui tamen ex possessoribus sive militaribus sive non militaribus ad inferenda quae debent audaces extiterint, eos per militare etiam auxilium, si opus exegerit, ad solutionem compelli censemus.

1 imp A praefecto augustalis A 2 tebaidam A augustamniciam A 4 omnia] cum | omnia A 7 in *delendum* 9 inferanda A*

extiterint, ad nostram clementiam referes, ut, ubi nos iusserimus, per castrenses milites exigantur. DAT. XIII K. MART. CONSTANTINOPOLI HONORIO N̄. P. ET EVODIO CONSVL.

A. — IVST. 1, 37, 1.

2 exequantur *A*[a]

I, 14, 2 (395 Dec. [?] 4).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Praefectus Augustalis ordinariorum sub se iudicum examinandi flagitia ac super his referendi, non amovendi vel puniendi habeat potestatem. DAT. PRIDIE NON. DEC. CONSTANTINOPOLI OLYBRIO ET PROBINO CONSVL.

A. — IVST. 1, 37, 2.

1 imp ualentianus teod. et archadius aaa rufino ppo augustalis *A*, imp. theod. arc. et hon. rufino pp. praef. augustalis *(similiterve) Iust.* 2 ac] et *Iust.* 3 olibrio *A.* — *Rufinum cum satis constet caesum esse a. 395 Oct. 27, in huiusce constitutionis die erratum est; erratum item in constitutionibus ad successorem eius Caesarium datis secundum subscriptiones a. 395 Iun. 24 (16, 5, 27) — Nov. 30 (10, 6, 1).*

XV. DE OFFICIO VICARII.

A in indice et IND. PAR. (p. 6), item Breviarii libri duo decurtati ii qui addunt constitutionem 1, 15, 17 (ubi vide). — Iust. 1, 38.

I, 15, 1 (325 Febr. 25.)

IMP. CONSTANTINVS A. AD SILVIVM PAVLVM MAG ITALIAE. POST ALIA: Ne tua gravitas occupationibus aliis districta huiusmodi rescriptorum cumulis oneretur, placuit has solas causas gravitati tuae iniungere, in quibus persona potentior inferiorem aut minorem iudicem premere potest aut tale negotium emergit, quod in praesidali iudicio terminari fas non est, vel quod per eosdem praesides diu tractatum apud te debeat terminari. DAT. V K. MART. NICOM(EDIAE) PAVLINO ET IVLIANO CONSVL.

A

1 constanitin̄ *A*[a] silvium *(sp. vac. 9 litt.)* paulum mag italiae *A*: *fortasse scr.* vicarium Italiae ne] de *A err. min.* 5 vel quod] *scripsi,* ut quos *A* debeant *A*

I, 15, 2 (348 Sept. 28).

IMP. CONSTANTIVS A. AD CAESONIANVM VIC(ARIVM) AFRICAE. Relationes iudicum, qui provincias regunt, nec non et rationalium ceterorumque, qui aliquid scientiae nostrae relatum cupiunt, susceptas tua sublimitas nobis celeriter intimare debebit. DAT. IIII K. OCT. PHILIPPO ET SALIA CONSVLIBVS.

A

1 constantin̄i ā *A* racionales *A*

I, 15, 3 (353 [352?] Dec. 3).

[*I*]DEM A. ILICO CONSVL(ARI) NVMIDIAE. Cum aliquid rectores provinciarum ad nos referre voluerint, id prius ad vicarium referatur, cui scriptum est, ut suggestiones vel relationes per prosecutores ad comitatum meum transmittendas suscipiat et, quod faciendum viderit, expleat, quippe hoc praeter alia cursus quoque publicus magna relevatione firmabitur. DAT. III NON. DEC. SIRMIO CONSTANTIO A. VI ET CONSTANTE C. CONSVL.

A

1 nimidie *A* 2 prius] pu' *A* subiestiones *A* 3 per prosecutores] *Wenck,* prosecutui. *A*[a], prosecutuus *vel* prosecuturus *A*[b] 4 reuelacione *A* 5 syrmio *A* constante cesaris consul. *A.* — *Sirmii a. 353 Constantius non fuit; fortasse scr.* III non. Mart. Constantio A. V et Constante C. (352) *pariter atque 10, 10, 8.*

I, 15, 4 (362 Iun. 6.)

IMP. IVLIANVS A. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Rectores provinciarum sublimitas tua conveniat, ut cunctis de rebus, de quibus ad nos et ad vestram scientiam crediderint referendum, vicarios esse participandos sciant. ACCEPTA VIII ID. IVN. MAMERTINO ET NEVITTA CONSVL.

A

1 imp. iulianus a.] *scripsi*, imp ppo constantinus ā *A; at post obitum demum Constantii († 361 Nov. 3) Mamertinus praefectus factus est* | 2 de quibus] quibus *A* 3 uicar *A* 4 neuita *A*

I, 15, 5 (365 Ian. 25).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD DRACONTIVM VICARIVM AFRICAE. Officium vicariae per Africam praefecturae intra eum numerum colligatur, ut trecentos minime possit excedere, sicuti ceterorum vicariorum esse praecepimus. DAT. VIII K. FEB. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSVL.

A

1 imp *A* 2 trescentos *A* 3 percepimus *A* | 4 ā *A*

I, 15, 6 (372 Feb. 27).

IDEM AA. AD CRESCENTEM VICARIVM AFRICAE. Si quando ex allectis vel susceptoribus aut tabulariis quispiam ratiocinio sive fraude perhibetur obnoxius, non officialis ad exhibitionem eius dirigatur, sed rectori provinciae rei indago mandetur. Ubi primum tamen sinceritas tua provinciam introierit, requirat attente, quam ordinarius iudex iniunctis rebus diligentiam efficaciamque detulerit: qui eorum titulorum, de quibus instructus est, non ad plenum vel discussionem egisse vel satisfactionem deprehenditur curasse, fas erit eum pro neglectu utilitatis publicae dignam commonitionis subire censuram. DAT. IIII K. MART. TREV(IRIS) MODESTO ET ARINTHEO CONSVL.

A

1 idem ā *A: addi debet Gratianus* si] di *A err. min.* 2 fraudi *A* 3 prouncie *A*[a] 4 introiere *A* 5 detulerit] *malim* attulerit 7 negletu *A* commonitionis] *Clossius*, commotionis *A* 8 treuerunt *A*

I, 15, 7 (377 Ian. 6.)

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. ANTONIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In civilibus causis vicarios comitibus militum convenit anteferri, in militaribus ⌈ [⌈ negotiis IVST.] comites vicariis anteponi: quotiensque societas in iudicando contigerit, priore loco vicarius ponderetur, comes adiunctus accedat; si quidem, cum praefecturae meritum ceteris dignitatibus antestet, vicaria dignitas ipso nomine eius se trahere indicet portionem et sacrae cognitionis habeat potestatem et iudicationis nostrae soleat repraesentare reverentiam. DAT. VIII ID. IAN. GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSVL.

A. — IVST. 1, 38, 1.

1 imppp] idem ā *A* 3 uicariis] uicarios *A*[a] sociatas *A* 4 *scr.* ponderet accedet *A* cum] *Haenel*, cum ad *A, om. Iust.* 6 cognitionis] cognicionem (*mut. in* cognicioneis, *deinde in* cognicionis) *A*

I, 15, 8 (377 [379?] Ian. 21.)

IDEM AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Relationes vicariorum, si quando usus attulerit, ad nostram mansuetudinem deferantur; ⌜nam etsi plura sunt, quibus etiam illustris censura tua inconsultis quoque nobis potest dare responsum, scimus tamen aliquanta esse, quae nisi auctoritas principalis oraculi solvere non potest. Et⌝ relationes ⌈ iudicum libenter audimus, ne administratorum decrescere videatur auctoritas,

[IVST. ⌜nam / et⌝ *om.* ⌈ enim]

1 idem ā *A* esperium ppom *A* 2 referantur *Iust.* 4 dare] dare nobis *A* 6 audimus] *Iust.*, audiuimus *A*

si eorum consulta veluti profanorum preces a nostris adytis repellamus. DAT. XII K. FEB. GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSVL.

A. — IVST. 1, 38, 2.

1 a] an *A* repellamur *A* *subscriptioni constitutionis huius et aliarum duarum (8, 5, 34 et 16, 5, 4) inscriptionive earum contrariae sunt epistulae duae datae ad eundem Hesperium proconsulem Africae a. 376 Mart. 10 (15, 7, 3) et a. 377 Iul. 8 (1, 32, 2)*

15, 9 (378 Iun. 1.)

IDEM AAA. AD ALYPIVM. Omnes largitionales titulos laudabilitatis tuae officium more pristino curabit implere speciali cura et periculo, [*ut*] utique post hanc praeceptionem culpam cum rationalis officio communicare non possit, a quo etiam curam alienam esse cognoscat. DAT. K. IVN. TREV(IRIS). ACCEPTA NON. IVL. VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSVL.

A

1 imp. ualens gracian̄ et ualentinian̄ ā ad alipium *A*: *fuit comes sacr. larg.* 2 ut] *om. A* 3 cum] āi (= animi) *A* racionales *A*ᵃ etiam] *malim* eam 4 accepit nonas iulii *A* ii aa] ā ii *A*

15, 10 (379 Aug. 26.)

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SYAGRIVM. Vicario Africae aditus provinciae proconsularis inhibendus est tantumque ei consilii gratia in Thevestinam civitatem accessus pateat. Canoni autem cogendo annonae p(rae)f(ectus) immineat. Vestes largitionales sinceritatis tuae cogat officium, cui negotio etiam rationalis insistat, ita tamen, ut principe loco apparitores tuos maneat et coactionis instantia et deceptionis invidia. Vectigalia sane apud Karthaginem constituta vicariae praefecturae apparitio procuret. PP. KARTHAGINE. DAT. VII K. SEPT. AVXONIO ET OLYBRIO CONSVL.

A

1 imp̄ *A* aāā] ā *A* siagrium. *A*: *fuit pp̄o uic africae (ad inscr.) A* 2 theuestinam (tebestina *A*ᵃ, thebestina *A*ᵇ) ciuitatem (-te *A*) *scripsi* 3 ascessus *A*ᵃ 5 quoaccionis *A* et] hec *A* 7 dat. *delet Clossius*

15, 11 (380 Apr. 4).

IIDEM AA. IVSTIANO VICARIO PONTICAE. Cornicularios officii, quod meritis tuis paret, institutam antiquitus ordinationem militiae repetisse cognovimus, ut peracto corniculario agentium in rebus numero conectantur. Sed divalia statuta obsistunt, quibus comperimus virorum quoque illustrium praefectorum praetorio cornicularios, comitis quin etiam Orientis camelorum gregibus praecepto sic temporis praefici, quo vicariorum omnium corniculariis variae erogationis in urbe Constantinopolitana constat impositam functionem. DAT. II NON. APRIL. THESSAL(ONICAE) GRATIANO V ET THEODOSIO I [AA. CONSS.]

A

1 idem ā *A* tornicularius *A err. min.* 2 institutam (*ex* -tūt *vel* -tut᾿) *A* corniculario] *scr.* corniculari officio 3 agentem *A* 4 praetorios *A* 5 *sic fere explendum videtur:* praecepto sic [dato eo spatio] temporis 6 constantinopolinatana *A* 7 tesal gratianū teod *A*

15, 12 (386 Oct. 27).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. OMNIBVS VICARIIS. Singuli vicarii per dioeceses sibi creditas ter centenos tantum noverint militare debere, ita ut, quicumque maiorum nexu curiis debentur, municipum functionibus dentur et nemo privilegii alicuius praetextu aut annositatis se defendat obstaculo. DAT. VI K. NOV. HONORIO N̄. P̄. ET EVODIO V̄. C̄. CONSVL.

A

1 imp *A* 2 dioceses *A* 3 municipium *A* dentur] *scripsi*, debentur *A* 5 euodio u. c.] euuodio uic *A*

I, 15, 13 (389 Apr. 28).

IDEM AAA. HAVE TATIANE K(ARISSIME) NOB(IS). Officium dioeceseos Asianae, cuius octo provinciarum ambitus per spatia latiora tenduntur, ducentorum niti apparitione praecipimus. DAT. IIII K. MAI. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSVL.

A

1 idem ā abe cuciane (*ex* -no) k. n̄ ūc *A* | dioceseos *A*

I, 15, 14 (395 Dec. 19).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVSEBIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cavendum est, ne qua ob canonem Africae fiat frumenti deceptio. Vicarium itaque virum spectabilem per Africam volumus in proconsulari provincia exactionis et transmissionis necessitates arripere. DAT. XIIII K. IAN. ROM(AE) OLYBRIO ET PROBINO CONSVL.

A

1 imp *A* ppōm *A* 3 exacciones et transmissiones *A* 4 dat.] *immo* pp | olibrio *A*

I, 15, 15 (400 Iun. 18).

IDEM AA. AD VINCENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Virum spectabilem vicarium septem provinciarum reliqua praeteriti temporis exigere iubemus, recentia vero debita ordinarios iudices maturare decernimus, quibus tamen vicarium convenit imminere. DAT. XIIII K. IVL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSVL.

A

1 idem ā ad uincium (*ex* uencium) ppō *A* 2 tempori• *A*[a] iubemus] debemus *A*[a] | 4 stilicone et aurelian̄ *A*[a]

I, 15, 16 (401 Sept. 10).

IDEM AA. VIGILIO VICARIO HISPANIARVM. Nullum penitus honoratorum publica salutatione sine chlamydis indumento vicariam potestatem adire oportet. Officium itaque decem librarum auri multa tenebitur, si quis nostra statuta violare temptaverit. DAT. IIII ID. SEPT. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSVL.

A

1 idem ā *A* 2 oporte *A* 3 statuta] instatuta (*in archetypo fuit* istatuta) *A* | 5 uincencio et flauito *A*

I, 15, 17 (401 Sept. 29).

IIDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Virum spectabilem vicarium Africae quem totius conlationis ac transmissionis cura constringit, iudicibus volumus imminere, ut, quantum singulis quibusque mensibus conlatum sit quidve transmissum, maiore cautione disquirat, in eos procul dubio vindicaturus, quorum fuerit indicata desidia. ET CETERA. DAT. III K. OCTOB. ALTINO VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

A et ADD. *ad decurtatos duos Paris. 4412 et Vat. reg. 1023, item Pithoeus ad exemplar ed. Cuiacii a. 1566 (bibl. Paris. F 6). Edidit primus Cuiacius a. 1586.*

1 iidem āā *A*, intp. *Add.*, impp. arcad. et honorius augg. *Pithoeus coniectura ex subscriptione petita* messalae ppō consul̄ *A*, *om. Add. (etiam Pith.)* uirium *Add. (Par.)* africae *om. Add.* 2 consolationis *Add. (Paris.*[a]*)* ac] ad *A* constrin•••• *Add. (Paris.*[a]*)* 3 quibusque] quibuscumque *A*, quibus *Add.* cnlatum *Add. (Par.)* sit *om. A* 4 dilbio *Add. (Paris.*[a]*)* indicata] dicata *A*, deuota *Add.* desidea *Add. (Paris.)*, desidie *Add. (Vat.)* et cetera] *A*, et chytara *Add. (Paris.)*, *om. Add. (Vat.)*, excitata *Pithoeus et sic Cuiacius ed. 1586* 5 *subscr. om. Add. (Vat.)* frauito] *Add. (Par.)*, freuito *A*

XVI. [= BREV. VI]. DE OFFICIO RECTORIS PROVINCIAE.

om. (erasa?) A. — rectores *N*[a]*; Iust. 1, 40.*

I, 16, 1 (315 Aug. 3).

IMP. CONSTANTINUS A. RUFINO OCTAVIANO CORRECTORI LVCANIAE ET BRITTIORVM. Quicumque extraordinarium iudicium praefectorum vel vicariorum elicuerit vel qui iam consecutus est, eius adversarios et personas causae necessarias minime ad officium praefectorum vel vicarii pergere aut transire patiaris, sed de omni causa in tuo iudicio praesentibus partibus atque personis ita his temporibus ipse cognosce, quae ex eo die computabis, ex quo causa in tuo iudicio coeperit inchoari, ut tunc demum, si ei, qui extraordinarium iudicium postulaverit, tua sententia displicebit, iuxta ordinem legum interposita eam provocatio suspendat atque ad suum iudicem transitum faciat. DAT. III NON. AVG. TREV(IRIS) CONSTANTINO IIII ET LICINIO IIII CONSVL.

A

1 rufino] ad rufino *A* correctoribus *A* briciorum *A* 2 iudicum *A* 3 eius] *scr.* eum eiusque causa necessarios *A* 4 homini *A* 5 ita his] *scr.* datis 6 extraordinariorum *A* 7 prouocatio] *Vesme,* prouo- iiii cacionis *A* 9 licinio *A.* *Subscriptio reformanda videtur ad alteram 16, 2, 2 propter seriem magistratuum.*

I, 16, 2 (317 Sept. 24).

IDEM A. AD BASSVM. Decreta provincialium non prius ad comitatum perferri oportet, quam singuli quique iudicantes ea inspexerint atque probaverint suaque adscriptione signaverint. Si quid fiat contrarium, competens ultio exerceatur. P(RO)P(OSITA) VIII K. OCT. CARALI GALLICANO ET BASSO CONSVL.

A

1 *die indicato cum praefectus urbi fuerit Bassus, videtur intellegi, quamquam neque argumentum legis quadrat nec locus nominatus in subscriptione; de Basso vicario Italiae a. 326 (?) (9, 8, 1) quominus cogitemus, impedit provincia Sardinia subiecta vicario urbis.* 2 adstruccione *A*[b], atstuccione *A*[a] 3 execretur *A*, exeretur *Vesme* caralis *A*

I, 16, 3 (319 Oct. 24).

IDEM A. AD FELICEM PRAESIDEM CORSICAE. Cum sex menses transcurrerint, breves omnium negotiorum ab officio tuo descripti commeent ad scrinia eminentissimae praefecturae, ut his recensitis et ad scrinia nostra perlatis pandatur, quis iudicum et in quibus discingendis causis fidelem operam praestiterit, quo vel dignus praemium mereatur vel neglegens coercitionem incurrat: adeundi tuum iudicium de neglegentia vel avaritia tui officii data provincialibus facultate. || De eo ⌜sane⌝, qui pretio depravatus aut gratia perperam iudicaverit, ei vindicta quem laeserit non solum existimationis dispendiis, sed etiam litis discrimine praebeatur. DAT. VIIII K. NOV. SIRMIO CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSVL.

IVST. || *inc.* ⌜ ⌝ *om.*

A. — IVST. 7, 49, 2.

3 recensetis *A* 4 prestitit *A* 5 adeundis *A* auaria *A* 6 deprauati (?) *A*[b] 7 iudicauerint *A* leserint *A* 8/9 dat. uiiii (uii *Iust. [A]*) k. nou. sirmio (sirmii *A*[a], *om. Iust.*) constantino (cp *Iust.*) a u (a u *Iust. [PL]*, aa *Iust. [A]*, a. iiii *A*) et lic. c. (cc *Iust. [PL]*, ucc *Iust. [A]*, iiii caes. *A*)

I, 16, 4 (328 [?] Dec. 29)

IDEM A. AD MAXIMVM. Praesides provinciarum oportet, si quis potiorum extiterit

1 id aa (ad *om.*) *A* ad maximum] *praefectum praetorio (cf. 7, 20, 5)* praesidem *(ad inscr.) A et sic fere Iust.* potiorum] *A Iust. (M*[a]*),* potentiorum *Iust. (praeter M*[a]*)*

insolentior et ipsi vindicare non possunt aut examinare aut pronuntiare nequeunt, de eius nomine ad nos aut certe ad ⌜gravitatis tuae⌝ scientiam referre, quo provideatur, qualiter publicae disciplinae et laesis minoribus consulatur. ET CETERA. DAT. IIII K. IAN. TREV(IRIS) IANVARINO ET IVSTO CONSVL.

IVST. ⌜praetorianae praefecturae⌝

A. — IVST. 1, 40, 2.

1 uindicari *A* 3/4 minoribus] *A cum Bas.* (ἐλαχιστέρων), tenuioribus *Iust.* (*Lat.*) 4 dat. iiii (u *Iust.*) k. ian. treu. ianuario et (*om. A*) iusto conss. *liber et Iust. Sed eo anno Constantinus vix constitit Treveris.*

I, 16, 5 (329 [362/3] Apr. 18).

IDEM A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ORIENTIS. Ordinarii iudicis provinciarum rectoris seu vicaria potestas ut speculatrix debet prave gesta corrigere. Sed officiales vestrae celsitudinis et vicariae potestatis placet ab exactionibus amoveri et per provincialia officia atque rectores cunctos exigi titulos. Nam si exactio minime impleatur, ante tribunal nostrum exhibitus capitis fortunarumque omnium periculum sustinebit. DAT. XIIII K. MAI. CONSTANTINOPOLI CONSTANTINO A. VIII ET CONSTANTIO IIII CONSS.

A

1 idem aa *A* 1/2 iudices pr. rectores *A* 2 seu uicaria] seu tua seu uicaria *malim* 3 placeat *A* 4 ante] iudex ante *malim* 5 sustineb' (*quod potest esse et* -bis *et* -bit) *A* 6 constantinopoli] constantino ppo *A*; *delendum.* — *Leges tres relatae inter Constantinianas haec et 9, 1, 6 et 15, 1, 3 datae ad Secundum ppo, quamquam habent subscriptiones has:*
1, 16, 5 XIIII k. Mai Constantinopoli A. VIII et Constantio IIII conss.
9, 1, 6 k. Dec. Ianuarino et Iusto conss.
15, 1, 3 III k. Iul. Constantino A. VII et Constantio C. conss.
omnino spectant ad Iulianum, id est ad a. 362 vel 363, cum Secundus sine dubio eius sit praefectus praetorio, accedat in secunda summa similitudo cum 1, 22, 3 a Iuliano data ad Mamertinum.

I, 16, 6 (331 Nov. 1).

IDEM A. AD PROVINCIALES. Praesides publicas notiones exerceant frequentatis per examina tribunalibus, nec civiles controversias audituri secretariis sese abscondant, ut iurgaturus conveniendi eos nisi pretio facultatem impetrare non possit, et cum negotiis omnibus, quae ad se delata fuerint, exhibuerint audientiam et frequens praeconis, ut adsolet fieri, inclamatio nullum, qui postulare voluerit, deprehenderit, expletis omnibus actibus publicis privatisque sese recipiant. || Iustissimos ⌜autem⌝ et vigilantissimos iudices publicis adclamationibus conlaudandi damus omnibus potestatem, ut honoris eis auctiores proferamus processus, e contrario iniustis et maleficis querellarum vocibus accusandis, ut censurae nostrae vigor eos absumat; nam si verae voces sunt nec ad libidinem per clientelas effusae, diligenter investigabimus, praefectis praetorio et comitibus, qui per provincias constituti sunt, provincialium nostrorum voces ad nostram scientiam referentibus. P(RO)P(OSTIA) K. NOV. CONSTANTINOPOLI BASSO ET ABLAVIO CONSVL.

IVST. || *inc.* ⌜autem⌝ *om.*

A. — IVST. 1, 40, 3.

1 notiones] *Wenck*, naciones *A* 2 audituri] *T ex et Hall*, auditoriis *A* abcondant *A* 2/3 iurgaturum *A*ᵃ 4 praeconiis *A* 8 honoris (-res *R*)] *Iust.*, honorem *A* e] et *A*, et e *Iust.* (*RM*), et ex *Iust.* (*PL*) 9 asummat *A* 10 effuge *A* inuestigauimus *A* 12 referendibus *A*ᵃ

I, 16, 7 [= BREV. I, 6, 1] (331 Nov. 1).

IDEM A. AD PROVINCIALES. Cessent iam nunc rapaces officialium manus, cessent, inquam: nam nisi moniti cessaverint, gladiis praecidentur. Non sit venale iudicis velum,

1 [i]dem *A*, imp. constant *NBGMLS* prouincialis *L* nunc] tunc *L* rapacis *L* 1/2 inique *S* 2 nam] non *A* nisi moniti] nisi muniti *NA*, nisi moniti non *ML*, si moniti non *BGS* praecedentur *A*, praecidantur *S* sint *S* uenalis *ML*, uenales *S* iudices *NS* uelum] uerbum *GL*

non ingressus redempti, non infame licitationibus secretarium, non visio ipsa praesidis cum pretio. Aeque aures iudicantis pauperrimis ac divitibus reserentur. Absit ab inducendo eius qui officii princeps dicitur depraedatio; nullas litigatoribus adiutores eorundem officii principum concussiones adhibeant; centurionum aliorumque officialium parva magnaque poscentium intolerandi inpetus oblidantur eorumque, qui iurgantibus acta restituunt, inexpleta aviditas temperetur. Semper invigilet industria praesidalis, ne quicquam a praedictis generibus hominum de litigatore sumatur. Qui si de civilibus causis quidquam putaverint esse poscendum, aderit armata censura, quae nefariorum capita cervicesque detruncet, data copia universis qui concussi fuerint, ut praesidum instruant notionem. Qui si dissimulaverint, super eodem conquerendi vocem omnibus aperimus apud comites provinciarum, aut apud praefectos praetorio, si magis fuerint in vicino, ut his referentibus edocti super talibus latrociniis supplicia proferamus. DAT. KAL. NOVEMB. CONSTANT(INO). P(OLI) BASSO ET ABLAVIO CONSS.

INTERPRETATIO. Officiales omnium iudicum venales esse non audeant nec pretium de introitu occurrentium aut litigantium vel egressu requirant. Et interpellantes tam divites quam pauperes sine ullo praemio audiantur. Quod si rapaces esse voluerint, gladio puniantur aut certe de eorum rapacitate dominicis auribus referatur.

BREV. *(NABGMLS)*.

1 redemptio *B* non *(del. B²)* infamet *BG* licitationis *MS*, litigatiouibus *G* 2 pretio aeque (que *B*)] pressio seque *L* aures] auctores *Mᵇ*, auctoris *Mᵃ* iudicantes *N* diuicibus *A* abiit *L¹* ab] ad *N* 3 eius] eos *L* officio *NGᵃ* principis *A* dictur depraedasio *L* nullas] nullus *N*, nulla sit *L*, nulla *Gᵃ*, ulla *Gᵇ* litigigatoribus *A*, litigatoris *M*, litigatores *S* corundem *N* 3/4 officium *G* 4 concussionis *L*, concutiones (-nis *MᵃSᵃ*) *MS*, concussionibus *N* aliorumue *B* 5 poscendum *Gᵛ* intolerandi] intoleranda *Bᵇ*, *om. G* inpetus] inpetita *Bᵇ* oblidantur] obligantur *S*, abiliantur *Bᵃ*, aboleantur *Bᵇ*, oblidandus est *Gᵃ*, obligandus est *Gᵇ* eorumque] eorum *G* qui] quae *L* prestituunt *S* 6 auditas *N* uigilet *L* praesidialis *N* ne] *NBGL*, nec *AMS* quicquam] *ABGL*, quisquam *NMS* a *om. L* 7 aligatore *L* si] se *NA* 8 putauerint esse] potuerint *L* adheret *N* 9 dat *A* concursi *L*, confusi *A* praesidi *Bᵃ* instruatur *Lᵃ* notitionem *N*, nationem *L* 10 eandem *BG*, eorum *L* conquirendi *GLS* apud comites] *ABMS*, apud cunctis *L*, apud comites cunctos *G*, quae cunctis apud com *N* 11 praefectos (-to *L*) praetorio (-rii *S*)] *AMLS*, praefectum praetorio (-rium *G*) *NG*, ppo *B* fuerit *Gᵇ* ut *om. L* 12 super] a *B* supplicio *BL*, subplici *Gᵃ* referamus *GL*, deferemus *B* 12/13 dat. k. nou. const. basso et ablauio (blauio *B*, albino *G*) *libri* 14 officialis *L* uenalis *L* audeant] ualeant *L* nec] *libri*, neque *edd.* 15 occurrentum *NBᵇM* litigantum *NBGM* egressus *BᵃMS*, egressum *Bᵇ* 15/16 quam pauperes *post* praemio *A* 16 ullum *L* audiatur *G* 17 inferatur *B*

I. 16, 8 (362 Iul. 28).

IMP. IVLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quaedam sunt negotia, in quibus superfluum est moderatorem exspectari provinciae: ideoque pedaneos iudices, hoc est qui negotia humiliora disceptent, constituendi damus praesidibus potestatem. DAT. V KAL. AVG. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

ADD. *ad Theod., ut ait Iac. Gothofredus, 'ex ms. nonnullis ac nominatim ex ms. P. Danielis', cuius codicis alibi mentio non fit.* — IVST. 3, 3, 5. — *Integram habent lapides duo reperti in insulis Amorgo C. I. L. III, 459 (cf. p. 982. 2316³²) et Lesbo l. c. III, 14198.*

2 expectare *Iust. (praeter Bamb.)* 3/4 *subscriptionem servavit Iust. (Hal.)*

I. 16, 9 [= BREV. I, 6, 2] (364 Sept. 19).

IMPP. VALENTIN(IANVS) ET VALENS AA. HAVE, ARTEMI K(ARISSIME) N(OBIS). Iudex sibi hanc praecipuam curam in audiendis ac discingendis litibus inpositam esse non ambigat, ta ut

---

1 et *om. B* haue *(sic AM,* hauc *S,* habe *NBL,* habeat *Gᵃ, om. Gᵇ)* artemi *(sic NAS,* artimi *M,* arteni *B,* anthimi *L,* anthemi *G)* k nb *(sic MS,* kme nob *B,* carissime [carusseme *Nᵃ*] nobis *reliqui) ante* impp. *MS: corrector fuit Lucaniae et Bruttiorum (cf. 8, 3, 1)* sibi iudex *G* 2 praecipue *B* ac] aut *NG* descingendis *M*, distinguendis *NS*, discernendis *ABGL* inposita *A*

non in secessu domus de statu hominum vel patrimoniorum sententiam ferat, sed apertis secretarii foribus intro vocatis omnibus aut pro tribunali locatus et civiles et criminales controversias audiat, ne congruae ultionis animadversione cohibeatur. Absit autem, ut iudex popularitati et spectaculorum editionibus mancipatus plus ludicris curae tribuat quam seriis actibus. DAT. KAL. OCTOB. AQVIL(EIA) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Iudex hanc sibi praecipuam curam inpendendam esse cognoscat, ut litigantium causas iugiter adhibita aequitate discutiat, sciturus non se in secretis domus aut in quibuscumque angulis finitivam sententiam prolaturum: sed apertis domus suae ianuis intromissisque turbis, ut neminem lateat, quid secundum legum vel veritatis ordinem fuerit iudicatum.

BREV. *(NABGMLS)*.

1 ecessu M^{a}, secessum *L* referat *G* 2 secretariis *N* aut] et *B* locatos *L*, locatis *A* criminalis *L* 3 controuertias *M*, controuersia *L* audeat *N* ne] nec *NALS* congrua aeuulsione et *L* animaduersione] *A*, animaduertione *M*, animae (-ma *L*) aduersione *NL*, animaduersionem *B*, animaduersio *G* 4 popularitate $A^{a}G$ et spect.] et expect. *G*, eodem expect. *L* edissionibus *L*, edictionibus *N* ludicris] lucris $M^{a}BG$, in decretis *L* tribuae *L* 5 series *B*, seriei *G* actionibus *N* dat. (xiii *ins. iunctae*) k. oct. aquil. diuo *(om. B)* iouiano (iuuiniano *N*, iuliano *G*) et uarroniano (barroniano *N*, ursino *G*) *libri* 6 hac L^{1} curam] *AMLS*, curam in audiendis litibus *NBG* inpendenda *A* 7 sciturum *B* se in *om. A* secreto *G* 8 finitiuam] ad finitimam *ML* prolatorum *M* suae *om. G* 8/9 inmissisque *M* 9 ut *om. MS* nemine *N* quid] $AMLS^{2}$, qui S^{1}, quicquid *BG*, sed *N*

I, 16, 10 [= BREV. I, 6, 3] (365 [364] Sept. 8).

IDEM AA. AD VALERIANVM VIC(ARIVM) HISPANIARVM. Libellos iudicibus, postquam se receperint, vetamus offerri, ne super alienis causis vel statu pronuntient, quando ab officii conspectu atque ab oculis publicis recesserint. PRAELATA VI ID. SEPTEMB. VERONAE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Iudices, postquam se de consessu publico in domo sua receperint, libellos a litigatoribus non accipiant nec sine officio suo de causis alienis vel de statu aliquid cognoscant.

BREV. *(NABGMLS)*.

1 a̅a̅] a̅ *NM* ualerium *A* uicarium] *ABL*, u̅c̅ *N*, u̅u̅ c̅c̅ *G*, agentem uicarium *MS* spaniarum *L*, hispanie *A*, spanie *B*, hisp. augg. *N* libellus *NL*, lilibellos *G* iudicum *L* 2 offerre *L* causus *G* officio *N*, officia *L* 3 eque *L* publici *N* 3/4 praelata (prolata AB^{b}, prolata p̅p̅ B^{a}, dat. *G*) ui (uii *G*, u *B*, *om. N*) id. sept. ueronae ual. et ual. aa. (a *A*) *libri. Locus cum flagitet a. 364, subscriptio ita accipienda erit constitutionem Veronae emissam anno 364 propositam esse una cum edicto magistratus nescio cuius a. 365 Sept. 8.* 5 consensu *A*, concessu *N* domum suam *N* 6 de statu] statura *B* agnoscant *MS*

I, 16, 11 [I, 16, 12 Haenel; = BREV. I, 6, 4] (369 Apr. 1).

IDEM AA. ET GRAT(IANVS) A. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Provinciis praesidentes per omnium villas sensim atque usitatim vicosque cunctos discurrant et ultro rimentur a singulis, quid unusquisque conpulsor insolenter egisset aut cupide. Is enim, de quo aliqua ad nos querella pervenerit, ad ultimam poenam rapietur. DAT. KAL. APRIL. TREV(IRIS) VALENTINIANO N̅. P̅. ET VICTORE V̅. C̅. CONSS.

INTERPRETATIO. Iudices provinciarum operam dare debebunt, ut per singulos agros et loca sollicita inquisitione discurrant et per se, qualiter in solutione publici debiti cum possessoribus agatur, agnoscant. Cuius rei curam si inplere neglexerint, querellam civium non dubitent in se severissime vindicandam.

BREV. *(NABGMLS)*.

1 a̅a̅] a̅ *M* et *om. N* gregorianus *L* a̅ *om. G* pp̅o̅] p̅p̅ *N* (pp̅o̅ N^{*}), pp̅u̅ *G*, pampeium *A*, praepositum S^{2}, *inc.* S^{1} 2 ullas *N* usitatum *N* uicusque *L* discurrunt N^{a} 2/3 et ultro rimentur] ut ultorum cultores *L* 3 compulsus *B* egisset] egessit *S*, egissae *N*, gessit *B* cupide is] cupiditatem *L* 4 aliqua ad nos] aliquatinus *L* rapiatur *B* 4/5 dat. (x *ins.* NN^{*}) k. apr. treu. (triū *M*, triuer̅ *N*) ualentiniano n̅ p̅ (*sic A*, nob puero *MS*, iib p N^{*}, ii pp *N*, p̅o̅ *B*, septimo *G*) et *(om. G)* uictore *(om. G)* u̅c̅ *(sic NGM*, uic *A*, *om. BS) libri* 6 dare] darei *A*, reddere *GL* debunt *L* ut *om. N* 6/7 locus illicita *N* 7 et] ut *GL* per se] pere M^{a} solutione] solutio *A*, **tioni *L* publica *S* debet *N* 8 si inplere] sicut plus re *N* querelli *N* 9 securissime *N* uindicanda *N*, uindicandum *BS*

I, 16, 12 [I, 16, 11 Haenel] (369 Apr. 1).

IDEM AAA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Unusquisque iudex in his locis sedem constituat, in quibus oportet omnibus praesto esse rectorem, non deverticula deliciosa sectetur. Addimus sane, ut eius, qui provinciae praesidentem propria possessione susceperit, ager, quem diversorium habuerit praedictus in transitu, fisci viribus vindicetur. Ita enim iudices mansiones instruere et instaurare nitentur. DAT. KAL. APR. TREV. VALENTINIANO N. P. ET VICTORE CONSS.

APP. I, 26 *Krueger (codd. EK, item Ottobonianus 2225, Montepess. 84, Paris. 4419) titulo* 'de officio rectoris provinciae'. — *Edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 impp. ualent. ualens et grat. *Ott. Mont.*, impp. ualent. et ualens *EK Par.* in his] nihil *Ott. Mont.* 2 deuerticula] diuersi cura *K* 2/3 deliciosa] *Paris. 4406 (descriptus ex E) coniectura indeque Cuiacius 1586*, religiosa *libri boni* 3 addemus *K Ott. Mont.* eius qui] *Ott. Mont.*, quis in *K*, quisqui (-que *L*) *E. Par.* prouincia *Par.* praesidentem] presidem tempore *Ott. Mont.* 4 quem] quam *Par.* deuersurium *Mont.* transito *E* uribus *K* 5 mansionis *Ott. Mont.* instaurare] instauere *Mont.*, in ista uere *Ott.* nitantur *E*, mutantur *K* apr.] febr. *K* triū *K Mont.*, trium *E* 6 n̄p] ā *K*

I, 16, 13 (377 Iul. 28).

IMPP. VALENS, GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD ANTONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ne quis domum iudicis ordinarii postmeridiano tempore ex occasione secreti ingredi familiariter affectet eiusdem dumtaxat provinciae, sive notus iudici sive etiam ignotus, gesti tamen honoris auctoritatem praeferens. DAT. V KAL. AVG. MOGONTIACO GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS.

INTERPRETATIO. Ne quis notus aut ignotus, eius tamen provinciae homo meridianis horis aut secretis iudicem videat.

ADD. *ad Brev.: ex codice Pithoeano deperdito (nobis F) adscripta est hoc loco ad exemplar ed. Sichardianae bibl. Paris. F 4. Interpretationem habent praeterea Leidensis Vossianus 47 (cum inscr. et subscr.) et Fuldensis, epitomam Aegidiana. Edidit primus Cuiacius in obss. l. VI, deinde in ed. a. 1566.*

4 gesti] *scripsi*, gestet *Pith.*, est et *coni. Cuiacius* honoris, *non* honores *Pith.* morontiaco *Pith.*, morociano *Leid.* *pro* gratiano *asteriscus est in Pith. hiatum significans et om. etiam Leid.; suprascr. in Pith.* grat. *Interpretatio haec est in Pith. et Leid.* (6 homo] mo *Leid.*)*; quam dat Cuiacius in ed. 1566, petita est ex summa Aegidiana:* ut meridianis horis suggerentum iudex causas non praesumat audire

I, 16, 14 [= BREV. I, 6, 5] (408 Nov. 25).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Moderatores provinciarum curam gerere iubemus, ne quid potentium procuratores perperam inliciteque committant. DAT. VII KAL. DECEMB. RAV(ENNA) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

INTERPRETATIO. Iudices provinciarum summam sollicitudinem habere debent, ne actores potentum aliquid circa inferiores personas inlicite iniusteque committant.

BREV. *(NABGMLS).* — IVST. 1, 40, 11.

1 honorios *L* āā] ā *NA* theudoro *M*, theodoto *G* p̄p̄o] p̄p̄ p̄p̄o *N*, p̄p̄o praeturio (praetario *G*[a]) *GL*, pampeio *A*, praeposito *S* 2 prouinciarum] *Iust.*, prouinciae *Brev.* inliciteque] inlicite *GL* 3 dat. uii (uiii *B*, ui *Iust. [Hal.]*, *om. G*) dec. rau. basso et phil. *libri* 4 iudicis *L* summam] istam *MS* debebunt *N* auctores *N* 5 potentium *MS*, potestatum *L* interiorem *N* iniusteque] iniuste *S*[a]

I, 17

(XVII.) DE OFFICIO RATIONALIS SVMMARVM ET REI PRIVATAE.

IND. PAR. (p. 6).

I, 18

(XVIII.) DE OFFICIO PRAEFECTI VIGILVM.

IND. PAR. (p. 7). — *Iust.* 1, 43.

(XVIIII.) DE OFFICIO TRIBVNI VOLVPTATVM.

IND. PAR. (p. 7).

(XX.) [= BREV. VII]. DE OFFICIO IVDICVM CIVILIVM.

Iust. 1, 45 de off. ciu. iud.

I, 20, 1 [= BREV. I, 7, 1] (408 Febr. 3).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. CVRTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Honorati, qui lites habere noscuntur, his horis, quibus causarum merita vel fata penduntur, residendi cum iudice non habeant facultatem: ‖ nec meridianis horis [‖ *fin.* IVST.] a litigatoribus iudices videantur. Quina itaque pondo auri tam iudici quam eius officio atque honoratis parem multam adscribendam esse cognoscas, si quis contra praeceptum huiusmodi venire temptaverit. DAT. III NON. FEBRVAR. ROM(AE) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

INTERPRETATIO. Honorati provinciarum, id est ex curiae corpore, si et ipsi in lite sunt constituti, tempore, quo causae a iudicibus ventilantur, cum iudice non resideant, et litigatores meridianis horis iudicem non salutent. Si aliud praesumpserint, multam supra scriptae legis exsolvant.

BREV. (*NABGMLS*). — IVST. 1, 45, 1.

1 cortio *N*, cursio *GL* p̄p̄o] p̄o c̈ *B*, pampeio *A*, praeposito *S* 2 qui lites] qualiter *B* horis] iuris *L*, honoribus *G* fata] *NM Iust. (CRM*[b]*)*, facta *ABGLS Iust. (PLM*[a]*)* 2/3 penduntur] *NGM Iust. (C aliique)*, panduntur *A Iust. (B aliique)* 3 cu iudicem *L* 4 uideant *A* quina] quinque *BGL*, quino *S* pondo] pondos *L*[b], podos *L*[a], pondera *BG*, pondere *S* eius] ei *L* 5 atque] *MS*, et *NABGL* parem] parte *L* cognoscas] cognoscant *NBG*[1]*L*, cognoscat *G*[2]*S* si quis] qui *B* contra *om. L*[a] 6 dat. iii (iiii *G*) non. febr. (nou. *B*) rom. (rauennae *Iust. [Hal.]*, *om. G*) basso et ph. *libri* 7 lite] liciae *L* sint *G* 8 causae] *MS*, c. aliorum *NAL*, causae (causa *B*) illorum *BG* a *om. N* uentilatur *G*[a] 8/9 litigatore *L*[a] 9 aliud] aliter *G* multa *NL* 10 absoluant *A*[a]

(XXI.) [= BREV. VIII]. DE OFFICIO IVDICVM MILITARIVM.

officium *L*. — *Iust.* 1, 46.

I, 21, 1 [= BREV. I, 8, 1] (393 Febr. 12).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. COMITIBVS ET MAGISTRIS VTRIVSQVE MILITIAE. Numquam omnino negotiis privatorum vel tuitio militis vel executio tribuatur. DAT. PRID. ID. FEB. CONSTANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO V. C. CONSS.

INTERPRETATIO. Nulli penitus in civilibus causis militaris vel tuitio vel executio deputetur.

BREV. (*NABGMLS*). — IVST. 1, 46, 1.

1 arc. et hon.] et arc. *B* ā *A* magistrum *L*, magistratibus *A*, maiestatibus *BG* 2 militiae *ante* priuatorum *A* in negotiis *S Iust.* priuautorum *L* tuitio] auisio *L* ɏ, militis] milites *N*, militus *L*, militaris *G Iust.* 3 dat. prid. (iii *B*) id. (kl. *G*) febr. const. th. a. iii (iiii *BG*) et ab. uc (*sic M*, ūū c̄c̄ *N*, uu cl *B*, uiris claris *S*, uicario *A*, *om. G*) *libri* 4 militariis *S* uel executio uel (?) actio (?) tribuatur *L*

(XXII.) [= BREV. VIIII]. DE OFFICIO IVDICVM OMNIVM.

Iust. 1, 48 de off. diversorum iudicum.

1, 22, 1 [= BREV. I, 9, 1] (316 Ian. 11).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD DOMITIVM CELSVM VICARIVM. Nemo iudex officialem ad eam domum, in qua materfamilias agit, cum aliquo praecepto aestimet esse mittendum, ut eandem in publicum protrahat, cum certum sit debita eius, quae intra domum considerato sexu semet contineat, domus eius vel cuiuscumque rei habita distractione publicis necessitatibus posse servari. Quod si quis in publicum matremfamilias posthac crediderit protrahendam, inter maximos reos citra ullam indulgentiam capitali poena ⌜vel exquisitis potius exitii suppliciis⌝ plectetur. DAT. III ID. IANVAR. TREV(IRIS) SABINO ET RVFINO CONSS.

⌜uel ... suppliciis⌝ *om.* IVST.

INTERPRETATIO. Nullus iudicum matronam in domo sua residentem per quemcumque adparitorem ad publicum aestimet protrahendam, sed circa eam pro sexus reverentia conventio honesta servetur: cum, si quid eam debere constiterit, constrictis eius actoribus possit exsolvi. Nam si quis contra fecerit, summo supplicio se adficiendum esse cognoscat.

BREV. *(NABGMLS)*. — IVST. 1, 48, 1.

1 celsum] celsu *N*, uel celsum *MS* uicarium] *BG*, uc̄ *N*, uu̅ cc *M*, ut *L*, uicp̄ (?) *A*, iurisd *S*[1], *inc. S*[2]: *intellege* vicarium Africae officialem] ad off. *A*, ex officialibus *G* eum *A* 2 aget *NA* aliquod praeceptum *B* aestimet] stemit *L* mittendo *L* 3 protegat *L* certus *S* sit] se *N* consideratu *N* 4 sexu semet] secus *(om. L*[a]*)* aemit *L* habita] habet *N*, habitandi *L* 5 quod] ut *B* publico *G* pro hac *L*, post haec *S* 6 citra ullam] *B Iust.*, ullam citra *G*, citra illam *MS*, citra (*om.* ullam) *NA*, extra (*om.* ullam) *L* indulgentia *L*, indiligentiam *N* capitazyitali *L* 7 poena *om. A* exitii suppliciis] *A*, exitiis (exitus *L*, exicii *S*) suppliciis (-ciisque *GLS*) *NBGML* plectetur] *AML*[a], plectentur *L*[b], plectatur *NBGS* 7/8 dat. iii (iiii *G*) id. ian. (iun. *B*) treu. (triu *M*) sabino (sauino *B*, sabiniano *MS*) et rufino (rufo *G*) *libri*. — *Epistulae duae ad Celsum vicarium Africae eodem tempore datae in causa Donatistarum altera a praefectis praetorio Petronio Anniano et Iulio Iuliano (cf. C. I. L. III, 13734) altera ab imp. Constantino (p. 211. 212 ed. Vindob.) subscriptiones has in universum confirmant. Attamen constitutiones duae ad Celsum datae a. 315 Aug. 1 (9, 18, 1) et 316 Ian. 11 parum conveniunt cum duabus ad Eumelium datis, altera a. 315 Mart. 21 (9, 40, 2), altera a. 316 Nov. 10 (Augustinus l. c. ad 9, 40, 2). Vide quae adnotantur ad 9, 40, 2.* 9 nullos *N* domum suam *A* 9/10 adparitorem] apparatum (tus *B*[b]) rem *B* 10 ad] in *GL* aestimet] extimet *LG* reuerencie *A* 11 cum] quod *BG* auctoribus *G* posse *GS* 12 contra] c. hoc *L*

1, 22, 2 [= BREV. I, 9, 2] (334 Iun. 17).

IDEM A. ANDRONICO. Si contra pupillos, viduas vel ⌜morbo fatigatos et debiles impetratum fuerit lenitatis nostrae iudicium, memorati a nullo nostrorum iudicum conpellantur comitatui nostro sui copiam facere. Quin immo intra provinciam, in qua litigator et testes vel instrumenta sunt, experiantur iurgandi fortunam atque omni cautela servetur, ne terminos provinciarum suarum cogantur excedere. Quod si pupilli vel viduae aliique fortunae iniuria miserabiles iudicium nostrae serenitatis oraverint, praesertim cum alicuius potentiam perhorrescunt, cogantur eorum adversarii examini nostro sui copiam facere. DAT. XV KAL. IVL. CONSTANT(INO)P(OLI) OPTATO ET PAVLINO CONSS.

⌜diutino IVST.

INTERPRETATIO. Si quicumque adversus pupillos, viduas et aegrotos nostra praecepta meruerit, eos de locis suis commovendi vel extra provinciam suam usquam penitus protrahendi

1 idem ā (*post* andr. *N*) andronico (anthronico *G*, andromacho *B*) *om. A*: *mag. incertus* pupillus *L* uel] et *N* mortuo *L*[a] fatigatis *L* 2 impetrato *L* nostrae *om. L* iudicio *G*[b] memoratae *N* iudicum] iuditio *BG* 3 fateri qui nimio *L* prouincia *N* 4 litigatur *NGL* et] hec *A*, *om. L* testes] testis *S*, testes sunt *GL* strumento *L* 5 seruaturus (-ros *N*[b]) *N*, seruentur *BG* ne] nec *G* terminus *L* prouincialem *A* pupillae *L*, publici *A* 6 aliaeque *NBG*, aliquae *S* iniuriam *NABGL* miserabilis *ABL* seruitutis *A*[a] orauerit *L* 7 perhorrescunt] *MS Iust.*, perhorrescant *NABGL* cogentur *M* examine *A* 8 dat. xu *(om. B Iust.)* k. iul. const. opt. et paul. *libri* 9 si] *NBMS*, *om. AGL* aduersum *GMLS* pupillus uiduam *B* et (seu *B*) aegrotos] et infirmos *G* 10 meruerint *NABMS* usquam] nusquam *A*, quam *N*, non usquam *G*

licentiam submovemus, ut ibi causam suam dicant, ubi instructiores esse et testimonia possint facilius invenire. Sane si ipsi, quorum fatigationi consulimus, nos crediderint expetendos, huic voluntati eorum veniendi aditum non negamus, ita ut adversarii eorum sub praesentia principis adesse per rectorem provinciae conpellantur.

BREV. *(NABGMLS).* — IVST. 3, 14, 1.

1 submouimus *B* ut] et *G* ibi] sibi *N* casam *A* instructiones *N* esse *om. L* testimonio *A* possunt *AB*, possent *L* 2 ineniri *B* fatigatione *NL* consulemus *MN*, consolemus *G* expectandos *AL* huic] hunc *G*, huc *S* 3 ad. uen. *B* 4 compellant *A*

I, 22, 3 (363 Nov. 21).

IMP. IVLIANVS A. AD MAMERTINVM. Conventis rectoribus a sublimitate tua edi non minus criminalia acta quam civilia iubemus, his videlicet, quorum salus ad discrimen vocatur. DAT. XI KAL. DEC. ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

APP. I, 27 *Krueger (codd. EK, item Ottobonianus˙2225, Montispess. 84 et Paris. 4419)* 't. de officium *(vac. sp.)*' cons. omnium *[sic Ott.*, de officium omnium *Mont., om. KE]). — Edidit primus Iac. Gothofredus ad C. Th. 9, 1, 6 inventam 'in veteri exemplari C. Th. ad finem eius'.*

1 Iulianus] *Ioviani est, nisi fallit dies, Iuliano adscripta secundum usum compilatorum.* martinum *K; fuit* p̄p̄o a] ad *KE Par. Goth.* sublimitatem *KE Goth.* tua edi] *Par.*, tuondi *E*, tuae *K Ott. Mont.*, tuendi *Gothofredus* 2 corum *Par.* 3 xi] xii *E Goth., om. K* iuliano a. iiii et sallustio (salutio *Par.*) conss. *reliqui,* et aureliano ā *K*

I, 22, 4 [= BREV. I, 9, 3] (383 . . .).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENT(INIANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. PARS ACTORVM HABITORVM IN CONSISTORIO GRATIANI Ā. GRATIANVS Ā. DIXIT. Det operam iudex, ut praetorium suum ipse
1 conponat. Ceterum neque comiti neque rectori provinciae plus aliquid praestabitur, quam nos concessimus in annonis seu cellariis. ET CETERA. ACTVM IN CONSISTORIO MEROBAVDE II ET SATVRNINO VV. CC. CONSS.

INTERPRETATIO. Iudicem praetorium suum de proprio debere conponere et nihil a provincialibus amplius petere, quam ei in annonis vel cellariis a principe fuerit deputatum.

BREV. *(NABGLMS).*

1 ual. grat. *A* ā *A* habecorum *L*, habitatorum *A* 2 congesturio *L* gratiani ā *om. L* ā *om. L* dixit *om. G* ut] et *G* suum *om. B* 3 ceterum] iterum *L* neque] nullus *GL* comes *N* prouintia *L* praestabit *G* 4 consensimus *A* seu] siue *GL* cethara *L* 4/5 actum in consistorio (consisterio *A*) merobaude (merebaude *A*) ii (-to *S*) et sat. uucc (*om. NBM*) *libri* 6 proprium *M* 6/7 prouinciales *M* 7 amplius] aliquid amplius *G edd.* uellariis *M*

XXVII. DE EPISCOPALI DEFINITIONE.

sic Berol. (vide infra). — Iust. 1, 4: de episcopali audientia et de diversis capitulis, quae ad ius curamque et reverentiam pontificalem pertinent.

1, 27, 1 (. . . . Iun. 23).

IMP. CONSTANTINVS A. Iudex pro sua sollicitudine observare debebit, ut, si ad episcopale iudicium provocetur, silentium accommodetur et, si quis ad legem Christianam negotium transferre voluerit et illud iudicium observare, audiatur, etiamsi negotium apud iudicem sit inchoatum, et pro sanctis habeatur, quidquid ab his fuerit iudicatum: ita tamen, ne usurpetur in eo, ut unus ex litigantibus pergat ad supra dictum auditorium et arbitrium suum enuntiet. Iudex enim praesentis causae integre habere debet arbitrium, ut omnibus accepto latis pronuntiet. DATA VIIII KAL. IVLIAS CONSTANTINOPOLI . . . . . A. ET CRISPO CAES. CONSS.

Berol. Phillipps. 1745 (inde cod. Par. 1452) post constitutiones Sirmondianas sub praescripto: lex de Theodosiano sub titulo XXVII de episcopali definitione; *liber omnino intellegendus est primus.*

1 imp. constantinus . . . . 2 accom, *item* 2 et si quis . . . . christia, *item* 3 audi *deficiunt hodie in Berol., habet apographum Paris.* 1/2 ad ep. iudicium] *(sic apogr. ex emend., fuit antea* ereasa ad aepost, *in quo latet fortasse* de re aliqua ad episcopos 2 accommodet *apogr.* 3 [audi]etur *(?) cod.* 6 *videntur quaedam excidisse ad hunc modum:* iudex enim praesentes partes audire et causae 7/8 *subscriptio quomodo restituenda sit, non liquet: Crispus Caesar secundo loco non invenitur nisi a. 318 cum Licinio A. V*

I, 27, 2 (408 Dec. 13).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Episcopale iudicium sit ratum omnibus, qui se audiri a sacerdotibus ˹adquieverint˺. ˹Cum enim possint privati inter consentientes etiam iudice nesciente audire, his licere id patimur, quos necessario veneramur˺ eamque illorum iudicationi adhibendam esse reverentiam, quam vestris ˹deferri˺ necesse est potestatibus, a quibus non licet provocare. Per ˹publicum quoque officium˺, ne sit cassa ⌈ cognitio, [definitioni exsecutio tribuatur. DAT. ID. DEC. BASSO ET PHILIPPO CONSS].

IVST.
˹elegerint˺ | ˹Cum . . . veneramur˺ *om.*
˹referre˺
˹iudicum quoque officia˺
⌈ episcopalis

Codex Phillipps. idem (suppletur hic illic ex apographo) praescribens: item alia (alias *apogr.*) lex de Theodosiano sub titulo XXVII de episcopali definitione, et hoc validior, quia omnibus posterior; *finit mancus in 10* cognitio *foliis sequentibus amissis (apographi pagina reliqua vacat).* — IVST. 1, 4, 8.

4 possent *cod.* 5 audiri *cod.* 9 prouocari *cod.* 10 definitioni *cet. suppleta sunt ex Iust.* | *(subscr. habet Hal.)*

(XXVIII.) [DE DEFENSORIBVS SENATVS.]

litteras de def . . . o(?)i . . tus *Vesmius deprehendere sibi visus est in T, non deprehendit Krueger;* de officio defensoris senatorum *est in indice Parisino (vide supra p. 7).* — *De tituli numero non constat.*

I, 28, 1 (361 Mai. 3).

[*I*]MP. CONSTANTIVS A. AD SENATVM. Mandanda defensio sit his, quorum fides probabilis aestimatur, ut in singulis quibusque provin[*c*]iis obsistant, ne quid contra morem atque iustitiam aut conpe[*t*]entem pensionum modum a senatoribus postuletur; praeser[*t*]im cum ea tantum solvi oporteat, quae vel in delegatione manu nostrae mansuetudinis adnotantur vel a praefectura pro rerum necessitatibus postulantur. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

T (de numeris constitutionum constat per rubricam licet evanidam factam).

1 constantinus *T* 1/2 probabiles *T* 3 pensionu(?)m *T* 4 delatione *T*ᵃ 4/5 adnotatus *T* 5 a] ad *T* postulatur *T*

I, 28, 2 (364 Mai. 6).

[*IM*]PP. VAL(ENTINI)ANVS ET VAL(ENS) AA. AD CLEARCHVM VIC(ARIVM) ASIAE. Habeant senatores [*p*]otestatem deligendi ex corpore suo singulos vel binos per singulas quasque provincias, [*q*]ui omnium patrimonia optentu sui ac munitione defendant,ˡ de[*p*]ensae quoque capitationis relevatione. Nam commodum principalem [*d*]ivalis Iuliani, quod ad solos decuriones per gratiam iudicum per[*v*]enisse dicitur, non ad curiales tantum, sed ad cunctarum lassas [*g*]entium utilitates iubemus communi lege transire. DAT. PRID. NON. MAI. NIC(OMEDIA) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

T IND. PAR. (p. 7).

2 diligendi *T* singulos uel binos per *om. T*ᵃ 3 opteetu *T*ᵃ defetiudant *T*ᵃ *(?)* depen$\overset{a}{s}$e *T* | 4 *haec corrupta*

I, 28, 3 (376 Mai. 29).

[*IMP*]PP. VAL(ENS), GRAT(IANVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD VINDAONIVM MAGNVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quoti(e)ns fiscalium functionum dispositio tractatur, absente senatus (d)efensore nihil sibi praesumant vel curiales vel iudices ordi(n)are, ne quid contra commodum coetus amplissimi iustitiae (r)atione despecta temerariae usurpationis decernat audacia, (c)um etiam hanc licentiam defensoribus dederimus, ut, si forte in (c)ontumeliam senatus divalis fuerit forma neglecta, referre fes(ti)nent. DAT. IIII K. IVN. ANTIO(CHIA) VALENTE V ET VAL(ENTINI)ANO AA. CONSS.

T

1 Vindalonius *(Ουινδάθνηος Graece)* Magnus *Chr. Const. ad a. 375 (chr. min. I p. 242)* | 5 contumelia *T* 6 neclecta *T*

I, 28, 4 (393 Febr. 27).

[*IMP*]PP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Defensores senatorum [*p*]er provincias constitutos suscepti officii tenere convenit [*li*]bertatem. Qua de re, si quando ab ordinario cognitore privile[*gi*]a amplissimi ordinis deteruntur ac renitendi sibi copia de[*n*]egatur, ad nos referre non dubitent, ne singulorum diffiden[*ti*]a cunctorum crescat iniuria. DAT. III KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO V̄. C̄. CONSS.

T

1/2 defensori(?)s *T*   4 denegatus *T*ᵃ   ne] nec *T*ᵃ

(XXVIIII.) [BREV. X.] DE DEFENSORIBVS CIVITATVM.

rubrica BREV., eius vestigia T. — Iust. 1, 55.

I, 29, 1 (364 [immo 368 posteave] Apr. 27).

[*IMP*]P. VAL(ENTINI)ANVS ET VAL(ENS) AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Admodum utiliter edimus, [*ut*] plebs omnis Inlyrici officiis patronorum contra potentium [*d*]efendatur iniurias. Super singulas quasque praedictae dioeceseos civitates aliquos idoneis moribus quorumque vita anteacta lau[*d*]atur tua sinceritas ad hoc eligere curet officium, qui aut provin[*ci*]is praefuerunt aut forensium stipendiorum egere militiam [*a*]ut inter agentes in rebus palatinosque meruerunt. Decurionibus ista non credat; his etiam, qui officio tui culminis vel ordinar[*iis*] quibuscumque rectoribus aliquando paruerint, non committat hoc mun[*us*]; referatur vero ad scientiam nostram, qui in quo oppido fuerint ordinati. DAT. V K. MAI. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

T

2 edicimus *Haenel*   3 iniuria *T*   dioceseos *T*   6 decuriones *T*   7 paruerit *T*   comitat *T*ᵃ   8 uero ad] uerad *T*ᵇ, uora *T*ᵃ   8/9 *subscriptioni et huic et alteri 11, 1, 15 obstat, quod Probum tam Ammianus (27, 11, 1) quam leges reliquae testantur pvaefectum factum esse a demum 368: fuit autem, ut aiunt tituli eius (C. I. L. VI, 1752. 1753),* praefectus praetorio quater Italiae Illyrici Africae Galliarum.

I, 29, 2 (365 Iun. 27).

ID. AA. SENECAE. Si quis de tenuioribus ac minuscularii ⸢ interpell(an)dum te esse crediderit, in minoribus causis ⸢ acta ⸢⸢ conficias: scil(i)cet ut, si quando quis vel debitum iustum vel servum qui pe(r) fugam fuerit elapsus vel quod ultra delegationem dederi(t) postulaverit vel quodlibet ˹horum˺ tua disceptatione rest(itu)as; ceteras vero, quae dignae forensi magnitudine videb(un)tur, ordinario insinuato rectori. ET CETERA. DAT. V K. IVL. TYR[ ] VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST.

⸢ rebus

⸢ id est usque ad L solidorum summam

⸢⸢ iudicialia

˹huiusmodi˺

T (desecta supplentur ex Iust. intra uncos). — IVST. 1, 55, 1.

1 senecae si] senecessi (ak *supra*) *T*: *mag. incertus*   tenuioribus] tenioriba *T*   9 maguitudinem *T*   9/10 u. kal. iul. tyr . . . *T*, xu k. ian. terici *Iust. (Hal.)*

I, 29, 3 (368? 370? 373? Nov. 3).

ID. AA. PROBO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum multa pro plebe a nobis studiose sta[*tut*]a sint, nihil providisse nos credidimus, nisi defensor[*es*] idoneos dederimus. Igitur

IVST.

Defensores civitatum non ex decurionum seu cohortalium corpore, sed ex aliis idoneis personis huic officio deputentur.

1 probo] adpro *T*

non ex decurionum corpore, [*sed*] ex alio, videlicet ex administratoribus, qui vel consulares f[*ue*]rint administratione vel praesides, aut ex palatinis vel ag[*en*]tibus in rebus vel his, qui principatus culminis vestri vicarior[*um*]que gesserunt, vel ex scholasticis huic officio deputentur. DAT. (III) NON. NOV. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

T. — IVST. 1, 55, 2.

1 curionum T^a 3 ex colasticis T^a 4 *subscr. T Iust. (Hal.)*

29, 4 (368 Nov. 6).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VAL(ENS) ET GRAT(IANVS) AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui ex schola a[*gen*]tum in rebus sedi culminis vestri munere principatus no[*s*]tro quodammodo nomine paruerint, inter ceteros hono[*ra*]tos iussione nostra diversarum urbium plebibus constit[*uan*]tur patroni, ita ut, si quos ex his auctoritas tua putaverit el[*igen*]dos, eadem his tutela mandetur, ab his aut[*e*]m eos repraese[*ntet*] inmunes. DAT. VIII ID. NOV. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE II AA. CONSS.

T

2 ex chola T^a sedis *T* 3 numini *scr.* ab aliis 6 triu̅ *T* hono/;tur *T* 5 edem T^a ab his] *fortasse*

29, 5 (370 Aug. 10).

IDEM AAA. AD SENATVM. Utili ratione prospectum est, ut innocens (et) quieta rusticitas peculiaris patrocinii beneficio fruatu(r), ne forensis iurgii fraudibus fatigata, etiam cum ultionem po[*s*]ceret, vexaretur; dum aut avarior instruitur advocatus aut obses[*sor*] liminis maioribus princeps praemiis exoratur, dum acta ab exceptoribus distrahuntur, dum commodi nomine ampliu[*s*] ab eo qui vicerit intercessor exposcit quam redditurus es[*t*] ille qui fuerit superatus. Hoc fieri dignitas non patitur sen[*a*]toris, sed exortas contentiones cita definitione conpe[*scet*]; nam erepta perperam amota dilatione restituit ordin . . . . sine dubio rectoris habeatur auctoritas, quae meliore i[*n*] bonos condicione retinetur; nam ille patitur humani cru[*o*]ris horrorem, hic innoxiam sibi vindicat potestatem. DAT. IIII ID. AVG. HIERAPOLI VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS.

IVST.

Utili ratione prospectum est, ut innocens et quieta rusticitas peculiaris patrocinii, id est defensoris locorum, beneficio fruatur, ut apud eum in pecuniariis causis litigandi habeat facultatem.

T. — IVST. 1, 55, 3.

2 prosecutum *T* quieta] quitas T^a 5 ultione T^a 6 auarior] auarus T^a 6/8 auarior . . . exoratur *om.* T^a aduocatus . . . . exoratur *om.* T^a 6/7 obses(?)⁞ ¦ liminis *T* 8 dum comm.] et dum comm. *T* 10 definitionem $T_{|}^a$ 11 amotam T^a *quid subsit, non adsequor;* ordin[aria] *si recte suppletur, quaedam excide- rint necesse est* 12 i⁞ | bonos *T: spatium admittit tam* in *quam* inter 13 *in* IIII *finit T;* d. iiii id. aug. hierapoli ualentiniano et ualente aa. utrisque ii conss. *Iust. (Hal.)*

29, 6 [= BREV. I, 10, 1] (387 Ian. 25).

IMPPP. VALENT(INIANVS), THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. EVSIGNIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Hi potissimum constituantur defensores, quos decretis elegerint civitates. Quod si quis ad locum defensionis ambitione pervenerit, confestim eum sinceritas tua reiectum quinque libras auri fisci utilitatibus cogat inferre. DAT. VIII KAL. FEB. P̄. C̄. HONORII N̄. P̄. ET EVODII V̄. C̄.

INTERPRETATIO. Hi instituantur civitatum defensores, quos consensus civium et subscriptio universorum elegisse cognoscitur. Quod si qui defensorum ad hanc rem cupiditate pro-

1 **a̅a̅a̅**] ā *A aliique* euxemio *A*, euxinio *G*, eusangnio *L* 2 hii *NGL*, si *(err. min.) A* defensorores *A* quo L^a, quod L^b, quis G^a ciuitates] *GL*, ciuitatis *ABMS*, ciuitatum *N* 3 eum *om. BG* reiectum] relictumque *L*, *om. G* 4 librarum *L* cogatur NG^1LS dat. uiii k. feb. p̄. c̄. honorii (honorio *AS*) n̄ p̄ *(sic A,* nob p *N*M,* nob po *N,* nobili p *S,* uiiii *B,* aug *G)* et *(om. G)* euodii (euuodi *N,* euuodio *A,* pratebi *G,* theodosio *B*) n̄ c̄ *(sic* GS^2, uucc *NA,* u̅c̅ conss *M,* u̅u̅ c̅c̅s̅s̅ *B, inc.* S^1) *libri* 5 hii *NGL* def. ciu. *B* 5/6 subscripcionem *A* 6 elegisse . . . . qui (quis *BL*) defensorum *om.* B^a hinc S^a cupiditatem *L*

pria, non interveniente decreto pervenisse probabitur, pro hac praesumptione quinque libras auri fisco inferre cogatur.

BREV. *(NABGMLS).*

1 interuenieniente *A* probatur *AGL* 2 cogetur *M*

I, 29, 7 [= BREV. I, 10, 2] (392 Mart. 5).

IDEM AAA. POTAMIO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTALI). Defensores nihil sibi insolenter, nihil indebitum vindicantes nominis sui tantum fungantur officio: nullas infligant multas, ⌜nullas⌝ exerceant quaestiones. Plebem ⌜tantum⌝ vel decuriones ab omni inproborum insolentia et temeritate tueantur, ut id tantum, quod esse dicuntur, esse non desinant. DAT. III NON. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO V̄. C̄. CONSS.

IVST.
⌜seueriores non⌝
⌜ ⌝ *om.*

INTERPRETATIO. Defensores secundum suum nomen curiam vel plebem sibi commissam cum omni iustitia et aequitate defendant; nullum de innocentibus aut condemnare aut verberare praesumant.

BREV. *(NABGMLS).* — IVST. 1, 55, 5.

1 aaa] augg. *N*, ā *ABM* ppo augli *L*, augustali po *B* insolentes *B* 2 indebite *L* fugantur *A* 4 omne *L* 5 ut] *NABGL Iust.*, et *MS* 5/6 dat. iii (iiii *G*) non. mart. const. (contemp. *G*, improbo *S*) arc. (ii *ins. N*) a. *(om. G)* ii *(om. B)* et rufino uc *(sic A*, uucc *N*, cou *[?] B, om. GMS) libri* 7 numen *S* 8 omne *L* iustitia uel aeq. *A*, iusticiae eq. *G*

I, 29, 8 [= BREV. I, 10, 3] (392 Apr. 9).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Per omnes regiones, in quibus fera et periculi sui nescia latronum fervet insania, probatissimi quique atque districtissimi defensores adsint disciplinae et cotidianis actibus praesint, qui non sinant crimina inpunitate coalescere. Removeantur patrocinia, quae favorem reis et auxilium scelerosis inpertiendo maturari scelera fecerunt. DAT. V ID. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCADIO A. II ET RVFINO V̄. C̄. CONSS.

INTERPRETATIO. Per omnes provincias tales pro studio disciplinae iudices ordinentur, ut cum omni sollicitudine in reos et latrones remotis potentum patrociniis districtionem debitam exercere non differant, ne per neglegentiam suam aut venalitatem crimina, quae debent puniri, proficiant.

BREV. *(NABGMLS).* — IVST. 1, 55, 6.

1 aaa] ā *NAM* 2 periculi sui nescia (nestia *N*)] periculis uenerant *L* feruit *L*, ferunt *N*, *om. S* quinque *L*, quoque *M* atque] et *AMLSIust.* destrictissimi *M*, districtisseme *A* 3 quotidianae *L* crimina] certamina *M* 3/4 depunitate *L* 4 quoadolescere *L*, conualescere *BS*, coadolescere uel conualescere *G* remouentur *M*, amoueantur *B*, remoueant *Iust.* qua *M*ª fauorem] feruorem *Iust.* reis] eis *A* 4/5 insertiendo *N* 5 maturare *L* 5/6 dat. u (ui *S*) id. apr. const. arc. a. *(om. MS)* ii (iii *B*) et rufino uc *(sic A*, uucc *N*, ucl *B, om. G*ᵛ*MS) libri (subscr. om. G*ᵗ*)* 7 ut] et *N* 8 omne *L*, *om. S* in *om. BM* potentum (-tium *MS*) patrociniis] potentis patr. *A*ᵇ, patr. potentis *A*ª destrictionem *M* 9 uenalitatem (-te *N*)] per u. *B* debunt *N* punire *L*

(XXX.) DE CVRATORIBVS CIVITATVM.

Brev. om., habet IND. PAR. (p. 7); constitutiones desiderantur.

(XXXI.) DE ADMINISTRATIVNCVLIS INTRA VRBEM.

Brev. om., habet IND. PAR. (p. 7); ex constitutionibus fortasse priores desiderantur.

I, 31, 1 (365? 368? 370? 372? Febr. 26).

. . . . . . tuis adnitentibus reformetur. Volumus enim eum morem sicut in omnibus etiam in hac administratione durare, quem priscorum virorum providentia consiliumque

firmavit neque aliquid, [*quod*] ex sollemnitate eius procurationis et honesta consuetudine manarat, invidentium studiis derogari. DAT. IIII K. MART. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

T

De numeris constitutionum non constat. — 1 quod] *Vesme, om. T* consuetudinem *T*

31, 2 (368? 370? Apr. 4).

[*I*]DEM AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Vetustate consuetudinis ius titulo [*addendi*] aliquid lucelli minusculi intra urbem administrationum officiis fuerat adtributum; sed de cetero omnis haec dandi [*a*]ccipiendique consuetudo desistat, ut omnino de usu id quod vocatur formale tollatur. Sit sane in arbitrio dantium, non [*i*]n potestate accipientium, an aliquid his administrati [*s*]ingulis velint pro sumptuum consideratione largiri. Quod [*s*]i quemquam hac causa dedisse aliquid invitum nec ad iudi[*c*]ium detulisse constiterit, publica continuo severitas non minus in dantem quam in accipientem vehemens exeratur. [*D*]AT. PRID. NON. APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

T

1/2 addendi *addidi* 2 officii *T* 3 omnes *T* 4 datum *T* 5 administrati] administratione *T*[a] 7 publico *T* 8 exaratur *T* triu *T*

(XXXII.) DE PROCVRATO[RIBVS GYNAECEI ET METALLORVM].

de procurato (curato *inc.*)... *T* (*Krüger*; de ... et met... *videre sibi visus est Vesmius*). *De numero tituli non constat.* — *Cf. Iust. 11, 7 et 8.*

, 32, 1 (333 Oct. Nov.)

(IM)P. CONSTANTINVS A. AD FELICEM. Procuratores rei privatae (b)afii et gynaecei, per quos et privata nostra substantia tenua(t)ur et species in gynaeceis confectae conrumpuntur, in ba(fi)is etiam admixta temeratio inquinatae naevum adluvionis (a)dducit, suffragiis, per quae memoratas administratio(n)es adipiscuntur, abstineant vel si contra hoc fecerint, ⌐[*n*]umero civium Romanorum exempti¬ gladio feriantur. DAT. . . K. NOV. AQVIL(EIAE) DALMATIO ET ZENO(F)ILO CONSS. ⌐ ¬ *om.* IVST.

T (*suppl. ex Iust.*). — IVST. 11, 8, 2.

1 felice *T: scilicet* ppo 2 genicaeis *T* 3 inquinatae (inquinitae *T*) naeu. adl. add.] n. add. inq. adl. *Iust.* 4 quem *T* abstineant *post* suffr. *Iust.* 5 glaudio *T*[a] 6 aquis *Vesme propter Th. 1, 2, 6 datam eodem tempore* zenonefilio *T*

I, 32, 2 (377 Iul. 8).

[*IM*]PPP. VAL(ENS), GRAT(IANVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD HESPERIVM PROCONSVLEM [*A*]FRICAE. Officiis rerum salutisque volumus propositum esse [*d*]iscrimen, quod non ambigant per se domus nostrae con[*p*]ensanda esse dispendia, nisi eiusmodi fideiussoribus da[*ti*]s administratores admiserint, quorum sint idoneae fa[*cu*]ltates, ad quas facto recursu iacturam declinare [*p*]ossumus, si quid in detrimentum rei privatae nostrae [*a*]dministratorum fraus et avaritia conmiserint. DAT. VIII [*ID.*] IVL. TREV(IRI)S P̄. C̄. VALENTIS V ET VALENTINIANI AA.

T

4 administratore *T*[a] idonea *T*[a] 5 iactaturam declinarem *T* possimus *Vesme* 6 triu p̄c ualentis ū et ualano aa *T*

I, 32, 3 (377 Mart. 29).

[*IDEM AA*]A. AD EVCHERIVM C(OMITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quicumque in largitionibus nostris quo[*c*]umque nomine atque apparitiones procurans nanctus fue[*ri*]t administrationem

2 *scr.* apparitione

ratiociniis obnoxiam, primum ma[*x*]ime idoneis satisdatoribus datis adfectatum munus
incipiat; deinde [*abiens intra*] triginta dies in his thesauris, qui negotii sunt minoris, intra
quinquaginta autem in his, qui maiorum sunt, chartas et ratiocinia cuncta restituat; plane
conscriptum susceptoribus tradat, quid susceperit, quid erogaverit, quid in·thesauris con-
1 ditum maneat. Quamvis autem ilico tradi suscepta conveniat, tamen quoniam quibusdam
casibus po .... scribtum et pecuniam minorem intra triginta dies, cetera intra quattuor
menses, quae in conditis esse oportet, success[*o*]ri, qui advenerit, adnumerari conveniet.
Quod si tantulum aliquid repperietur etiam per eum, qui decedit, fuisse dil[*a*]tum, specie
honoris exactus exauctoratusque omni pristin[*a*] dignitate verberum supplicia digna et pro
moribus torme[*nta*] sustineat, eo usque deformia et pudenda passurus, donec omnis inte-
2 gritas largitionum nostrarum conditis infera[*tur*.] Quae condicio ad procuratores
textrinorum et monetario[*rum*] et vectigalium praepositos pertinebit. DAT. IIII KAL. APRIL.
TR[*EV(IRIS)*] GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS.

T

2 abiens intra *om. T* thesauris] quisauris *T* 4 susceperit] sustenerit *T* 5 manet *T* ilicontradi *T* 6 pr (r *del.*) otenspr§|cribtum et pecuniam *T: requiri videntur talia:* praestat, scriptum 8 fuisset *T* 9 exutus *Haenel* 10 omnes *T* 12 monitario§ *T* propositus *T*

I, 32, 4 (379 Mai. 3).

IMPP. GRAT(IANVS), VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD ARBORIVM COM(ITEM). Qui ex app(aritione) [*pa*]latina tuae sinceritatis actibus obsecundant, in speculis e[*sse*] curabunt, ubi quis eam administrationem, quae praede [*in*]diget, sortietur, nequaquam sponsorem decurionem offe[*rens*] audiatur. DAT. V NON. MAI. AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

T

1 Arborium com.] *mag. incertus* 2 e[sse] curabunt *T (sic Krueger)*, excurabunt, *emendans* excubabunt, *Vesme)* 3 praedae (*vel* praedam)§|diget *T* *fortasse* ne quisquam

I, 32, 5 (386 Iul. 29).

IDEM AAA. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cum procuratores metallorum i(n)tra Macedoniam Daciam mediterraneam Moesiam seu D(ar)daniam soliti ex curialibus ordinari, per quos sollemnis pr(o)fligetur exactio, simulato hostili metu huic se necessita(ti) subtraxerint, ad inplendum munus retrahantur ac nulli de(in)ceps licentia laxetur prius indebitas expetere dignitate(s), quam subeundam procurationem fideli sollertique exac(tio)ne conpleverint. DAT. IIII K. AVG. MED(IOLANO) HONORIO N̄. P̄. ET EVODIO V̄. C̄. CON[*SS*].

T (suppl. ex Iust.). — IVST. 11, 7, 4.

2 machedoniam *T* musiam *T* d//daneam *T* 3 profligatur *Iust.* methuic *T* 4 retrahatur *T* ac] et *Iust.* 5 indebitus *T* subeumdam *T*

I, 32, 6 (387 Dec. 31).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Procurato[*res*] nostri perfectissimatus honore donati ab iniuriis vin[*di*]centur, ita ut his et introeundi secretarium ordinarior[*um*] iudicum pro suggestionum opportunitate facultas plen[*a*] servetur. DAT. PRID. K. IAN. THESS(ALONICA) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

T

1 quynegio *T*

I, 32, 7 (388 . . . .)

ID. AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nec consuetudinis putamus esse nec [*le*]gis alicuius, ut procuratores domorum nostrarum voc[*en*]tur ad instaurationem operum publicorum. P(RO)P(OSITA) BERYTO THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO V̄. C̄. CONSS.

T

1 neg *T* 2 nostrorum *T* 3 byrito *T* quynegio *T*

(XXXIII). DE PRIMICERIIS.

Brev. om., habet IND. Par. (p. 7); constitutiones desiderantur.

(XXXIIII.) [= BREV. XI] DE ADSESSORIBVS, DOMESTICIS ET CANCELLARIIS.

adsensoribus *MS*, assertoribus *N (text. et ind.)*, accessoribus *G* domesticiis M^b cancellarum *L*, ancellalum *G*, cancenlariis *S*. — *Iust.* 1, 51 de ads. et d. et cancellariis iudicum.

I, 34, 1 (400 [396/7] Dec. 8).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui iudicum vel cives eius provinciae, quam regit, vel certe peregrinos consiliarium sibi voluerit adsciscere, tantum quattuor sibi menses ad retinendum eum, quem ex eadem provincia sumpserit, tributos esse cognoscat, donec ab aliis evocatum locis suis actibus adhibuerit, ita ut emensis quattuor mensibus crimini detur, si quis ultra hoc tempus consiliarium crediderit retinendum. DAT. VI ID. DEC. CONSTANTINOPOLI STILICONE ET AVRELIANO CONSS.

APP. I, 28 *Krueger (codd. EK, item Ottobonianus 2225, Montisp. 84, Paris. 4419)* 'titulo . . . . de assessoribus domesticis et cancellariis' *(sic Montisp.; titulum om. reliqui). — Edidit primus Cuiacius a. 1566.*

1 quis *Mont.* iudicium *K Ott. Mont.*[a] 2 ciuis *E Ott. Mont.* eius *om. E* reget *EK Mont.* certe] *fortasse scr.* inde peregrinus *EK Ott. Mont.* 2/3 adsciscere tantum *om. E* 3 mensis *Ott. Mont.* eum *om. K* quem] que *E* ex *om. K* 4 tributus *EK Ott. Mont.*, tributo se *Par.* alius *E* 5 ita ut] ita autem *K*, id autem *Par.* emensis] menses *K Par.* crimine *Ott. Mont.* 6 retendum *Ott.* ui id.] kld *K* auriano *Mont.*

I, 34, 2 [= BREV. I, 11, 1] (422 Mart. 23).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. EVSTATHIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Velut castrense peculium filii familias adsessores post patris obitum vindicent, qui consiliis propriis administratores iuvare consueverunt, si quid licitis honestisque lucris coadunare potuerunt. DAT. X KAL. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) DD. NN. HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis vivo patre cuiuscumque iudicis consilio adhaeserit, quidquid ex iustis et bonis causis adquisierit, hoc sibi sic vindicet, sicut et ille filius, qui aliquid vivo patre in armis constitutus acceperit.

BREV. *(NABGMLS)*. — IVST. 1, 51, 7.

INTERPRETATIO. Cum primum ad iudicem causa fuerit intromissa, personarum firmitas requiratur, ut is, qui causam alterius prosequitur, mandatum eius, cuius causam agendam susceperat, proferre procuret.

BREV. *(NBGOEPMLS; CONS.* 3, 13*)*. — IVST. 2, 12, 24.

1 et *om. O* 2 prancacio *G*, prancio *E* p̄u] *PML Iust.*, publio *S*, p̄fp *(vel* p̄p*) Cons.*, p̄po *E*, p̄o *NB*, p̄fo *G* 3 quaestiones *NG*ᵃ*L* personam *PM* inquiri debet *Cons.* et] qui *G*, *om. BS*ᵃ*Cons.* utrum] uirum *E* 4 mandatum *NGS*ᵃ, manduturum *B*ᵃ acceptum *BG* 5 rite et] recte *GE* constitutus *L* 6 his] quis uel his *G* 7/8 dat. prid. non. (kal. *Iust. [Hal.]*) apr. const. *(om. N)* antonio (antonino *BG*ᵇ, anthemio *Iust. [Hal.]*) et syagrio (sagitio *B*, sacricio *G*) *libri* 9 a iudice *PMS*, a iudicio (iudio *L*ᵃ) *L* intermissa *N* 10 inquiratur *G* ut *om. BG* causa *NB* agendam] agenda *B*, *om. S* 11 proferre procuret] proferat *G*

I,12,4 [= BREV. II, 12, 4] (393 Iun. 27).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. VICTORIO PROCONS(VLI) ASIAE. ⌜Procurator⌝, licet maritus sit, id solum exequi debet, quod procuratio emissa praescripserit. DAT. V KAL. IVL. THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

IVST.
⌜sin autem mandatum susceperit⌝

INTERPRETATIO. Qui uxoris suae negotium fuerit prosecutus, quamvis maritus sit, nihil aliud agat, nisi quod ei agendum per mandatum illa conmiserit.

BREV. *(NBGOEPMLS; CONS.* 8, 2*)*. — IVST. 2, 12, 21.

1 arc] et arc. *Cons.* 2 uicturiae *N*, uictori *PMS Cons.*, uictorino *E* procos.] consi *E* asiae] africae *OL* 3 sit *om. G* emissa] missa *G*, ipsa *B*, *om. E*¹ perscripserit *BGEL* 3/4 dat. u *(sic Cons.*, xu *libri)* k. iul. th. a. iii (ii *E*) et ab. (abundantius *E*) *libri* 5 uxores *N*, uxori *B*ᵃ fuerit *om. S* 6 ei] et *B* per] pro *N*

I,12,5 [= BREV. II, 12, 5] (393 Sept. 28).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullo pacto feminae aut amplius, quam sibi conpetit, agere aut pro aliis possunt intervenire personis. DAT. IIII KAL. OCTOB. CONSTANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO V̄. C̄. CONSS.

1 idem] imp. *G* qua *N* 2 possint *N* interueniri *N* 2/3 dat. iiii k. oct. const. theodosio (-sius *N*) a. *(om. G)* iii *(om. GE)* et ab. uc *(sic B*, uucc *NPM*, *om. GOES) libri*

INTERPRETATIO. Nulla ratione feminae amplius quam suas causas agendi habeant potestatem: nec alicuius causam a se noverint prosequendam.

BREV. *(NBGO [om. int.] EPMLS).*

1 causas *(om. PM)* agendi] *NE*, ag. caus. *BGLS* 2 nouerit *E* proponendum *N*

II, 12, 6 [= BREV. II, 12, 6] (395 Iul. 6).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. ANDROMACHO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Nemo militantium fiat susceptor defensorve causarum nec ad cognitionem alieni iurgii suffragator accedat. ET CETERA. DAT. PRID. NON. IVL. MEDIOL(ANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

INTERPRETATIO. Militantes non permittuntur legibus lites suscipere alienas nec procuratores fieri possunt.

BREV. *(NBGO [om. int.] EPMLS).*

1 aa *om. O* andromacho] *BPM*ᵇ, adromaco *M*ᵃ*S*, andronico *NOE*, anthronico *G* pu] *PM*, publio *S*, ppu *L*, ppo *NGE*, po *B* alia] talem *N* 2 militantum *G* defensorue] defensor sue *N*, defensorque *G*, actorue *O* cognationem *N* iurgii] iuris uel iurgii *BG* 2/3 suffragatur *NEMS*ᵃ, suffracatur *L* 3 dat. prid. *(om. N)* non. (id. *B*) iul. med. olybrio (olebrio *N*, olimbrio *S*) et pr. *libri* 4 militantibus *B* permittantur *G*ᵃ*E*, permittitur *B* litem *S* nec] ne *S*ᵃ 5 possint *N*

II, 12, 7 [= BREV. II, 12, 7] (424 Nov. 14).

IMP. THEODOSIVS A. ET VALENTIN(IANVS) CAESAR ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si lite contestata procuratorem vel cognitorem, qui litis minister est ordinatus, mori contigerit, minime eius quaerantur heredes, ne de supervacuo domino causae laboris occasio protendatur, sed statim ad eum migrent omnes, qui dominus causae fuerat, actiones. Et successoribus procuratoris nulla super eo petitio relinquatur, nisi tantum expensarum nomine vel factorum litis causa sumptuum. Nec sane videtur incongruum cognitori, cum manifestum sit, si cognitor vel praesentis procurator usus fuerit in iudicio prosperiore fortuna vel eadem reflante devictus, iudicati actionem sine ulla cunctatione in dominum dari vel domino. Et haec quidem in actoris persona de litis ministro edixisse sufficiet; ceterum in rei quoque idem licere non dubium est, quamvis abunde legum veterum observatione munita sit, quae, si in rem quoque suam cognitor vel procurator quis fuerit ordinatus, simili modo nihil novi requirere patiuntur. ET CETERA. DAT. XVIII KAL. DECEMB. CONSTANT(INO)P(OLI) VICTORE V. C. CONS.

INTERPRETATIO. Procurator est, cui per mandatum causa committitur. Cognitor est, cui sine mandato causam suam agendam praesens praesente iudice litigator iniungit. Si procurator

1 impp. *N*, imperatore *L* theod. a et ual. caes.] *BG*, theod. et ual. augg. *(om. O) NOE*, theod. et ual. et ceteri *S*, ual. et caesar *PM*, ual. aa *L* asclipiodomo *N*, asclipiodoti *G*, asclipiodo *B* 2 lites *NELS*ᵃ 2/3 contingerit *S* 3 eius] quis *N* queruntur *N*, requiruntur *G* eredis *L* ne de] *PML*, hanc (a. c. *E*ᵃ) de *E*, neue *NO*, ne uel *G*ᵇ, nec uel *G*ᵃ, ne *BS* superuacuo] *B*, superuacuum *NGEPML*, peruacuum *S*, superuacui *post* causae *O* dominum *S*, dominio *G* laborem *N* 4 praetendatur *BGE* fuerat] fuerit *GO*, fuerat et *B* actionis *BGES* 5 procuratores *NE* super eo (eum *GE*) petitio] super eos competitio *B* expensorum *L* 5/6 nomina *G* 6 faciorum *N*, pactarum *G* litis (lites *NGE*) causa (-sas *E*)] c. l. *O* incongruum] id incongruum *Gothofredus* cognitorem *BGE* 7 manifeste *G* sit si] si sit *PM*, est si *N*, sit *G* cognitum *G* praesentes *NGE*, praesens *B* fuerit *om. G* 7/8 prosperiore (-riori *S*, -rior *PM*) fortuna] prosperioris fortunae *BG*, f. pr. *O* 8 reflante] *NOE*, refragante *L*ᵇ, refrangante *L*ᵃ, reclamante *BG*, non flante *PMS* deuictum *E* actione *G* cognitione uel cunctatione *G* domino *N* dari] data *G* 9 actores *N* personam *O* de litis] *BOE*ᵇ*S*, delictis *NGE*ᵃ*PML* edixisse] et dixisse *N*, dixisse *BGO* sufficiet] *NEPML*, sufficiat *BGO*, sufficit *S* 10 rei] re ei *PMLS*, re *G*ᵇ*O* quam suis *E* habendae *PML* ueterum] nostrarum *B*, ueterum uel nostrarum *G* 11 unita *S* quae] quod *BG* qui *G* 12/13 dat. xuiii *(sic NBGE*, xuii *PMS*, ix *O)* k. dec. const. uictore (uiciore *N*, uictori *B*) uc (ucl *B*, uu *N*) *libri* 14 cui per] per *S*ᵃ 14/15 cui sine] sine *G*ᵃ 15 mandatu *N*, mandatum *E* agendum *E* praesenti *PMLS* iniungat *E* si] si ergo *O*

aut cognitor tantummodo, non dominus et procurator effectus post litem contestatam quolibet casu de hac luce discesserit, de mandato sibi negotio ad suum nihil transmittit heredem, nisi tantum sumptuum vel expensarum repetitionem, quam auctorem suum in suscepta causa fecisse probaverit, lis vero ad mandatorem redit. Si praesentis procurator vincatur aut vincat, in dominum vel domino, non in procuratorem vel procuratori actio tribuetur iudicati. Idem esse et in pulsati possessoris procuratore servandum, si aut vincatur aut vincat. Et si in rem suam quis factus fuerit dominus et procurator et procuratorem ipse pro sua utilitate iam fecerit, similiter exitus rei iudicatae dominum respiciet, non actorem.

BREV. (*NBGOEPMLS*)

1 cognitur *B* et proc. effectus (est *ins. N*) *om. O* 2 decesserit *O* de mandato sibi negotio (-tium *E*)] de negotio sibi mandato *O* 2/3 ad s. nihil (nil *N*) transmittit (-tent *B*, -tat *E*) h. n. tantum *om.* E^t 3 sumptum *N* repetitione *N*, receptionis *E* actorem *O* susceptam *N*, suscepti *E* causam *N* 4 praesentes N^a, praesens N^b*PMLS* uincatur] aut u. *O* 5 domino] *NBOS*, in domina *EGPML* non in] nostro in *N*, ne *B*, in *G* procuratori] in procuratori *N*, procurator *E* tribuatur S^a esse] est *O emendans* et *om. ES* 6 possessores *NE*, uel possessoris *LS* procuratorem *N*, procuratoris *G* seruandi *G* si] qui si *O* autem uincatur *GE* in *om.* E^a 7 factus *om. BG* et (aut *P*) procurator *om. O* 8 iudicatae] indimtae N^a, indemtae N^b respicit *PMLS*, recipiat *B* auctorem N^b*E*, ad actorem *L*

XIII. DE ACTIONIBVS AD POTENTES TRANSLATIS.

translatas *GE*. — *Iust.* 2, 13: ne liceat potentioribus patrocinium litigantibus praestare vel actiones in se transferre.

II, 13, 1 [= BREV. II, 13, 1] (422 Iul. 11).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Si cuiuscumque modi cautiones ad potentium fuerint delatae personas, debiti creditores iactura multentur. Aperta enim credentium videtur esse voracitas, qui alios actionum suarum redimunt exactores. ET CETERA. DAT. V ID. IVL. RAV(ENNA) DD. NN. HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Qui cautiones exigendas potentibus dederint, omne debitum perdant, quia, ubi potest esse repetitio, potestas ad exigendum non debet a creditoribus invitari.

BREV. (*NBGOEPMLS*). — IVST. 2, 13, 2.

1 alia] ali *E*, talem *N* 2 si *om. G* modi *om. G* cautionis *L*, cautionẽs *(sic) E*, causationis *N* ad] ad cuiuscumque *GE* potentum *GO* fuerit *NG* dilatae *NB*, dilatatae *G* personam *PML* debiti creditores (-ris *GS*)] creditoris debitorem *B* 3 iacturam *L*, *ante* cred. *O* multetur *B* aperta] a patre *S* uidentur *N* uoracitas] ueracitas *E*, rapacitas *B* alias *N*, aliis *S* actionem *E* 4 rediment *B* exactoris *S* 4/5 dat. u (ui *BG*, *om. Iust. [PL]*) id. (kl. *NO*) iul. rau. ddnn. (domino nostro *BG*) hon. xiii (uii *Iust. [Hal.]*) et th. x (xi *G*, ii *Iust. [Hal.]*, *om. E*) aa. *libri* 6 perdat *N*, perdunt *L* 7 potestatis *PML* exigendam N^a non *om. BG* debent *PMS*^{a}, debeat *BG* inuitari] multari *O*

XIIII. DE HIS, QVI POTENTIORVM NOMINA IN LITE PRAETENDVNT VEL TITVLOS PRAEDIIS ADFIGVNT.

Rubricam habet Burg. R. 43. — 1 potentiorem, potentum *BE* — 2 inlicite *G* — protendant *G* — uel t. pr. adf. *om. O* — uel] aut *G* — titulus *S*, titulis *E* — adfligunt *N*. — *Iust.* 2, 14: de his qui potentiorum nomine titulos praediis adfigunt vel eorum nomina in lite praetendunt.

II, 14, 1 [= BREV. II, 14, 1] (400 Nov. 27).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Animadvertimus plurimos iniustarum desperatione causarum potentium titulos et clarissimae privi-

1 hon. et arc. *O* missale *N* p̅p̅o] p̅f̅o *L* 1/2 animum aduertimus *N* 2 plurimis *N* disparatione N^a et clarissimae] et clarissima *S*, ad clarissima *E*

legia dignitatis his, a quibus in ius vocantur, opponere. Ac ne in fraudem legum adversariorumque terrorem his nominibus abutantur et titulis, qui huiusmodi dolo scientes conivent, adficiendi sunt publicae sententiae nota. Quod si nullum in hac parte consensum praebuerint, ut libelli aut tituli eorum nominibus aedibus adfigantur alienis, eatenus in eos qui fecerint vindicetur, ut adfecti plumbo perpetuis metallorum suppliciis deputentur. Quisquis igitur lite pulsatus, cum ipse et rei sit possessor et iuris et titulum inlatae sollemniter pulsationis exceperit, contradictoriis libellis aut titulis alterius nomen crediderit inserendum, eius possessionis aut causae, quam sub hac fraude aut retinere aut evitare temptaverit, amissione multetur nec repetendae actionis, etiamsi ei probabilis negotii merita suffragantur, habeat facultatem. Eos sane, qui se sponte alienis litibus inseri patiuntur, cum his neque proprietas neque possessio conpetat, veluti famae suae prodigos et calumniarum redemptores notari oportebit. DAT. V KAL. DECEMB. MEDIOL(ANO) STILICHONE V̄. C̄. CONS.

INTERPRETATIO. Cognovimus multos causas suas per potentium personas excusare vel prosequi, ita ut libellos vel titulos eorum nominibus, qui dignitate praeclari sunt, quo facilius terreant possessores, in his domibus, quae ab eis repetuntur, adfigant, aut certe, si aliquid repetatur, nomine magnorum et clarissimorum virorum prolatis libellis contradictoriis se specialiter excusare. Quod si ex eorum voluntate factum fuerit, quorum nomina libelli testantur, publice debet dignitas eorum pro omni vilitate notari. Illi vero, qui causas suas tali fraude agere praesumpserint, plumbatis caesi in metallum damnati perdurent. Unde quicumque conventus de re, in qua dominus esse dinoscitur, si alterius nomine se voluerit defensare aut alium alterius nomine inquietare praesumpserit, causam perdat: et rei, de qua agitur, seu possessionem seu repetitionem amittat, quamvis boni meriti negotium possit habere.

BREV. (*NBGO [om. int.] EPMLS*). — IVST. 2, 14, 1. — BVRG. R. 43. — THEODERICVS 46.

1 dignitatis (-tes *N*)] potestatis *O* in ius] iniuste *BG* apponere *G* ac ne] at ne *O*, accionem *LS* frande *BS* 2 his] in his *N* nominibus] omnibus *L* qui] qui per *GE* dolos *BG*, dolum *O* 3 conibent *BGPMLS*^{b}, coibent *S*^{a}, quohibent *N*, choibent *E* efficiendi *E* sint *N* notam *B* 4 tit. aut lib. *O* eorum] quorum *E*, *om. S* adfligantur *E* eatenus] catenis *N* 5 in *om. M*^{a} uindicentur *B* 6 lite] a lite *G* reis *N* poss. sit *O* iures *L* et] ei *N* 7 inlatae] *PML*, introlatae *NBGOE*, inprolatae *S* contradictoris *E*, contradicturis *G* libellis (-lus *N*^{a})] *NBGOE*, possessoris (-res *L*) *PMLS* nomine *G* 8 crediderit] reddiderit *S* ingerendum *Iust.* eius] ius *B* possessiones *N*^{a}*L* causae] casae *Theodericus, recte puto* aut ret.] auret. *L* 9 euitare] *EPML Iust.*, uitare *S*, certe *N*, euertere *O*, hereditate *B*, euitare uel hereditare *G*, uindicare *Theodericus, recte fortasse* multitur *N* repetenda *N*^{a} actiones *N* ei] *NBGOE*, uel *PMLS*, ei uel *edd.* 10 suffragatur *E*, suffragentur *G* habeant *N* facultatem] potestatem *BG* eos] eius *N* qui se] quis *N*, qui *Iust.* litibus] litigiis *B* 11 cum . . . conpetat *om. N* prodigus *N*^{b}*EPMLS*^{a}, protegus *N*^{a} 12 redemptoris *NS*^{a} oportet *NO*, oportebat *G* 12/13 dat. u (xu *Iust. [Hal. PL]*) k. dec. med. stilichone (stilicone *fere libri*) u. c. (uiro clarissimo *O*, u *N*) *libri* 14 multas *ES* per] pro *S* excusari *BG* 15 praeclarescent *S* 16 domibus quae] domibus dominis qui. *E* adfligant *N*, affligat *G*^{a}, adfiguntur *E* aliquis *G* 16/17 repetatur] *G ex em.*, repetantur *NBEPMLS* 17 minorum *S* et *om. N* prolatis] *BG fortasse ex em.*, probatis *NEPMLS* inbellis *S* contradictores *E*, contradictor his *G* se *om. LS* 18 excusare] excusasent *S*, e. uel prosequi *E* ex *om. G*^{a} belli *S* 19 digtas *M*^{a} utilitate *B* uero *om. S* talis *L* agere] age *M* 20 metallo *BG* quacumque *G*^{b}, quiacumque *G*^{a} conuentus de re] de re c. (conuinctus *G*) *BG* 21 nomini *PML*, nominari *E* 22 rei] re *E*, rem *BG* 22/23 seu rep.] se rep. *M*^{a} 23 quamuis boni] quam si alterius nomine uoluerit defensare *N* meriti] erit *S* posset *N*

XV. DE DOLO MALO.

Iust. 2, 20.

II, 15, 1 [= BREV. II, 15, 1] (319 Iul. 25).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD SYMMACHVM VIC(ARIVM). Optimum duximus non ex eo die, quo se quisque admissum dolum didicisse memoraverit, neque intra anni utilis tempus,

---

1 impp. *N* ā *om. NO* uic̄] *PML Iust.*, uicarium *BG*, ūc̄ *O*, uirum clarum *S*^{2}, ūc̄ consol *E*, *inc. S*^{1}, *om. N* diximus *G*^{a} 2 quod *S* amissum *PMLS* memorauerint *E*, memorauit *Iust. (praeter M*^{a}*)* neque *om. G*^{a} annum *BG* utilis] utile *G*^{b}, *om. O*

sed potius ex eo die, quo adseritur commissus dolus, intra continuum ˹tempus anni eis, quibus esse decertandi ius invenitur, eiusmodi actionem causa cognita deferri; ita ut, si forte is, contra quem res agitur, longius ullo genere discesserit, nec denuntiandi necessitate petitor oneretur nec eius qui aberit praesentia postuletur. Nec tamen adsistere, si velit, quisquam prohibeatur examini, contra quem decernenda intentio huiusmodi fuerit expetita: ita ut impetrata doli actione lis ad suum iudicem translata intra biennii spatia decidatur, ratione temporis custodita, cum legitime fuerit apud suum iudicem coepta, exemplo litium ceterarum. Perpetuo vero silentio conquiescat, nisi ex die, quo impetrata fuerit actio, intra continuum biennium, quod sequitur, omnis lis fuerit decisa˺. Omnes igitur sciant neque incipiendae post biennium neque ante conpletum biennium coeptae, post biennium finiendae doli actionis concessam licentiam. DAT. VIII KAL. AVG. NAISSO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

IVST. ˹biennium de dolo actionem moveri, sive afuerit sive praesto est is, qui dolum se passum esse conqueratur˺

INTERPRETATIO. Dolus malus est, quotiens per aliquam scripturam vel fraudem ea, quae definita sunt, per scripturae argumenta mutantur. Vel si quis per chartarum subpositionem aut subreptionem aliquam id, quod contra se futurum sit, consentire videatur, inducitur, vel cum his similia discutiente iudice probantur admissa. Et ideo ille, qui queritur dolo se fuisse gravatum, intra biennium suas et incipiat et definiat actiones: ultra sibi nec ad incoandum nec ad definiendum tempus noverit esse concessum. Nam si aut illum, qui dolum admisisse dicitur, aut illum, qui pertulit, absentem esse contigerit, a tempore, quo apud iudicem agere coeperit, biennium ad definiendam actionem sciat sibi esse permissum.

BREV. (*NBGOEPMLS*). — IVST. 2, 20, 8.

1 quo] quod *N* assertur *PM*, adsertor *L*, adheserit *E* continuum] contentionum *E* 2 anni *parum recte conciliari cum sequentibus intellexerunt Iustiniani* eis] *O ex em. puto*, reis *BGPMLS*, rei *NE* esse] est *G* ius *om.* G^a inuenitur] im(m)inetur *PML*, inminitur *S* huiusmodi *G* 3 causam *N* differri *G*, differet *E* ita ut *(om. G)* si] aut si ut *S* is] (h)is *BGOS*, (h)is qui *EPML*, *om. N* longe *G* 4 necessitatem *PMLS* petitur NE^aS, petere *BG* honeritur *S*, honoretur BGE^b, honoratur E^a 5 abierit *BG*, haberet *N*, habuerit *E* postoleretur *N* adsistere] adsentire E^tPMLS si uelit quisquam] q. s. u. *O* 6 decernendi *O* intentio hui.] h. i. *B* fuerint *L* 6/7 appetita *G* 7 ita ut] aut *NBG*, ut *O* translatam *N* 8 spatia] *NEPMLS*, spatio *B*, spatium G^bO, *inc.* G^a decedatur *N* rationem *N*, ratio *G* tempus *L* custodiat *G* letime M^a, legitimi *L* 9 coepta] praecepta *GL* exemplum *O* litigium ceterorum *E* perpetuum *G* uero *post* exemplum *O* 10 quod *S* fuerat *N* 10/11 intra continuum biennium] cottidiano biennio *BG* 11 omnis] omnes *NGE* omnes] omnis *P(?)M* 11/12 incipienda *E*, incipiendam *G* 12 biennium] b. quod sequitur *G* coeptae post biennium *om. G* finiendi *NGE* 13 actiones concessa licentia *B* 13/14 dat. uiii k. aug. naisso (naiso *S*, naisio *N*, nauso *E*, nesio *B*, *om. O*) const. a. u et lic. c. (ucc N^*, uucc *N*, *om. S*) *libri* 15 quae *om.* B^1 16 armenta M^a, agumenta *G*, argumentum *E* mutatur *E* quis] quit *PMS* subpositione *PM* 17 aut subreptionem] per subreptionem *PMS*, *om. N*, *recte fortasse* uideatur] ut uideatur *edd.* inducitur uel] induci uel *O*, uel inducitur G^b 18 similia] familia G^v discutente *N*, excuciente *S* admissam *N*, admissas *E* illi *S* qui se queritur E^b 19 et definiat] ac d. *PMLS*, et finiat *O* ultraque nec sibi *O* 20 finiendum *L* dolum] dolum malum *E*, *om. BG* 21 illam *E* absentum *N* esse cont.] c. e. *G* ager M^a 22 sciant *O*

XVI. DE INTEGRI RESTITVTIONE.

de integris restitutionibus *BG*. — *Iust.* 2, 21: de in integrum restitutione minorum XXV annis.

II, 16, 1 [= BREV. II, 16, 1] (326 Mart. 15).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD POPVLVM. In integrum restitutione minoribus adversus commenticias venditiones et adversus tutorum ˹ insidias sanctionum praesidio cautum esse non dubium est: ‖ ac si quid forte

IVST. ˹ seu curatorum ‖ *fin.*

1 in int.] integram *G* restitutione] *E Iust. (plerique)*, restitutionem *reliqui et Iust. (PRM*^{a}*)* 2 commentias *L* insidias] inducias *G* 3 ac] ut *E*

iidem de suo in fraudem tutelae alienasse docerentur, fraudatorio interdicto prospectum esse minoribus declaratur. DAT. ID. MART. SIRMIO IPSO A. VII ET CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. In annis minoribus constitutis multum legibus constat esse prospectum. Et ideo adversus tutorum fraudes vel venditiones, quas minoribus aliquibus commentis extorserint, aut quidquid sub tutelae nomine iniuste egerint, noverint legis beneficio revocandum.

BREV. *(NBGOEPMLS)*. — IVST. 2, 27, 2.

1 idem *reliqui*, eidem *GE* fradem *L*ª, fraude *BG* docentur *S* fraudatoria interdicto *S*, fraudaturi interdictum *E* 2 dat. id. *(sic libri, non* iii id.*)* mart. sirmio ipso a. uii et (constantio *ins. edd.*) c̄ (caesari *B*, caesario *NO*, cetera *E*, caes. iiii *edd.*) *libri Th.*, dat. id. mart. sirmi ip*o a. uiii *Iust. (M)*, dat. id. mart. sirmii constantio ii et constante cc. *Iust. (Hal.)* 4 uindictiones *E* quas] quae *G*ª, quae si *G*ᵇ aliquibus] aliquid *G* 5 quicquam *G* tutelae] tali *O* nomine *om. S* eg. ini. *O* legis (leges *N*) beneficio (beficio *M*ª)] b. l. *O* reuocandum] mercandum *PMLS*

II, 16, 2 [= BREV. II, 16, 2] (315 [319] Iul. 25).

IDEM A. AD BASSVM. Placuit post conpletum vicesimum et quintum annum ex eo, quo vicesimi et sexti anni dies inluxerit, ad interponendam contestationem in urbe Roma usque ad anni tricesimi extremum diem spatia prorogari, et intra centesimum urbis Romae miliarium, si tamen ab his iudicibus, qui Romae sunt, fuerit iudicandum: per omnem vero Italiam usque ad finem anni vicesimi et noni: in ceteris omnibus provinciis usque ad conpletum annum vicesimum et octavum. Quo transacto tempore manifeste omnes sciant legum sibi deinceps praesidia denegari, quandoquidem contestationis necessitate depulsa finiendas integri restitutionum deciden-
1 dasque causas certo genere clauserimus. || ⸢Eandem
autem custodiri temporum convenit rationem⸣, si forte
quis beneficio nostro aetatis veniam fuerit consecutus,
ex eo die, quo indulgentia nostra in iudicio con-
petenti fuerit intimata eique administratio rei pro-
priae ⸢reserata⸣, ut ad persequendas in integrum re-
stitutiones finiendasque causas iuge tempus habeat
2 praestitutum. ⌈ Si quando sane in minoris iura suc-
cesserit minor, minime prohibetur, cum quintum et
vicesimum aetatis suae annum transierit, integri re-
3 stitutionis beneficio uti tempore inlibato. Quod si
maioris fuerit minor iura nanctus, quantum ad eas
pertinet ⸢actiones⸣, quas ex persona maioris fuerit con-
secutus, tantum temporis ad exponendas integri resti-
tutiones decidendasque causas accipere debebit, quan-

IVST.

|| *inc.* ⸢Ea quae de temporibus in integrum restitutionum legibus cauta sunt, custodiri conuenit et⸣

⸢permissa⸣

⌈ ita tamen, ut numquam minoribus viginti quinque annis constitutis de his, quae ante impetratam veniam aetatis gesserunt, auxilium in integrum restitutiones denegetur.

⸢causas⸣

1 ā *om. E* bassum] *sic reliqui*, b. preposito *O: intellege praefectum urbi* conpletum (expletos *G*) *post* ann. *BG* 2 quo] qui *NG*ª uicesimo et sexto anno *S* interponendam] terponendam *M*ª urbem romam *E* 3 praerogari *BS*, propagari *L* centesimum] trecesimum *BG* urbe *N* 4 per] pro *S* 5 italiam] et alium *N* noni] non *E* in] inter *B* ceteris] c. uero *O* 6 quo] qui *S* 7 omnia *G* praesidium *E* denegare *N* constestationis *E* 8 depulsae *N* finienda *NBG* integri] *PMS*, in integri (integris *E*) *NEL*, in integrum *B*²*O*, sint integrum *B*¹*G* restitutionum *om. O: malim* restitutiones 8/9 decedendasque *NB*, decedendas *G* 9 certo *N* eadem *EPMLS* 10 custodire *BG* conu. temp. *O* 12/13 conpetendi *E* 13 rei] re *S* 14 reserata] *OPM*, reseruata *NBGELS* in *om. NS* 14/15 restitutiones] restitutionum *Iust. (praeter E*ᵇ*)* 15 definiendasque *NO* iugi *NEL*, iure *Iust.* 16 praestitum *NB* quando] quis *BG* minoris] minores *NE*, minoribus *PMLS* 16/17 successerint *PMLS* 17 minor] maior *O* prohibetur] *OEL*, prohibitur *N*, probetur *PMS*, prohibeatur *BG Iust.* quintum] quartum *BG* 18 aet. s. ann.] ann. aet. s. *G* integri] integris *MLS*, in integris *NP*, in integri *EO*, in integrum *BG Iust.* 18/19 restitutiones *N* 19 beneficium *E* inlibatos *G* 20 maiores *N* fuerit m. i. nanctus (nactus *BG Iust.*)] consecutus fuerit m. i. *O* eas] as *L*ª 21 quas] qua *L*ª 22 ad] id *PML* integri] *NOS*, integris *PM*, in integri *L*, in integrum¹ *BGE Iust.* 22/23 restitutiones] restitutionis *Iust. (CM*ᵇ *cum Graecis)* 23 decedendasque *NB*, dicendasque *E*ᵗ causas *om. S* debet *E*, debit *S*ª

tum defuncto, cuius heres aut bonorum possessor do-
4 cebitur extitisse, relicum fuerat. Cum vero maior successionem fuerit adeptus minoris, siquidem civili iure ab intestato vel ex testamento successerit, mox cum ⌐creta¬ fuerit ⌐vel¬ adita hereditas, si vero honorario iure, ex quo bonorum possessio fuerit accepta, examinando integri restitutionis negotio solida sine ulla deminutione tempora subputentur, || quae non pro locis, regionibus atque provinciis, in quibus morantur qui heredes aut bonorum possessores sunt, observari iubemus, sed in quibus defuncti domicilia conlocaverant. DAT. VIII KAL. AVG. NAISSO. PROP(OSITA) ROM(AE) NON. OCTOB. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO CONSS.

⌐ ¬ *om.* ⌐ ¬ *om.*

|| *fin.*

INTERPRETATIO. Iustum videtur, ut post vicesimum et quintum annum, ubi vicesimus et sextus annus fuerit ingressus, deposita apud iudicem contestatione petat, qui sibi voluerit ea, quae in annis minoribus aut per se aut per tutoris vel curatoris vitium male acta sunt, salva et integra pro aetatis infirmitate restitui. In his dumtaxat provinciis usque ad vicesimum octavum annum, si contestatus fuerit, integra ei salvo principali negotio quae male amiserat, reformentur. Nam et qui serenitati nostrae pro venia aetatis crediderit supplicandum, hoc sibi noverit esse concessum, ut sine praeiudicio indulgentiae nostrae, quod in sequenti lege conprehensum est, usque ad constitutum superius tempus liberum habeat in rerum, quas male gesserit, proprietate restitui. Quod si forsitan minor annis in illius hereditate successerit, qui et ipse in annis minoribus ab hac luce discessit, non prohibendus est, cum ad vicesimum et sextum annum pervenerit, ut sibi, unde illi conpetebat, reparationem agendarum rerum interposita contestatione requirat. Sin vero minor hereditatem illius, qui plena et integra aetate defecit, acceperit, mox in integrum fuerit restitutus, ea tempora in negotiis prosequatur, quae defuncto maiori legibus conpetebant. Cum autem maior minori seu ex testamento seu ex quocumque iure successerit, cum primum ad eum hereditas defuncti pervenerit, quidquid pupillo potuit pro integri restitutione conpetere, in illius transeat actionem: ita ut illius provinciae forum sequatur, in qua defunctus minor habitasse dinoscitur.

BREV. *(NBGOEPMLS)*. — IVST. 2, 52, 5. — BVRG. R. 36, 5. 9.

1 defunctus *N* 1/2 docentur *L* 2 fuerit $L^{b}S$ 3 minores *N* 5 cum creta] cum creata $E^{a}S$, concreta *NBGO* fuerit . . . 6 possessio *om. G* adhibita *B* 5/6 hononeario L^{a} 6 ex quo . . . . 7 integri *om. S* possessio] successio *E* fuerit acc.] a. f. *G* 7 integri] integris *N*, in integri B^{1}, in integris *G*, in integro B^{2}, in integrum *Iust.* restitutiones *N*, restitutionibus *G* solidas *N* 8 diminutione *BGOPMS* computentur *O* 9 regionibus] et r. *E*, religionibus *B*, et religionibus *G* aut] hac *S* 10 dominicilia *N* conlocauerat *E*, conlocantes *PML*, conlocantur *S* 10/11 dat. uiii (uii *B*) k. aug. naisso (naiso *E*, maisio *B*, misso G^{a}) p̄p̄ (p̄p̄ō *NE*, p̄p̄ō accepta *G*) rom. *(om. G)* non. oct. constantino a. *(om. N)* uiii *(om. G)* et *(om. G)* constantio *(om. G)* c̄ *(sic PMS*, uc *BG*, *om. NE) libri praeter O, in quo est* constantino a. iiii et licinio conss. *(similiter Bernensis epit. et Iust. [Hal.]:* Constantino A. et Licinio utrisque II conss.*). Haec est lectio antiqua ducens ad a. 315, mutata interpolando in a. 329, quoniam praecedit constitutio a. 326. Ceterum Bassus p̄ū fuit per a. 317 ad 319; requiri videtur* Constantino A. V et Licinio C. (319) 12 ut] ut minor *N* post xxu annos *B* 12/13 et sextus] sextus *NGE* 13 depositam *GPMLS* contestationem *GEPMLS* ea] et *G* 14 tutoris uel curatoris (procuratoris *B*)] *BPML*, tutores uel curatores *NGOES* uitium] uitio *NO*, uitium uel (u. u. *del.* G^{b}) ciuium *G* 15 pro aet. inf.] proprietatis (pro pietatis *G*) firmitate $BGOE^{2}$ restitui] restitutionis *G* dumtaxat] ergo *O* 15/16 uic. et oct. *NB* 16 contestator BG^{v} integra ei] in int. ei *E*, integrata *PM* principale *N* amiserant *B* 17 nam et] hic etiam *G* serenitatis *N*, serenitates *L* pro uenia (-niam *S*) aet.] prouenta aetate *N*, pro uenia aetatis causa *B* 18 ut] quod *N*, *om. O* nostrae] non se *S* in sequenti] si in consequenti *G* 19 est usque] quantum *G* superius *om. O* in rerum *om. PM* 20 gesserat *BGES* proprietate] pro pietate *N* minor] maior *PMS* 21 discesserit *NE* 22 ut *om. PM* illi] illic *N*, illi rerum *G* reparatione *B*, praeparationem *PMLS* 22/23 interpositam contestationem *G* 23 respiciat uel requirat *G* si $GE^{a}S^{a}$ plena et] plane *S* 24 defecerit BE^{a} *(?)* in *om. N* fuerat *E* rustitutus *N* in negotiis] negotiorum *PMLS* prosequitur *N* 25 maioris *EPML* conpetebat $BG^{a}PM$ seu ex] senex *PM* testamento] tamesto *S* seu ex] senex *PM* 26 pupillorum *G* 27 integra B^{b} restitione E^{1} conpetere] conpleri *N* transeat . . . illius *om.* S^{a} transeat actionem (-ne *L*)] transactionem (-ne *B*) *NBG* 28 quo *B* cognocitur *N*

II, 16, 3 [= BREV. II, 16, 3] (414 Mart. 6).

IMP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IVLIANO II PROC(ONSVLI) AFRICAE. ˹Et mulieribus et˺ minoribus in his, quae vel praetermiserint vel ignoraverint, innumeris auctoritatibus constat esse consultum. DAT. PRID. NON. MART. RA-V(ENNA) CONSTANTIO V. C. CONS.

IVST.
˹ ˺ *om.*

INTERPRETATIO. Minoribus mulieribus sicut et viris ita in causis omnibus subvenitur. Maioribus vero mulieribus pro fragilitate sexus in multis rebus, quas per ignorantiam praetermiserint, sicut lex ipsa loquitur, iubet esse consultum; id est, ut, si fideiussores pro quibuscumque accesserint, pro ipsa fideiussione non teneantur obnoxiae. Et si in difficilioribus causis ius vel leges nescientes mandati chartulam pro negotiis suis forte subscripserint, ut earum, cui mandaverint, negotium exequatur et ille in charta non solum procuratorem, sed et dominum si se scripserit, deceptis per hanc fraudem mulieribus subvenitur. Reliqui autem contractus, quos firma aetate publice et sollemnibus scripturis gesserint, in sua firmitate perdurent.

BREV. (*NBGOEPMLS; Consult.* 9, 12). — IVST. 2, 21, 8.

1 et th. *om. S*[a] iuliano *om. G* ii *om. GOE Iust. Cons.* proc] ppo *E* 2 et mul.] in mul. *E* et min.] min. *B* uel praetermiserint (-rit *N*)] *NGPML Iust.*, praetermiserint *BOES Cons.* ignoraverit *N* 3 in muneris *L* auctoritatis *N*[a], actoribus *PML* 3/4 dat. prid. (iiii *G*) non. mart. rau. constantio (-tino *NBE Cons.*) uc (*om. N Iust. [PLR] Cons.*) *libri* 5 muneribus *N* ita *om. O* 6 sexus] aetatis •xus *L* multis] multis reliquis *G* 7 loquitur] docet *S* iubat *S* 8 accesserit *G*[a] tenentur *S*, retineatur *PM*, retineantur *L* 9 legis *N* in mandati cartula *O* forte pro neg. suis *BO* scripserint *S* 9/10 mandauerit *N* 10 negotia *O* exequantur *BPMS*, prosequatur *NO* illa *S* charta] cartham *L*, *om. E* si se] forte se *O*, se esse *G*, se *B* 11 scripserit] subscripserit *B* pro hac fraude *S* reliqua *BG* 12 firma aetate] firmitate *E*

XVII. DE HIS, QVI VENIAM AETATIS IMPETRARVNT.

impetrauerunt *O Iust.*, impetrauerint *B*, impetrabunt *G*, impetrant *N*. — *Iust.* 2, 44.

II, 17, 1 [= BREV. II, 17, 1] (321 [324] Apr. 9).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD VERINVM. Omnes adulescentes, qui honestate morum praediti paternam frugem vel ˹maiorum˺ patrimonia ˹urbana vel rustica conversatione rectius˺ gubernare cupiunt et ⌈ imperiali auxilio indigere coeperint, ita demum aetatis veniam impetrare audeant, cum vicesimi anni ˹clausae aetas adulescentiae patefacere sibi ianuam coeperit ad firmissimae iuventutis ingressum˺: ita ut post impetratam aetatis veniam iidem ipsi ⌈ principale beneficium allegantes non solum perscriptorum annorum numerum probent, sed etiam testibus ˹advocatis honesta aut simili aut potiore dignitate praeditis˺ morum suorum instituta probitatemque animi testimonio vitae honestioris edo-

IVST.

˹auorum˺

˹urb. u. r. c. rectius˺ *om.*

⌈ super hoc

˹clausae .... 9 ingressum˺] metas impleuerint

⌈ per se

˹idoneis aduocatis˺

1 uerinum] u. praefectum (prepositum *O*) urbis *O Iust. (etiam Graeci): vere praef. urbi* 2 honestate (chonestate *L*) morum] in honesta temporum *BG* 4 rectius] secius *G* 4/5 gubernationem (-ne *G*) *BG* 5 imperiale *N*, imperialia *L* indigere] degere *G*, dicere *E*[v] 6 aetates *E* 7 uicesimo anno *O*, uiginti annis *GE* clausae] *NE*, clausa *BGLS*, clauso *O*, causa *PM* 8 ianuam] annum *E*[v] ad] ac *G* 9/10 ingressum ita ut post impetratam (-ta *N*) aetatis (-tes *N*) uen. iidem (idem *NOE*) ipsi (ipse *NL*)] *NBGOEL*, in se (*mediis omissis*) *PM*, *om. S* 11 perscriptorum] perscriptionibus *G*, praescriptorum *NO Iust. (praeter PL)*, per scripturarum *S* 13 simili] similia *NBE*[2]*PML* aut potiore (-ri *L*[a])] *BGL*[a], aut in potiori *N*, aut potior *PML*[b]*S*, aut potior• *E*[a], aut potiora *E*[b], aut potuere uel aut potiere *G* 14 institutam *E* 14/15 probitateque *BGS* 15 animi] anni *B*[a] testimonium *G Iust. (reliqui)*, et testimonium *Iust. (R*[b] *Graec.)* honestiores *NBGE*

ceant. ‖ Quod cum ea condicione effecerint, in
alienatione praediorum ius tantum legitimae
aetatis optinebunt, quantum per annorum dimen-
siones ac temporum leges et natura singulis qui-
1 busque deferre consuevit. ‖ Feminas quoque,
˹quarum aetas biennio viros non sera pubertate
praecedit, servato etiam in hoc temporis inter-
vallo decem et octo annos egressas ius aetatis
legitimae mereri posse sanximus: sed eas˺, ˹quas
morum honestas mentisque sollertia, quas certa
fama commendat. Has vero˺ propter pudorem
ac verecundiam ⌈ in coetu publico demonstrari
testibus non cogimus, sed percepta aetatis venia
annos tantum probare ˹tabellis vel testibus˺
misso procuratore concedimus: ut etiam ipsae
in omnibus ˹contractibus˺ tale ius habeant, quale
2 ˹viros˺ habere praescripsimus. ⌈ ˹Ita ut sena-
tores apud gravitatis tuae officium de suis mori-
bus et honestate perdoceant, perfectissimi apud
vicariam praefecturam, equites Romani et ceteri
apud praefectum vigilum, navicularii apud prae-
3 fectum annonae.˺ Cui aetati quoniam inter ple-
nam perfectamque adulescentiam et robustissi-
mam iuventutem media est, firmatae aetatis ap-
pellationem inponimus, ut prima aetas pueritiae
sit, sequens adulescentiae, firmata haec tertia,
4 quarta legitima, quinta senectus habeatur. In ipsis etiam contractibus hac appellatione
consignanda, ut non nudum nomen venditoris inseratur tabulis emptionum, sed ab illo,
qui firmatae aetatis sit et honestus vir habeatur, emisse illum significetur, et venditorem
esse firmatae aetatis: ita tamen, ut, quia spes adempta perfidiae est, et in vendendis
praediis diligentiores esse persistant qui beneficium meruerunt principale, nec praedia

‖ *desinit* IVST.

‖ *redit*

˹quarum . . . 11 commendat has vero˺] quas morum honestas mentisque sollertia commendat, cum octavum et decimum annum egressae fuerint, veniam aetatis impetrare sancimus, sed eas

⌈ feminarum

˹testibus vel instrumentis˺

˹negotiis˺

˹mares˺ ⌈ ita tamen, ut praedia sine decreto non alienent.

˹ita ut . . . 22 annonae] Sed senatores quidem clarissimi viri in hac regia urbe commorantes apud sublimitatem tuam, ceteri vero apud praetorem, in provinciis autem omnes apud earum rectores de suis moribus et honestate perdoceant. Illi vero, qui contra memoratam dispositionem veniam aetatis impetraverint, sciant eam nullas vires obtinere˺ *fin.*

---

1 efficerit G^{a} 2 alia natione *G* praeditorum *L* legitimae *om. PMLS* 3 aetates *NL* 3/4 dimensionis *S*, demensionis *N*, demensiones *BE*, dementiones *G* 4 legis *EPML* et nat.] in nat. *E* 4/5 quibusque] quibus *S* 5 dif- ferre *BG* 6 aetates *N* biennii *G* uiros] ueros B^{a}, uero B^{b}, uiro $G^{a}S$ sera] sea *N*, seuera *E* 7 tempus *L* 8 egressa *S*, egres- sos *PML*, egessas *G* aetates *N*, aetatis et *B* 9 merire *L*, promereri E^{b} sanximus] sanci- mus *O*, sanctimus *E* sed] si G 10 honestas] aetas *BG* mentesque *NE*, quas mentis *O* solertiam *L* quas] et *B* 12 ac] et *BG* in coetu] coetui *Iust. (Lat. praeter* M^{a}*)* de- monstrare *LS* 13 testibus *(bis* L^{a}*)* non co- gimus (cogemus *G*, cogimur B^{a})] n. c. t. *O* per- ceptam *E*, procepta *S*, prosepta *N* aetates *N* ueniam *E* 14 annos] annus *L*, nos BE^{v} probare tabellis] E^{a}(?) *PML*, probaret (-re OS^{b}) ab illis *NOS*, probare tabulis erat ab illis *G*, pro- bare tabulis BE^{b} uel testibus *om. B* 15 con- cedemus *N* ipsam *N* 16 quales E^{2} 17 ui- ros] uirus E^{1}, uerus N^{a}, uisis *O* habere *om. O* praescripsimus] *NO Iust.* (N^{a}), perscripsi- mus *PML*, proscripsimus *S*, rescripsimus *Iust. (plerique)*, praecepimus *B*, praecipimus *G*, con- scripsimus *E* 17/18 senatoris *S* 18 graui- tates *E* suae *N* 19 et] et de *G* perfec- tissime *N* 20 uic. praefectoriam *S*, praef. uic. *O* equitis *PML* et *(om. PM)* ceteri (cetera *E*) *om. O* 21 uigilum] $E^{v}PM$, uigilium $NBG^{a}L$, praeuigilium G^{b}, nauigium E^{t}, urbis *O* naucularii M^{a}, nauicularis *L*, nauiculare N^{a}, nauicularet N^{b}, cubicularium *BG* 22 cui aetatis B^{a}, ciuitatis *G* 22/23 plenas *N* 23 per- fectumque *L* et] ac *PMLS* 23/24 robustissi- ma iocunditate *B* 24 media est] mediae *BG* firmatae] *NOPL*, firmitate *BGM*, firmae *S*, firmitatem (firmit*** E^{1}) E^{2} 24/25 aetatis (-tes *N*) appellationem (-ne *NB*)] app. aet. *O* 25 imponemus *N* pueritia *OE* 26 adules- centia *OE* firma *G* haec] sit *B*, ut E^{v} tertiam *N* 27 senectutis *PMLS* hac] et *G* 28 consignandam *L* uenditores *N*, uenden- tis *PML* in tabulis *PMLS* emptionem *NE* 28 ab illo . . 29 emisse illum *melius abesset* 29 firmata *E*, firmitate *NG* aetate *E* sit] *NBGEPMS*, *om. L* habeat *S* 30 firmatae (firmae *S*) aet.] firmitatis *N*, firmitate G^{t} ita tamen] itamen *G* perfidia *NPMLS* uenden- tis G^{t} 31 praesidiis *S* qui] que *L* bene- ficio *B* meruerint *NBE* principali B^{b} nec] et ne *L*

sine decreto alienent. DAT. V ID. APRIL. THESSAL(ONICA). P(RO)P(OSITA) III KAL. IVN. ROM(AE) CRISPO II ET CONSTANTIO II CC. CONSS.

INTERPRETATIO. Adulescentes, qui honestis moribus esse probantur et ad gubernandas facultates suas idoneam cupiunt habere personam, oportet eos primum, antequam ad legitimam aetatem perveniant, id est, ubi vir viginti annorum esse coeperit, auxilium principis inplorare et accepto huius rei beneficio eo ordine apud testificationem publicam allegare, ut probent se viginti annorum inplesse curricula et honesta conversatione transigere et sic praedia sua in aliena iura cum decreti tamen interpositione transferre liberam habeant potestatem. Feminae vero, sicut biennio in pubertate minores sunt, ita et retracto biennio, ubi ad octavum decimum annum pervenerint, eas tamen, quas morum honestatis commendat opinio, non in publicum annos suos probare cogendae sunt, sed misso procuratore per scripturam annos eos, quos superius diximus, se habere demonstrent et similem quam viri in contractibus habeant facultatem, ita ut qualis vel quam digna persona sit, apud talem iudicem haec, quae dicta sunt, debeat adprobare. Ergo cum fuerint post adulescentiam hac aetate firmati, in ipsis quoque scripturis vel venditionum instrumentis honestos se et firmatos aetate conscribant. Hoc tamen illis liceat, qui beneficium, ut diximus, principis pro confirmanda aetate meruerint, nec praedia sua sine iussu iudicis vel decreto, quod ex praecepto iudicum vel consensu curialium datur, alienare praesumant.

BREV. *(NBGO[om. int.] EPMLS)*. — IVST. 2, 44, 2.

1 decretum L^a 1/2 dat. u (ui *G*) id. (kal. *O*) apr. thessal. pp (ppo *N*) iii (iiii *NG*) k. iun. (*rel. et Iust. [P^bL]*, ian. *NBG Iust. [P^a]*, iul. *Iust. [Hal.]*) rom. crispo (crisppo *G*, crispio *S*) ii (li *E*) et constantino (constantio *GO*) ii *(om. OE)* cc *(sic B,* uc *E,* uucc *PMS, om. NGO): scribendum est* Crispo III et Constantino III *(a. 324) cum propter magistratum tum propter locum* 4 idoneam] id ueniam *S* cupiunt *om. N* primum antequam] priusquam *B* ad *om.* N^a 5 perueniunt N^a annorum] a. aetate *G* coeperit] comprobauerit *G* principes *N* inploraret *N* 6 et] id est *E* testationem *B* allegari *L* se] si *L* 7 curriculam *NG* et] ut *N* honestam conuersationem *BG* et sic] et si *PML^a*, sic *E* 8 iura] iure *M*, i. transferre *G* interpositionem *GE* habent *G* potestatem] facultatem *PML* femina *N* 9 minoris *N* et *om.* G^a retracto] *EPMLS*, se tracta *N*, transacto *BG* 10 honestatis (-tes *N*)] et h. *E* 10/11 publico *edd.* 11 suos probare] pr. suos *GE* cognoscendae *B* sint *M* per] prae *E* eos] eius (?) *L* 12 demonstrarent *S* et *om. B* quem *N* 13 quales *N* 13/14 debeant *E* 14 adprobari *B* fuerit B^a haec *N* 15 se] se esse *L*, *om.* E^b aetatem *S* illis] in illis *L* 16 principes N^a confirmandam *N* nec] ne *edd.* 17 consensus *N* 18 praesumat *N*

XVIII. DE IVDICIIS.

Iust. 3, 1.

II, 18, 1 [= BREV. II, 18, 1] (321 Ian. [?] 12).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD MAXIMVM. Iudicantem oportet cuncta rimari et ordinem rerum plena inquisitione discutere, interrogandi ac proponendi adiciendique patientia praebita ab eo: ut, ubi actio partium limitata sit, contentiones non occursu iudicis, sed satietate altercantium metas compresserint, saepius requiratur et crebra interrogatione iudicis frequentetur, ne quid novi resideat, quod adnecti allegationibus in iudiciaria contentione conveniat, cum ad alterutrum hoc proficiat, sive definienda sit causa per iudicem sive ad nostram scientiam referenda. Nec ad

IVST.

Iudices oportet imprimis rei qualitatem plena inquisitione discutere et tunc utramque partem saepius interrogare, ne quid novi addere desiderent, cum hoc ipsum ad alterutram partem proficiat, sive definienda causa per iudicem sive ad maiorem potestatem referenda sit.

1 ā *om. NO* maximum] *scilicet praefectum urbi* iudicentem *N* 2 rimare *S* 3 ac] aut *S* adhibendique *S* patientiam *N* 4 probita *PM* ut] et *E* ubi actio] abiectio *BG* limita E^a 4/6 contentiones (-nis *GS*, et c. *O*) non occursu (-sum *BG*, -so *E*) iudicis (-ces *N*) sed s. altercantium (alterantium B^1) metas *om.* G^a 6 cumpresserint *PM*, compresserit *B*, compreserint uel contemserint *G* requirantur *PMLS* 7 iudices *N* frequententur *EPMLS* ne] *BGOEL Iust.*, num *NPMS* noui] noue *S*, nobis *PM* 8 contentione] discussione *B*, contentione uel discussione *G* 9 ad] *OEPM^bLS*, *om.* *NBGM^a* siue] et siue *G*, sibi *N* causam *N* 10 referendum *G* ne *O*

nos mittatur aliquid, quod plena instructione indigeat. DAT. PRID. ID. IANVAR. SIRMIO CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

INTERPRETATIO. **Iudex cum causam audire coeperit, litigatorum assertiones vel responsiones patienter accipiat et omnia plena discussione perquirat. Nec prius litigantibus sua sententia velit obviare, nisi quando ipsi peractis omnibus iam in contentione non habuerint quod proponant. Quo usque rei veritas invenitur, frequenter interrogari oportet, ne aliquid praetermissum fortasse remaneat: quia si apud ipsum finienda causa est, totum debet agnoscere; si vero ita res exigit, ut ad principis notitiam deferatur, plena discussis omnibus data relatione debet esse suggestio.**

BREV. *(NBGO [om. int.] EPMLS).* — IVST. 3, 1, 9.

1 aliquis *N* plenam instructionem *BG* 1/2 dat. prid. (iii *E*, iiii *BG*) id. (kal. *O*) ian. sirmio crispo (cripo *M*ᵃ) ii (tii *N*, iii *S*) et *(om. E)* constantino (constantio *PMS*) ii $\overline{\text{cc}}$ (ii cc *O*, u c *EN**, uu *N*, uucc *PMS*, aug. *B*, *om. G) libri: consentit laterculus praefectorum* 3 causa *NE* 3/4 uel deresponsiones *L* 4 nec] ne *G* 5 quantum *B* ipsis *G* iam] si iam *G* in contentione (-nem *PMLS*) non] nihil amplius in c. *edd.* 6 *post* proponant (-nat *N*ᵃ) *ins.* et tam diu actio uentiletur *edd.* quo usque] quosque *N* inuenitur] *PMS*, inuenietur *L*, prouenitur *N*, peruenitur *BE*, perueniatur *G*: *fortasse scr.* prouenit frequentes *N* interrogatori *N* ne] nec *BL* 7 causa *om. E*ᵃ si] sin *edd.* 8 exiget *L* principes *N*ᵃ differatur *E* plane *B* data] datur *B*¹*G* 9 sugges(s)io *NE*, suggessio et cetera *BG*

, 18, 2 (322 Mai. 23).

IDEM A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Eum, qui sciens iudicio adesse neglexerit, ut contumacem iudex poena multabit. DAT. X K. IVN. SIRMIO PROBIANO ET IVLIANO CONSS.

APP. II, 3 *Krueger (codd. E et Berol. 201)* 'ex corpore Theodosiani . . . . . ad locum'; *titulus non traditur neque integra videtur esse. — Edidit primus Iac. Gothofredus ad C. Th. 2, 4, 2 'ex veteri exemplari codicis Theodosiani ad finem', scilicet ex editionis Cuiacianae a. 1566 exemplari a Pithoeo adnotato (Paris. bibl. publ. F 3).*

1 imp. constantinus ā *traditur* 2 poenam multauit *libri subscriptionem confirmat laterculus praefectorum*

[. 18, 3 [= BREV. II, 18, 2] (325 Iul. 30).

IDEM A. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nulli prorsus audientia praebeatur, qui causae continentiam dividit et ex beneficii praerogativa id, quod in uno eodemque iudicio poterat terminari, apud diversos iudices voluerit ventilare: poena ⌜proposita, si quis⌝ contra hanc supplicaverit sanctionem atque alium super possessione, alium super principali quaestione iudicem postulaverit ||, ut, rei quae petebatur integra aestimatione subducta, quintam portionem rei publicae eius civitatis inferat, in cuius finibus res de qua agitur constituta est. P(RO)P(OSITA) III KAL. AVG. PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

IVST.
⌜ei ex officio iudicis imminente, qui⌝
|| *fin.*

INTERPRETATIO. **Nullus penitus audiatur, qui unius causae propositionem apud duos iudices partire voluerit, ut apud unum de negotio principali proponat et ab alio sibi momenti beneficio rem postulet consignari. Quod si quis hoc facere fortasse praesumpserit, eiusmodi poena se noverit condemnandum, ut nec illud quod repetit ulla ratione recipiat et quintam**

1 ad seuero *EL* $\overline{\text{pu}}$] *PM*, publium *S*, p$\overline{\text{po}}$ *G*ᵃ*EL*, p$\overline{\text{pu}}$ *G*ᵇ, $\overline{\text{po}}$ *B*, p$\overline{\text{po}}$ urbis *N*, prefectum *O* 2 causam *B* continentia *G*, continentiae *B* diuidet *E*, dicit *PM* 2/3 iudicio] uitio *B* 5 aliam *G* 5/6 possessionem *NBGS*, possessiones *E* 6 aliam *G* principalem quaestionem *G* 7 res *BGM* petebatur] *NGOELS*, petebantur *B*, petatur *PM* integra] in integra *L*, in *PM* 8 portione *L* ciuitates *N*, ciuitati *G* 9 agetur *N* $\overline{\text{pp}}$ (p$\overline{\text{po}}$ *N*, data *BG*) iii (in *E*, *om. B*) k. aug. paulino et iuliano *(sic N*BGOE Iust. [Hal.]*, k. iul. aug. paulino *N*, k. aug. iul. et paulino *PMS) libri: firmat subscriptionem laterculus praefectorum* 10 auditur *L* 11 partiri *G* ut *om. B* et *bis N* 12 beneficio rem] beneficiorum *N* 13 poena se] se poena *PMLS*

portionem facultatum suarum, de quantum ibi possederit, rei publicae civitatis illius cedat, in cuius finibus res de qua agitur fuerit constituta.

BREV. *(NBGO [om. int.] EPMLS)*. — IVST. 3, 1, 10.

1 facultatem *N* de *om. BG* possederit] possidere poterat *BG* ciuitates *N* 2 agetur *N*

XVIIII. DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.

Iust. 3, 28.

II, 19, 1 [= BREV. II, 19, 1] (319 Apr. 13).

IMP. CONSTANT(INVS) A. AD LVCRIVM VERINVM. Fratres uterini ab inofficiosis actionibus arceantur et germanis tantummodo fratribus adversus eos dumtaxat institutos heredes, quibus inustas constiterit esse notas detestabilis turpitudinis, agnatione durante sine auxilio praetoris petitionis aditus reseretur. DAT. ID. APRIL. SIRMIO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

IVST.
Fratres vel sorores uterini ab inofficiosi actione contra testamentum fratris vel sororis penitus arceantur: consanguinei autem durante vel non agnatione contra testamentum fratris sui vel sororis de inofficioso quaestionem movere possunt, si scripti heredes infamiae vel turpitudinis vel levis notae macula adsparguntur *(cf. 2, 19, 3)*.

INTERPRETATIO. Fratribus uterinis, id est diversis patribus et una matre natis, non liceat de inofficioso contra testamentum fratris agere. Sed germanis fratribus praetermissis, id est uno patre natis, si turpibus personis, id est infamibus, fuerit hereditas derelicta, hoc est aut pro libidine meretricibus aut pro inhonesto affectu naturalibus aut certe thymelicis, vel de libertis suis, agendi contra testamentum licentia reservatur, si tamen is ipse germanus non pro crimine suo exilio fuerit deputatus aut per captivitatem fuerit servus effectus aut per emancipationem successionis vel actionis iura perdiderit.

BREV. *(NBGOEPMLS)*. — IVST. 3, 28, 27.

1 ā *om. L* lucrium] lugrium *S*, lucritium *E* 1/2 uerinum] uirinum *NE* 4 institutus *N* 5 inustas] *O fortasse ex em.*, iniustas *BGEPMLS*, iniusta *N* constiterit (consterit *M*ª, constituerit *BG*) esse] e. c. *S* 6 detestabiles turpitudines *E* (h)ac natione *BG*, agnitione *OS* 6/7 durantes sine *BGE*, durantes in *N* 7 praetores *N*, praetoriis *S* petitiones *NE* auditus *NO* 8 reseratur *O* 8/9 dat. id. apr. sirmio (sernio *N*) const. a. u (ū c̄ *E*, *om. BGPMS*) et licinio (uicinio *PM*) c. (u c *N, uu cc *N*, *om. OE*) *libri nostri*, dat. id. apr. (aug. *Hal.*) sirmio crispo (ii *ins. Hal.*) et constantino (caes. ii *ins. Hal.*) *Iust. (PL Hal.)* 10 de diuersis *BGO* et] ut *N* natis] creatis *O* non *om. O* liceat] potest *E*ᵗ 11 fratres *N*, fraudis *PM* 12 aut] ut *S* 13 libidinem *NE* inhonestum *B*, honestum (-to *E*ᵇ) *E* affecto *E*, effectu *G* certe *om. G* temelicis *BGPM*, themelicis *O*, temilicis *LS*, temellicis *NE* de *om. BO* 14 licentiam *PMS* tamen si *PM* 15 fuer. ex. *S* per em.] si per em. *E* 16 successiones *N*, susceptiones *B* actiones *N***

II, 19, 2 [= BREV. II, 19, 2] (321 Febr. 6).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O.

Feminae, quae susceptis ex priore matrimonio filiis ad secundas ⌈ transierint nubtias, quidquid ex facultatibus priorum maritorum sponsaliorum iure, quidquid etiam nubtiarum sollemnitate perceperint, ⌞quidquid aut⌟ mortis causa donationibus factis aut testamenti iure directo aut fideicommissi vel legati titulo vel cuiuslibet munificae liberalitatis praemio ex bonis ⌈ maritorum fuerint adsecutae, id totum ita ut perceperint integrum ad filios, quos ex praecedente coniugio habuerint, transmittant vel ad quemlibet ex filiis, dummodo ex his tantum, quos tali successione dignissimos iudicamus, in quem contemplatione meritorum liberalitatis suae iudicium mater crediderit dirigendum. Nec quidquam eaedem feminae ex isdem facultatibus abalienandi in quamlibet extraneam personam vel successionem ex alterius matrimonii coniunctione susceptam praesumant atque habeant potestatem:

IVST.
⌈ post tempus luctui statutum
⌞aut quidquid⌟
⌈ ut dictum est priorum

1 claro *B* 2 priori *BOL* 3 ad] ac *N* transierint (-rit *PM*) nubt.] n. tr. *B* 4/5 sponsalium *Iust.* 5/6 quidquid e. n. s. perceperint *om. E*ᵃ 6 aut] autem *L* 7 don.] de don. *N* testamentis *B* 8 directum *LS* fideicommisso *B*, fieri commissi *S* tutulo *M*ᵃ 9 munificae] manumunificiae *N*, munificiae *S* liberalitates *N*, libertatis *E*ᵗ praemium *L* 11 perceperunt *S* 12 praecedente] *OPM Iust.*, praecidente *S*, praecedenti *NBECL* habuerunt *S* 14 his *om. L* quos (quas *N*) tali] eum *O* dignissimus *NM*, dignissimum *O* 15 in quem (que *N*) contemplatione (-nem *ES*)] in contemplationem *B* maritorum *BS* 16 iudicio *NBEC* 17 dirigendam *B* nec] ne *L* eadem *NELS* 18 hisdem *plerique*, his *L*ᵃ, iisdem *C* 19 suscessionem *E* 20/21 suscepta *NBEL* 21 potestate *N*

possidendi tantum ⌈ in diem vitae, non etiam
abalienandi facultate concessa[1]). Nam si quid
ex isdem rebus ⸢per fraudem scaevioris ani-
mi⸣ in alium quemlibet fuerit ⸢a possidente
translatum, maternarum redintegrabitur con-
pensationibus facultatum⸣, quo inlibata ad
hos quos statuimus ⸢heredes⸣ bona et incor-
1 rupta perveniant. Illud etiam addimus legi,
ut, si aliquis ex isdem filiis, quos ex priore
matrimonio susceptos esse constabit, forte de-
cesserit, ⸢qui sorores vel sororem, non etiam
fratrem relinquens senatus consulti beneficio
matri simul ac sororibus successionis locum
fecisse videatur, seu etiam filia, quae nullo
exsistente fratre et superstitibus matre ac
sororibus tantum, adeundae hereditatis locum
matri pro dimidia portione servabit, quod
successionis beneficio⸣ mater videbitur con-
secuta, in diem vitae pro sibi debita porti-
one sola tantum possessione delata, omne his
qui supererunt ex priore suscepti matrimo-
nio filiis relinquat nec super istiusmodi fa-
cultatibus testandi in quamlibet aliam extra-
neam personam vel quidquam abalienandi
2 habeat potestatem. Quod si nullam ex pri-
ore matrimonio habuerit successionem vel na-
tus nativo decesserint, omne, quod quoquo-
modo perceperit, pleni proprietate iuris ob-
tineat, atque ex his nanciscendi dominii et
testandi, circa quem voluerit, liberam habeat
3 potestatem. || Simili etiam ammoneri mari-
tos volumus et pietatis et legis exemplo;

IVST.

⌈ ac fruendi

⸢per fr. s. animi⸣ *om.*

⸢ab ea translatum, ex maternis redintegrabitur facultatibus⸣

⸢liberos⸣

⸢qui . . . . 18 beneficio⸣] matre iam secundis nuptiis funestata, aliis etiam ex eodem matrimonio progenitis liberis superstitibus, id, quod per eandem successionem ab intestato vel ex testamento suae posteritatis

|| *fin.*

1 tatum *M*, tamen *L* die *N* 2 alienandi *L* facultatem *S* 3 hisdem *plerique*, his *E* scaeuiores *N*, scebioris *PMS*, scibioris *L*, scaeuiores *C*, saeuiores *E*, exsecutoris *B*, lasciuioris *O* 4 alio *L* a possidente (possed- *M*)] ad possidentem (-tem *B*) *BL* 6 quo] *O Iust.*, quod *reliqui* 7 hos] ōs (= omnes) *C* quos] quo *BCL* instituimus *PM*, instituemus *S* bona] sana *L*ᵃ, salua *L*ᵇ 8 addemus *NL* 9 hisdem *fere libri* priori *EL* 10 susceptus *N* esse *om. O* constat *BO* 10/11 forte decesserit (decesserit *CM*, deessent *P*, decesserint *L*, discesserit *B*) *om. N* 11 non] uel *S* 12 fratres *L*ᵇ consulto *S* 13 matris *E* successiones *N*, successioni *L* 14 seu] sed *L* 15 fratre] fraude *E* et *om. L* 16 ad eundem *PMLS* hereditatis . . . . 17 portione *om. E*ᵃ 17 matris *N* seruauit *NBECL*, seruauerit *O* 17/19 quod s. beneficio (-cia *B*) m. u. consecuta *om. L* 20 dilata *NB* omnes hii *N* 21 qui] quae *BL* priori *O* susceptis *C Iust.*, susceptione *B*¹ 22 relinquant *ES* huiusmodi *PMLS* 23 testantur *S* 24 abalienandi] alienandi *L Iust.*, inalienandi *B* 25 habeant *N* si *om. L*ᵃ nulla *N* 25/26 priori *NBO* 27 decesserit *B* omne quod] omnem *PMS* 27/28 quoquomodo] quoque modo *S*, quomodo *EL*, cumque modo *N*, modo *B* 28 perceperit] perceperint *EPMLS* pleni] plini *L*, *om. PMS* proprietatem *PM*, proprietati *L* 28/29 obtineant *NL* 29 nanciscendi] faciendi *B*, nascendi *E*ᵛ dominis *CPM* 31 simili] similiter *O edd.* ammoneri] admonire *L*, more ad *B* 31/32 maritos (-tus *E*) uol.] u. m. *O* 32 pietates *N* exemplum *B*

[1]) *Lex Burg. Germ. 24, 1:* Si qua mulier dumtaxat Burgundia post mariti mortem ad secundas aut tertias nuptias, ut adsolet fieri, fortasse transierit et filios ex omni coniugio habuerit, donationem nuptialem, dum advivit, usufructu possideat, post eius mortem ad unumquemque filium, quod pater eius dederit, revertatur, ita ut mater nec donandi nec vendendi nec alienandi de his rebus, quae in donatione nuptiali accepit, habeat potestatem.

quos, etsi vinculo non adstringimus velut inpositae severius sanctionis, religionis tamen iure cohibemus, ut sciant id a se promptius sperari contemplatione iustitiae, quod necessitate propositae observationis matribus imperatur: ne, si ita necessitas suaserit, et circa eorum personam subsidio sanctionis exigi ab his oporteat, quod optari interim sperarique condeceat. DAT. XVI KAL. IAN. CONSTANT(INO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

INTERPRETATIO. Mulieres, quae amissis maritis ad alias postea nubtias legitimo temporé, id est expleto anno, venerint, si ex priore marito filios habuerint, quidquid per sponsaliciam largitatem vel nubtiarum tempore consecutae sunt, totum filiis conservabunt, nec in alias vel extraneas personas noverint transferendum. Quidquid vero prior maritus per testamentum seu fideicommissum seu legati titulo vel mortis causa uxori donaverit, de his rebus, quas tali mulier donatione percepit, seu omnibus filiis seu in unum pro merito servitii si conferre voluerit, habebit liberam facultatem, ita ut ei de bonis prioris mariti a filiis ipsius quidquam alienare non liceat. Quod si praesumpserit, de propriis facultatibus noverit conpensandum. Hoc specialius huic legi credidit inserendum, ut mulieri, cum ad alias nubtias venerit, si de filiis, quos ex matrimonio priore susceperat, masculus moriatur, eo casu, ut matrem et sorores aut certe sororem superstitem dimittat et fratrem non dimittat, qui matrem possit excludere, tunc beneficio legis mater cum filiabus vel filia aequali sorte succedat. Si vero filia moriatur et matrem et sorores tantum dimittat, mediam defunctae filiae hereditatem mater adquirat et media sororibus, seu una seu plures sint, proficiat[1]): ea tamen ratione, ut, dum advixerit mater, adquisitam ex hac filii aut filiae medietatem tantummodo in usufructu possideat et reliquis, si supererunt ex priore matrimonio, filiis post obitum derelinquat, ad alias personas in transferendo nec per testamentum nec per donationem habitura licentiam. Cui mulieri si de priore marito filii non supersint, tunc quaecumque sub hac occasione percepit, sibi velut propriam vindicet facultatem et in quemcumque voluerit, iure transmittat. In hac etiam lege similem et patres mortuis uxoribus condicionem, si ad alias nubtias venerint, voluit observare, ut, si de priore uxore filii aut filiae fuerint, ex quibus aliqui moriantur et in suam portionem locum patri faciant, post illius obitum fratribus sororibusve, qui supererunt de ipso coniugio, portio relicta proficiat, nec poterit per patriam potestatem ad alias transire personas.

BREV. *(NBO [om. int.] ECPMLS)*. — IVST. 5, 9, 3. — *Lex Burg. Germanica quae similia habet, in adnotationem relata sunt.*

1 etsi] si *L* uinculo] u. interim *BOL* adstringemus *L* inpositae] in potestate *E* sanctiores religiones *L* 2 prohibemus *C*[1] id *om. O* se] se esse *E* promptius] protinus *E*[v] contemplationem *E* 2/3 necessitati *BC* 3 propositae] profuturae *B* inpetratur *N* ne si] nisi *NBEL* suaserit] *BOELS*, persuaserit *N*, erit *CPM* et] *NBOEL*, *om. CPMS* 4 persona *PM*, personas *S* optatu *S* 4/5 sperarique] explerique *B* 5 concedat *EL*, condoceat *S* dat. xui (xuii *PM*, xi *B*, ui *C*) k. ian. *(OECS Iust. [Hal. L*[b]*]*, iun. *PMS*, aug. *B*, mar. *N)* const. antonio (antonino *B*) et syagrio (sagrio *BO*) *libri* 7 priori *BE* marito] matrimonio *B* filias *L* sponsaliciae *B* 8 largitate *N* alios *S*[1] 9 uero *om. N* 10 fideicommisso *PMS*, fideicommissa *C* uxore *E* 11 donationem *N* uno *N* promeriti *PM*, pro maritis *B* 11/12 lib. hab. *edd.* 12 eis *B* 13 praesumpserint *BE* nouerint *NBECPM* recompensandum *B* 14 lege *NL* credimus *C*[2] inferendum *B* ut] uti *PM*, et *N* mulier *BE* ad *om. N* 15 priori *L* ut] ut si *B* et] aut *C* 15/16 aut c. sororem (sorore *N*) *om. S* 16 beneficio] de b. *B* 17 mater] matrem *P* aequale *S* succedant *BE* 18 sororis *E* tantum *om. N* mediam] tunc m. *B*, dimidiam *edd.* media] mediam *LS* 19 sunt *B* ea] et *C*[1] 20 medietate *E* usufructum *C* et reliquis *om. NB* 21 derelinquet *L* transferendum *E* 22 habituram *E* licentia *N* 23 quaecumque] *NCLS*, quoque quod *B*, quaecumque quae *PM* hac *om. N* perceperit *C*, percipit *L* proprium *E* 24 quemcumque uol.] q. quem uol. *B*, quacumque uol. persona *L* transmittit *S* hanc *S* leges *N*, legem *C*[a] patres] *NBCL*, patris *ES*, patribus *PM* 25 uoluit] uoluerimus *B* obseruare] *NELS*, obseruari *BCPM* aut] uel *edd.* 26 ex] et ex *L* moriatur *ES* locum patri (patris *N*, patres *PM*)] p. l. *B* 27 sororibusue] *scripsi*, et sororibus uel *libri*, uel sororibus *edd.* ipsum *N*

---

[1]) *Cf. lex Burg. Germ. 24, 2:* si forte filios mulier illa non habuerit, quidquid ad eam de donatione nuptiali pervenerat, post mortem mulieris medietatem parentes eius, medietatem defuncti mariti parentes, hoc est donatoris accipiant.

III, 8, 3 [= BREV. III, 8, 3] (412 Iun. 22).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nulli videatur ambiguum eorum, quae nubtiarum tempore mulieres accipiunt, etiamsi ad secundas nubtias extantibus ex priore matrimonio liberis emenso tempore forte migraverint, in diem vitae usumfructum circa eas debere durare, salva his proprietate, quibus ius integrum post earum obitum leges sacratissimae reservarunt, ut manifestum est, quod delatum ex priore coniugio liberis constat. DAT. X KAL. IVL. RAV(ENNA) D̄D̄. N̄N̄. HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Notissimum valde est has facultates, quas tempore nubtiarum mulieres a maritis accipiunt, suo dominio vindicare: et si maritos mori contigerit, qui tamen filios derelinquant, et post transacta luctus tempora legitime ad alias nubtias venerint, in diem vitae suae donatarum rerum teneant usumfructum. Post obitum vero earum ad prioris mariti filios omnia revertuntur nec exinde aliquid matribus vivis filiis in aliorum iura transferre permissum est.

BREV. (*NBO[om. int.]ECPMLS*). — BVRG. R. 15, 2.

1 uidetur *B* 2 eorum] *O edd.*, earum *NB*[1]*E CPMS*, facultatum earum *B*[2], earum rerum *L* nubtiarum] in n. *B* mulieris *NE* accipiant *E* 3 stantibus *L* emisso *N* die *NB* 4 usu fructu *B* ius *om. L* 5 legis *ES*, lege *L* reseuarunt *N* priori *CPMLS* 6/7 dat. x k. iul. rau. (*om. BO*) ddnn. (*sic NOE*, *om. BCPMS*) hon. uiiii (*sic N*EO*, uiii *NCMS*, ui. *P*, uii *B*) et th. u (*om. NE*) aa. (uucc *N*) *libri* 9 maritos] *B*[b], maritus *NB*[a]*EPMS*, marito *L*, maritum *C* 9/10 derelinquant] *NE*[b], derelinquent *B*, derelinquunt *LE*[a], derelinquat *CPMS* 10 transacto l. tempore *B* uenerit *C* die *NB* 11 usufructum *B* eorum *N* prioris] priori *E*[a], proprior *C*[1] 12 reuertantur *BECL* aliarum *B*

VIIII. SI SECVNDO NVBSERIT MVLIER, CVI MARITVS VSVMFRVCTVM RELIQVERIT.

secundum *NL*, secunda *B* cui maritus (maritum *N*) usumfructum (usufructum *N*, partum *B*) rel. *om. O.*

III, 9, 1 [= BREV. III, 9, 1] (398 Febr. 14).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. ASTERIO COM(ITI) ORI(ENTIS). Aperta definitione signamus longe aliud esse, quod de rebus ante nubtias a nostra mansuetudine constitutum est, aliud, quod de his, quae ex patrimonio proprio vir suo arbitrio ad usumfructum uxori derelinquit. Nam in eo usufructu, quem vir extremam constituens voluntatem de rebus propriis uxori dimiserit, statim post secundas nubtias mulieri volumus inminere iacturam secundum eam legem, quae de hoc articulo non dubitatur emissa, de usufructu vero rerum ante nubtias donatarum ea servari, quae saluberrima lex anterior plena definitione decrevit. DAT. XVI KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Clara interpretatione has duas sententias explanavit, ut praeter sponsaliciam donationem, si maritus moriens de patrimonio suo usumfructum relinquit uxori, iuxta voluntatem eius relicta possideat, ita ut, si mulier postea alio viro nubserit, mox usumfructum ex testamento adquisitum filiis eius refundat, a quo usumfructum fuerat consecuta: usumfructum

---

1 hon. et theod. *B* astyrio *N*, gasterio *B*, asteterio *L* cōm̄ (comite *L*) orientis] p̄p̄ō cum morientes *B*, p̄p̄ō orientis *NO* 2 quo de *PM* a] ac *B*, *om. S* consuetudine *E* 3 aliud] ut *PM*, quam *S* quod *om. B* de *om. N* proprio *om. S* uxore *L* 4 dereliquid *S edd.* usum fructum *NB* que *L* extrema *ES*, extremus *CPM* uoluntate *NOL* 5 uxore *N* inmineri *E* iactura *N* 6 quae] quem *N*, *om. B* articula *S* amissa *E* de usufructu (usumfructum *N*) uero] de usus fructum uerum *L*, de usu uero fructu *O* 7 ea seruari] ea s. ea *B*, ea seueri *L*, ea s. uolumus *O* decreuit] tractauit *O* 8 dat. xui (xuii *NEPM*, *om. O*) k. mart. const. hon. a. (*om. O*) iiii (xiii *O*, *om. C*) et euticiano *libri* 10 donationem] largitatem *C*[2] (*ex Bern.*) relinquit] *NOEL*, reliquit *BCPMS* iuxta] iniusta *N* 11 relicto *S* possideat *om. PM* alii *BO* uiro] marito *S* 12 usumfructum] usum *O* usumfructum] usum uero fructum *O*

vero de sponsalicia largitate usque ad obitum suum, sicuti superius alia lex locuta est, merito retinebit: unde haec ipsa post obitum matris ad illius mariti filios, qui donavit, proprietas reditura est.

BREV. *(NBOECPMLS).*

1 sponsalitiae *NB* sicut *OE*[a]*L*, secuti *N* superior *BPMS* 2 hanc *CL* ipsam *C*, | ipsa lex *S* meriti *S* filiis *N* proprietas *post* ipsa *O* 2/3 redditura *BES*

X. SI NVBTIAE EX RESCRIPTO PETANTVR.

rescriptione *C.* — *Iust. 5, 8.*

III, 10, 1 [= BREV. III, 10, 1] (409 Ian. [?] 23).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quidam vetusti iuris ordine praetermisso obreptione precum nubtias, quas se intellegunt non mereri, de nobis aestimant postulandas, ⸢se⸣ habere puellae consensum confingentes. Quapropter tale sponsalium genus praesentis legis definitione prohibemus. Si quis igitur contra hanc definitionem nubtias precum subreptione meruerit, amissionem bonorum et poenam deportationis subiturum se esse non ambigat et amisso iure matrimonii, quod prohibita usurpatione meruerit, filios se ⸢iuste hac ratione susceptos⸣ non habiturum, nec umquam postulatae indulgentiae adnotationisve ⸢principis⸣ indultu efficacem se veniae effectum meruisse: exceptis his, ‖ quos consobrinorum, hoc est quarti gradus, coniunctionem lex triumphalis memoriae patris nostri exemplo indultorum supplicare non vetavit, exceptisque his ‖, qui parentum sponsionem de nubtiis filiarum inpleri desiderant vel sponsalia, hoc est arrarum data nomine, reddi sibi praecepto legum cum ⸢quadrupli⸣ poena deposcunt. ‖ Nos enim peti de nobis nubtias supplicatione prohibemus, quas deceat de voluntate parentum vel de ipsis adultis puellis aut mulieribus impetrari. Nam si negato coniugio, quod fuerat ante promissum, lis aliqua legum praecepto nascatur, de iure nos consuli non vetamus. DAT. X KAL. FEBRVAR. RAV(ENNA) DD. NN. HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

IVST.

⸢se⸣] saepe

⸢ex hac coniunctione susc. iustos⸣

⸢ ⸣ *om.*

‖ *desinit*

‖ *redit*

⸢statuta⸣

‖ *fin.*

1 theudoro *PM*, theudero *B*, thedoro *N* 1/2 uetustate *N* 2 subreptione *C*[1], obratione *S* 4 extimant *OC*, existimant *N Iust.* habere se *O* 5 confringentes *S*, confrigentes *L* tali *S*, talis *L* sponsaliorum *L* 6 praesenti *PMS* leges *S* definitionem *S* 7 egitur *M* definitione *N* 8 subreptione] suplicatione *O*, subreptionibus *S* meruerint *PMS* amissione *NB* 9 se *om. O* 10 et *om. S* amissio *PM* matrimonio *N* 11 prohibita] prohibet aut *E*[b] usurpationem *L* meruit *NB*, meruerat *O* se iuste (iure *B*)] eius de *E*[b] 12 susceptus *N* 12/13 nec umquam] utcumque *C*[1], nec umque *C*[2] 13 adnotationisue] *OE*, adnotationis suae *NBL*, adnotatione suae *C*[a], adnotatione siue *C*[b], ad *PMS* 14 principis (-pes *S*) *om. OE cum Iust. recte fortasse* indultu] *OCL*, indultum *NBE*, uel indultu *PMS*, indulto *Iust.* efficatiae *N* se *om. O* ueniae effectum] e. u. *O* 15 meriturum *O* sobrinorum *S* 16 quarti] tertii quarti *B* coniunctione *B* 17 indulturum *PMS* 18 uetauit] *ECPMLS*, uetuit *NBO* exceptis his *B* 19 sponsione *NCPMLS* filiorum *PMS* 21 praecepto] praeceptum *L*, iure praecepto *N* cum] in *S* 22 nos] non *E*[t] 22/23 suppl. nupt. *O* 25 fuerit *N* lis] lex *C* praeceptu *M* 26/27 dat. x *(sic E, om. rel.)* k. febr. rau. *(om. OC)* dd. nn. hon. uiii et th. iii *(om. C)* aa. (a. *C*): *in die erratum, cum a XII k. Febr. incipiant leges datae ad Theodori successorem Caecilianum*

INTERPRETATIO. Fit aliquotiens a quibusdam, ut obliti severitatem legum obrepere principis audeant maiestati et coniugia sibi expetant ex praecepto, quae consequi non merentur, ut de consensu parentum vel puellae mentiantur: qua de causa eiusmodi audaciam interdicit. Quicumque ergo sub tali obreptione matrimonium se obtinere putaverit, et amissione bonorum et exilii relegatione se noverit esse damnandum nec matrimonium, quod taliter quaesierit, habiturum, nec filios tali ordine et ambitione susceptos legitimos appellandos, nec etiam per supplicationem huius praesumptionis veniam promereri. His vero, quos in quartum gradum originis coniunctio praesumptiva copulaverit, quia notabile est, tamen si supplicaverint, veniam relaxabit. Nec his interdici, ut praeceptum expetant maiestatis, quoniam parentum placito copulantur. Illi vero, qui, pactas sibi vivis parentibus puellas ab ipsis puellis post parentum obitum contemnuntur, praecepti tenore in quadruplum arrarum nomine data vel donata recipiant; nam de reliquo si ante definita non fuerint, per supplicationem coniugia postulari omni severitate prohibuit. Ceterum si cum parentibus puellae aut cum ipsa puella quis de nubtias pactus fuerit et unus ex his voluerit de placito eius resilire, nos ab eo qui despicitur consuli non vetamus. Reliqua pars legis istius alibi iam habetur exposita.

BREV. (*NBO [om. int.] ECPMLS*). — IVST. 5, 8, 1.

1 ut *om. L* obliti seueritate *PMS*, oblitis ueritatem *B* obripere *NLS*, subripere E^t, obriperent E^v 1/2 principes *NE*, principibus *L* 2 audiant *NL*, audeat *B* maiestatem B^b et] ut *B* expectant ex praecepto (recepto *L*) *NELS*, ex pr. petant *B* 3 ut de] unde *S* consensum *N* mentiatur B^1 quae *N* huiusmodi *BC* audaciam] audacium *S*, audax *PM* intercedit *E* 4 subtili *P* putauerint *N* 5 et exilii] exilii *L* 6 ambitionem *N* appellamus *B* 7 promeriti *N* quas *E* in quartum (-tu *N*)] *NEPMS*, in tertium et (aut *B*, *om. Bern.*) quartum *BCL Bern. Ratramnus Corbeiensis (865—892) (in epistula quam ed. Wilmans Kaiserurkunden von Westfalen I p. 506) citat ex* 'libro Theodosii tertio' *verba haec:* his quos in tertio et quarto gradu *(sequentia desunt), quae respondent lectioni huius loci interpolatae* 8 quia .... supplicauerint *om. S* notabile est] nota *(seq. sp. vac.)* C^1, notabilis *L* tamen] adtamen *L* supplicauerit *CPML* relaxauit *NEC*, relabit *PM* 9 interdicit *S*, interdicitur *B* ut] aut *C* expectant *N*, expetat *CPM* maiestates *N* quoniam] qui *edd.* 10 pactas (pacta *NS*) s. u. p. puellas] *libri*, pactis s. u. p. puellis *edd.* ab ipsis puellis *om. N* 11 praecepto *S* recipiantur *E* nam *om. L* 12 antea *B* finita *L* coniugii *B* omne *S* 13 aut] uel *CL* qui *PMS* nubtias] *NB*, nuptiis *ECPMLS* 14 de placito] disciplicitur *N*, de placitis *CPMS* eius *om. CPMLS* consulere *E* 15 reliqua .... iam *(om. B)* h. exposita (-tas *N*)] *NBE*, *om. CPMLS*

XI. SI QVACVMQVE PRAEDITVS POTESTATE NVBTIAS PETAT INVITAE.

quacumque] q. quis *L* — nuptiae petantur *E* — inuitas *C*. — *Iust.* 5, 7: si q. pr. pot. uel ad eum pertinentes ad suppositarum iurisdictioni suae adspirare temptauerint nuptias.

III, 11, 1 [= BREV. III, 11, 1] (380 Iun. 17).

IMPPP. GRAT(IANVS), VALENT(INIANVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis ordinaria vel qualibet praeditus potestate circa nubtias invitis ipsis vel parentibus contrahendas, sive pupillae sive apud patres virgines sive viduae erunt sive iuris sui viduae, denique cuiuscumque sortis, occasione potestatis utatur et minacem favorem suum invitis is, quorum utilitas agitur, exhibere aut exhibuisse detegitur, hunc ˹et˺ multae librarum auri decem obnoxium statuimus et, cum honore abierit, peractam dignitatem usurpare prohibemus: tali scilicet poena, ut, si circa honorem eum, quo male usus est, vindicandum

IVST.
˹et˺] licet prohibitas nuptias non peregerit, attamen pro tali conamine

1 ual. grat. *B* et *om. C* neuterio *libri praeter L* 2 pot. pr. *B* 3 pupillae (puellae *NBEL*) siue *om. O* patris *E*, parentes *B* uirgines *om. O* 4 iuris sui] *NEL Iust.*, et (etiam *O*) i. s. B^bOC, et in i. s. B^aPMS sortes *N* occasionem *E* potestates *N* moenacem *E* 5 his *libri* 6 et *om. O* multa *B* 7 obnoxium] o. esse *O* 7/8 et cum honore (-rem *BL*) *om. PMS* 8 abierit] OE^a *Iust.*, habuerit NBE^bL, habiret *X*, haberet *C*, haberiqui *PMS* 9 talis *C* poenam *E* 10 eum] meum C^a, in eum C^b, in eum cum *B*

˹statuti nostri sanctioni˺ parere noluerit, ˹semper˺ eam provinciam, in qua sibi ˹hoc˺ usurpaverit, habitare per iuge biennium non sinatur.
1 ˹Quia tamen contra latentem malitiam praeterea quasdam domos vel quosdam parentes intellegimus muniendos, iubemus, ut, quicumque his et quaecumque erit latentibus per iudicem promissis minisve temptata, ad id matrimonium, cui aspernatur praestare consensum˺, confestim contestatione proposita cum sua suorumque domo ˹ad iurisdictionem eius desinat pertinere˺: curaturis hoc uniuscuiusque civitatis ˹vindicibus˺ et eiusdem iudicis apparitoribus. Et quidem si haec pravitas ordinarii iudicis erit, universa eius domus ratio atque omnia vel civilia vel criminalia negotia, quamdiu idem in administratione fuerit, vicario conpetant; sin autem vicarius vel similis potestatis vim in huiusmodi contrahendo matrimonio molietur, vicissim ordinarius iudex intercessor exsistat; sin erunt uterque suspecti, ad inlustrem praefecturam specialiter talium domorum, quamdiu idem administraverit, ˹tutela˺ pertineat. DAT. XV KALEND. IVL. THESSAL(ONICA) GRAT(IANO) A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

˹statutis nostris˺ ˹semper˺ *om.* ˹hoc˺ *om.* ˹quia ... 9 consensum˺] illo videlicet adiciendo, ut et in potestate adhuc constituto liceat personae, quam huiusmodi ambitu circumire temptaverit ˹ad ... pertinere˺] iurisdictionem eius evitare ˹defensoribus˺ ˹tuitio˺

INTERPRETATIO. Si aliquis de his iudicibus, qui provincias administrant, vel etiam his, quibus civitates vel loca commissa sunt, per potentiam invitis parentibus virgines aut etiam viduas, si sui iuris sint, per potestatem ad nubtias suas addixerint, aut si pupillae sint, et earum utilitatibus obviantes per terrorem aut per quorumcumque conludium addicantur, ut his personis, de quibus loquitur, invitae iungantur: quicumque hoc praesumpserint, decem pondo auri se noverint condemnandos, et in ea provincia, in qua iudex fuerit, dignitate amissa biennio prohibeatur accedere. Beneficium tamen lex ista adversus eiusmodi homines parentibus vel ipsis mulieribus, quae in suo iure sunt, vel qui minorum aetates tuentur, indulsit, ut contestationes ad alios iudices vel civitates proximas deferant et eorum patrociniis defendantur: ut, si in eadem

---

1 statutis *NE* sanctione *NBCPMS*, sanctionem *E* parare *NE (loco priore)* *L* uoluerit *NPMS*, uoluerint *E (loco pr.)* semper *om. O Iust.* 2 eum prouincia *B* usurpauerit] usurpare uoluerit *O* 3 iugi *E (loco pr.) S* non] num *N*[a], nam *N*[b] quia] *O*, qui *NBECPMLS* 4 latantem *L* praeterea *O edd.*, praeterea enim *PMS*, parum *NECL*, patrum *B* 5 domus *NLS* parentes] parietes *O* 6 muniendus *E*, puniendos *L* ut quicumque] ubicumque *N*, ut *O* his *(vel is)* et] *NBCPMS*, *om. OL* 6/7 quaecumque *om. L* 7/8 minis uel *B* 8 temptata] tempora *L* id] dis *(sic) C* matrimonio *N* 9 contestationem *N* 10 propositam *NE* suarumque *L* domu *N* 10/11 iurisdiccione *L* 11 eius *(om. N)* desinat] eiusdem sinat *E* curaturis] *Iust.*, curatoris *BO*, curatores *NECPMLS* hoc] hoc curantibus *O* 12 ciuitates *S* uindicibus] *ECPML*, uendicibus *S*, iudicibus *BO*, indices *N* 13 apperitoribus *N*, apparatoribus *E* et quidem] *L Iust.*, equidem *reliqui* 13/14 paruitas *L* 14 iudices *N* eius] cuius *N* 14/15 domos *S* 15 ciuiliā *(sic) E* 16 fuerint *B*[a] 17 uicariae *PMS* si *L* 18 in *om. S* eiusmodi *N* 19 molitur *C*[1], multetur *N*, molientur *E*[b] ordinarios *E* 20 sin erunt] *NBEO Iust.*, si nolunt *C*[1], si erunt *C*[2]*PMLS* suscepti *NE*[t] 20/21 ad inlustrem *om. in sp. vacua C*[1] 22 tutelae *N* 23/24 dat. xu k. iul. *(om. XC PM, hi duo in sp. vac.)* thess. grat. a. *(om. NO)* u *(om. B)* et theod. a. *(augg. N)* i *(om. NBES) libri* 25 etiam his] etiam hii *NECL*, etiam hi *BPMS* 26 ciuitatis *NE* potentiam] sententiam *B* uirginis *N* 27 adduxerint *BC*[2], adduxerunt *N* pupillae] puellae *B*[1]*L* sint] species *PM* et *om. S* 28 errorem *NE*[b]*CPM* per *om. B* conludio *B* ut *om. C*[1]*PM* 29 iungantur] cogantur *L* praesumpserint] *NBEC*, praesumpserit *PMLS* pondus *BE* 30 nouerint] *NBEC*, nouerit *PMLS* condemnandos] *NBEC*, condemnandum *PMLS* in] de*L* ea] eadem *S* admissa *B* 31 excedere *L* beneficio *BE* huiusmodi *EPMS* 32 quae] qui *libri* qui] qui in *L* minores *B*, minore *E*[b] aetatis *ES*, aetate *BL* tuentur] instituentur *B* ut *om. L* contestationis *S* 33 proximos *B* differant *E* defendantur] deferantur *B*

provincia sit alia potestas, ut puta si sint duo iudices, unus privata et alius dominica iura gubernans, si ab altero sub hac condicione quaecumque persona prematur, alterius tutela debeat defensari, aut certe ad magnificam potestatem, qui principis auribus hoc possit intimare, recurrat.

BREV. *(NBO [om. int.] E (transpositis foliis archetypi verba p. 149, 1* parere ... *3* sinatur *leguntur bis) XCPMLS).* — IVST. 5, 7, 1.

1 ut puta] *NBCPMS*, ut pute *E*, ut pota *L*, utpote *edd.* sunt *B* priuate *C* alias *NPM* 2 conditionem *N* alterius] uberius *B* tutelae *N* 3 defensare *N* ad] per *PMS* qui] *libri*, quae *edd.* princeps *N* auribus *om.* C^{1} posset *N*

XII. DE INCESTIS NVBTIIS.

Rubr. post l. 1 Paris. 4406. — nupt. inc. *N.* — *Iust. 5, 5:* de incestis uel inutilibus nuptiis.

III, 12, 1 (342 MART. 31).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD PROVINCIALES FOENICES. Si quis filiam fratris sororisve faciendam crediderit abominanter uxorem aut in eius amplexum non ut patruus aut avunculus convolaverit, capitalis sententiae poena teneatur. DAT. PRID. KAL. APR. ANTIOCHIAE CONSTANTIO III ET CONSTANTE II AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque hominum cum fratris filia vel sororis incestam coniunctionem se habere crediderit, capitale periculum se noverit incursurum.

ADD. *ad brev. ex plenis BO[om. int.]E (ubi interpretatio bis legitur et hoc loco et ad 3, 12, 3 p. 152, 17) LK, item titulus est in Paris. 4406 sub praescripto* 'iste titulus est de incestis nuptiis', *ubi cum legatur post hanc constitutionem* 'xii tit. de incestis nuptiis', *eam additam esse luculenter apparet; interpretationem habent ex decurtatis Bernensis 263 (cum inscr. et subscr.), Parisinus 4409, Vaticanus reg. 1048; epitomae eam agnoscunt Guelferbytana et Sangallensis. Abest constitutio in libro classis melioris N (cum Berol. Sav.) et in deterioris melioribus XC (in margine adscr. est interpretatio ex Bernensi) PMS*

1 constantinus *BOE 4406* et *om. E* constans] *E*, constantius *B* phenicis *O*, ponices *B*, phinices *E*, fenices *K 4406*, finices *L* 1/2 sororisue faciendam (-da E^{a}, -das E^{b}) *om. B* 2 abominanter] ex abominanter *E*, abhominante *K* uxore *K* in eius amplexum (-xu *ELK*) *om. B* ut] et *K* 2/3 aut au.] auunculusue *O* 3 conuolarit *K* capitali *ELK* sententia *K* 3/4 dat. prid. (iii $L^{1}K$) k. apr. antioch. constantio (constantino *BK 4406*) iii *(om. L^{1} 4406)* et constante (constantio *B*) ii *(om. L 4406)* aa. *libri (subscr. om. E)* 5 fratres *Bern.*, patris *B* filia] filiam *K*, *post* sororis *4406* cum fr. f. uel s. *om. E (post. loco)* incestum *E (utroque loco)* coniunctione *E (post. loco)* 6 capitali *E (priore loco) Bern.*, capitalem *K* periculo] periculum *E (priore loco)*, iudicium B_{1} sentencia *Bern.* nouerint *B* incursurum] *ELK 4406*, incursuros *B*; subiturum *edd.* *post* incursurum *add.* et spurios esse conuenit qui ex tali matrimonio nascerentur *4406*

III, 12, 2 [= BREV. III, 12, 1] (355 Apr. 30).

IMPP. CONSTANT(IVS) ET CONSTANS AA. ET IVLIANVS C. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Etsi licitum veteres crediderunt nubtiis fratris solutis ducere fratris uxorem, licitum etiam post mortem mulieris aut divortium contrahere cum eiusdem sorore coniugium, abstineant huiusmodi nubtiis universi nec aestiment posse legitimos liberos ex hoc

1 impp. constant̄ (constantinus *E*) et *(om. E)* constans (constant̄ *N*, constañ *C*, constantius *S*) augg.] *NECPMS*, idem augg. *BOL propter constitutionem ab ipsis insertam: requiritur* imp. Constantius A. et iulianus c̄ *(om. S) delendum* ad] et *L* uolusiano *E* 1/2 p̄p̄o] *NE*, uic urb (ubis *L*) *OPML*, uī cū ūb *C*, ucl ūrb *B*, uī claro urbis *S*. *Extant ad Volusianum a. 355 datae constitutiones quinque, quarum tres* (11, 30, 26 — 11, 34, 2 — 11, 36, 12) *eum appellant* p̄p̄o, *quarta* (*Iust.* 6, 22, 6) *variat inter* p̄p̄o *et* p̄u, *haec quinta inter* p̄p̄o *et* vic. urb., *errore orto fortasse ex additamento* v. c. 2 licitu *N* ueteris crediderint *E* fratres *N* solutis ducere fratris (-tres *N*)] sol. fr. L^{b}, *om.* L^{a} uxore *N*, uxoris *L* 3 licitu *L*, et *O*, *om. N* contraherit *N* sororem *N*, sororis *B* 3/4 coniugio *NBE* 4 abstineat *BE*, abstineant ab *4406* extiment E^{a}, existimen *(sic) L*

consortio procreari: nam spurios esse convenit qui nascentur. DAT. PRID. KAL. MAI. ROM(A) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Fratris uxorem ducendi vel uni viro duas sorores habendi penitus licentia denegatur; nam ex tali coniugio procreati filii legitimi non habentur.

BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLS Paris. 4406).*

1 spurios] superius *N* esse conu.] c. esse *O* 1/2 dat. [*immo* pp] prid. k. mai. rom. arb. (ambitione *E*) et lolliano (loliano *B*) *libri* 3 fratres *N* ducere *E* uel uni uiro (uoro *N*) d. s. habendi] *NE 4406*, uel duobus fratribus unam mulierem nubendi *BCPMLS* 4 denegetur *4406*

III, 12, 3 [= BREV. III, 12, 2] (396 Dec. 8).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Manente circa eos sententia, qui post latam dudum legem quoquomodo absoluti sunt aut puniti, ‖ ⸢si quis incestis posthac consobrinae suae vel sororis aut fratris filiae uxorisve eius postremo, cuius vetitum damnatumque coniugium est, sese nubtiis funestarit, designato quidem lege supplicio, hoc est ignium et proscriptionis, careat, proprias etiam⸣, quamdiu vixerit, teneat facultates: sed neque uxorem neque filios ex ea editos habere credatur, nihil prorsus praedictis ne per interpositam quidem personam vel donet superstes vel mortuus derelinquat. Dos, si qua forte sollemniter aut data ⸢aut dicta⸣ aut promissa fuerit, iuxta ius antiquum fisci nostri commodis cedat. Testamento suo extraneis nihil derelinquat, sed sive testato sive intestato legibus ei et iure succedant, si qui forte ex iusto et legitimo matrimonio editi fuerint, hoc est de descendentibus filius filia nepos neptis pronepos proneptis, de ascendentibus pater mater avus avia, de latere frater soror patruus amita. Testandi sane ita demum habeat facultatem, ut his tantum personis pro iuris ac legum quod voluerit arbitrio relinquat, quas succedere imperialis praecepti tenore mandavimus; ita tamen, ut hereditate diem functi penitus arceatur, si quis ex his, quos memoravimus, in contrahendis incestis nubtiis ⸢participatum atque⸣ consilium inisse monstrabitur, successuro in locum illius, qui post eum gradum proximus invenitur. ⸢Id sane, quod⸣ de viris cavimus, etiam de

IVST.
⸢si quis ... 7 proprias etiam⸣] ‖ ⸢si quis incesti vetitique coniugii sese nuptiis funestaverit, proprias⸣

⸢aut dicta⸣ *om.*

⸢part. atque⸣ *om.*

⸢ea sane quae⸣

1 euticiano *libri* manenti *N* 2 eo *L* sentia *N* 2/3 qui post l. d. l. quoquo (quo *S*) modo a. s. aut (uel *S*) puniti (paeniti *N*, poniti sunt *E*) si q. incestis (-tus *4406*, incesti *S*) *om. CPM* 3 posthaec *S* 4 sor. aut fr.] fr. a. sor. *O* filiam *L 4406*, filia *B* uxorisue] *BECL*, uxori suae *N*, uxoris uel *PMS*, uxoris *O* 5 uetitum] uel tantum *NPM (fortasse scr.* uetatum: *cf.* uetauit *3, 10, 1 v. 18)* damnatumque] damnoque *PM* est *om. L* sese] si se *NL 4406* funestaret *NB* 4406^{a}, funestari *ES* 5/6 designatum *E*, designatio *L* 6 lege] legis *E*, *om. BS* proscriptiones *N*, praescriptionis *C* 8 uxore *N* ex ea *(om.* M^{a}*)* editos *om. O* nihil] *NBOE Iust.*, ut nihil *CPMLS 4406* 9 praedictis] pr. nepotibus *E* ne] nec *EL Iust.* 10 superstis *PML*, superstitis *N*, suprestitis *E* mortuos *BE 4406* dos] duos *N*, dum *S* quam *S* 11 aut data (donata *E*) aut dicta (directa *B*)] aut dicta aut data *O* 12 anticum *P* commodis] quomodis *N*, *om. O* 13 relinquat *NBE Iust.* sed] se *L* testamento *BES* legibus ei] ei legibus *O* 14 si qui] si que *N*, si quis *E*, qui si *CPMLS 4406* 15 editi (edicti *N*) fuerint] f. e. *S* de *om. L* filios *NE* filia] familia *E* neptes *B* 16 proneptes *NB* 17 testandi sane] testandis an *S* 18 habeant *L* ac] sui *B* lege B^{b} 19 quo *B* uoluerint *L* arb. relinquat (-quant *L*)] r. a. *O* qua *B 4406* 19/20 praecepit *N* 20 hereditatem $NB^{a}EPMLS$, ab hereditate *Iust. (praeter* P^{a}*)* diem (die *O*) functi] *OCPMLS*, defuncti *NBE Iust. (praeter* Q^{a}*)* 21 sarceatur *L* ex his *om.* B^{a} memorabimus *N* 22 participatum *L* inisse] *OE* CM^{b} *Iust.*, inesse *BL*, in his se *NS*, in his PM^{a} *4406* 23 successurum $B^{b}LS$, successos B^{a} loco *BE* illius] ipsius C^{1} gradu *NO* 24 id] is *PM 4406* cauemus *BOE*, causemus *N*

feminis, quae praedictorum sese consortiis commacularint, ˹custodiatur˺. Memoratis vero personis non extantibus fisco locus pateat. || Ad cuius legis nexum et condicionem pertinere iubemus, si qui forte iam dudum, hoc est ante promulgationem huiusce legis, inlicitis memoratarum nubtiarum sceleribus commaculati quoquo modo latere potuerunt. DAT. VI ID. DECEMB. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

IVST. ˹custodiantur˺ || *fin.*

INTERPRETATIO. Post prioris legis sententiam, quae de talibus personis lata est, id praecipit observari, ut districtione legis, supplicio et proscriptione liberi, quisque ille aut sororis aut fratris filiam aut tertii gradus consobrinam aut certe fratris uxorem sceleratis sibi nubtiis iunxerit, huic poenae subiaceat, ut de tali consortio separetur atque etiam si filios habuerint, non habeantur heredes legitimi nec heredes, sed infamia sint notatae utraeque personae, ita ut possidere tantum proprias facultates principis beneficio videantur, ceterum nullum praesumant subire contractum donandi atque testandi facultate submota: sed nec in ipsis feminis, quas taliter sortiti sunt, aliquid conferant, et si etiam aliquid tempore nubtiarum sibi dederint, revocetur ad fiscum: aut etiamsi filios habuerint, non per subpositam aut per aliam personam aut per commenticiam donationem ad illos quidquam ex eorum facultate perveniat, sed ipsis mortuis ad legitimos heredes, quoscumque gradus admittit, usque ad certum originis locum ab intestato ipsi succedunt. Testandi etiam eis in his tantum personis, quibus lege concessum est, permissa potestas est, ita ut ex his, quos elegerit, scribat heredes, ita tamen, ut, si qui in tali consortio consensum cum his habuisse docentur, hereditate exclusi aliis in proximo gradu venientibus locum faciant: nam si desint personae propinquorum, quos lex ad successionem vocat, tunc in eorum facultatibus fiscus accedat.

BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLS Paris. 4406).* — IVST. 5, 5, 6.

1 sese] se *post* praed. *O* consortis *N*ᵃ, *post* commac. *O* commacularint] conmacularent *B*, commaculauerint *E Iust.*, commoculauerint *L* 1/2 custodiatur] uolumus custodiri *O* 2 minoratis *N* fico *L*ᵃ 3 ad] a *L*ᵃ 4 quis *BEL*, quid *S* hoc est] *BOEC*, *om. NPMLS* huius *B*, huiuscemodi *S* 5 sceleribus] in sc. *PML 4406* quoquo modo] quomodo *B* poterunt *C* 5/6 dat. ui *(sic BCS*, u *PM 4406*, uii *NOE)* id. (k. *NBOE*) dec. const. *(om. N)* arc. iiii et hon. iii aa. *libri; subscriptio dubia, nam administravisse videntur praefecturam Caesarius ad a. 397 Iul. 13, Eutychianus inde a Sept. 4 anni eiusdem* 7 priores leges *NE* sententia *NL* id] hic *C* 7/8 praecepit *NBELS* 8 destrictione *PM*, districtiore *B*² praescriptione *C*² *(Bern.)*, suscriptione *N*, perscriptione *S* liberi] deberi *B* quisquis *B* sorores *NE* 9 fratres *NE* *post* filiam *ins.* aut sororis filiam *S* tertii] *scripsi*, certi *B*, certe *NECPM*, certe ulterioris *LS 4406* certe fratris] priuignam *E*ᵗ, fratris *(om.* certe*) E*ᵛ *edd.* 9/10 iunxerunt *E* 10 paena *N* separentur *E* si *om. E* filius *L*, filias *4406*ᵃ habuerit *PM*ᵇ*LS* 11 heredes *om. L* nec heredes *om. EM 4406* infamiae] *NB* notae *N*ᵃ, notata *4406*ᵃ, notato *B* utraeque] *CS*, utrique *N*, uterque *EPML 4406*, utrumque *B* ita ut] aut *M*² 12 principes *N* uideantur] mereantur *B* praesumat *S*, sibi praesument *E* 12/13 subire] habere *L* 13 in] *NBOLS*, *om. EPM 4406* 14 conferant] conferat *E*, transferant *PMLS* et] hii *NE*, quod *B* etiam aliquid] quid etiam *B* sibi *om. B* dederant *BE* 14/15 ad fiscum *om. B* 15 per aliam] aliam *L* 15/16 commendatitiam *NB* 16 earum *N* ad] a *BEL* 17 *inter* legitimos *et* heredes *interponit interpretationem legis 3, 12, 1 E (ubi vide)* quascumque *N* usque] et usque *L* certum] tertium *S* ipsis *N* 18 est] *NBE*, sit *S*, *om. CPML 4406* 19 ex *om. E* elegerit] *NBE*, elegerint *CPMLS* scripbat *(sic) L*, scribant *S* 20 concessum *N* doceantur *N* aliis *om. C*¹ in *om. L* 21 desunt *edd.* ad s. u. lex *edd.*

III, 12, 4 [= BREV. III, 12, 3] (415 Mai. 16).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. Tamquam incestum commiserit, habeatur, qui post prioris coniugis amissionem sororem eius in matrimonium proprium crediderit sortiendam; pari ac simili ratione etiam, si qua post interitum mariti in germani eius nubtias crediderit adspirandum: illo sine dubio insecuturo, quod ex hoc contubernio nec filii legitimi habebuntur nec in sacris patris erunt nec pa-

1 aurelianu *N*, aurelio *E* ppo ii] *E*, ii ppo *CPMLS 4406*, ppo *NO*, ppo urb *B* tamquam] t. si *4406* 2 priores *N*, *om. O* admissionem *B* 3 proprium *om. O* sortiendum *PML 4406* 4 eis *B*¹ illos *E*, illud *S* insecutor *N*, insecuturum *S* 5 habeantur *E* nec in s. p. erunt *om. BO*

ternam ut sui suscipient hereditatem. DAT. XVII KAL. IVN. CONSTANTINOPOLI DD. NN. HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.

INTERPRETATIO. **Quaecumque mulier sororis suae maritum post illius mortem acceperit vel si quis ex viris mortua uxore sororem eius aliis nubtiis sibi coniunxerit, noverint tali consortio se esse notabiles, et filii, qui exinde fuerint procreati, et successione excluduntur nec inter filios habebuntur.**

BREV. *(NBO[om. int.]EXCPMLS Par. 4406).*

1 ut sui *om. O* suscipiant *BECL*[a] 1/2 dat. xuii (xui *B*, uii *N*) k. iun. *(CS*, iul. *NBE*, ian. *PM)* constantinopoli (constantino *PMS Paris. 4406*) ddnn *(om. BXCPMS)* honorio *(om. XC PMS Paris. 4406)* x et th. ui aa *libri (subscr. om. O)* 3 sorori *S* 4 sibi] se *N* 4/5 se tali cons. *B* 5 notabilis *N*, notabile *E* et] etiam *B*[a], et a *B*[b] *4406*[a], ex *E edd.*, *om. LS* excludantur *BC* nec] *NL*, ne *B*, sed nec *ECPMS 4406* 6 habeantur *B*

XIII. DE DOTIBVS.

Rubr. ante l. 2 C[1]. — *Iust. 5, 12:* de iure dotium.

[III], 13, 1 [= BREV. III, 13, 1] *(349 Sept. 20).

IMPP. CONSTANT(IVS) ET CONSTANS AA. AD PHILIPPVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. De moribus actio ultra personam extendi non potest, nec in heredem dabitur nec tribuetur heredi. DATA XII KAL. OCTOB. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

INTERPRETATIO. **Si de moribus uxorem maritus accuset, hoc est in maleficio, in adulterio similibus aliisque criminibus, si mortua uxor fuerit, heredes eius accusari non possunt, quia crimina cum auctore deficiunt: tamen et si maritus mortuus fuerit qui accusabat uxorem, ab herede mariti mulier non potest accusari.**

BREV. *(NBOECPMLS).*

1 constantinus *NBOES* constans] constantius *BS* philippum] plippo *N* ppm *E* 2 persona *NPMS* in *om. E* dabitur] *NBOE*, habetur *CPMLS* tribuitur *BE* 3 dat. xii (xui *B*) k. oct. limenio (liminio *OES*, leminio *N*) et catullino *(sic B*, catulino *reliqui) libri* 4 accusetur *B*, accusat *edd.* in *om. O* maleficio] manifesti *PMS* in *om. OPMS* adulterium *N* 5 aliisque similibus *O*, similibus aliis *N* accusare *NS* 6 tamen *om. O* et *om. B* qui] quia *O* 7 accusare *NL*, causari *C*[1]

[III], 13, 2 [= BREV. III, 13, 2] (363 Febr. 26).

IMP. IVLIANVS A. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In dote reddenda et retentiones ex iure venientes et pacta, quae legibus consentanea esse monstrantur, placet etiam ex huius sanctionis auctoritate intemerata inviolataque servari. DAT. IIII KAL. MART. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

INTERPRETATIO. **Pacta inter maritum et uxorem, quae de dote inita sunt et cum lege concordant, haec lex sicut reliquas pactiones valere praecipit. De retentationibus vero, quia hoc lex ista non evidenter ostendit, in iure, hoc est in Pauli sententiis sub titulo de dotibus requirendum aut certe in Pauli responsis sub titulo de re uxoria.**

BREV. *(NBOEXCPMLS).*

1 mamertino *OL* ppm *E* 1/2 retentionis *N*, retentationis *LS* 2 uenientibus *EPMLS* monstrabitur *N* 3 sanctiones *NE* 3/4 dat. iiii (xiiii *E*, iii *O*, prid. *B*) k. mart. iul. a. iiii (iii *O*, ii *B*) et *(om. S)* sallustio (salustio iiii *B*, psallustio *PMS*) *libri* 5 ux. et mar. *O*, uirum et ux. *S* quae .... 6 praecipit] de dotibus inita ualere lex praecipit *O* 5 inita] inuita *N* 6 sicut] s. et *S* pactiones] rationes *N* praecipit] *OCS*, praecepit *reliqui* retentationibus] retentatibus *N*, retentionibus *B* 7 non euidenter (uidenter *N*)] e. n. *O* in iure hoc est *om. O* sub titulo] *NBXPML*, s. f. xxii *C*, *om. O* 7/8 requirendum] requirendis *B*, relinquendum *PM*, *post* uxoria *O* 8 certe *om. O*

III, 13, 3 [= BREV. III, 13, 3] (422 Nov. 3).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MARINIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA:

Si constante matrimonio maritus fatali fuerit sorte consumptus, dos, quae data dicitur vel promissa ex eius uxoris facultatibus, ad ⸢feminam⸣ revertatur nihilque sibi ex hoc defuncti heres audeat vindicare, quod ad mulierem recurrere fecit obitus maritalis.
1 ‖ ⸢Et⸣ si ⸢fortasse⸣, constante matrimonio a marito uxori dos ⸢ refusa est, quod legibus stare non potest, quia donationis instar perspicitur obtinere, eadem uxore defuncta marito ab eius heredibus cum fructibus ex die refusae dotis restituatur, ita ut proprietas eiusdem a liberis ex eadem susceptis alienari ⸢ a marito non possit. ET CETERA. DAT. III NON. NOVEMB. RAV(ENNA) HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

IVST. 5, 18, 11 ⸢eam⸣ — 5, 19, 1 ‖ ⸢om.⸣ ⸢om.⸣ | ⸢ sine causa legitima — ⸢ contra leges

INTERPRETATIO. Si contigerit, ut maritus uxore superstite moriatur, quaecumque a muliere marito in dotem data fuerant, ad suum dominium feminae revocabunt, nec heredes defuncti mariti hoc vindicare praesumant: nam si maritus dum adviveret, hoc ipsum, quod a muliere in dote perceperat, fortasse refuderit, quia similitudo donationis est refusio, nullam obtinet firmitatem. Si mortua fuerit mulier, non poterunt hoc eius heredes sibimet vindicare, sed marito etiam cum fructibus hoc iubetur debere restitui: sic tamen, ut, si erunt filii, non sibi hoc, dum advixerit pater eorum, quasi ex bonis maternis vindicent, nec pater aliquid aliud nisi usumfructum exinde habere debebit, nec transferendi in aliam personam habebit liberam potestatem, sed omnia post eius obitum ad communes filios revertantur.

BREV. (*NBO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 5, 18, 11. 5, 19, 1.

1 mariniano] ad marianum *N*, marriano *E* post alia] *NBE*, *om. CPMLS* 2 constantem *E* fataliae *S* sorte] consorte *N*, lege *O* 3 dicetur *ES* , ex ei. ux. fac. *om. O* 3/4 femina *N* 4 heris *E*, heredes *NBS* audiat *N*, audeant *BS* 5 recurre *L*[a] facit *B* obitus] opus *S* 6 constantem *C*[a] 7 quia] quam *C* donationibus *B* perspicitur] *NOL*, praespicitur *ECPMS*, praecipitur *B* 8 obtinere] tenere *L*, obtinere et *B* eadem] eandem *B*[2] uxorem *NB* defuncto *B* marito *post* 9 dotis *Iust.* ꟸ, eius] eius ut superius dictum est *B* 9 dotes *E* 10 a (*om. Iust.*) liberis ex eadem *om. N* alienare *NB* a marito] *BOECL Iust.*, marito *NPMS* 11/12 dat. iii (iiii *N**) non. nou. (*om. O*) rau. hon. (*aug. ins. O*) xiii (uiii *Iust. [Hal.]*) et th. x (iii *Iust. [Hal.]*, *om. B*) aa. (aaa *E*, *om. O*) *libri* 13 constiterit *C*[1]*PMS*, constituerit *L* uxorem superstitem (substitem *S*) *NS* 14 marito *om. B* dote *NB* femina reuocabit *edd.* 15 mariti] marito *N* aduiuerit *N* ipsud *B* quod] ut *S* a] ad *L* 16 praeceperat *LS* obtineret *NB*, obtine *L*[a], obtineat *L*[b] 17 hoc *om. N* 18 hoc *om. B* sic] si *PML* 19 uindicet *B* 19/20 usufructum *N* 20 potestatem] *NBEC*, facultatem *PMLS* 21 reuertatur *L*

III, 13, 4 [= BREV. III, 13, 4] (428 Febr. 20).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENT(INIANVS) AA. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA:

Ad exactionem dotis, quam semel praestari placuit, qualiacumque sufficere verba censemus, ⸢ etiamsi ⸢dictio vel⸣ stipulatio in pollicitatione rerum dotalium minime fuerit subsecuta. ET CETERA. DAT. X KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) FELICE ET TAVRO CONSS.

IVST. ⸢ sive scripta fuerint sive non | ⸢ ⸣ om.

INTERPRETATIO. Ad inplendam vel exigendam dotem, hoc est, quae a muliere tempore nubtiarum viro datur, etiamsi desit stipulatio promittentis et verba iuridica, dos valere iubetur.

BREV. (*NBOECPMLS*). — IVST. 5, 11, 6.

1 hierio] *NOEC*, higerio *B*, pierio *PMLS* aliam *N* 2 ad *om. S*[2] dotes *N* semel] semper *N* praestare *BP* 3 uel stipulatio *om. L* 3/4 pullititationem *N* 4/5 dat. x (xi *NB*, *om. Iust. [PL Hal.]*) k. mart. const. felice (filice *N*) et tauro (cc *ins. Iust. [PL]*) *libri* 6 quae] quod *N* 7 promittentes *NL*

XIIII. DE NVBTIIS GENTILIVM.

gentium *N*

I, 14, 1 [= BREV. III, 14, 1] (370? 373? Mai. 28).

IMPP. VALENT(INIANVS) ET VAL(ENS) AA. AD THEODOSIVM MAG(ISTRVM) EQVITVM. Nulli provincialium, cuiuscumque ordinis aut loci fuerit, cum barbara sit uxore coniugium, nec ulli gentilium provincialis femina copuletur. Quod si quae inter provinciales atque gentiles adfinitates ex huiusmodi nubtiis extiterint, quod in his suspectum vel noxium detegitur, capitaliter expietur. DAT. V KAL. IVN. VALENT(INIANO) ET VALENTE AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Nullus Romanorum barbaram cuiuslibet gentis uxorem habere praesumat, neque barbarorum coniugiis mulieres Romanae in matrimonio coniungantur. Quod si fecerint, noverint se capitali sententia subiacere.

BREV. *(NBO[om. int.]ECPMLS).*

1 ad] a *L* theudorum *PMS*, thedorum *L* 2 cuiusque *N* sit *om. N* uxori *L* 3 ullum *N* prouincialis] *NB*[2]*OC*, prouinciales *B*[a]*S*, prouinciali *PML* feminae *CPMLS* conpuletur *L*, copulentur *S* quod si] quo si *C*, nisi *PMLS* qui *B* intra *E* atque] et *O* 4 adfinitatis *E* ex *om. B* nubtias *N* extiterit *C* suspectum] *OE*[v] *edd.*, susceptum *reliqui* 4/5 detegetur *O* 5 excipietur *E*[v]*S* dat. u (xu *N***B)* k. iun. *(sic N***OEC*, iul. *B*, ian. *NPMS)* ual. (ualente *P*, *om. N*) et ualente aa. *(om. BOES) libri: Theodosius cum magisterium equitum acceperit a. 369 (Ammianus 28, 3, 9), haec constitutio referenda est ad a. 370 vel 373.* 6 barbara *N*, barbarum *E* gentes *N* uxore *N* 7 barbarum *E*[a] coniugis *B*[1] mulieris *B*[1]*E* 8 nouerit *S* sententia] sententiae *C*

XV. DE FIDEIVSSORIBVS DOTIVM.

dotum *O.* — *Iust. 5, 20:* ne fideiussores vel mandatores dotium dentur.

I, 15, 1 [= BREV. III, 15, 1] (392 Nov. 11).

IMPPP. VALENT(INIANVS), THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. MARTINIANO COM(ITI) ORI(ENTIS). Omnium sponsorum vel fideiussorum deinceps in cavenda dotis sponsione promissiones absolvimus. DAT. III ID. NOVEMB. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis inplendae dotis causa pro muliere fideiussor accesserit, pro hac fideiussione non teneatur obnoxius.

BREV. *(NBOECPMLS).*

I, 2, 15 (? = 10) (393 Aug. 31).

[IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, TH]EOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD AVRELIANVM [P(RAEFECTVM) V(RBI). Quod ad eoru]m querimonias, qui se glebalia non [posse ferre oner]a testabuntur, amplissimorum [virorum consilio d]efinitum est, scilicet ut septenos [quotannis solid]os pro sua portione conferret, qui [praebitionem i]mplere follium non valeret, eatenus [. . . . . confirm]amus, ut omnes, quibus est census angus-[tia, contempl]atis patrimonii sui viribus liberam [habeant optio]nem, quatenus, si conlatio ista non dis-[plicet, a consort]io amplissimi ordinis non retendant. [Sin vero grave, i]d est damnosum videtur, dignitatem [senatoriam non r]equirant. DAT. PRID. KAL. SEPT. CONS-[TANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO)] AVG. III ET ABVNDANTIO VR CL CONSS.

R (uncis comprehensa cum hodie desint, eorum pleraque certe vidit Cuiacius).

1 aurilianum *R* 2 quaerimonias *R* gleualia *R* 3 taestabuntur *R* 4 csilicet *R* 5 qui] *Pithoeus* (*coniectura:* ἴσως qui) *et inde Cui. 1586 in margine*, quid *R* 7 *excidit opinor* hac lege 8 patrimoniis *R* *post* uiribus *ins.* es *R*[a] 10 recedant *Cui. 1586 in margine*

I, 2, 16 (? = 11) (395 Sept. 14).

[IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORI]VS AA. FLORENTIO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnes sena-[tores, qui in sacratis]sima urbe consistunt, licet ha-[beant per longinqua]s provincias atque diversas pos-[sessiones, aurum oblat]icium in urbe persolvant, [quod a procuratoribus et] actoribus suis ad urbem redi-[tus perferuntur. Sane his s]enatoribus, qui in provin-[ciis larem fovent, per provin]cias censuales, qui ple-[nam habent notitiam, inmine]ant, quo cognoscant [sine dilatione aurum profuturu]m aerario nostro [quantocius inferendum. DAT. XVIII] KAL. OCT. OLYBRIO [ET PROBINO CONSS.]

R (uncis comprehensa hodie deficientia Cuiacius videtur in cod. legisse).

4 obloticium *Cui.* 5 a(?)ctorib. *R* 9 profuturum] *Cuiacius*, proiectitium *Pithoeus*

I, 2, 17 (? = 12) (397 Apr. 15).

. 33 f. 2 | ID(EM) AA. AD [SE]NATVM ET P[OP]VLVM. POST ALIA: [*Censuales nostros,*] quibus onerosa glebae adfirmatur e[*sse exactio, ab ipso*] quidem negotio summovemus. Sed qu[*ia praecipuam eis*] scimus harum rerum esse notitiam, et disq[*uisitio-*]nis curam et rationem manifestae instru[*ctionis*] eis inponimus. DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESA[*RIO*] ET ATTICO CONSVLIBVS.

R (numerus X϶I *manu antiqua, non prima, ad hanc legem in margine adscriptus est in R. Cuiacius hanc vix vidit pleniorem).*

1 censuales nostros] censualibus *Cui.* 2/3 adfirmatur exactio onus quidem *Cui.* 3 negotiosum mouemus *(sic) Cui.* 3/4 sed quia eis plurimam scimus *Cui.* 4—6 *sic coniectura opinor explevit Cuiacus*

VI, 2, 18 (? = 13) (397 Apr. 15).

[*I*]DEM AA. AD SENATVM ET POPVLVM. POST ALIA: S[*i sena-*]tor patrimonium proprium in quemcum[*que qua-*]libet ratione transtulerit, inminutio [*licet con-*]signationis tempore probata non v[*alet nisi cau-*]sa prius erit actis provincialibus adpr[*obata.*] DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESARI[*O ET ATTICO CONSS.*]

R (Cuiacius non vidisse videtur pleniorem).

1/2 si senator *Gothofredus*, senator *Cui.* 2 quemcunque qualibet *Cui.* 3 *hiatum inter* inminutio *et* signationis *adnotant Cuiacius et septem asteriscis positis Pithoeus* 4 ualeat sed causa *Cui.* 5 adpr[obata]] adp *ego non vidi, vidi* r; adprobanda *Cui.* 6 *fin.* c///ri *mihi apparuit*

VI, 2, 19 (? = 14) (397 Apr. 29).

ID(EM) AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui in s[acro mansuetudinis nostrae] palatio militarint, si c[oetui senatus consortioque fue-]rint sociati, iuxta latam [dudum legem glebalem tan-]tum sustineant functionem, [ad praeturae vero functio-]nem atque onera non vocen[tur. DAT. III KAL. MAI. CONSTANTI-]NOPOLI CAESARIO ET ATTICO CO[NSS.].

R (uncis comprehensa hodie deficientia in codice Cuiacius videtur legisse).

1 *fin.* in ⁝ *ego* 2 *fin.* militarint sii⁝ *ego* 4 sustineat *R*

VI, 2, 20 (? = 15) (397 Dec. 26).

ID. AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). Dudum p[raecepimus, ut aurum obla-]ticium senatores, [qui in sacratissima urbe degunt, in] urbe conplere[nt, ii vero, qui in provinciis larem fove-]rent, per cen[sualium officia in provinciis solverent.] Sed quoniam [cognovimus praedictum officium non] posse exsec[utioni sufficere, ad praedictum negotium] auxilia cong[rua ab ordinariis iudicibus volumus minis-]trari. DAT. [VII KAL. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.]

R (uncis comprehensa hodie deficientia in codice Cuiacius videtur legisse).

1 *fin.* p *non vidi* 2 senatores] *adscripsit* omnes *in margine Pithoeus* 3 hii *Cui.* 6 *fin.* c *vel* q *R*

VI, 2, 21 (? = 16) (398 Mart. 29).

IIDEM AA. FELI[CI P(RAEFECTO) V(RBI). Glebam possessionum, non personarum] esse [perspicimus, ac propterea necesse est, ut illis immineat]

q. 33 f. 2' | [*exactio qu*]i ex re eadem redi[*tus*] consecuntur. Nam cum [*censi*]bus deferatur, non [*po*]test auri pro[*f*]e[*s*]sio perire [*domin*]o. Hac itaque sanctione decernimus, ut Hispa-[*niae in praes*]ens tantum tempus beneficiis indultis utan-[*tur s*]ervaturi posthac in solvendis functionibus provin-[*ciar*]um consuetudinem ceterarum. DAT. IIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) [*HO*]NORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

R (vidisse videtur Cuiacius vv. 1. 2 in ima pagina recta folii secundi plenos, reliquos in eiusdem folii versa mutilos, ita, ut supra eos dedimus, explevisse coniectura).

4 deferatur] *sic R* 5 domino *Cui.*, aerario *Seeck* 8 consuediuem *R*ᵃ

VI, 2, 22 (? = 17) (401 Febr. 26).

[*ID(EM) AA. PA*]TROINO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). A conlatione glebalis auri vel i**n [*******] ii tituli ne domum quidem nostram inmu[nem] [*******] esse praecepimus. P(RO)P(OSITA) IIII KAL. MART. MED(IOLANO) VINCEN[*TIO ET FR*]AVITO VV. CC. CONSS.

R (Cuiacius non vidit pleniorem).

1 idem aa *troino *Cui.; adscripsit τὸ αὐτό in margine Pithoeus* 1/2 uel * tituli ne *Cui.*; uel i *(sequentibus asteriscis sedecim) Pithoeus,* uel solidorum VII tituli *Seeck* 2/3 immunem esse *Cui.; ante* esse *asteriscos tres ins. Pithoeus* 3/4 uincentio et auito uu. cc. conss. *Cui.*

VI, 2, 23 (? = 18) (414 Mai. 10).

[IMPP. HONO]RIVS ET THEOD(OSIVS) AA. AD MONAXIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quis [**********is*i*s] tota impleta militia ad proximatum [et comitivam] dispositionum vel magisterium ad[missionum pervenerit,] nulla penitus functione vel [glebatione senatoria tum] primum ob dignitatem vi[cariam fatigetur sitque in]munis a septem quoque solido[rum praestatione, qua]e tenuissimos senatorum adso[let obligare. DAT. VI ID.] MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

R (Cuiacius vidisse videtur praeter principium plenam).

1 pu̅] *immo* ppo̅ 1/2 si quis * nostris tota *Cui.*, 'ἴσως ex scriniis' *Pithoeus, ante* tota *vestigia incerta R* 3 *ante* sitionum *vestigia incerta R* 4 paenitus *R* 6 reptem *R*

I, 2, 24 (? = 19) (417 Mai. 14).

[IDEM AA. SEBASTIO COM(ITI). Si quis] desertam possessionem sub [peraequationis sorte pe]rceperit, eum a praestatione glebae [senatoriae, etiamsi antiquitus ho]c onus fundum mane[bat, alienum esse praecepimus. Illa] vero praedia, quae [navalem sustinent functionem et in d]esertis huc usque ia[cuerunt meliore condicione in om]nibus titulis conve[nit relevari, ut gravis sors pro ea q]ua resederit por[tiuncula navalis esse non possit, cu]m aliis fuerit dis[pendiis liberata. DAT. PRID. ID. MAI. RAV(ENNA) HO]NORIO A. XI [ET CONSTANTIO II CONSS.]

IVST. 11, 59, 15

Si quis deserta praedia, quae navalem sustinent functionem et in desertis nunc usque remanent, sub peraequationis iure perceperit, meliore condicione in omnibus titulis convenit ea relevari, ut gravis sors navalis esse non possit pro ea quae resederit portiuncula, cum aliis fuerit dispendiis liberata.

R (Cuiacius vidisse videtur integram). — IVST. 11, 59, 15.

2 prestatione gleuae *R* 5 et] *Iust., om. Cui.* 5/6 tacuerunt *Cui.* 7 qua] *R*, quae *Iust.*

2, 25 (? = 20) (426 Apr. 26).

33 f. 3 [*IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. AD SENATVM VRBIS*] ROM(AE). | POST ALIA: Oblationem nobis amplissimi ordinis [*promp*]ta liberalitate promissam partim remittimus vobis, [*partim*] patriae communi urbique largimur. DAT. VI KAL. MA[I. *ROM(AE)*], RECITATA in SENATV PER THEODOSIVM PRIMICERIVM N[*OTARIO*]RVM DD̅. NN̅. THEOD(OSIO) XII ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

R (hanc et sequentes Cuiacius non vidit pleniores).

2 libelitate *R*[a] 3 mai.] m. *(sic) Cui.* 4/5 ual.^{ti}auo *R*

VI, 2, 26 (? = 21) (428 Ian. 31).

IDEM AA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Praeter eos, qui notariorum [*nos*]trorum scholae praeclaro sunt sacrati collegio v[*el*] ...rum praerogativa nostrorum aut etiam sa[*cri con*]sistorii decurionum militia muniuntur, [*item*] qui e schola agentum in rebus expletis stipe[*ndiis ad*] principatum ducenae pervenerunt, tog[*ati quoque*] praetorianae atque etiam urbicariae praefec[*turae ce*]terique omnes, qui delatis sibi senatoriis dignita[*tibus fruuntur,*] pro suis viribus glebales tantum functiones agnos[*cant: pala*]tinis sacrarum et privatarum largitionum, quonia[*m renun*]tiandum senatoriae dignitati adita nostra clem[*entia cre*]diderunt, senatoriis functionibus eximendis et, qu[*amvis a se*]natorum consortio segregentur, in omni secu[*ritate man*]suris, nec non etiam filiis eorum atque nepotibus, [*secund*]um divi Constantini atque Constantii constitutiones: [*ita u*]t omne beneficium omnisque adnotatio specialis super immunitate contra huius sanctionis formam a quocumque officio persona schola vel professione elicita nullam habeat firmitatem, sed allegata quoque et ab amplissimo, si ita contigerit, suscepta ordine denuo, cum libuerit, retractetur: totius temporis, quod interea fluxerit, ab eo, qui hoc inpetrare studuerit, describtionibus extorquendis, etsi hoc idem praeiudicium adnotationis tenore elicitae remittatur. DAT. PRID. KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) FELICE ET TAVRO CONSS.

R

2 u......rum *(supra sex litteras non deficiunt; vel silentiariorum, quod posuit Cuiacius, spatium excedit) R* 3 decorionum *R* item] uel *Cuiacius* scola *R* 3/4 in rebus *Cuiacius,* iuribus *R* 6 gleualis *R* 9 mansuris *Cuiacius,* ... | sueris *R* 11 omnesque *R* speciales *R*[a] sup.er(?) immunitate *R* 14 quod] qui *R*

q. 33 f. 3'

|[III.] DE PRAEDIIS SENATORVM.

VI, 3, 1 (393 Febr. 27).

[*IMP*]P. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quid syri[*ar*]chiae a senatoriis possessionibus annua conlatione con[*fer*]tur, iubemus aboleri. DAT. III KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO [*A. II*]I ET ABVNDANTIO CONSS.

R

1 auriliano *R*

VI, 3, 2 (396 Aug. 12).

[*IMPP.*] ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Senatoriae func[*tion*]is curiaeque sit nulla coniunctio et ne laeden[*di cu*]rialibus praebeatur occasio per apparitores [*rect*]orum provinciae de senatorum fundis fis[*calia*] postulentur habeatque hanc disponendi cu[*ram, c*]ui defendendi senatus sollicitudo mandata [*erit. S*]i curia sibi censitorem vel peraequatorem vo[*luerit*] postulare, sibi postulet, non senatui. DAT. PRID. ID. [*AVG.*] CONS(TANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R

3 fis[calia] *Vesme, id quod spatium quoque requirit,* fis[co] *Cuiacius* 6 constantinopoli] cspp *R*

VI, 3, 3 (396 Aug. 12).

[*IDEM AA. A*]FRICANO P(RAEFECTO) V(RBI). A curialibus terris senatoria gleba discre[*ta sit*] nec ulla fiat in possidendo clarissimarum domorum [*curial*]iumque coniunctio nec ullo

1 gleua *R*

exactionis genere vin[*ciantu*]r, idque curent ii, qui per civitates defensorum se[*nat*]us officium susceperint, quorum periculo teneatur, [*s*]i quid dispositum fuerit in dispendium senatorum. Sin vero curiales censitorem vel peraequatorem suis terris voluerint postulare, ab eorum petitione sit senatus alienus. DAT. PRID. ID. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R

1 hii *R* 2 susceperent *R*ᵃ *inter* [s]i *et* quid *fortasse littera excidit in R*

3, 4 (397 Sept. 4).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Docuit tua sublimitas exactionem tributorum senatus non posse concurrere, adeo ut in nonnullis provinciis senatorii canonis medietas in debitis resideret. Atque ideo ceteris in prioris legis serie permanentibus id
3 f. 4 solum corrigi atque emendari iubemus, | ut senatorii fundi non per officia, sed per curial[*es*] potius exigantur ad eosque iterum sollicitudo re[*currat.*] DAT. PRID. NON. SEPT. ANCYRA CAESARIO ET ATTICO [*CONSS.*]

R

2 concurrere] *requiritur* officium curare *similiave* nonnullis *R*ᵃ 3 resederit] *Gothofredus*, resederet *R* 5 exantur *R*ᵃ

IIII. DE PRAETORIBVS ET QVAESTORIBVS.

Numerum tituli habet R. — paetoribus *R.* — *Iust.* 1, 39: de officio praetorum; 12, 2 de praetoribus et honore praeturae et septem solidorum functione sublata.

4, 1 (320 [326?] Mart. (?) 9 (?)).

IMP. CONSTANTINVS A. AELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Religiosis vocibus [*sena*]tus amplissimi persuasi decernimus, ut quaestor[*es*] ea praerogativa utantur, qua consules et praetor[*es*], ita ut, si quis intra annum sextum decimum nomin[*a*]tus fuerit absens, cum editio muneris celebratur, condemnationis frumentariae nexibus minime teneatu[*r,*] quoniam memoratae aetati placet hoc privilegium suffragari. DAT. VII. ID. MART. SIRMI CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

R

1 aeliano] *fortasse scr.* Iuliano; *praefectus urbi videtur significari Anicius Iulianus qui iniit a. 326 id. Nov.* 1/2 ena *in* senatus *et* res *in* quaestores *adhaerent folio proximo in R (Vesme)* 3 cum] um *R*

4, 2 (327 Mart. 6).

IDEM A. IVLIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Minores XX annis aetatis contemplatione infirmae hoc etiam remedio sublevamus, ut eius necessitudinis titulo minime teneantur,
f. 4' cuius laqueis vinciuntur ii, qui post vicensimum aetatis | [*s*]uae annum trans mare positi et in provinciis commo[*ra*]ntes nequaquam ludis circensibus ac scaenicis exhi[*be*]ndis sui copiam faciunt et ideo certo generi multa[*tio*]nis obiecti sunt. DAT. PRID. NON. MART., ACC. ROMAE CONS[*T*]ANTIO ET MAXIMO CONSS.

R

1 minoris *R* xxti (*non* xxu) *R* 3 uinciuntur] *Gothofredus*, uinciantur *R* hii *R* 4 sciaenicis *R*ᵃ 5 faciunt] faciant *m. rec. R* genere *R* *subscriptionem firmat laterculus praefectorum*

VI, 4, 3 (339 Mart. Apr.).

[*IMP.*] CONSTANTIVS A. AD MECILIVM HILARIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: [*Pr*]aetores et quibus inminet iudicandi necessitas modo [*ru*]ris adscribta ne parvo quidem tempore copiam sor[*tia*]ntur abeundi ex urbe: qui aliter fecerit, multae obno[*xius*] sit, quae iam pridem divo principi placuit, et perscrib[*tam*] omnem summam mox inferre cogatur. DAT. VIII [*... A*]PRIL. CONSTANTIO II ET CONSTANTE AA. CONSS.

R

1 ppo] *scr.* pu *secundum laterculum praefectorum* 2 [ru]ris *scripsi*, quantitatis *Cuiacius 1566*, ... is *Pithoeus et inde* .... tis *Cuiacius 1586*, sortis *coniecit Gothofredus* parua *R*[a] 3 qui aliter] *Gothofredus*, qualiter *R*

VI, 4, 4 (339 Iun. 28).

[*IDEM A. AD*] MECILIVM HILARIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Omnes clarissimi, qui [*per di*]oecesim sublimitatis tuae degunt, nostri auctori[*tat*]e praecepti ad urbem Romam venire cum inpensis, [*qua*]s ludi scaenicorum vel circensium vel muneris ra[*ti*]o poscit, cogantur. ET CETERA. DAT. IIII KAL. IVL. CONSTANTIO [*II A.*] ET CONSTANTE CONSS.

R

1 ppo] *scr.* pu *secundum laterculum praefectorum* 3 [qua]s *Vesme*, suis *Cuiacius* cercensium *R*

VI, 4, 5 (340 Sept. 9).

[*IDEM*] A. AD SENATVM. Primae praeturae, quae Flaviali nuncupatione signatur, viginti et quinque milium follium et quinquaginta librarum argenti erogationem sumptusque praescribsimus. In secunda vero Constantiniana viginti milia follium et quadraginta libras argenti largiendas esse censemus. Tertia triumphalis quindecim milia follium ac triginta argenti libras sine inconmodo editoris expendat. DAT. V ID. SEPT. ANTIOCHIAE POST CONS. CONSTANTII II ET CONSTANTIS.

R

6 conss. *R*

VI, 4, 6 (340 Sept. 9).

[*IDEM A. A*]D SENATVM. Pro eo, quem absentem tempus editionis invenerit, erogatio-
q. 33 f. 5 nem debitam fiscus expendat, post adventum cuncta, quae praerogata fuerint, | soluturo. DAT. V ID. SEPT. [*ANTI*]OCHIAE POST CONS. D. N. [*CONS*]TANTI II ET CONSTANTIS.

R

3 conss. *R* d. n.] *Cuiacius*, di(?)/ (diu *Kr.*) *R* | *fin.* tis *incertum R*

VI, 4, 7 (353 [354] Mart. 14).

IDEM A. AD ORFITVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Litteris ad Hilarianum p(raefectum) p(raetori)o dest[*ina*]tis praecepimus senatores ad urbem Romam veni[*re*] conpelli, ut muneribus iniunctis operam possint pra[*esta*]re sollemnem et professionem edere conpella[*ntur*]; eos autem editores, qui tempore praestituto praese[*ntes*] esse neglexerint, iuxta leges venerabiles divi [Constantini] qui[*n*]quagena milia modiorum tritici urbis Romae h[*orre*]is inferre conpelli. DAT. PRID. ID. MART. CONSTANT[*IO A.*] VI ET CONSTANTIO CAES. II CONSS.

R

1/2 praefectum praetorio] *immo* pu (*cf.* 6, 4, 4) 2 romanam *R* 3 conpellantur] *Haenel*, conpelli *Cuiacius* 4 prestituta *R* neclexerint *R* 5 constantini] *Cuiacius*, parenti nostri *Seeck*, *om. R* 6 *scr.* Constantio A. VII et Constantio C. III *propter praefectum*

VI, 4, 8 (356 Apr. 11).

IDEM A. AD SENATVM. Hac lege sancimus arbitrio ves[*tro no*]minationes solitas fieri usurpatione iudic[*um cessan*]te. DAT. III ID. APRIL. MED(IOLANO), LECTA AB ARAXIO PROCONS[*VLE*] DIE VI ID. MAI. CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. I CON[SS.].

R

1 saenatum *R*ᵃ 2 [cessan]te] manente *Pithoeus et m. rec. in R* ab araxio] *Sievers Lib. p. 213,* abraxio *R* 2/3 *post* procons. *possunt excidisse litterae quaedam* 3 ui] u *R*ᵃ

VI, 4, 9 (356 Apr. 11).

IDEM A. AD SENATVM. Placet, ne minus quinquaginta c[*laris*]simi veniant in senatum: certum est namque hoc [*nu*]mero large abundare substantiam virtuti omnim[*o*]dae. DAT. III ID. APRIL. MED(IOLANO), LECTA AB ARAXIO PROCONS[*VLE*] DIE VII ID. MAI. CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. I CONSS.

R

2 omnim[o]dae] *Veeme,* omnim*(*vel* **)|dae *R,* honorandae *Cuiacius,* f—|dae *Gothofredus* 3 ab araxio] *Sievers,* abraxio *R (vide 6, 4, 8)* a. *om. R*

VI, 4, 10 (356 Mai. 9).

IDEM A. AD SENATVM. Die natali meo Constanti A. id. Aug. ac deinceps designationibus curiam operam dare sancimus. Quod si forsitan dies unus alterve non sufficit,
1 tot haec utilitas occupet, quot esse monstraverit necessarios negotii magnitudo. Et quicumque forsitan impetraverit pretio functorum coetibus adgregari, indulta ei cessent; allectionis quaerendus est honor. Secernimus enim ab his, patres conscribti, quibus meriti
q. 33 f. 5' suffragatio conciliat nostra beneficia et quicumque cessante| [*su*]ffragio inl(ustri)bus meritis praetorii vel aliam merueri[*t dig*]nitatem, praesidio muneris nostri perpetuo perfru[*at*]ur.
2 Nemo sane in filium transferat vel nepotem a[*li*]umve quemlibet, quod personae eius incumbit, sed [*h*]onorem suum capiat, designatus expleat munus in[*po*]situm. DAT. VII ID. MAI. CONSTANTIO AVG. VIII ET IVLIANO CAES. I CONSS.

R

1 id. aug.] *scr.* VII id. Aug. *(C. I. L. I² p. 302)* 3 quod *R* 4 cessent] *Gothofredus,* cesset *R* 5 allectionis] *sic R* meritis (s *dubia*) *R*ᵃ 6 cessantes | **(*vel* ***)fragio *R* 7 perfruantur *Cuiacius* 8 aliumue] *Cuiacius,* a**|umut *R*

VI, 4, 11 (357 Aug. 12).

[*IDEM A.*] AD SENATVM. Si quos in urbe Roma perfunctos esse cla[*r*]uerit magistratibus, ad nulla editionum genera devo[*cen*]tur. Urbis autem Romae curiam callide declinantes [*clar*]issimo praeditos nomine per Achaiam, Macedoni[*am to*]tumque Illyricum iussimus quaeri raro vel num[*quam*] sedem dignitatis propriae frequentantes, quibus lo[*coru*]m grata confinia possint esse iucunda, ut carens mo[*ra l*]onginquae peregrinationis debea dignitas concu[*pisc*]i. LECTA PRID. ID. AVG. CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO C. II CONSS.

R

2 nullam *R* 3 [clar]issima *R* machedoni[am] *R* 5 iudunda *R* mo || ****ongiquae (moris longinquae *Cuiacius*) *R*

VI, 4, 12 (361 Mai. 3).

[*IDEM A. AD*] SENATVM. Praetores designentur senatus consulto legitime celebrato, ita ut adsint decem e procerum numero, qui ordinarii consules fuerint quique praefecturae gesserint dignitatem, proconsulari etiam honore sublimes, Themistius quoque philosophus, cuius auget scientia dignitatem, et iam his praesentibus qui praeturae insignia honoremque ante susceperint latis per ordinem sententiis designentur, ita ut, si qui forte medio tempore humana sorte decesserint, alii in eorum locum, qui eandem dignitatem, ut utamur veterum verbis, subsortiti fuerant, subrogentur, scilicet ut, qui sequenti post eum anno eandem suscepturus praeturam fuerat, in demortui locum senatus consulto et sententiis substitutus praeturae insignia dignitatemque suscipiat. DAT. V NON. MAI. GYFYRAE TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

R

4 praeturae] *expectes* quaesturae 6 ali *R* 6/7 utamur] *Pithoeus et Gothofredus*, utantur *R* 7 subrogentur] *Gothofredus*, subrogetur *R* 9 u *om.* *R*[a] gyfyrae] Γέφυρα *Ptolemaeus 5, 15, 15*, Gephyra *(m. p. XXII ab Antiochia Cyrrhum versus) Peutingerana. Secundum temporis ordinem l. 12. 13 collocandae fuerunt post l. 14—16*

VI, 4, 13 (361 Mai. 3).

q. 33 f. 6 | IDEM A. AD SENATVM. Ex quinque praetoribus, qui sollem[*niter*] designati editionem celebrare consuerunt, tr[*es nu*]mero editionis necessitati et populi voluptatibus [operam] dent, duo vero argentum inferant eiusdem urbis [*fabri*]cis provida ratione profuturum. Namque Constan[*tini*]ana, quae prior est, ita deputari fabricis deb[*et, ut mille*] libras argenti praetor expendat; Flavialis vero, [*quae*] tertia est, quingentas operibus eiusdem urbis exh[*ibeat.*]

1 Quod si qui ex his, qui praetores fuerint designa[*ti, ad e*]ditionem subeundam venire non potuerint v[*el ae*]tate vel aegritudine retardati, cum pondere, [*sicut*] nobis moderantibus conditum est, ad officium [*prae*]fecti urbi procuratorem debebunt ilico dest[*inare*], scilicet ut sub eius praesentia opus, quod ex e[*o ponde*]re coeptum fuerit, construatur, hac pollicita[*tione*] dumtaxat, ut eidem operi ex eius nomine titu[*lus in*]scribatur.

2 In potestate censualium denomin[*at*]io n[*on*] sit, sed ante decennium legitimo senatus consulto pr[*ae*]tores designati editionem praeturasque ipsas senatus arbitrio sortiantur, ita ut, si conventi iidem venire neglexerint, dimidium plus, quam quanti sumptuum necessitas postulat, vel in argento vel in ipsis pigneribus ad praefecti urbi officium destinetur: quod quidem pondus operibus publicis debebit adscribi sine ulla commendatione atque inscribtione eius nominis, qui officia dignitatis per contumaciam detrectarit.

3 Quod si iudices, qui praef(ecti) urbi fuerint inscribtione conventi, rem segnius exsecuntur et nequaquam aut ipsos ad urbem aut pignera destinarint, per singulos praetores ipsi q. 33 f. 6' iudices denas auri libras, officia vero eorum quinas dena[*s* | *infe*]rre debebunt, ita ut exerto vigore praefecti urbi[*s nos*]trae auri pondus exactum operibus faciat manci[*pari.*] Nec ulla protrahendi sit causa, cum in tantum prae[*fec*]turae urbi dignitatem auctam esse velimus, ut haec con[*de*]mnatio ob segnitiem conventionis inflicta missis [*ab*] eodem praefecto urbi officialibus debeat postulari.

4 [*Q*]uod si qui forte vicaria potestate perfuncti praeturam [*h*]inc acceptam ferri student, statutum pondus argenti [*v*]iribus inferre nostrae urbis adigantur, videlicet ut tan[*tu*]m inferant, quantum eos praetores inferre

2 operam] *Cuiacius*, *om.* *R* 4 prior est] *Cuiacius*, priores *R (adnotavit Pithoeus) post* deb *m. rec. scripsit* etur, *deinde hiat margo* 5 flauiales *R* 8 sicut] *scripsi*, quod a *Cuiacius* 9 exe••••••re] *R*, ex eo pondere *scripsi*, exerceri *Cuiacius* 11 inscribatur] *Cuiacius in margine R*, scribatur *Cuiacii editio* 13 idem *R* 16 incribtione *R*[a] 17 iudicis *R* 19 uere *R* 20 nostrae] *scripsi*, librae *Cuiacius* 21 praefae | ••cturae *R* auctam] *Cuiacius*, actam *R* 24 acceptam ferri] *scripsi*, | i(?)ncceptumaferri *R*

iussimus, [*qui*] editionis necessitate cessante argentum fabrica[*rum*] contemplatione praebituri sunt. DAT. V NON. MAI. [*GYF*]YRAE TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

R

2 gyfyrae] *Gothofredus*, ...yrae *Gothofredus et Vesme*, }riae *ego dubitans*, ...r(?)ae *Krueger*, | }uae *Cuiacius vidimus in R*

I, 4, 14 (359 Mai. 22).

[*IDEM AA. AD S*]ENATVM. Placuit, patres conscripti, eos solos desig[*nar*]e praetores, qui aliquibus editionibus functi sunt, sic vi[*de*]licet, ut praevaleat numerus isque praedictum [*susc*]ipiat magistratum, quem plures crediderint eligend[*u*]m. DAT. XI KAL. IVN. SIRMIO EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

R

2 sicui|..licet (linet *R*ᵃ) *R*, si cui displicet *Cuiacius* is quae *R* 3 [susc]ipiat] *R*, accipiat *Cuiacius*

VI, 4, 15 (359 Mai. 22).

IDEM A. AD SENATVM. Meministis profecto, patres conscribti, nec ullius temporis avellet oblivio, quod Facundus ex proconsule et Arsenius ex vicariis praetorum insignibus splenduerunt, nec quisquam horum putavit esse praeturam intra propriam dignitatem. Quid autem inlustrius his repperitur exemplis? Debuerat profecto res ista, debuerat alios etiam conmonere proconsulari ac vicariae praefecturae praeditos potestate non esse praeturam minorem propriis meritis. Oportuit adpeti splendidos fasces, decuit tanti nominis gloriam concupisci, nec aliquem omnino fas erat nominationibus reluctari, quas nec ratio
p. 33 f. 7 prohibet et exempla confirmant. A vobis ergo praetores placuit desig|nari et vestro eligi arbitrio iussimus, qui susc[*ipiant*] fasces editionibus operam praebituri, nec ad notit[*iam nos*]tram praefective praetorio clarissimi viri super n[*omi*]nationibus ullis referri. DAT. XI KAL. IVN. SIRMIO EVSEB[*IO ET*] HYPATIO CONSS.

R

2 procunsule *R* ex uicario *Beck* 3 intra] infra *Iuretus* 5 uiiariae *R*ᵃ praedictos *R* | 10 n[om]inationibus] denominationibus *Gothofredus*, donationibus *Cuiacius*

VI, 4, 16 (359 Dec. 30).

IDEM A. AD SENATVM. Praetori defertur haec iurisdic(tio san)cientibus nobis, ut liberale negotium ipse disceptato(r exa)minet ⸢adsertionibus ordinatis, quas iuxta ordinem iu[*ris*] convenit celebrari⸣. Sane interponi ab eo decreta co(nve)niet, ut, sive in integrum restitutio deferenda est, pro(batis) dumtaxat causis ab eodem ⸢ interponatur decret(um, seu) tutoris dandi seu ordinandi curatoris, impleatur (ab eo in)terpositio decretorum: quippe cum aput eum qu(oque adipis)ci debeat patronorum iudicio sedula servitus (libertatem), nec sane debita filiorum votis patrum vota ce(ssabunt,) ut patente copia liberos suos exuant pote(state), magis propriis obsequiis

IVST. 1, 39, 1
⸢adsertionibus — celebrari⸣ *om.*

⸢ etiam

1 praetoris *R* 4 decreta (*non* decretum) *R* 5 in *om. R* 7 seu ord.] se ord. *R* 8 debeat] *Iust.*, iubeat *R* 10 pacum *Iust.* | truum *R*

mancipatos, c(um sese) intellegant his obsequii plus debere, (a qui)bus sese meminerunt vinculis ˹curiae˺ exutos. DAT. III KAL. [IAN.] EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

˹sacris˺

R (uncis comprehensa expressa litteris rectis expleta sunt ex Iust.). — IVST. 1, 39, 1 *(cf. 7. 1, 4).*

1 obsequii plus] *Iust.*, obsequiis plus R^b, obequii pancipa plus R^a 2 uiculis R^a iii] *(priores, ui mihi apparuit) R,* ui *Iust. (Hal.)*

VI, 4, 17 (368? 370? Ian. 19).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Divinum parentem nostrum Constantinum sanxisse perspeximus, ut, quando vivo patre atque omnia cognoscente munera senatoria eundem nominatum praetorem diem functum esse proponeretur ac superstites viderentur esse filiae masculorum natura minime extante, nullam executionem haberent feminae. Igitur quando evenerit non solum masculos successores esse patri suo, verum etiam feminas hereditario iure succedentes advenire, tam praeturam quam etiam
q. 33 f. 7' oblationes, [*unive*]rsas personis earundem nullo modo concedas, | si[*ve*] plenae aetatis sive adultae constitutae fuerint. Sed [*iu*]xta portionem hereditariam singularum perso[*n*]arum adtributa paterna subire et ipsas conpellere [c]urabis. Etsi iniustum enim atque dedecus videtur muli[*er*]es ad laticlavum atque insignia procedere, tamen car**nariam praeturam iuxta glebam paternae subs[*t*]antiae cognoscere poterunt. DAT. XIIII KAL. FEB. IPSIS AA. CONSS.

R

1 parentum *R* 2 sancxisse *R* 3 unctum R^a proponetur *R* 5 heberent *R* quando euenerit] *expectes* quoniam usu uenit successures *R* 10 car|**nariam *R*, carbonariam *Cuiacius*, charonariam *(contra legem syllabariam) Gothofredus: fortasse scr.* cardinariam

VI, 4, 18 (365 Iun. [?] 28).

[*IDEM AA.*] AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Legem divae memoriae Constan[*ti*]ni, qua editores munerum sive ludorum, si editionis [*te*]mpore abesse voluissent, condemnari pro dignitatis [*gra*]du certa tritici quantitate praecepti sunt, fixam at[*que in*]violabilem volumus permanere. Sinceritas tua igi[*tur abs*]que his, quibus liberum conmeatum clementia no[*stra*] concesserit, in omnes reliquos promulgatam [*legem extendat. DATA* ....] MED(IOLANO), [*AC*]C(EPTA) IIII KAL. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VAL(EN)TE AA. CONSS.

R

2 editores] editiones *R* 4 igi[tur abs]que *Gothofredus (non recte contendens id cum codicis vestigiis convenire)*, igi|*** i(*vel* u)bique *R*, igitur ubique *Cuiacius* 5 concessirit *R* 5/6 *inter* promulgatam *et* med **c. iiii kal. iul. *quaedam exciderunt; eiusdem constitutionis fragmento alteri 12, 1, 67 subscriptum est:* dat. iiii k. Iul. mediolano ualentiniano et ualente conss., *rectius omnino, cum praesertim pugnent inter se magistratus urbis Romae et subscriptio Constantinopolitana. Propter mensem vide ad 1, 6, 5*

VI, 4, 19 (372 Apr. 13)

[*IDEM AA. A*]D SENATVM. Satos de Frygiae gregibus equos quattuor subiugandos quadrigis, hoc est simul octo, duobus maximarum editionum praetoribus dari sancimus. DAT. ID. APRIL. ANTIOCHIAE MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

R

1 *addi debuit* Gratianus *ante* quattuor *una fere littera deest R* 3 anthiociae *R*

, 4, 20 (372 Mai. 8)

IDEM AA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Ineundi magistratus unum omnium diem praetoribus quattuor esse oportet, Ianuariarum scilicet kalendarum. Et si quis vel differendum vel contemnendum esse crediderit, non solum statum editionis pretium cogatur exsolvere, verum etiam multae quoque nomine dimidium extrinsecus pretii cogatur inferre. DAT. VIII ID. MAI. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

R

3 statum] statutum *Gothofredus* praetium *R*

, 4, 21 (372 Aug. 22).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRA(TIA)NVS AAA. AD BAPPONEM P(RAEFECTVM) V(RBI).
33 f. 8 | Tempore, quo temonarii designantur, etiam so..... nominatio celebretur fiatque conventio,
quam [*per of*]ficiales p(raefecti) u(rbi) curari oportet, ut, si ita res expetit, [*omissis*
of]ficiis provinciarum ad pervestigandum fide[*liore possis*] uti quam commodato. Ipsi
potissimum super [*de*]signatorum nominibus consulamur, quo missis [*viris*] strenuis obli-
gatisque iudicibus non modo temona[*rii*], verum conplices quoque eorum in exhi-
bitionem p[*ro*]prii muneris urgueantur. Fingamus enim pos[*se*] fieri, ut designati primo
et secundo vel tertio an[*no*] subterfugere inquirentium sollicitudinem po[*ssint*]; certe sep-
1 tem reliquis haut dubie poterunt rep[*periri*]. Denique, ut prius statuimus, eorum, qui
per ann[*os sin*]gulos ad candidatum atque honores certos no[*minan*]tur, in scientiam
2 nostram post designation[*em de*]bitam insinuatione fida vocabula deferant[*ur*. *Idem*] et
3 in subrogandis certis quibus in diem functor[*um lo*]cum ordo teneatur. Et licentia
inolita derogetur [*of*]ficiis, quae ex denuntiatione huiusmodi quaestum saepe secuta sunt.
4 Simul provinciales nostri aut animentur spe levioris inpensae, aut certe, si editionis suae
5 tempore conmunem patriam declinarint, metu congruae severitudinis urgueantur. Nec
sane excipimus eos, quos ad praesens labor publicus officiumve detentat, providentia
secutura, ut aut conventi a nobis in vicem propriam idoneos dirigant, aut ipsi, quia res
6 exigit, sumpto temporarie conmeatu Romam ire deproperent. Super provisione autem
senatus egregii atque consulto, quo definiri a nobis reverentissime depoposcit, ut duo vel
33 f. 8' | tres de his, qui nominantur candidati arcae, possint i[*n*] certo argenti pondere sociari, tunc
melius aesti[*ma*]re poterimus, cum duos folles aut quattuor aut certe [*am*]plius in pro-
fessionem habebunt, quid sustinere in mu[*ne*]ribus possint aut debeant quive editionis
ordo sit. Cum enim [*sed*]ulo fuerit intimatum, conlata a nobis editionis neces[*si*]tate cum
subsidiis facultatum et professionis modo ri[*te*] poterit definiri, quid unusquisque expensae
7 pro captu virium [*deb*]eat sustinere. Sane eorum arbitrio nulla lege praescrib[*sim*]us,
qui pro consideratione patrimonii nataliumque me[*ri*]to secundum splendorem honoris
proprii enormita[*te*]m inpendii non recusant. His enim providendum nos [*hac*] oratione
censemus, qui non solum admonendi sunt, [*ne*] muneri suo desint, verum praescribtorum
sumptuum [*v*]ilitate ac moderatione provocandi. DAT. XI KAL. SEPT. [*NA*]SONACI MODESTO
ET ARINTHEO CONSS.

R

2 so.....| *R*, si *Cuiacius*, so[ciorum] *Vesme*, so[lita] *Seeck* 3 quam | [per of]|ficium *Vesme*, qnam officium *Cuiacius* 4 [remotis of] | ficiis *scripsi*, .officiis *Cuiacius* fide[liore possis] | uti *scripsi*, fide *Cuiacius* commodato] *scripsi*, commodatur *R* 5 consulamur] *Gothofredus*, consulamus *R* missis [uiris]] *scripsi*, missis i. (*vel* i...) *R*, missis et *Cuiacius 1586*, missis illuc *Vesmius* 9 dubiae *R* 11 idem *proposuit Vesme* 12 quibus] *scr.* quibusque (*cf.* 6, 24, 5, 3) 13 inolita] *R*, molita *Cuiacius* 17 idoneos] *Gothofredus*, idoneas *R* 18 exegit *R* temporariae *R* 20 sociare *R*[a] 23 [sed]ulo *Vesme* 27 ratione *Cuiacius errore* 29 sempt *R*

VI, 4, 22 (373 Iun. 9).

[*IDEM AAA.*] AD SENATVM. Ante X annos cuiuslibet editionis prae[*to*]rem nominari et
intra quinque menses designatum iussimus conmoneri, ut aut editurus praestet adsensum
1 aut, si praeferet contrariam voluntatem, futuri examinis iudicium non moretur. Nam
intra septem menses adcelerandae cognitionis terminus constitutus dilationis licentiam
imperio fundatae definitionis excludit. Nec enim allegationibus cuiusquam ulla poterit
esse reparatio per ignaviam, si silentii pigrioris definitum tempus fuerit evolutum, si post-
2 habita taciturnitate serae voluerit merita defensionis ostendere. Decem vero auri libras
ab universo officio per singulas nominationes iubemus inferri, si designatus praetor intra
q. 34 f. 1 quinque menses nulla fuerit admonitione conventus: | ita ut cum praefecto urbi electi ex
ordine candid[*a*]to, cum allegationes suas praetor nominatus exp[*o*]nit, suscipiant officium,
audirique singulos cupim[*us*] patienter, et, si admittenda sunt quae dicuntur, ar[*bi*]trio
iustitiae vindicari, sin vero inanis probatur a[*sser*]tio, inprobas voces severioris sententiae
auctor[ita]te conpesci. Disceptandi ergo moderatio cuncta co[*n*]ponat; cesset potentia ac
similiter ambitionis patro[*ci*]nium repellatur; nullum inique temporibus nostris [*a*] quoquam
3 vel opprimi patimur vel defendi. Quo[*d si*] quisquam iudicum haec praecepta trans-
scenderi[*t*] vel novae praesumptionis insania, quae sunt san[*c*]tionibus consecrata, violarit,
ut hostis publicus at[*que*] expugnator utilitatis inventae contra senat[*us*] consulta inpor-
tuni furoris temeritate congredi[*etur*], et arbitrio nostro et vestro iudicio notam perpe-
[*trati*] criminis sortietur; similis culpae insimulatione [*plec*]tendis, qui cum eodem resi-
dentes propriae no[*bilita*]tis obliti adulantis gratiae turpissimam praet[*exe*]rint vilitatem.
Nec sane fas erit huiuscemodi reis veniam relaxari, qui per patrocinia iudicum distra-
hentes et senatus temptaverint infamare collegium et sub auctione vendiderint ius Ro-
4 manum. Nominatores autem praetorum iudices esse non patimur, qui, dum arbitrium
suum cupiunt adprobari, insolentius aliquid, quam moderatio patitur, sui contemplatione
5 decernunt. Si quem vero ex nominatis praetoribus pro huius auctoritate gravior con-
demnatio sauciaverit, ab editionis eum placet onere submoveri, duabus, videlicet existenti-
q. 34 f. 1' bus causis, quod vel erogationi idoneus | [*es*]se non valeat vel suscipere qui culpam meruit
non [*d*]ebeat dignitatem. Cavendum est autem, ne sub hac per[*m*]issione concessa etiam
illis, qui levi fuerint emen[*d*]atione correcti, huiusce patrocinii gratia deferatur, [*c*]um
his utique tantum debeat provideri, quos gravissimi dispendii mole fatigatos subitum
pondus obpressit. Quod si probabilis fuerit et iusta conquestio, relevatae necessitatis
gratiam consequatur. DAT. V ID. [*I*]VN. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE IIII AA. CONSS.

R

2 prestet *R* 3 praeferet] *scripsi*, referte *R* 6 si] *similiter Cuiacius, om. R* 6/7 post-habita taciturnitate] *Gothofredus*, posthabitam taciturnitatem *R* 9 conuentus] tus *latet hodie chartula superposita R* 10 exp(?)•|nit *R* 11 cupiant *Cuiacius* 12 seueriores *R* 14 mabitionis *R* 17 at[que]] aut *Cuiacius* 18 fororis *R* 19 [plec]tendis *scripsi*, [nec]-tendis *Cuiacius* 20 praet[exe]rint *Vesme*, praetulerint *priores* 21 iudicium *Gothofredus* 24 cupiant *Cuiacius* contemplatione] *Cuiacius*, contemptatione *R* 25 huius] huius sanctionis *Gothofredus explicans: videtur vocabulum excidisse* 26/27 extentibus *R*ª 30 fatigato *R*

VI, 4, 23 (373 Iun. 9).

[*IDEM*] AAA. AD SENATVM. Ab illis editionis peti ordinem non debere iustitia pariter et consuetudo declarat, qui consulares ac praetorios codicillos suo excellenti merito ac nostro sunt beneficio consecuti. LECTA V ID. IVN. VAL(ENTINI)ANO ET VAL(EN)TE IIII AA. CONSS.

R

3 ɟı (*videtur fuisse* u) id. *R*, id. *Cuiacius*

, 4, 24 (376 Mai. 30).

[*IMP*]PP. VALENS, GRATIANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD SENATVM. [*N*]e quis praetorum semel praestitutae expensionis transeat modum; sed nec officiis aliqu id largiatur. DAT. III KAL. IVN. ANTIOCHIAE VAL(ENT)E V ET VAL(ENTINI)ANO IVNIORE AA. CONSS.

R

2 nec] *Gothofredus*, ne *R*

I, 4, 25 (384 Oct. 23).

IMPP. GRA(TI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SENATVM. Praetores quattuor vobis tot addimus, quot fuerunt. Prima igitur, patres conscribti, Constantiniani et Constantiani nominis est praetura; Theodosianum enim et Arcadia num praetores primis praetoribus addidistis. Veteres triumphalem praetorem bellicae felicitatis causa reppererunt; nos iniunximus Augustalem. His omnibus honorum insignibus Romani
1 nominis praetura sociatur; huic sociavimus laureatum. Constantiniana et Constantiana praetura per duos danda libris argenti mille, Theodosiana vero et [Arcadiana item libris]
34 f. 2 argenti mille, triumphalis vero et Augus|talis libris argenti quadringentis et quinquaginta, Romana vero et laureata libris argenti ducentis et quinquagin ta peragantur, ita tamen, ut ad unamquamque praeturam convenien[*tis*] summae medietas a singulis, ut iam diximus, con[*fe*]ratur ac bini posthac incipiant agnoscere, quod s[*in*]guli antea transigebant. DAT. X KAL. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

R

2 quod *R* consconscribti *R*ᵃ 3 *post* praetura *videntur excidisse talia:* itemque Theodosiani et Arcadiani arcanianum *R*¹ *vel R*ᵃ 4 ueteris *R* 5 reppererint *R* iniuncximus *R* honorum] *Gothofredus*, bonorum *R* 7 Arcadiana item libris *om. R* 11 anthea *R* 12 clearcho] *R*ᵇ, clearcoo *R*ᵃ

I, 4, 26 (393 Febr. 27).

IMPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). [*No*]minandorum praetorum sollicitudinem inl(ustris) m[*ag*]nificentia tua ad officium censuale sciat esse re[*vo*]candam. DAT. III KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO AVG. [*III*] ET ABVNDANTIO VIRO CLARISSIMO CONSS.

R

1 auriliano *R*

I, 4, 27 (395 Nov. 1).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. DEXTRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cunctos qu[*aes*]tores et praetores, qui in agris degunt, susce[*ptum*] et promissum munus pro notitia officii cen[*sua*]lis pro eorum dignitate, vel quod spontanea [*volun*]tate professi sunt, dare praecepimus. DAT. KAL. N[*OV.*] BRIXIAE OLYBRIO ET PROBINO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

R

4 *Dextro cum Eusebius successisse videatur, aut hic dies falsus est aut alter 15, 14, 12*

VI, 4, 28 (396 Dec. 23).

IDEM AA. SIMPLICIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Qui ducatum administrarunt, ad editionem vel nominationem praeturae pertineant praeter eos, qui gravissimam armatae militiae sollicitudinem longa temporum serie pertulerunt et eos, qui sacri consistorii nostri arcanis interesse meruerunt. Hos enim a praeturae munere alienos esse censemus. DAT. X KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AVGG. CONSS.

R

1 ppo] *immo* mag. mil.

VI, 4, 29 (396 Dec. 29).

IDEM AA. ..... P(RAEFECTO) V(RBI). Nuper quidem huiusmodi praecesserat sanctio principalis, ut theatralis per praetores facienda depensio in aquaeductus fabricam verteretur; q. 34 f. 2' |nunc vero iusta moderatione facias custodiri, ut praetores Romanus et laureatus natalibus nostri numinis scaenicas populo praebeant voluptates. [*D*]AT. IIII KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R

1 *magistratus nomen om. in sp. vac. R; fuit aut* Africanus *aut* Claudius processerat *Gothofredus*

VI, 4, 30 (396 [?] Dec. 31).

[*IDEM*] AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ex quinque praetoribus, qui aquaeduc[*t*]ui Theodosiaco fuerant deputati, unum, qui centum librarum argenti munificentiam suam definita eroga[*ti*]one praecludit, aeterni principis ac fratris mei Hono[*r*]ii natalium festivitatibus praecipio deputari. DAT. PRID. KAL. IAN. C(ON)STANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R

1/2 aquaeduc|*us *R* 2 onum *R* 4/5 *subscriptio parum convenit cum nomine praefecti (vide ad 3, 12, 3)*

VI, 4, 31 (397 Apr. 15).

[*IDEM A*]A. AD SENATVM ET POPVLVM. POST ALIA: Neminem editorum, quos votivi sumptus designarit electio, responsum nostrae tranquillitatis solvat, sed designationum [*o*]rdo servetur. ET CETERA. DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAE[*S*]ARIO ET ATTICO CONSS.

R

2 tranquillitates *R*

VI, 4, 32 (397 Iun. 26).

[*IDEM A*]A. .... Praetor divini numinis nostri pro his prae[*to*]ribus, qui primae editioni fuerant adtributi, praebe[*a*]t populo voluptates. DAT. VI KAL. IVL. NICOMEDIA, ACC. PRID. KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

R

1 *nomen magistratus om. in sp. vac. R* 2 editioni] *Gothofredus,* editionis *R*

VI, 4, 33 (a. 398? . . .).

IDEM AA. SEVERO P(RAEFECTO) V(RBI). Praetores, qui loco primo sunt, trecentas lib(ras) argenti in explicando munere non cogantur excedere: hi vero, qui primos sequuntur, centum quinquaginta lib(ras) argenti depensuros esse cognoscant: at vero hi, qui loco tertio numerantur, centum lib(ras) argenti dependant nec cuiquam profundendi licentia tribuatur. Quia vero theatralibus et circensibus ludis per annos singulos celebrandis unus praetor nutu nostrae clementiae quingentarum librarum argenti nuper fuerat deputatus, nunc vero hanc quantitatem constat in prioribus praetoribus . . . .

. . . .

R

2 explecando *R* secuntur *R* 3 depensurus *R* esse] *scr.* esse se *vel cum Goth.* sese 5 cercensibus *R*[a] 7 *in* praetoribus *finit codicis R quaternionis XXXIIII folium secundum; tertium deficit* ('videntur hic deesse quadraginta quinque versus, quorum quisque continet quadraginta tres vel ad summum quadraginta sex litteras' *Pithoeus marg. F*[2]), *quo comprehendebantur litterae circiter 2800; ex quibus cum in hiatum hunc incidat ex folio Taurinensi constitutio prima habens litteras circiter 1250, paulo plures apparet intercidisse.*

l, 34 (408 Iun. 12).

. . . .

. . . .

. . it praeiudicium fieri non patimur, cum his in se[*veri examin*]e iudicii constitutis, quod quidem actorum intra tem[*pus exhi*]bitorum tenore monstrabitur, occupatio amplis[*simi sen*]atus vel quaelibet ratio iudiciariae dilationis noce[*re neque*]at. Itaque hac amota formidine causa cuiusque pro suo me[*rito ven*]tiletur, ut si quid in huiusmodi causa iam de praeiudi[*cio tem*]poris ex sententia statuatur, firmum permaneat. In∗∗∗∗∗alis vero, nisi intra quinque menses nominatos admo[*nueri*]nt, intra septem etiam causas excusationis cognosci pro[*pere i*]nstanter monendo perfecerint, poenam lege divi Va[*lentis*] statutam inminere praecipimus. Et quia multis rei fami[*liaris*] angustiae in hac editione dilationem necessariam fa[*ciunt et*] triennii dilatio, quae lege hisdem concessa fuerat ob [*repar*]ationem nimirum muneris, exolevit, quia scilicet in [*curand*]o eo non tam longis ad reparationem spatiis indigent, [*curae ia*]m id magnitudinis tuae atque ordinis amplissimi dandum [*statu*]imus, ut consideratis allegationibus et fortunis ho[*minu*]m his, quibus merito deferri potest, biennii vel tri[*ennii*] aut etiam quinquennii, si res exegerit, indutiae praebean[*tur, q*]uod quidem necessitatis est vel etiam mediocrita[*tis so*]la[*ciu*]m, non voluntariae ac deliciosae voluptatis [*vacat*]io, ut copiosi etiam adfluentes divitiis iis indutiis [*perfru*]antur. DAT. PRID. ID. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) BASSO ET FILIPPO CONSS.

T

Supplementa pleraque sunt Peyroni 1 *in*. it *vel* ut *T* patimur] putemur *T* se[ueri examin]e *scripsi*, sei(*vel* u)∗∗∗∗ | ∗∗∗∗∗e *T*, se[ro examin]e *Peyron ad const. 22:* futuri examinis iudicium 2 tem|∗∗∗∗∗i(*vel* a)uitorum *T* tenorem *T* 5 exententia *T* in |∗∗∗∗∗alis *T;* in officiales *Peyron, sed imminendi vocabulum dativum requirit* 6/7 excusationes *T* 7/8 statuata *T* 8 multi *T* 9 lege] *Peyron*, lice *potius quam* lige *T* 10 exolebit *T* 11 [curae ia]m] ∗∗∗∗∗m(*vel* o) *T* maguitudis *T* 13 quinquennii] quinnii *T* re exigerit *T* 14 uoluntaria *malim* 15 deleciosae *T* hiis *T*

.34 f. 4 | V. [= BREV. I]. VT DIGNITATVM ORDO SERVET(VR).

dignitatum] in a dignitate *C*, indignitatum P^1M, dictatum G^t. — *rubricae omnes evanuerunt in T* — *Iust*. 12, 8.

VI, 5, 1 [= BREV. VI, 1, 1] (383 [?] Dec. [?] 29).

IMPPP. GRAT(IANVS), VAL(EN)TINIANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. (AD CLEAR)CHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nihil est tam iniuriosum in co(nser)vandis et custodiendis gradibus dignitatu(m) quam usurpationis ambitio. Perit enim om(nis) praerogativa meritorum, si absque respectu (et con)templatione vel qualitate etiam provect(ionis e)meritae custodiendi honoris locus praes(umitur) potius quam tenetur, ut aut potioribus eripia(tur) id quod est debitum, aut inferioribus prosit q(uod) videtur indebitum. DAT. IIII KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) (MERO)BAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

INTERPRETATIO. Nemo sibi honores vel dignitatem, quam a principe non meruit, praesumat, quia, sicut eis qui meruerunt dignitas ornamentum est, ita nota maculandi sunt qui praesumunt.

R [comprehensa uncis deficiunt] T [deficiunt quaedam, quorum quae ad crisin faciunt in apparatu indicantur]. — BREV. *(HNBGO[om. int.]ECPMLS)*.

1 grat. ual.] ual. grat. theod. *O*, grat. et theod. ual. *G* clearum *G* 1/2 $\overline{pu}$] *RT*, praefectum *H*, $\overline{pf}$ *C*, $\overline{ppm}$ *E*, $pp\overline{u}$ G^a, $\overline{po}$ *PM*, $\overline{ppo}$ NBG^b, praepositum *OS*, *def. L* 2 co[nser]uantdis R^a 3 ambito *vel* ambitu *T* perot *(sic) P* omnis] *brev. (om. N)*, om∗∗∗ *RT* eritorum E^a 4 et] ut L^a contemplatione] cunc|∗∗∗∗tione *T* etiam *om. O* prouectiones *L* emeritate *C*, merito *O* custudiendi *R* 5 praesumitur] *TH NBGOES*, praesumetur *CPML* poscius *G* quod] id quod *G* 6/7 dat. iiii k. ian *(sic RTH* [iun. *ed.;* 'ianuarias *potius quam* iunias' *Violet*] *NBGOECPMS*, iun. *edd. ex emendatione)* constantinopoli (-lim *H*) mer. ii (iii *NG*, *om. BO*) et sat. *libri: videtur erratum esse aut in dignitate aut in anno* 8 honoris *NE*, honorem *BG* uel] uei *N*, et *H* non] ipsa non *B(?)* meruerit *edd.* 9 merentur *H* ornamento *NCPML* est *om. S* maculandi] mutulandi *PM* 9/10 presumant *E*

VI, 5, 2 [= BREV. VI, 1, 2] (384 Mai. 21).

IDEM AAA. AD PRAETEXTATVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Caelestis reco(rdati)onis Valentinianus genitor numinis nos(tri sin)gulis quibusque dignitatibus certum locum me(ritum)que praescribsit. || Si quis ⌐igitur¬ indebitum sibi (locum) usurpaverit, nulla se ignoratione defen(dat sit)que plane sacrilegii reus, qui divina praecept(a neg)lexerit. DAT. XII KAL. IVN. MED(IOLANO) RICHOMERE ET CLEA(R)CHO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

|| *inc.* IVST.
⌐ ¬ *om.* IVST.

INTERPRETATIO. Si quis praesumpserit quam non meruit a principe dignitatem, sacrilegii reus habeatur. Hic de iure addendum, quae sit poena sacrilegii.

R [comprehensa uncis deficiunt] T [deficiunt quaedam, quorum quae ad crisin faciunt indicantur in apparatu]. — BREV. *(HNBGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 12, 8, 1.

1 aa *R* praetextum *L* ppo] *TNBG*^{a} *L*, po *PM*, pfp *C*, ppm *E*, ppu *RG*^{b}, pu *H* caelestes *N*, celsitis *T* recurationis *N* 2 ualentiniani *B*, ualentianus *L*^{a}*S*, *post* nostri *O* numinis] *RCPM*, nominis *THNBGOES* quibusque] quibusue *H*, quibus *S* 3 dignitatis *H* prescribsit *R*, praescribsi *T*, perscripsit *G* 4 nullo *N* se] rei *C* 5 ignorantia *G* plane] ***na *T* qui] ne qui *N* neglixerit *T* 5/6 dat. xii k. iun. (ian. *G*, iulias *H*) med. (me *T*) richomere (ricomere *RHBO*, richum *T*, riccomere *E*, riccomero *B*, ricumero *G*, ricimere *CPMS*, riccimere *N*) et clearcho *(sic RT*, clearco *plerique*, cliarco *N)* uiris clar. *(sic R, om. reliqui) libri* 7 meruerit *PML* sacrilegiis *L* 8 hic *(om. E)* de (in *E*) iure (his *S*) addendum (*ante* iure *E*^{t}, requirendum *E*^{v}) quae sit poena sacrilegii (s. p. *E*) *ECP (div. char.) MLS, om. HNBG*

q. 34 f. 4' |(VI. D)E CONSVLIBVS, PRAEFECTIS, MAGIS(T)RIS MILITVM ET PATRICIIS.

Iust. 12, 3 de consulibus et non spargendis ab his pecuniis et de praefectis et magistris militum et patriciis.

VI, 6, 1 (382 Apr. 1).

(IMPPP.) GRA(TIA)NVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). (U)niversa culmina dignitatum consulatui cedere (e)videnti auctoritate decernimus. Sed ut consulatus (ant)eponendus est omnibus fastigiis dignitatum, in (om)ni etiam curiae senatoriae actu sententia coe(tu), si quis consulatu et praefectura vel culmine mi(lit)ari conspicuus est, pridem consulari praeferen(dus) haud dubio est. Porro si contigerit, ut ad duas has (pra)erogativas etiam patriciatus splendor addatur, [*quis*] dubitet huiusmodi virum praeter ceteros emine(re? N)eque enim unus tantum honor potest duobus aut (plu)ribus anteferri, dummodo consulatui ex his, quae (de)signatae sunt, dignitas quaecumque societur. DAT. (KAL.) APRIL. ANTONIO ET SYAGRIO VV. CC. CONSS.

R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R expressa litteris rectis].

1/2 pu] *leges habemus septem a. 382 datae ad Severum praefectum, quarum quinque* (6, 6, 1 — 8, 9, 2 — 12, 12, 8 — 14, 6, 4 — 14, 18, 1) *inscriptae sunt* pu, *duae* (7, 18, 6 — 8, 4, 13) ppo; *ex septem una* 14, 6, 4 *propter argumentum pertineat necesse est ad magistratum urbanum; alia* 7, 18, 6 *ei non convenit utpote proposita Karthagine et argumentum quoque et huius et alterius* 8, 4, 13 *ab eo abhorret. Dies idem fere est in quattuor earum* 6, 6, 1 — 7, 18, 6 — 8, 4, 13 — 14, 6, 4. *Quid statuendum sit, ignoratur.* 1 seuerum] *T*, senatum *R* 2 culmena *R*^{a} 3 fastigus *R* 4 actu] *R*, **tui *T* sententiae coeta *(sic) T*, sententia coe|**a (coetu ita *Cuiacius*) *R: quod dedi, incertum est, cum in* a *littera duo libri consentiant* consultu *R*^{a} 5 haud] aut *RT* dubius *T* 6 etiam] et tam *potius quam* etiam *T* patriciatu *R* addatu******|bitet *T*, addatur|****dutet *(sic) R* 8 anteferi *R*, a******|ri *T* 9 sya|**** *T*, srio*(sic) R* uucc *videtur afuisse a T*

14 f. 5

|VII. DE PRAEFECTIS PRAETORIO SIVE VRBIS ET MAGISTRIS MILITVM.

Iust. 12, 4 de pr. pr. sive u. et m. m. in dignitatibus exaequandis.

, 7, 1 (372 Iul. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VAL(ENS) ET GRAT(IANVS) AAA. A(D AM)PELIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Praef(ectos) urbi, p(raefectos) p(raetori)o, magistros equitum (ac) peditum indiscretae ducimus dignitatis, usque a(deo) videlicet, ut, cum ad privatam secesserint vitam, (eum) loco velimus esse potiorem, qui alios promot(ionis) tempore et codicillorum adeptione praecesseri(t. || Quo)circa expressum ordinem dignitatum illic |potiss(imum) voluมus custodiri, ubi intra secretaria extraor(di)nariosque conventus subest ratio visendi salutan(di)ve iudicis. Ceterum in amplissimo curiae nostrae (legi)timoque consessu digestae ordinationibus prisc(is) [*obti*]neant dignitates. DAT. III NON. IVL. NASONACI, ACC. I[*II NON.*] SEPT. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

|| *fin.* IVST.

R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R litteris rectis expressa]. — IVST. 12, 4, 1.

2 praef urbi *R*, praefectum urbis *Iust.*, praefe⁎⁎⁎⁎⁎⁎|bis *T* ppo] praefectus praetorio *T* 3 secesserit *R* loco] *R*, locum *T* 4 esse potiorem qui alios promotionis (*sic Iust.*, promot⁎⁎⁎⁎ *R*) t. et c. adeptione] es⁎⁎⁎⁎⁎⁎|one (*mediis omissis*) *T* 4/5 praecesserit] *Iust.*, praecesserint *T*, praecesseri⁎⁎⁎ *R* 5 expraessum *T* dignitatum] *Gothofredus*, ciuitatum *R*, ⁎⁎⁎⁎⁎⁎tum *T* 6 conuetus *T*ª 7 iudices *R* legitimoque] *T*, [in]timoque *Cuiacius* consensu *T* 8 ordinationibus] *T*, aod(d *ex* t)inationibus *R* prisc⁎⁎⁎⁎|neant *R*, priscis ⁎⁎⁎⁎⁎⁎|ant *T* dignitatis *T* nasonnaci *T* 8/9 acc. iii non. sept.] *sic 6, 9, 1. 6, 11, 1;* acc I⁎⁎⁎⁎| sept. *R*, accepta ⁎⁎⁎⁎⁎ | sept. *T*

VI, 7, 2 (380 Iun. 24).

IMPPP. GRAT(IANVS), VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. RESTVT(O P(RAEFECTO) V(RBI).) Quisquis magisterium equitum peditumque suscep(erit) et gesserit ante captam a quoquam praefecturam, (is), cum privatus erit ⸢honoremve⸣ deposuerit, expraefe(c)tis qui ⸢post⸣ provecti fuerint praeferatur. Sit igitur sedes prior ante provectis, locus conspectior, decernendi loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior. ET CETERA. DAT. VIII KAL. IVL. THESSAL(ONICA) GRA(TI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

⸢et honorem⸣ IVST.
⸢post⸣ *om.* IVST.

R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R litteris rectis expressa]. — IVST. 12, 4, 2.

1 restuto] *RT* 2 ac peditumque *T* uscep[erit] *R*ª et gesserit] *R Iust.*, *om. T* 4 post *R*, *om. T Iust.* fuerit *T* sedis *RT* 5 conspectior] *R Iust.*, prospectior *T* 6 iul.] iun. *iuncta 6, 9, 2* thessallo⁎⁎⁎ *T*, thesall. *R*

q. 34 f. 5'

|(VIII.) DE PRAEPOSITIS SACRI CVBICVLI.

Iust. 12, 5 de pr. s. c. et de omnibus cubiculariis et privilegiis eorum.

VI, 8, 1 (422 Nov. 6).

(IMPP.) HONORIVS ET THEODOSIVS AA. FLORENTIO P(RAEFECTO) V(RBI). ⸢Qui sa(cri) cubiculi nostri fuere praepositi vel nunc esse (co)eperunt vel quos postea sors ad adscendendi huius (gr)adum fastigii devocarit⸣, ea dignitate fungantur, (qu)a sunt praediti, qui eminen-

⸢Sacri cubiculi praepositi⸣ IVST.

2 sacris *T* 3 sors ad ascendenti *R*, ⁎⁎⁎⁎⁎⁎|cendi *T*

tissimam praetorianam (ve)l urbanam meruerint praefecturam aut certe mili(ta)rem magisteriam potestatem, ita ut sit inter eos post (de)positas administrationes nulla discretio, sive nostrae (se)renitatis adoraturi admittuntur imperium sive (p)ro suo arbitrio sollemnes festivitates et coetus vel sal(u)tationes vel quaelibet alia officia frequententent, ut in (se)dibus et consessu is eis ordo servetur, quem ordo pro(ve)ctionis ostenderit, sub habitu ipsis videlicet consue(to, c)um manifeste decretum sit eum esse qui praeces(se)rit potiorem, vel illum subsequi, quem recentius pro(bav)it examen. || Sed ut nos ad hanc promulgationem Ma(c)robi viri inl(ustris) merita provocarunt, ita observationem quoque legis ab eius volumus sumere provectione auspicium, ut, qui ante ipsum fuerunt, sub hac condicione praestituto honore laetentur, ut non suae promotionis tempora ad legis usurpationem revolvant nec praeferri se postulent his, qui praetorianam vel urbanam praefecturam vel militare magisterium post eorum provectionem sortiti sunt, sed perinde habeantur, ac si nunc coeperint, et in eodem ordine permanentes, in quo nunc eos liberalitas nostra constituit, provectionis viri inl(ustris) Macrobii tempora metiantur, ut ex huius administrationis exordio, prout quisque provectus est vel fuerit provehendus, suae locum vindicet dignitatis. DAT. VIII ID. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI), HON(ORIO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS. || *fin.* IVST.

R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R litteris rectis expressa]. — IVST. 12, 5, 1.

1 uel (••l *R*) urbanam] *R Iust.*, *def. T* 2 sit] si *T* administrationis *R* 4 festiuitatis *T* salutatione *T* 5 sedibus] *Iust.*, ••dibus *R*, •••ibus *T* et] et in *Iust.* is eis] *R*, is *T*, eis *Iust.* 6 cum] •am *R* manefeste *R* 7 illum] *R*, •••ud *T* probabit *T*, pro|•••it *R* 8 inl] *R*, inlustris *T* 9 prouectione] *Gothofredus*, prouectionis *RT* auspicuus *T* 10 prestituto *R*, praestito *T* 11 usurpatione T^b, ususpatione T^a proferri *T* his] *T*, hii *R* 12 [milita]rem *T* 13 ac] hac *T* 14 uiri R^b, uir R^a inl] *R*, inlustris *T* metiantur] *T*, metiant *R* 15 prouehendus] *T*, prohendus *R*

q. 34 f. 6 | VIIII. DE QVAESTORIBVS, MAGISTRIS OFFICIO(RVM), COMITE SACRARVM LARGITIONVM ET R(ERVM) [P(RIVATARVM)].

Iust. 12, 6 d. q. m. o. comitibus s. l. et rei privatae.

VI, 9, 1 (372 Iul. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VAL(ENS) ET GRAT(IANVS) AAA. AD (AMPE)LIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: Eorum honores, qui sacrario n(os)tro explorata sedulitate oboediunt, hac volumus o(bser)vatione distingui, ut quaestor atque officiorum m(agis)ter nec non duo largitionum comites proconsula(rium) honoribus praeferantur. ET CETERA. DAT. III NON. IVL. N(ASO)NACI, ACC. III NON. SEPT. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R omnia].

3 hac] *R*, hoc *T* adque *RT* 4/5 dat. *om. T* 5 n••••|naci *R*, nason|•••• *T* acc. iii non.] *R*, •cc. u non. *T*

VI, 9, 2 (380 Mai. 25).

IMPPP. GRA(TI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. RESTVTO P(RAEFECTO) V(RBI). P(OST) ALIA: Qui exquaesturae honore aut efficaci magis(te)rio aut comitiva utriusque aerarii nostri attonito sp(len)dore viguerunt, adclamatione excipiantur solita, n(ec) praetereantur ut incogniti || atque, ut non aequand(i il)lis, qui gesserint praefecturas, sed || *fin.* IVST.

---

1 restuto] *R*, restituto *T* pu] *R Iust.*, ppo *T* 2 efficaci] *scr.* officiorum magis[te]ri *R* 3 adtonito *T*, atconito *R* uiguerint *T* adclamationem *T* 4 incognito *T* adque *T* aequand•••|lis *R*, ae•••••i illis *T* sed *delendum*

eo observentur c[*ul*]tu omni coetu omnique conventu. Neque enim inpar est (ra)tio meriti, etiamsi intervenit dilatio ulla. Quoniam cohaerent is dignitatibus, quae isdem iure debentur, intersit aliquid inter tempora magistratuum vitamque privatam; actus depositi dignitas pares eos viros praestet atque honore consimiles. Quid enim in his quattuor dignitatibus non ex congrua diversitate putemus esse conmune? Quod cum ita sit, hos viros haberi volumus, non ut qui meruerint tantum, sed quasi qui gesserint praefecturas, cum non privilegiis temporis praeferantur, sed honoris aequalitate laetentur. DAT. VIII KAL. IVN. THESSALONICAE GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R litteris rectis expressa]. — IVST. 12, 6. 1.

1 cultu] c..to *R*, *def. T* coetu] R^b *T*, coet R^a inpar] *T*, par *R* 2 coherent *R*, coerint *T* hisdem *RT* 3 actus] *R*, ac T^b, *om.* T^a 4 praestitatque *T*, praestatque *R* 6 ueros *T* | qui meruerint tantum sed] *R*, quicumque fuerint tantum ut *T* gesserit *R* 7 uiii] *R*, uii *T* 8 iun.] iul. *iuncta* 6, 7, 2 thessallonicae *R*, thess̄ *T*

f. 34 f. 6'

|(X. D)E PRIMICERIO ET NOTARIIS.

Iust. 12, 7 de pr. et secundicerio et notariis.

VI, 10, 1 (380 Iun. 16[?]).

(IMPP.) GRAT(IANVS), VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. EVTROPIO (P(RAEFECTO) P(RAETORI)O). Praecipua est nostrae pietatis intentio circa no(tari)orum nomen, atque ideo, si umquam huius ordinis (vi)ri laborem quiete mutaverint vel senectute po(s)uerint seu cum alia dignitate post hanc qualibet usi (su)nt, non omittant prioris vocabulum militiae, sed con(pe)ndium sequentis honoris adsumant. Et si quis ex o f(fi)cio vel praecipue sublimitatis tuae temerarius (ad) census discussiones peraequationes, aliam denique (u)llam rem inquietator extiterit, officium suum norit vel levis culpae offensione detecta gravis mul(t)ae discrimine fatigandum et numerariorum corpus (e)xtincto iniuriae auctore minuendum. DAT. XVII KAL. (I)VL. THESSAL(ONICA) GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

R [uncis comprehensa deficiunt] T [inde explentur quae deficiunt in R litteris rectis expressa]. — IVST. 12, 7, 1.

2 na[tari]orum *(sic) R* 2/3 si umquam] *R*, si umquam si *T* 3 mutauerint] *Iust.*, mutuauerint *R*, *deficit T* post] ......|suerint *T* 5 praecipuae *RT* 6 ad] *Iust.*, ac *T*, .n *R* 6/7 rem inquietator] *R Iust.*, rei iniquitator *T* | 7 exteterit *R* norit] *RT*, nouerit *Iust.* offensionis *T* 8 diserimine *R* extincto] *Iust.*, .xtincto *R*, ...|tum *T* 9 dat. xuii *(sic RT*, xu *iunctae)* k. iul. thessall. *(sic R*, t...... *T)* grat. u *(om.* R^a*)* et th. i aa. *libri*

VI, 10, 2 (381 Mart. 29).

(IDEM A)AA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Notariorum primicerios, si, prout eorum voluntas fuerit, de consistorio nostro sine administratione discesserint, non solum vicariis anteponi, sed etiam proconsulibus aequari sancimus, ita ut nihil nisi tempus intersit. Eodem honore atque eodem ordine sequens primicerium tribunus ac notarius perfruetur. Alios porro notarios et tribunos vicariis iubemus aequari ac, si priores id vocari coeperint, anteferri. At vero domesticos et notarios consularibus simili ratione conponimus. ET CETERA. DAT. IIII KAL. APRIL., ACC. XII KAL. MAII SYAGRIO ET EVCHERIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

R (uncis comprehensa deficiunt) T (inde explentur quae deficiunt in R).

1 aa. *T* 2 discesserit *T* 4 notarius] notarios *T* 5 uicarios *T* 6 at] ad *RT* | notario *T* 7 iiii] *R cum legibus iungendis*, iii *T* apil *R* 7/8 uiris clar. *om. T*

VI, 10, 3 (381 Dec. 13).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Notariorum primicerium in numero pro- q. 34 f. 7 consulum habemus, tamquam comitis ei sem|per fasces cum curulibus dederimus. Praetoria(nos non) longe ab hoc abducimus, ut qui ad tribunatum nom(inis) huius accesserint, Orientis sive Aegypti comi(tivae) videantur infulas consecuti. Tribunos residu(i nomi)nis nemo dubitet vicariis exaequandos et praef(eren)dos his, quos adepti honoris praecesserint; reliqu(os) vero, quos domesticum inter notarios et familiar[*es*] (no)bis nomen insinuat, parem gradum cum consularibus [*ob*]tinere sancimus. ET CETERA. DAT. ID. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) SYAGRIO ET E[*VCHERIO CONSS.*].

B [uncis comprehensa deficiunt] T [finiens v. 7 cum consu; *inde explentur quae deficiunt in B litteris rectis expressa].*

1 numero] mu... *T* 2 comitis] *T*, comites *B* ei] es *B*ª curulibus] *T*, curialibus *B* 3 aducimus *B*ª accerint *T* 4 egypti *T* | 5 exequandos *B* adepti honoris] *scr.* adepti honores *vel* adepti honoris tempore 6 familiar.. *B*, fam...... *T* 7 sncimus *B*ª

VI, 10, 4 (425 Sept. 22).

IMPP. THEOD(OSIVS) A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ORIENTIS. POS[*T ALIA*]: Qui ex primiceriis notariorum ad inl(ustrem) meruerint [*magis*]tri a vigiliis atque laboribus procedere summitatem, m[*ini*]me redigendi sunt in ordinem ceterorum, qui honorarios meruerint codicillos, quoniam et res ipsa, quod primum locum sint militiae nobilis adsecuti, et publica saepe impleta commoditas numquam otiosos fuisse testatur. ET CETERA. DAT. X KAL. OCT. TOPISO THEODOS[*IO*] A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. CONSS.

B

2 pos[t alia] eos qui *Cuiacius errore post* meruerint *vid. esse* ƆI! *in B* 3 sunt (sint *Cuiacius errore*) *B* 5 impletammoditas *B*ª | otiosus *B*ª *vel B*¹ 6 topiso] piso *iuncta 6, 22, 8; scr.* Topiro, *quod oppidum est Thraciae non longe a Philippis*

XI. DE MAGISTRIS SCRINIORVM.

Iust. 12, 9.

VI, 11, 1 (372 Iul. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VAL(ENS) ET GRA(TIA)NVS AAA. AD AMPELIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST AL[*IA*]: Magistros scriniorum nostrorum praeferri volumus vicariana[*e*] potestati. ET CETERA. DAT. III NON. IVL. NASONACI, ACC. III NON. SEPT. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

B

q. 34 f. 7'

|(XII.) DE COMITIBVS CONSISTORIANIS.

Iust. 12, 10.

VI, 12, 1 (399 [?] Sept. 25).

[*IMPP.*] ARCADIVS ET HONOR(IVS) AA. SEVERINO P(RAEFECTO) V(RBI). Comasii nos [*et*] Clearchi virorum spectabilium dignitas admonuit, ut || eos, qui tranquillitatis nostrae consis(t)orii dici comites meruerunt, ˹proconsularibus˺ aequari generaliter ˹iuberemus˺, || ut eorum emenso ordine ante omnes alios ipsi vindicent dignitatem. DAT. VII KAL. OCT. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODORO V̄. C̄. CONSS.

|| *inc.* IVST. ˹spectabilibus proconsulibus˺ ˹decernimus˺ || *fin.*

R. — IVST. 12, 10, 1.

1 seueriano *Iust. (O)* 2/3 trnquillitatis *R*ª 3 consistorii *Iust.*, consis.orii *R* 4 emenso] *Gothofredus*, menso *R* 5 uimdicent *R* | 6 *annum expectamus 398 collatis constitutionibus aliis ad eorum annorum praefectos urbi datis*

[X]III. DE COMITIBVS ET TRIBVNIS SCHOLARVM.

scolarum *R.* — *Iust.* 12, 11.

., 13, 1 (413 Mart. 21).

[*I*]MPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. PRISCIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Praepositos ac tribunos scholarum, qui et divinis epulis adhibentur et adorandi principis facultatem antiquitus meruerunt, inter quos ˹tribunus˺ etiam sacri stabuli et cura palatii numerantur, si primi ordinis comitivam cum praepositura meruerint et casu ad altiora non pervenerint, deposito sacramento inter eos, qui comites Aegypti vel Ponticae dioeceseos fuerint, quorum par dignitas est, haberi praecipimus. Sin absque honore comitivae ˹cuiuslibet scholae˺ regimen fuerint nancti, absolutos militia inter eos, qui duces fuerint provinciarum, numerari iubemus. ET CETERA. DAT. XII KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) LVCIO V̄. C̄. CONS.

IVST. ˹comites˺ — ˹ ˺ *om.*

R. — IVST. 12, 11, 1.

2 tribunus *R*ᵃ *vel R*¹ qui et diuinis (deuinis *R*)] quietudinis *Iust.* 3 tribunus] *Gothofredus*, tribunos *R* tabuli *R* 4/5 meruerint] *R*ᵇ *Iust.* (*X*), meruerunt *R*ᵃ *Iust.* (*KOI*) | 7 praecepimus *R Iust.* (*O*) sin absque] in absque *R*, in aliisque *Iust.* (*KO*) scolae *R* 9 css. *R*

q. 34 f. 8

|XIIII. DE COMITIBVS REI MILITARIS.

Iust. 12, 12.

VI, 14, 1 (372 Iul. 5).

IMPPP. VALENTINIANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AMPE[*LIO*] P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Qui contemplatione meritorum d(ucto) intra provincias transmarinas ˹strenuissime˺ m(ilite) primi ordinis comitivam fuerint consecuti, ea r(eve)rentia altissimarum dignitatum viris subiungan(tur), ut his locum praestent, qui proconsulatus insign(ibus) adornantur. ET CETERA. DAT. III NON. IVL. NASONNACI M[*O*]DESTO ET ARINT(HEO) CONSS.

˹strenuissimo IVST.

R (*intra parentheses expressa litteris rectis expleta sunt ex Iust.*). — GEMINA(?) 6, 22, 4. — IVST. 12, 12, 1.

1 et *om. R*ᵃ 4 subiungantur] *Iust.*(*I*), subiugantur *R Iust.*(*K*, subiugatur *O*)

VI, 14, 2 (397 Dec. 21).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Neminem militaris corporis virum r[*e*]vocari ad curiam liceat post primi ordinis comit[*ivam*,] dummodo tam probata merita sudati diu laboris qu[*am*] fructum anteacti operis adsequatur. Ceterum si [*a*] quoquam haec fuerint sine usu prioris militiae ve[*l*] prima vel sola dedecorando ambitu turpiter impe[*tra*]ta, quia videntur in fraudem quaesita, non prode[*runt*.] Diutius tamen repeti non licebit, etiam cum secundi ordinis comitivam praemiis inpetrarit. ET CETERA. DAT. XII KAL. IAN. MEDI(OLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

R

3 qu[am] *mihi ut Cuiacio visum est esse in R*, ei[us] *Vesmio* 6 cum] *Cuiacius*, con *R*

VI, 14, 3 (413 Mart. 21).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. PRISCIANO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Eos, qui sub comitivae primi ordinis dignitate peculiariter ad quamlibet provinciam vel provincias defendendas milite credito auctoritate nostri numinis destinantur, et eos, qui vicem

inl(ustri)um virorum magistrorum militum susceperint peragendam, ducibus, qui praeter Aegyptum et Ponticam in aliis provinciis administraverint, adaequamus. DAT. XII KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) LVCIO VIRO CLARISSIMO CONS.

R. — IVST. 12, 12, 2.

6 cons.] css. *R*

q. 34 f. 8' |[*XV.*] DE COMITIBVS, QVI INLVSTRIBVS AGENTIBVS ADSIDE[*NT*].

adside} *potius quam* adsede} *R*

VI, 15, 1 (413 Mart. 18).

[*I*]MPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. AD PRISCIAN(VM) P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: [*Ad*]sessores, qui cum primi ordinis comitiva virorum [*in*]l(ustri)um in actu positorum sive in provinciis sive in sacro [c]omitatu iuverunt consilia vel iuvabunt, inter eos, qui vica-[*ri*]am praefecturam administrando meruerint, habe[*ri*] post militiam iubemus depositam, quoniam absur[*du*]m est primi ordinis comitiva decoratos inferiores [*ess*]e vicariis sedis excelsae, quorum crescit dignitas, [*cu*]m vicaria potestate comitis primi ordinis insigni[*bus d*]ecorentur. ET CETERA. DAT. XV KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) LVCIO V̄. C̄. [*CONS.*].

R

1 priscian *R* 2 uiorum *R*ᵃ 4 miruerint *R* habere *Cuiacius* 7 xu] xii *leges iunctae*

q. 35 f. 1 |[*XVI.*] DE COMITIBVS ET ARCHIATRIS SACRI PALATII.

Iust. 12, 13.

VI, 16 1 (413 Mart. 21).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. PRISCIANO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Archiatros intra palatium militantes si comitivae primi ordinis nobilitaverit gradus, inter vicarios taxari praecipimus, sive iam pridem deposuerunt militiam sive postea deposuerint, ita ut inter vicarios et duces qui administraverint et hos qui comitivam primi ordinis meruerint nihil intersit nisi tempus, quo quis administraverit vel comitivae est indeptus insignia. ET CETERA. DAT. XII KAL. APRIL. CONST(ANTIO)P(OLI) LVCIO V̄. C̄. CONS.

R. — IVST. 12, 13, 1.

2 nobilitauerint *Iust.* 5 quo] quod *R Iust. (I)* indeptus est *Iust.* 6 conss. *R*

XVII. DE COMITIBVS, QVI PROVINCIAS REGV(NT).

Iust. 12, 14.

VI, 17, 1 (413 Mart. 21).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. PRISCIANO P(RAEFECTO) V(RBI). POST A[*LIA*]: Silentio non praeterimus || hos, qui in administr(atio)ne civili ac provinciae gubernaculis sub iurisdict(ionis) licentia comites quoque primi ordinis esse meruerint). ⌜Nam hos quoque⌝ vicariae dignitatis post deposita(m) administrationem privilegiis frui oportet. ET C[*ETE*]RA. DAT. XII KAL. APRIL. CONSTANTINOPOLI LVCIO V̄. C̄. CONS.

|| *inc.* IVST.

⌜ ⌝ *om.* IVST.

R (quae deficiunt litteris rectis expressa, explentur ex Iust.). — IVST. 12, 14, 1.

6 css. *R*

XVIII. DE COMITIBVS VACANTIBVS.

18, 1 (412 Oct. 15).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. EPIFANIO P(RAEFECTO) V(RBI). Nullam [*ho*]norabiles viri in publicis salutationibus patiantur [*in*]iuriam neve se illis ullus anteponat, qui primi ordinis comitivam aut pretio impetravit aut gratia. Licet enim unum nomen sit, tamen est meritis aestimandum, eosque solos tempora observare conveniet, qui post probatos labores in nostro palatio comites esse meruerunt. Ac ne inpune ullius temeritas contra statutum nostrum possit audere, decem librarum auri officiis omnibusque, quos salutationis cura constringit, damnum praecipimus imminere. DAT. ID. OCT. RAVENNA HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

R

3 praetio *R* 7 praecepimus *R*

15 f. 1' | [*XVIIII.*] DE CONSVLARIBVS ET PRAESIDIBVS.

19, 1 (400 Sept. 29).

[*IMP*]P. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eos, [*q*]ui consularitatis functi sunt dignitate, comi[*t*]ibus Italicianorum et Gallicianorum iure praeferimus, si quidem haud exiguus sit titulus meritorum [*r*]egere et gubernare provincias. DAT. III KAL. OCT. [*A*]QVILEIA STILICHONE ET AVRELIANO VV. CC. CONSS.

R

2 *immo* gallicanorum 3 haud] aut *R* 4 stilicone et auriliano *R*

[XX.] DE COMITIBVS ORDINIS PRIMI ARTIVM DIVERSARVM.

20, 1 (413 Mart. 21).

[*IM*]PP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. PRISCIANO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Hi, quos aut vulgaris artis cuiuslibet obsequium aut operis publici cura temporalis iniuncta aut rerum publicarum procuratio levis commissa adeo conmendarit, ut comitivae primi ordinis dignitate donentur, sciant se inter eos qui consulares fuerint amoto officio quod susceperant nominandos, nisi forte emolumentis contenti, quae tempore militiae perceperunt, spreto nomine et dignitatem consularis viri duxerint respuendam, ne conlationis onus sustineant vel frequentare senatum aliosque huiuscemodi conventus, qui honoratorum frequentiam flagitant, conpellantur. ET CETERA. DAT. XII KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) LVCIO V. C. CONS.

R

2 temporales *R* 3 primi] pri R^a 6 nomine et] *scripsi*, nomine ac *R* 9 conss. *R*

q. 35 f. 2

|XXI. DE PROFESSORIBVS, QVI IN VRBE CONSTA(NTINO)POLITANA DOCENTES EX LEGE MERVERIN(T COMITIVAM).

Iust. 12, 15, *unde suppletur.*

VI, 21, 1 (425 Mart. 15).

IMP. THEODOSIVS A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. THEOFILO P(RAEFECTO) V(RBI). ⌜(Gram)maticos Graecos Helladium et Syrianum, Lati(num) Theofilum, sofistas Martinum et Maximum (et iu)ris peritum Leontium placuit honorari codici[*llis*] comitivae ordinis primi iam nunc a nostra ma[*ies*]tate perceptis, ita ut eorum qui sunt ex vicariis [*dig*]nitate potiantur. Qua in re quicumque alii ad id do[*ctri*]nae genus, quod unusquisque profitetur, ordinati [*pro*]dentur, si laudabilem⌝ in se probis moribus vit(am) esse monstraverint, si docendi peritiam fac(undi)amque dicendi, interpretandi subtilitatem, cop(iam) disserendi se habere patefecerint et coetu amp(lis)simo iudicante digni fuerint aestimati, ⌜qui in me[*mo*]rato auditorio professorum fungantur officio, hi quoque⌝, cum ad viginti annos observatione iug(i) ac sedulo docendi labore pervenerint, ⌜isdem, quibus praedicti viri, dignitatibus perfruantur⌝. DAT. ID. MART. CONSTANTINOPOLI THEODOSIO AVG. XI ET VALENTINIANO CAESARE CONSS.

IVST.
⌜Grammaticos tam Graecos quam Latinos, sophistas et iuris peritos in hac regia urbe professionem suam exercentes et inter statutos connumeratos, si laudabilem⌝ *cet.*

⌜qui . . quoque⌝ *om.*

⌜placuit honorari et his qui sunt ex vicaria dignitate connumerari⌝

R (intra parentheses rectis expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 15, 1.

7/8 ordinati [pro]dentur] *R cum suppl. Gothofredi,* ordini addentur *et* ordinabuntur *Pithoeus,* ordin . . . . . dentur *Cuiacius* 9/10 interpraetandi *R* 10 patefacerint *R* 12 hii *R* 14 hisdem *R*

q. 35 f. 2'

|[*XXII.*] DE HONORARIIS CODICILLIS.

VI, 22, 1 (321 [immo 325/6] Ian. 23).

[*IMP.* C]ONSTANTINVS A. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quis iudicio nos[*tr*]o se adeptum codicillos adstruxerit et idem vel su[*pe*]rna codicillorum inpressio vel scribtura adstipuletur interior, tamen si ad hoc pecuniam constabit speratam, nihilominus reiectus in plebem, quo plus extorquere conatus est, abdicetur. Hos enim solos, qui intra [*p*]alatium versati sunt vel administrationibus functi, [*ad*] honores excipi oportebit ceteris cunctis exemptis et [*cu*]riis restitutis. Si qui tamen bonorum virorum suffra[*gio*] nulla data pecunia vel provinciae legatione suscep[*ta*] nostris sunt obtutibus inlustrati, hi duumviratus, curas, [*fla*]monium provinciae lucrati cetera munerum publi[c]orum obire non abnuant. Qui vero coemptis procurationum administrationibus post lucra de fisco captata vacationem meruerunt, sive perfectissimi sunt sive inter egregiorum ordinem locumque constiterint, decuriones nominentur. Quibus illi quoque addendi sunt, qui neque ex administrationibus sunt et tamen ut perfectissimi delitescunt. DAT. X KAL. FEB. SIRMIO, ACC. NON. APRIL. CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

R

4 solus *R* 6 [cu]riis] *R*, suis *Cuiacius* 8 [fla]monium *scripsi,* [testi]monium *priores* 9 coemtis *R* 10 inter] intra *Gothofredus* 12 delitiscunt *R* 13 *annus ponendus fuit 325 vel 326*

VI, 22, 2 (338 Nov. 27).

IMP. CONSTANTIVS A. ACONIO VIC(ARI)O AFRICA(E). Ab honoribus mercandis per suffragia vel qualibet ambitione quaerendis certa multa prohibuit. Cui addimus, ut quicumque fugientes obsequia curiarum umbram et nomina adfectaverint dignitatum, tricenas libras argenti inferre cogantur, manente illa praeterea inlatione auri, qua perpetua lege constricti sunt. P(RO)P(OSITA) V KAL. DEC., ACC. XVII KAL. IAN. THAMVGADI VRSO ET POLEMIO CONSS.

R. — GEMINA 12, 1, 24 (*inde a* 2 quicumque *ad* 4 cogantur).

1 Aconio (*immo* Aconi) Catulino *gem.* 3 umbra (*sic*) et numina (*sic*) adfectauerint dignitatum *R*, adfectauerint adumbratae nomina dignitatis *gem.* *recte* *post* dignitatis *ins.* etsi eos spes falsi honoris illuserit *gem.* 4 praeterea] *Gothofredus*, praeterita *R* 5 pp] *requiritur* data ian.] iun. *R*; *emendavi ad geminam, in qua est* acc. Karthag. prid. id. Dec. Vrso et Polemio conss.

VI, 22, 3 (340 Iun. 28).

ı. 35 f. 3 IDEM A. AD MARCELLINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cuncti, qui per suffragia prae|sidum aut rationalium adepti sunt dignitatem, [*a iu*]dicibus iniuncta protinus exsequi debent. Nam si s(aepe) de palatio serenitatis nostrae ad exactiones mi(ttun)tur neque his honor, in quo sunt positi, opem praeste(t uti)litate publica praevalente, tanto magis opor(tet) iussis obsequi, parere praeceptis, inservire (man)datis eos, qui dignitatis fructum, antequam (me)rerentur, adepti sunt, praesertim cum et statu(m) suarum noverint civitatum et nullius exaction(is) rationem ignorent. Illos autem ad huiusmodi o(ffi)cia minime devocari oportet, quicumque in re p(ubli)ca provinciarum adsecuti sunt debitas dignita(tes) et per administrationis seriem atque actus i(n sum)mo splendore versati sunt. DAT. IIII KAL. IVL. ACINDY(NO) ET PROCVLO CONSS.

R [deficiunt uncis comprehensa] T [incipit 2 protinus; *inde explentur quae deficiunt in R rectis litteris expressa].*

1 susffragia *R*[a] 2 [a iu]dicibus (a *om. Cuiacius*) *videtur fuisse in R* exequi *T* 3 serenitati *T* 4 prestet *R* utilitatem publicam *T* ualente *T*[a] tanto] *T*, quanto *R* 6 suarum] *R*, *om. T* 7 ratione ignore nullus *T* ad] ab *T* 8 re *om. T* 9 administrationes *T* sereiem *R* adque *T* 10 acyndi.. *R*, aquyndino *T*

VI, 22, 4 (372 Iun. 2).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRAT(IAN)VS AAA. AMPELIO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Qui contemplatione meritorum honor(a)rios magisterii equitum adepti sunt codicillos, ea reverentia altissimarum dignitatum viris subiungantur, ut his locum praestent, qui proconsulatus insignibus adornantur. ET CETERA. DAT. IIII. NON. IVN. NASONNACI MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

R (uncis comprehensa explentur ex T) T. — GEMINA (?) 6, 14, 1.

3 uiris] *Gothofredus (cf. 6, 14, 1)*, uires *R*, dires *T* 4 *scr.* acc. iii non. iul. *ad iunctas* nasonnaci] *RT*

VI, 22, 5 (381 Mart. 29).

IMPPP. GRA(TIA)NVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: Omnes, qui extra palatium constituti codicillis proconsularibus vel epistulis vicariorum vel insignibus consularium emendicatis atque adsimulaticiis vestiuntur, his, quos administratio vel militia provexit, volumus esse postpositos. DAT. IIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) SYAGRIO ET EVCHERIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

RT

2 constituti] *R*, *om. T* 3 adque *RT* 4 prouixit *T* 5 uiris clar. *om. T*

VI, 22, 6 (381 Dec. 13),

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: **Officiis publicis atque militiae**
q. 35 f. 3' | (m)uneribus expertes, quos habent secretae quietis um(b)racula, quibus honorum omnium species suffragio (e)st magis parta quam merito, inter se potius volumus de tempore agitare discrimen quam cum his ulla usurpatione coniungere, quos non adumbratis honoribus, sed in actu positis inmortalitati coniunximus. DAT. ID. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

R [def. uncis comprehensa] T [plene].

1 adque *T* miliae *R* 2 quietis] quis *T* 3 merito] *RT*b, meritorum omnium *T*a potius *T*a 5 positis immoralitate coniunximus *T*, positi sint mortalita[t]e coniuximus *R*

VI, 22, 7 (383 Mai. 29).

(IDEM) AAA. POSTVMIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In honoribus hunc ordinem volumus custodiri, ne singulorum quorumque codicillariae dignitates his, qui insignia administrationis gesserint, praeferantur, scilicet ut, quoniam sublimis apicem praefecturae ordo proconsularium sequitur dignitatum, quisquis vicariae potestatis administratione perfunctus ex praefectis impetraverit codicillos, intellegat sibi omnimodis non usurpandum, ut inter eos, qui gestae gaudent amplitudine praefecturae, ordinem salutationis officiumque praesumat, sed inter proconsulares viros, qui tamen eiusdem potestatis securem meruerint fascesque susceperint, in publicis officiis rite praebendum locum sibi patere cognoscat, his tamen anteferendum se, qui impetratis forte proconsularibus codicillis absque administrationis privilegio imaginarias tantum atque honorarias meruerint dignitates. Et
1 id quidem circa illos censemus esse servandum, qui vicarias gesserint potestates. Ceterum quisquis ex numero ordinariarum potestatum, seu consularis administrationis seu nominis praesidalis, ex praefectis aut etiam ex proconsulibus honorarios impetraverit
q. 35 f. 4 codicillos, praestitutum in de|ferendis obsequiis ordinem post eos sibi inte(lle)gat esse servandum, qui administrando vica(rias) gesserint potestates; hac tamen, quantum ad or(di)nariarum potestatum spectat meritum, discre(ti)one servata, ut his, qui praesidalis adminis(tra)tionis gesserint dignitates, seu epistulas ex vic(ari)is sive ex proconsulibus seu, quod adpeti intempe(sti)vius solet, ex praefectis meruerint codicillos, c(es)sante omni ambitionis studio, debeat anteferr(i, qui) perfunctae privilegio administrationis susc(eptas)
2 in provinciis consularitatis gesserit dignitates. M(e)mor quisque tamen honorum, memor quisque merit(orum) ex his, qui qualibet administratione perfuncti s(unt), cum gradum honorariae aditionis petat, quem p(ro)ximiore confinio loco ordinis sui cognoscit esse contiguum. Quod si quis neglexerit ordinem con(s)titutum vel amplius in hisdem honorariis dign(i)tatibus usurpandum inpetrandumque crediderit, qua(m) proprii loci ratio et forma permittit, sciat se non solum eo, quod contra legem impetraverit, esse privandum, sed viginti quoque auri lib(ris) multandum. DAT. IIII KAL. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

R (quae deficiunt uncis comprehensa explentur ex T) T

2 codicellariae dignitatis *T* 3 praefecturantur *T* sublimes *T* praefecture *T* 4/5 administratione (-nis *R*a) perf. ex praefectis *om. T* 5 sibi] si *T* 6 ordinem] *RT*a, odinem *T*b *(sic)* 6/7 praesumat] *Beck*, praesumant *R expectes* secures 8 praeuendum *T* cognoscat] *R*b, cognoscant *R*a, cognost *T* 10 adque *T* 12 potestatem *T* 14 ordine *T* esse *om. T* 15 gesserit *T* 16 praesidalis] *T*b, praesidalibus *T*a, primasidalis *R* 17 dignitatis *T* 18 intempestatiuius *T*, intempe[sti]uis *R* 19 administrationes *T* susceptas] *T*, susceptae *Cuiacius* 20 proinciis *R*a co.solaritatis g. dignitatis *T* 20/21 tamen hon. memor quisque *om. T* 21 administrationi *R*a, administrationes *T* 22 quem] *R*, quod *T* 23 neclexerit *R* hisdem] *RT* 24 dign[i]tatius *R* 25 se] *R*, ei *T* petrauerit *R*1 25/26 sed . . . multandum *om. T* 26 iun.] *T cum* 6, 5, 1, ian. *R* constantinopoli] ϽSP *R*

22, 8 (425 Sept. 22).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Lege avita probatum est, si quis per gradus suo ordini conpetentes impetratis honorariis codicillis ad summum praefecturae pervenisset usque fastigium, non praerogativa temporis uteretur nec adversus eum, qui indeptus insignia magistratus re ipsa quod meruisset in-
5 f. 4' plesset, quia intervallo fuisset forte praegressus aut praevenisset ima|(gi)nario eandem, quam ille actu inlustravit, apice (di)gnitatem, sibi crederet adrogandum, sed modis (o)mnibus sciret se in officiis publicis ei postferendum, qui eundem locum positus in potestate gessisset. [*H*]oc nos quoque volumus custodiri, ne quis sibi adpetat, sive imaginarios sive inter agentes codicillos acceperit, ut ei qui egerit ratione temporis prae-
1 feratur. Quin et de consistorianis comitibus hoc nobis universi placere cognoscant, ut his, qui vel absentes sunt facti vel testimonialibus tantum adepti sunt dignitatem, praecedant qui admitti intra consistorii arcanum meruerunt et actibus interesse et nostra adire responsa, praeterquam si de aliquibus professionum et militiae meritis scriniorumque sacrorum emensis sudoribus lege specialiter est statutum, quod et avi nostri sanctio promulgavit et nostra mansuetudo constituit. Ita ut omnibus conventibus, officiis atque consessibus legem executioni tradi tua celsitudo provideat, id est ut prior sit semper ille, qui loci sui administratione perfunctus est nec umquam honor delatus ex debito ei qui ad similitudinem tribuitur conparetur. Nemo igitur sibi arbitretur annorum adnumeratione plaudendum, quod inter eos tantummodo valere decernimus, qui se aut actibus subsecuntur aut codicillorum parili imagine fulciuntur. Non alias adspiraturo quoquam ad consistorianorum comitum dignitatem, nisi ad eius claritudinem viam sibi ex constitutionis avitae norma praestruxerit. DAT. X KAL. OCT. TOPISO THEODOSIO A. XI ET VALENTINIANO C. CONSS.

R [comprehensa uncis deficiunt] T [finit 7 postferendum, *unde eatenus explentur quae deficiunt in R].*

2 auita] habita *T* inpetratis *T* 3 fatigium *T* 5 fuisset] *T*, fuerit *R* 6 dignitate *T* abrogandum *T* 8 [h]oc] *R*, id *Cuiacius* sibi] si quis bi *R*ª adpetat] *R*, expetat *Cuiacius* 10 quin et] qui nec *R* cognogant *R*ª 11 his] *Beck*, hii *R* facti] *R*, *om. Cuiacius* 13/14 criniorumque *R* 19 intreos *R*ª 22 praestuxerit *R* topiso] *sic iuncta*, piso *R*, *scr.* Topiro (*vide ad* 6, 10, 4)

.35 f. 5 |XXIII. DE DECVRIONIBVS ET SILENTIARIIS.

Iust. 12, 16.

I, 23, 1 (415 Oct. 31).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. VRSO P(RAEFECTO) V(RBI) ET AVRELIANO [*P(RAEFECTO) P(RAETORI)O*] OR(IENTIS) ET STRATEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILL(YRICI). Decuriones nostri palatii (post) emensum fideliter obsequium, post deposita sa(cra)menta militiae, ex quo haec sanximus, inter eo[*s*,] qui ex ducibus sunt, tamquam et ipsi administrave[*rint*], esse praecipimus in adoranda nostra serenitate, u[*t in*] salutandis administratoribus et reliquis praedicti (ho)noris privilegiis, sed ita, ut in amplissimo et venera[*bi*]li ordine inter allectos et inmunes a senato-

IVST. 12, 16, 1.

Decuriones nostri palatii post emensum fideliter obsequium postque deposita sacramenta militiae electionem habeant, sive ex magistro officiorum velut agentes dignitatem consequi a nostra maiestate maluerint, sive inter viros illustres comites domesticorum, videlicet inter agentes, taxari, ut tam in adoranda nostra serenitate quam in salutandis administratoribus et reliquis praedicti honoris privilegiis nec non in nostro

---

1 auriliano *R* 3 nostrti *(sic) R* 5/6 sancximus *R* 8 u[t]] et *Cuiacius errore*

riis di[s]tributionibus habeantur nec describtio glebalis eos [*in*] eo adtineat. DAT. PRID. KAL. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO) X ET THEOD(OSIO) VI [*AA. CONSS.*]

consistorio his honor omnifariam observetur.

R (*rectis expressa intra uncos explentur ex Iust.*). — IVST. 12, 16, 1.

1 di.tributionibus *R*, describtionibus *Cuiacius* 2 [in] eo *Seeck*, [id]eo *Cuiacius*

VI, 23, 2 (423 Mart. 9).

IDEM AA. VENANTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Unusquisque decurio vel silentiar(ius,) || sive post hanc militiam honoratam quietem elegisse fuerit adprobatus sive ad superiorem gradum successu meliore transcenderit, nihil, quod honoratis pro rerum necessitate iniungitur, cogatur exsolvere; sed || a tironum et equorum praestatione ⌜habeantur inmunes, nudam⌝ conlationem quae plerumque poscitur ⌜solvant⌝, nihil his ulla potestas iniungat aut necessitas inponat. DAT. VII ID. MART. RAV(ENNA) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

IVST.
|| *fin.*
|| *redit*
⌜habeatur immunis nullam⌝
⌜solvat⌝

R (*rectis expressa intra parentheses explentur ex Iust.*). — IVST. 12, 16, 2.

5 exsuluere *R* 6 prestatione *R* 8 inponatur *Iust.*

VI, 23, 3 (432 Mart. 24).

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLAVIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Decurionibus et silentiariis ⌜vel his, qui post hanc militiam honoratae quietis otio perfruuntur vel⌝ ad superiorem gradum successu meliore transcendunt, omnia privilegia, quae iam dudum divorum principum iudicio meruerunt, legis istius praeceptione nove-
q. 35 f. 5' ris esse firmata |. ⌜Illa quoque, quae prioribus indultis omissa videntur, adicienda esse censemus⌝, ⌜ne⌝ angarias vel parangarias sive paraveredos ulla eis am(pl)issimae praeceptionis inponat auctoritas. ⌜A⌝ sor[*di*]dis quoque muneribus, excoctione calcis et ⌜superin(di)cticiis titulis⌝, ⌜non praeiudicatura quacumque gene[*r*]alitate pragmatici⌝, ⌜peculiari eos beneficio esse iu[*be*]mus alienos⌝, ⌈permissa ⌈⌈ veniendi ad comitatum licentia praeter evocatoriae securitatem, ⌜et⌝ multa X librarum auri iudicibus provinciarum eorum(qu)e officiis infligenda, si statuta numinis nostri (cr)ediderint esse ⌜temnenda⌝. DAT. VIIII KAL. APRIL. RAVE(NNA) [*AE*]TIO ET VALERIO CONSS.

IVST.
⌜uel his ... uel⌝] etiam si
⌜illa .... censemus⌝ *om.*
⌜nec⌝
⌜a⌝ *om.*
⌜superindicti gravamine⌝ | ⌜non pr. q. gen. pragmatica⌝ *ins. post* 8 firmata
⌜peculiari ... alienos⌝] ⌜eos liberamus⌝
⌈ Domus quoque eorum non tantum in hac sacratissima urbe, sed in qualibet alia positas civitate immunes ab omni hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine vindicamus | ⌈⌈ eis | ⌜et⌝ *om.*
⌜contemnenda⌝

R (*rectis expressa intra parentheses explentur ex Iust.*). — IVST. 12, 16, 3.

4 quietis] quietip R^a 5 transcendant R^a 7/8 noueris] *Iust.* ($P^b X$), noueres R^a, nouere R^b 9 dicienda *R* 11 amplissimae] *fortasse* amplissimae potestatis 17 euocatoriaes securitatem *R*

23, 4 (437 Mart. 16).

[*IDEM AA.*] DARIO VIRO INL(VSTRI) P(RAEFECTO) P(RAETORI)O OR(IENTIS). Decurionum et silentiariorum meritis provocati conlata in eos beneficia, quae dominus ac filius noster Valentinianus semper Augustus erga eos contulit, confirmamus, specialibus eosdem privilegiis honorantes, ut eorum videlicet possessiones nullas angarias sive parangarias vel etiam paraveredos alicuius calumnia dare cogantur nec sordidis sint adstricti muneribus. Omni quoque eos excoctione calcis, omni superindicti gravamine liberamus, licentiam post militiam tribuentes, ut, ubi eis fuerit visum, etiam accedendi ad sacratissimum comitatum habeant facultatem, provinciarum rectoribus eorumque apparitionibus denarum librarum auri dispendio feriendis, si
1 mansuetudinis nostrae statuta violare temptaverint. ‖ His addimus, ut, cum optatam quietem acceperint et inter ⌈ senatores coeperint numerari, honore curiae sine aliqua functione
35 f. 6 lae|tentur immunitatisque gaudio plena dignitatis (lae)titia potiantur, ⌜nec praetoriano nomine pulsandi nec glebali onere praegravan[*di*], sed⌝ ut dignitatem solam habeant ex senatu. ‖ D(omos) quoque eorum vel in hac sacratissima urbe vel (in) qualibet alia positas civitate immunes ab om(ni) hospitum cuiuslibet dignitatis inquietudine (vin)dicamus: ‖ sub hac videlicet definitione, ut trigi(n)ta tantummodo numero ⌜haec⌝ privilegia cons(e)quantur, decuriones quoque tres, ⌜quos num-
2 qua[*m*] plures fieri inveterata consuetudo permisit⌝. (Sed) eos ⌜tum demum potiri⌝ decernimus benefici(is su)pra scribtis, cum ⌈ continuos tredecim anno(s in)culpatas excubias peregerint. ‖ Inl(ustris) auctoritas [*tua*] statuta nostrae clementiae edictis proposit[*is*] ad omnium notitiam faciet pervenire. DAT. XVI[*I*] KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) POST CONSVLATVM ISIDORI ET SENATORIS VV. [$\overline{CC}$.].

IVST. 12, 16, 3, 3
‖ *inc.*
⌈ viros illustres
⌜nec ... sed⌝ *om.*
‖ IVST. 12, 5, 2 = 12, 16, 3, 2
‖ IVST. 12, 16, 3, 3
⌜ea⌝
⌜quos ... permisit⌝ *om.*
⌜tunc d. perpotiri⌝
⌈ per
‖ *finit*

R (uncis comprehensa expressa litteris rectis explentur ex Iust.). — IVST. 12, 5, 2. 12, 16, 3.

3 eodem *R*ᵃ 5 gogantur *R* 7 accedenti *R* 14 patiantur *R* nomin.|ne *R* gleuali *R* 16 uel in hac s. u uel] *R Iust.* 12, 5, 2, non tantum in hac s. u. sed *Iust.* 12, 16, 3 17 immunes] *R Iust.* 12 16, 3, *om. Iust. 12, 5, 2* 20/21 numqua[m]] numero *Cuiacius* 23 continuus *R* 26 xviii *Cuiacius* 27 uu. cc. *om. Cuiacius*

35 f. 6' |[*XXIIII.*] DE DOMESTICIS ET PROTECTORIBVS.

Iust. 12, 17.

24, 1 (362 Aug. 18).

[*IMP.*] IVLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Scias senum capitum domesticis per singulas quasque scholas, quinquagenis iussis in praesenti esse, iuxta morem debere praes[*t*]ari, ceteris, qui ultra numerum in praesenti esse voluerint, neque annonarias neque capitum esse mandandum, sed omnes cogendos ad plurimos suos ac ter[*r*]as redire. DAT. XV. KAL. SEPT. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

R

2 quinquagenis *(sic recte ut vid. Vesme,* quinquagenas *Cuiacius) R* 4 plurimos] *expectes* lares terras] ter|.as (terminos *Cuiacius*) *R* 5 anthiociae *R*

24, 2 (364 Aug. 19).

[*IM*]PP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SEVERVM COM(ITEM) [*D*]OMESTICORVM. Domesticorum filios vel propin[*qu*]os parvos vel inpuberes domesticorum coetibus [*ad*]gregamus, ita ut non solum matriculis inseran[*t*]ur, verum etiam annonarum subsidiis locupletentur.

Quaternas etenim annonas eos, quos armis gestandis et procinctibus bellicis idoneos adhuc non esse constiterit, in sedibus iubemus adipisci his condicionibus, ut annonae, quae amplius insumuntur vel per tractorias deferuntur, recidantur. DAT. XIIII KAL. SEPT. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

1 procinotibus *R* idoneus *R* 3 septb. R^b, sptb. R^a

VI, 24, 3 (364 Aug. [?] 19).

IDEM AA. AD SEVERVM COM(ITEM) DOMESTICORVM. Sicuti variis itineribus protectorum domesticorum schola conprehensos ad eam venire perspicimus, ita etiam sportularum diversa esse debebit insumptio. Grave enim admodum est viros post emensum laborem, qui nullius rei cupidiores fuere quam gloriae, huiuscemodi erogationibus fatigari; eos tamen penitus solummodo inter quinos et denos solidos sportularum nomine primatibus
q. 35 f. 7 distribuere praeci|pimus. Eos autem, qui vel suffragio vel poten[*tium*] gratia sacram purpuram adorare pervene[*rint*], quinquagenos solidos volumus insumere. DAT. [*XIIII*] KAL. SEPT. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

2 scola *R* conpraehensos *R* 5 paenitus *R* solummodo] *scripsi dubitans*, sollemnitas *R* solidus *R* 6 poten[tium] gratia *Gothofredus*, poten[tia vel] gratia *Cuiacius* 7 peruenerint] meruerint *Seeck* xiiii] *sic iuncta 6, 24, 2: sed eo die Valentinianus non fuit Mediolani*

VI, 24, 4 (387 Mart. 6).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD EVSIG(NIVM) P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Domestici ac protectores osculandi, cum salut(a)verint, vicarios tui culminis habeant potestatem. P(o)ena enim sacrilegii similis erit, si his honorificenti(a) non deferatur, qui contingere nostram purpura(m) digni sunt aestimati. DAT. PRID. NON. MART. MED(IOLANO) VAL[*ENTINIANO*] A. III ET EVTROPIO CONSS.

R (uncis comprehensa expressa litteris rectis supplentur ex Iust.). — IVST. 12, 17, 1.

3 poena (p[o]|ena *R*) enim s. similis erit] *R Iust.*, paene enim sacrilegii simile erit *scr.*

VI, 24, 5 (393 Dec. 31 [392 . . . .]).

IDEM AAA. ADDEO COM(ITI) DOMESTICORVM. Omnes, qui do[*mes*]ticorum iniuncti nomini numquam nostris ob[*sequi*]is inhaeserunt neque certis quibusque officiis deput[*ati pu*]blicas exsecuti sunt iussiones, protinus matriculi[*s*] eximantur. Deinde hi, qui amissam militiam nos[*tro*] iudicio receperunt, si quidem post unius anni sive [*bi*]ennii spatium loco sunt pristino restituti, in suo ordin[*e*] permanentes fructum beneficii non amittant. Sin [*v*]ero longo post tempore ambitione atque suffragiis ut rursus sociarentur enisi sunt, ita novissimorum numero iungantur, non ut nunc sternantur extremi, se[*d*] ut eum unusquisque optineat locum, in quo esse eo tempore potuit ultimus, cum esset post biennium restitutus. DAT. PRID. KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO VIRO CLARISSIMO CONSS.

R

3 patriculi[s] *R* hii *R* 5 restituti in] restituin *R* sin[u]|ero *(sic) R* 7 sternantur] R^b, trnantur R^a 7/8 optinuat *R* 9 *annus diesque perturbati, nam a. 393 Ian. 12 et Sept. 24 Addaeus appellatur* comes et magister utr. mil. per Orientem

VI, 24, 6 (395 Oct. 3).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. ADDEO COM(ITI) ET MAG(ISTRO) VTRIVSQVE MIL(ITIAE). Divale praeceptum, quod supplicantibus domesticis dudum devotissimis laboriosos prae-
q. 25 f. 7' tulit otiosis et abuti prohibuit temporis privilegio eos, qui sibi potius | [*qu*]am rei publicae

omni militiae suae tempestate vi[*xi*]ssent, erga protectores quoque valere praecipimus [*a*]c volumus inconcussum aeternumque durare, ut [*s*]emper renovari possit. Inl(ustris) itaque auctoritas tua et [*e*]os militia solvere non morabitur, quos nihil umquam vel necessitatibus nostris vel expeditionibus bellicis profuisse constiterit et his locum priorem auctoritate huius legis decernat, quos viderit otiosis oportere praeferri. DAT. V NON. OCT. CONST(ANTINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

R

1 praecepimus | **c uolumus *R*

, 24, 7 (414 Dec. 27).

[*IM*]PP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. EPIFANIO P(RAEFECTO) V(RBI). Domestici atque [*pro*]tectores cum primum ad decemprimatus gra[*du*]m ordine militiae temporis prolixitate pervenerint, statim sibi praeter primicerium decem sequentes senatoriam vindicent dignitatem seque cum allectione clarissimos nostro iudicio gratulentur, recedentibusque proceribus succedens sibi per matriculae ordinem usque ad praescribtum modum vindicet, quisquis accedit. Ad nullas praeterea senatorii ordinis vocentur expensas, quibus non ambitio, sed meritum et nostrum spontaneum cognoscitur iudicium detulisse. DAT. VI KAL. IAN. RAV(ENNA) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

R

5 prescribtum *R* 6 ad nullas praeterea] *fortasse* at ad nullas propterea 7 meritum] *scr.* meritum eum 7/8 ui k. ian.] *aut hic dies mutandus est aut alter* 13, 5, 38.

, 24, 8 (416 Nov. 17).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Devotissimis domesticis, quos nobis, ut indicio nominis apparet, familiarius militando . . . . . . optatam protulimus sanctionem, ut praeter primicerios decem primi eorum, cum ad memoratum decemprimatus gradum pervenerint, statim clarissimo nomine decorentur et inter allectos velut exconsulares habiti senatoria se praeditos gaudeant dignitate, ad eundem clarissimatus honorem sequentibus,
15 f. 8 cum pri|ores exierint, accessuris, ita tamen, ut inmunes (sena)toriis functionibus penitus habeantur. DAT. XV KAL. (DEC.) CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS.

R [quae deficiunt uncis comprehensa explentur ex T] T [incipit 4 [hab]iti*]*.

2 militando|ptatam *R*: *post* militando *videntur excidisse talia:* adiunximus rogantibus 4 abiti *R* 5 audeant *T*[a] 6 prioris *T* inmunis *R (?)* senatorias *T*, ***toriis (a senatoriis *Cuiacius idque admittit codex*) *R* paenitus *R*

, 24, 9 (416 Dec. 18).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Devotissimos protectores, qui ar(ma)tam militiam subeuntes non solum defendendi (cor)poris sui, verum etiam protegendi lateris nostri sol(lici)tudinem patiuntur, unde etiam protectorum nom[*en*] sortiti sunt, inglorios esse non patimur, sed ut devo(tis)simis nuper protectoribus domesticis, ita his quoque (hono)rem congruum condonamus, ut praeter primicer(i)[*u*](m) decem primi eorum clarissimatus dignitate f(ulcian)tur et per ordinem primis exeuntibus qui ad decem pr(i)morum numerum vocante gradu subierint, conti(nuo) cum ipsa loci accessione clarissimatus sibimet (vin)dicent dignitatem et in amplissimo ordine inter all(ec)tos velut ex consularibus habeantur, nullis senatoriis muneribus adstringendi. DAT. XV KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSI)O A. VII ET PALLADIO CONSS.

IVST. *(cf. ad 6, 24, 11)* Alii vero, qui decursis stipendiis ab eodem decem usque numero subsequuntur, consulari, id est clarissimatus dignitate perfruantur cum ipsa loci decem primorum accessione

R (quae deficiunt uncis comprehensa expressa litteris rectis explentur ex T) T. — IVST. 12, 17, 2.

2 lateri *T* 3/4 eti|*** sed ut deuotissimis *(mediis omissis) T* 5 primiceri|*m *T*, primicer*** *R* 6 dignitatem *T* 7 decem priorum *T* 7/8 subierunt *T*

VI, 24, 10 (427 Mart. 16).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Praeter primic(e)rios protectorum domesticorum decem primi scholarum, cum ad huius vocabuli dignitatem devote ac strenue militando pervenerint, statim clarissimatus honore decorati inter allectos veluti ex consularibus esse mereantur, ita ut et a senatoriis functionibus penitus habeantur inmunes nulloque extrinsecus onere praegraventur, ceteris quoque, ubi egressis prioribus ad praedictum suo ordine numerum locumque conscenderint, privilegiis paribus honorandis. DAT. XVII KAL. APRIL. HIERIO ET ARDABVRE CONSS.

RT

2 primicerios] primic*|rios *R*, micerio T^a, imicenio T^b protectortum R^a scolarum *R* 4 allectos] *T*, adlectos *R* **natoribus *T* | 5 paenitus *R*, *om. T* extrinsecus ... quoque *om. T*

VI, 24, 11 (432 Iun. 11).

q. 35 f. 8' IDEM AA. HELIODORO P(RAEFECTO) V(RBI). Constantinopolitani amplissimi |(co)etus consensu nostroque iudicio domestici decursis (gr)adus stipendiis sub eo sint genere senatores, ut pri(m)icerius quidem post acceptum tribunatum inter eos (dig)nitate potiatur, qui ducatum agere meruerunt, alii (v)ero, qui decursis stipendiis ab eodem decem usque (nu)mero subsequuntur, his quibus iam ante decretum est (dig)nitatibus perfruantur, sed ita, ut inter eos sine du(bio) censeantur, qui inmunitatem sibi laboribus redem(er)unt. Ut fructus domesticis impio termino conse(qu)enti, etiamsi mortalitas intervenerit, perire non (pos)sint, sed quodammodo superstes illis solacii ser(vet)ur occasio ac, si primicerii limen ingressi in ip(sa d)esideratae spei longa expectatione fructus in[*te*]rruperit fati necessitas, non statim qui praecer(p)at eos, quem vocat secundus ordo succedat, sed liberis successoribusque tantum gradu venientibus agnatorum, quorum maxime cura emolumentorum perceptione gaudebat, residui temporis usque ad annum quae debentur, sollemniter colligantur. DAT. III ID. IVN. CONSTANTINOPOLI VALERIO ET AETIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

IVST. **Primicerius quidem domesticorum et protectorum utriusque scholae post acceptum tribunatum inter eos spectabili dignitate potiatur, qui ducatum agere meruerint.** ***(sequuntur quae adscripsimus ad 6, 24, 9)***

R (quae deficiunt uncis comprehensa express a litteris rectis supplentur ex T) T. — IVST. 12, 17, 2.

1/2 consesu R^a, con|***sum *T* 2 nostroquae *T* 3 post *om. T* 4 diguitatem *T* 5 numerum *T* 6 sobsequuntur *R* his *om. R* est] *R*, ***t *(deficiunt litterae tres) T* 6/7 perfruantur] *R*, fruantur *T* 9/10 possint] *R*, possit *T* 10 quodadmodo *R* [i]llius solaciis *T* 11 ingressus R^a 11/12 expepctatione R^a 12 in|**rruperint *R*, in***|ruperint *T* qui] pqui R^a praecer|*at *R*, praecespat *T* 14 praeceptione *T* 15/16 ualerio et aetio *R*, attico et ualerio *T*

q. 36 f. 1

|XXV. DE PRAEPOSITIS LABARVM.

labarum *Iust. (KI)*, laborum *R Iust. (OX)*, *deficit T.* — *Iust.* 12, 18.

VI, 25, 1 (416 Nov. 11).

IMPP. HON(ORIVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui ⌜e(x devo)tissimis domesticorum scholis⌝ praepositi lab(arum) nostro iudicio ⌜et stipendiorum sudoribus⌝ prom(oven)tur, ⌜ad similitudinem decem primorum dom(estico)rum⌝ clarissimi sint inter allectos, ita ut ex con(sula)ribus habeantur. Nam ⌜et senatorio nomine⌝ et inm(unita)te digni sunt, quos nostri lateris comitatus inl(ustrat). DAT. III ID. NOV. CONSTANTINOPOLI THEOD(OSIO) A. VII ET PAL(LADIO CONSS.).

IVST. ⌜ex ... scholis⌝ *om.* ⌜et st. sud.⌝ *om.* ⌜ad s. d. dom.⌝ *om.* ⌜et s. n.⌝ *om.*

R (quae deficiunt uncis comprehensa supplentur ex T) T. — IVST. 12, 18, 1.

3 labarum] *Iust. (KI^a)*, lauarum *T*, lab*** *R*, laborum *Iust. (OI^b)* 5 allectos] electos *Iust.* | 6 et sen.] *T*, sen. *R* et *om. Iust.* *(praeter I^b)* 7 inlustrat] *Iust.*, inlustr** *T*, inl*** *R*

XXVI. DE PROXIMIS, COMITIBVS DISPOSITION(VM) CETERISQVE, QVI IN SACRIS SCRINIIS MILITA(NT).

Iust. 12, 19 de proximis sacrorum scriniorum ceterisque q. in s. s. m.

26, 1 (362 Sept. 25).

IMP. IVLIANVS A. AD SECVNDVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In rebus prima militia est, secundus in litterarum praesidiis pacis ornatus. Ideoque scriniorum nostrorum merita perpendentes secundum eis in privilegiis locum tribuimus, ut omnes, qui quindecim annis in scriniis laboraverunt memoriae ac dispositionibus epistularum ac libellorum, licet patre vel avo ceterisque maioribus curialibus orti ac proditi sint, tamen ab omni hac
36 f. 1' necessitate habeantur immunes nec ad curiam | (dev)ocentur. DAT. VII KAL. OCT. ANTIOCHIAE, ACC. V ID. NOV. **ISIS MAMERTINO ET NEVITTA V. C. CONSS.

R (quae deficiunt uncis comprehensa explentur ex T) T.

1 rebus] *scr.* re p(ublica) prima] *R*, primatu *T* est *om. T* 2 in *om. T* ornatus] *R*, cinatus *T* 2/3 ideoque ... perpendentes *om. T* 3 in *om. T* queindecim *R*[a] 4 **|crineis laboraberunt *T* dispositionibus] *scr.* dispositionum et 5 ceerisque *T* 6 habiantur *R* inmunes *T* iuriam *T* antiochiae] *T*, anthiociae *R* 7 acc. u id.] *cc c (*vel* m, *non* u) *** *T* **isis *R*, *deficit T*

1, 26, 2 (381 Mart. 29).

(IMPP)P. GRA(TI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD VALERIANVM (P(RAEFECTVM) V(RBI)). Clarissimos viros proximos scriniorum et magis(tr)os dispositionum vicariorum ordini copulamus, ita (ut) haud prior aliunde provectus palatinis honorariis (pra)eferatur, ut prius e palatio cum huiusmodi dignita(te di)missus priorem locum aliis post, etiam vera admi(nis)tratione, venientibus sortiatur. DAT. IIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) (SYA)GRIO ET EVCHERIO CONSS.

R (quae deficiunt uncis conprehensa explentur ex T) T.

2 proximus *R* 3 copulemus *T* ita ut haud] *scripsi*, ita ut aut *T*, ita | [ut] aut *R* 4 ut] *R*, *def. T*, et *Gothofredus*, at *ego* dismissus *T*

26, 3 (382 Dec. [?] 15).

(IDEM AAA. A)D HYPATIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Obsecundatoribus sacrorum scri[*ni*](or)um, quorum mentibus ingeniisque committimus, quid(qui)d in alios quoque perennium saepe proferimus sanc(tio)num, equorum ad militare subsidium ab honoratis proxime venire iussorum missam facimus. Nullis igitur vel aetate praesenti vel in relicum tale si quicquam emerserit, aut equorum oblationibus aut quibuscumque praeterea de collativo omnium postulatis parere cogantur. DAT. XVIII KAL. IAN. PATAVI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

R (quae deficiunt uncis comprehensa expleta sunt ex T) T.

1 |scri|****um *R*, s****|orum *T* 2 quorum *om. T* ingenuisque *R*[a] 2/3 perrennium *T* 4 facimus] *T*, faciamus *R* relicum *RT*

26, 4 (386 Apr. 30 [Febr. 28]).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Proximos memoriae, epistularum ac libellorum ⌈ ita vicariorum honore cumulamus, ut inter eos merito dignitatis habeantur, qui pro praefectis dioeceses sibi creditas temperarunt, ex eo tempore, ex quo eos splendor indepti proximatus ostentat, insequentibus praeponendi, qui vicarias postea administraverint. DAT. PRID. KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO NOBILISSIMO PVERO ET EVODIO CONSS.

⌈ atque dispositionum IVST.

RT [finit 2 ut int.*]*. — IVST. 12, 19, 1.

3 habiantur *R* dioecesis *R*, diocesis *Iust.* (*K*[a]*OI*[a]) 4 ostendat *Iust.* 5 administraverint] *Iust.*, administrauerunt *R* prid. prid. *(sic)* kl. mai. *R*: *requiritur* mart

VI, 26, 5 (389 Nov. 8).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CONSTANTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In sacris scriniis nostris militantes ⌈ ordinarii ⌈⌈ iudices a salutatione non arceant, etiam inviti q. 36 f. 2 in conses|sum accipiant; ˹scituris vel principe vel cornicul(ario) vel capitibus (officii˺ ternas libras auri ex suis facultatibus) eruendas, si ˹consistorium nostr(um) saepe ingredientibus˺ secretarii iudicum n(on) patuerit ingressus aut reverentia non fu(erit) in salutatione delata aut sedendi cum iudice so(cie)tas denegata. DAT. VI ID. NOV. TREVIRIS TIMASIO ET P[*RO*]MOTO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

IVST. 12, 19, 2	IVST. 1, 48, 3
⌈ in provinciis ⌈⌈ vel spectabiles	*inc.* ˹**Sciant principes et cornicularii et primates officiorum iudices etiam**˺ ˹**honoratis viris, quibus etiam cons. n. ingrediendi facultas praebetur**˺

R (uncis comprehensa expressa litteris rectis suppleta sunt ex Iust.). — IVST. 1, 48, 3. 12, 19, 2.

2 *scr.* Constantiano 6/7 officii ternas ex (*sic Iust. 12, 19, 2,* a *Iust.* 1, 48, 3) suis facultatibus] *Iust.* 12, 19, 2 (*sim.* 1, 48, 3), *om. R* | 9 iudicium *R* 11 dat.] *immo* pp., *neque enim probabile est eo tempore Valentinianum fuisse Treviris* 12 triueris *R*

VI, 26, 6 (396 Ian. 18).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORIVS AA. HOSIO MAGISTRO OFFICIO[*RVM*.] De his, qui in sacris . . . . . scriniorum proximi transacto [*bien*]nio conquiescant dentque locum ceteris, qui ad cup[*itum*] gradum pervenire festinant. Eos sane, qui ante ho[c] statutum in locis memoratis inventi sunt, ad me[*tas*] triennii concedimus pervenire. DAT. XV KAL. FEB. A[*R*]CADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R. — GEMINA (?) 6, 30, 14.

1 osio *R* *post* sacris *plura exciderunt* 3 cup} (*sic Krueger et ego*) *R*, ultimum *priores* | 4 inuenti] *gem.*, inuecti *R*

VI, 26, 7 (396 Febr. 14).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Privilegia, quae divae memoriae Iulianus in sacris scriniis militantibus tribuit, et illum honorem, quem augustae memoriae Val(entini)anus isdem detulit, confirmantes, scilicet ut ingrediendi sponte sine ullo nuntio secretarium iudicantum, considendi etiam iudicibus habeant potestatem, id etiam nostra moderatione decernimus, ut XX anni[s] in militia scriniorum memoriae epistularum libellorumque versatus consularis inter allectos dignitate cumulatus abscedat eumque honorem vel aput rectorem vel in coetu amplissimi senatus obtineat. Ita autem eos post militiam esse volumus otiosos, ut ab omni publica molestia habeantur inmunes nec iniungendi quicquam quis in eos habeat potestatem. DAT. XVI KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R

3 hisdem *R* ingrediendi] *scripsi*, ingrediente *R* spontae *R* 6 consulares *R* 8 otiosus *R*

VI, 26, 8 (396 Febr. 15).

q. 36 f. 2' |[*IDEM AA.*] CLAVDIO P(RAEFECTO) V(RBI). In scriniis palatii militantes ⌈ post vigin(ti a)nnos transactae militiae si discedendum sibi esse (decr)everint, consulari honore fulti inter allectos (h)abeantur huncque honorem dignitatis ˹in senatu˺ (t)eneant, qui exconsularibus deferri con-

IVST.
⌈ id est memoriae epistularum libellorumque ac dispositionum ˹in senatu˺ *om.*

1 cladio *R*[a]

sueverit nec eos quisquam iniungendo aliquid vel iubendo possit ab impertito otio separare. DAT. XV KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R (uncis comprehensa expressa litteris rectis explentur ex Iust.). — IVST. 12, 19, 3.

1 aliquit *R* imperito *R*

[…], 26, 9 (397 Apr. 8).

[*IDEM*] AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. INTER ALIA: His, a quibus dispositionum nostrarum norma seriesque servatur, eadem privilegia honoresque peractae militiae tribuimus, quae scriniorum nostrorum meritis nuper praecepimus custodiri. DAT. VI ID. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

R

3 emeritis *scr.* praecipimus *R*

[…], 26, 10 (397 Iun. 23).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ad similitudinem proximorum, qui in scriniis militantes comitum dignitatibus adornantur, ii quoque, qui priores in scrinio dispositionum fuerint et comitis acceperint dignitatem, ex eo die, quo promoti in scriniis fuerint, eorum numero socientur, qui potestates vicarias perceperunt, scilicet ut a Nestorio viro clarissimo, qui nunc in loco memorato versatur, dignitatis huius sumatur exordium. DAT. VIIII KAL. IVL. CONSTANTINOPOLI CAESARIO ET ATTICO CONSS.

R

2 hii *R* 3 comites *R* 5 eordium *R*

26, 11 (397 Iul. 5).

IDEM AA. HADRIANO MAG(IS)TRO OFFICIORVM. Per omnia scrinia nostra singulis annis emensis qui sunt in capite constituti uno anno teneant proximatum, locum per ordinem succedentibus dantes, manente penes eos nihilominus dignitate, quam divus pater noster huius ordinis viris singularis meritorum arbiter dedit, scilicet ut quicumque ex proximo
5 f. 3 post stipendia tandem acta discesserit, vi||[c]ariis conferatur, ac si eam ipsam egerit dignitat[*em*], integris omnibus privilegiis, quae cunctis scriniis o[*mnes*] retro principes diversis legibus praestiterunt. Atque [*ut*] nulla posthac de statuto tempore possit esse con[*ten*]tio, genuinus natalis nostri dies quotannis comi[*tivam*] proximatus mansura in longum aetate celebrabi[*t*], ut expeti ambitione non possit, quod laboris praemi[*um*] speciali munere aestimavimus. DAT. III NON. IVL. ME[*D(IOLANO)*] CAESARIO ET ATTICO CONSS.

R

4 sciliet *R*[a] 7 prestiterunt *R* ut] *Gothofredus, hiatum celavit Cuiacius* 9 celebraui[t] *R*

26, 12 (401 Sept. 12).

IDEM AA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnes, qui ex proximis veneran[*do*] coetui senatus fuerint adgregati, sive ii de scrinio [*me*]moriae sive epistularum vel libellorum sive dispositi[*o*]num comites fuerint, ad septenos dumtaxat annu[*os s*]olidos teneantur nullaque extrinsecus conlatione vexe[*n*]tur nec molem promissionis || ˹nec scribtionis iniuriam˺ perhorrescant. DAT. PRID. ID. SEPT. CONST(ANTINO)P(OLI) VINCENT(IO) ET FRAVITO CONS[*S*].

|| *inc. Iust.* | ˹et nullam iniuriam descriptionis˺ *Iust.*

R. — IVST. 12, 19, 1.

2 adgraegati *R*[b] hii *R* 4 extrensecus *R*[a]

VI, 26, 13 (407 Ian. 25).

IDEM AA. ET THEODOSIVS A. Sicut iampridem a praetura inm[*u*]nitatem tribuimus his, quos post emeritam in armis militiam ad honorem ducatus nostrae serenitatis provexit iudicium, ita nostrorum scriniorum proximi etiam deposita militia praeturae immunitate potiantur. DAT. VIII KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO VII ET THEOD(OSIO) II AA. CONSS.

R

2 in armis] in armis in *R*ª

VI, 26, 14 (407 [412] Oct. 15).

IDEM AAA. EPIFANIO P(RAEFECTO) V(RBI). Quam-
vis innumeris legibus scriniorum gloria decore-
tur, ‖ iubemus ⌜tamen,⌝ ut primo omnium sit
eorum ⌈ secura possessio ab omnibus sordidis
muneribus excusata, superindictum non timeant,
venalicium non petantur solumque canonicae in-
dictionis praestent tributum, ⌜glebalis auri solu-
tionem nesciat⌝ labore dignitas conquisita, extra-
ordinarium munus ignoret nec ullam temonis
q. 36 f. 3' patiatur iniuriam, | (eq)uorum tironumque prae-
stationem nullus agnos(ca)t, qui ⌈honorem proximi
et comitivam primi dispo(si)tionum longi tem-
poris sudore quaesivit. Et haec (qu)idem patri-
moniis censuimus deferenda, ‖ quibus [*o*]mnia in-
libata servamus, quaecumque divi genito[*ri*]s
nostri et cunctorum principum statuta detu[*l*]e-
1 runt. Ipsis vero veniendi ad comitatum libe-
ram [*l*]icentiam perpetuamque praestamus nec
in eorum personis expectari augustam praecipi-
2 mus iussionem. ‖ Quod autem omnibus con-
stat deferri, adiectu alterius dignitatis perire non
patimur, ut, etiamsi prosperioris fortunae iudicio
ad honoris ornamenta processerint, vetera tamen
eis scrinii labore privilegia quaesita serventur ‖
et integrum circa eos eorumque facultates semper
maneat, quod anterioris aetatis industria conquisivit. ET CETERA. DAT. ID. OCT. RAV(ENNA) HONORIO VII ET THEOD(OSIO) II AA. CONSS.

IVST.

‖ *inc.* | ⌜ ⌝ *om.*

⌈ qui in sacris scriniis nostris, id est memoriae epistularum libellorum et dispositionum, referuntur

⌜gl. a. sol. nesciat⌝ *om.*

⌈ vel adhuc in scriniis militat vel

‖ *finit*

‖ *redit*

‖ *finit*

R (intra uncos rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 19, 4.

1 aa. *R* 3 primum *Iust.* 5 timemeant *R*ª 7 prestent tr. gleualis *R* 13 [qui]dem (uidem *Vesme*, eadem *Cui.*) *R Iust.* 24 scrinii] *Iust. (KO)*, scriniis *R Iust. (I)* labore] loboret *(sic) R* 27 *videtur scr.* Honorio VIIII et Theodosio V, *ut est 6, 18, 1*

VI, 26, 15 (410 Nov. 16).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MELITIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quotiens equorum aliarumque rerum procedit indictio, in sacris scriniis militantes inmunes ac segreges habeantur, ita ut neque in militia neque post militiam huius sollicitudinis molestiam sustineant, quibus exceptis circa alios, cum ratio flagitaverit, indictio postulabitur; scientibus iudicibus eorumque apparitionibus decem librarum auri multa se subiciendos, si ab eorum in futurum conventionibus non temperarint. DAT. XVI KAL. DEC. RAV(ENNA) VARANE V̄. C̄. CONS.

R

2 sacri scriniis militanter *R* 5 multae *Gothofredus* 7 uaronae *R* conss. *R*

,26,16 (413 [410?] Ian. [?] 6).

IDEM AA. FAVSTINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Peculiari praeceptionis nostrae favore praestamus, ut in scriniis memoriae epistularum libellorumque ab exceptoribus usque ad
36 f. 4 mello|proximos dignitatem clarissimorum hono(rem)que percipiant, et sicuti reliqui, qui in isdem scrin(iis mi)litant, liberum cum ordinariis iudicibus ingressu(m in se)cretarium consessumque habere legibus meruer(unt,) ii quoque, in quos hanc stipendiorum meritis clari(ssima)tus conferimus dignitatem, cum spectabilibus etiam s(ese) habere reverentiam recognoscant, ut consede(ndi) ingrediendique secretarium sciant a nobis licen(tiam) contributam, || sub multae interminatione, quam o[*f*]ficio sanctio dudum indulta constituit. DAT. VIII ID. IA[*N*.] RAV(ENNA) LVCIO V̄. C̄. CONS.

|| *fin.* IVST.

R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 19, 5.

4 hisdem *R* in *om. Iust.* 5 meruer[unt]] meruerunt ita *Cuiacius* hii *R* 6 pectabilibus *R*[a] sese] *Iust.*, si ** *vel* si *** *R* 9 ia *(potius quam* iu *cum Cuiacio 1566*, iun. *Cuiacius 1586) R* conss. *R*. — *Per a. 413 cum Iohannes praefecturam tenuerit et altera constitutio ad Faustinum directa anni sit 410, probabile est hanc quoque eiusdem temporis esse*

VI, 26, 17 (416 Febr. 6).

IDEM AA. EVSTATHIO VIRO INL(VSTRI) QVAESTORI ET HELIONI VIRO INL(VSTRI) MAG(IST)RO OFFICIORVM. Pro biennio annum solum age(re) deinceps decernimus eos, qui in tribus scriniis memoriae epistularum libellorumque ordine ac merito st(i)pendiorum ad gradum pervenerint proximorum. || Sed inter cetera privilegia, quae divalibus beneficiis sacris scriniis adtributa sunt quaeque salva atque intemerata in perpetuum manere decernimus, ut eorum, qui potestatem vicariam administraverint, pro tenore veterum et
1 nostrarum sanctionum hi, qui proximatum egerint, honore censeantur. Secundi etiam ordinis comitivae codicillos accipiant, cum eum locum nancti fuerint, in quo hactenus tertiae comitivae gradu fruebantur, ita ut ex lege iam debitos atque sollemnes codicillos genuino die natalis meae clementiae in posterum, dum agunt proximatum, singulis quibusque annis accipiant, post depositum actum inter eos, qui vicariam potestatem egerint,
36 f. 4' honorandi. Quam legem secundum ipsorum petitionem prae||[*te*]r tres melloproximos, id est Benagium, Hypatium [*et*] Theodorum, circa omnes alios valere praecipimus. [*D*]AT. VIII ID. FEBR. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS.

|| *fin.* IVST.

R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 19, 6.

11 accepiant *R* egerint] *Gothofredus*, egerit *R* 12 praeter] *Gothofredus*, praeterea *R*

26, 18 (426 Nov. 25).

[*IM*]PP. THEODOSIVS ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ACACIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Tam proximo scriniorum quam comiti dispositionum pro dela[*t*]a eis comitivae secundi ordinis dignitate vestem ex in[*te*]gro in posterum praeberi tua celsitudo disponat. DAT. VII KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) D̄D̄. N̄N̄. THEODOSIO XII ET VAL(ENTINI)ANO II PP. AA. CONSS.

R

1 thodosius *R*[a] 2 proxi|*os *(potius quam* *us; proximis *Vesme*, proximo *Cui.) R* dila|*a *R* 3 in|**gro *(sic vid. esse in cod.*, in . . . ., *coniciens* intexto, *Goth.) R* 4 iii *(sic Vesme, recte ut vid.*, uii *Cui.) R*

XXVII. DE AGENTIBVS IN REBVS.

Iust. 12, 20.

27, 1 (354 [353] Mart. 8).

IMP. CONSTANTIVS A. AD P(RAEFECTOS) P(RAETORI)O. POST ALIA: De agentibus in rebus si quis annos viginti transierit in obsequio, minime eum ad curiam revocari. Quod et circa scrinia nostra et cancellarios et largitionales et officiales comitum rerum priva-

1 *post* a *sp. vac. R* 3 cancellarius *R*

tarum volumus observari. ET CETERA. DAT. VIII ID. MART. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE CAES. CONSS.

R

1 *constitutiones haec et aliae octo 7, 13, 1 — 7, 21, 2 — 8, 4, 5 — 8, 7, 4 — 8, 7, 5 — 8, 7, 6 — 12, 1, 14 — 12, 1, 18, ut vidit Seeckius p. 237, inscriptionem eandem habent, scilicet* imp. Constantius (Constantinus 12, 1, 14 — 12, 1, 18) ad vv. cc. *(sic 8, 4, 5 — 8, 7, 4 — 12, 1, 18,* vv. cc. *om. reliquae)* p(raefectos) p(raetori)o *formula plane insolita, cum praeterea praefecti praetorio nusquam nisi nominatim praescribantur nec usquam plures nominentur, subscriptiones autem similes:*

6, 27, 1	VIII id. Mart.	Constantio	A. VII	et	Constante C.
7, 13, 1	prid. non. Iul.	Constantio	A. VI	et	C.
7, 21, 2	k. Mai.	Constantio	A. VI	et	Constante II C.
8, 4, 5	prid. non. Mai.	Constantino	A. VII	et	Constante C. II
8, 7, 4	prid. id. Mai.	Constantio	A. VII	et	Constante II C.
8, 7, 5	XV k. Iun.	Constantio	A. VII	et	Constante C. II
8, 7, 6	prid. non. Oct.	Constantio	A. VII	et	Constante C. II
12, 1, 14	VIII k. Dec.	Constantino	A. VII	et	Constantio C.
12, 1, 18	VII k. Dec.	Constantino	A. VIII	et	Constantio IIII

Re quoque coniunctae sunt omnes tractantes de militum origine stipendiisque et de ratione quae intercedit inter militarem condicionem et curialem. Omnino redeunt omnes ad eandem constitutionem datam Constantio A. VI et Constantio C. II, *errores autem non librariorum Theodosiani esse, sed ad ipsos compilatores redire intellegitur ex collocatione duarum 12, 1, 14 et 12, 1, 18, quae Constantinum requirit.*

VI, 27, 2 (363 Febr. 28[?]).

IMP. IVLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ex his, qui in palatio agentes in rebus militaverint, post tertium annum militiae nemo curiae tradatur, nec ille, qui in
q. 36 f. 5 consulatu meo quarto missione donatus est. P(RO)P(OSITA) BERYTO PRIDIE KAL. | MART. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

R

3 consulatum| eo *R* pridie] *scripsi,* die *R*

VI, 27, 3 (380 Iun. 16).

IMPPP. GRA(TI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD FLORVM [*MAGIS*]TRVM OFFICIORVM. Non plures in aliquem gradum [*ho*]noris ascendant, quam quantos singuli quique an[*ni ex*] agentum in rebus schola ad finem emeriti laboris [*duc*]tant, ita dumtaxat, ut per singulos gradus binor[*um*] nobis tantum addendorum extra ordinem servet[*ur po*]testas, quorum eximius labor ut vim hanc legis exced[*a*]mus extorserit: quod quidem servandum usque ad [*cir*]citores erit. Nam ut sterni continuo quisque possit, sin[*e*] quaestione aliqua et sine praescribto numero so[*la*] adnotatione nostra sufficiat impetrari. In ceteris autem etiamsi adnotatio specialis extiterit, quae tamen duorum numerum transeat, eam esse iubemus infirm[*am*], ita ut ne insequenti quidem anno habeat firmitatem, nisi insequens annus nullos numero duos, qui ex adnotatione nostra augmentum accipere debeant honoris, invenerit.
1 Quod si post antiquam aliquis missionem veteremque militiam praepostera sacramentorum cupiditate per ambitionem ad stipendia redire temptaverit, hac proposita optione socientur, ut ultimos se militaturos noverint equitum. Quod de universis quibusque officiis specialiter cavemus, a quibus nonnulli ad agentum in rebus scholam cum propria dignitate transierint, ut scilicet hi ex quacumque militia sinantur excedere. Quod in posterum custodiendum ita ratum sit, ut periculum se et adiutor et

---

1 mag off] *cf. ad 8, 15, 6* 3 [ex] agentum] *scripsi,* in agentum *Gothofredus* [duc]tant (m[ili]|tant *Vesme,* inuitant *Cuiacius*) *R* 5 exced•|mus *(sic recte ut vid. Vesme, sed* ed *incertae;* excludamus *Cuiacius*) *R* 7 so[la] (sine *Cuiacius*) *R* 8 numerum] *Gothofredus,* numero *R* 10 nullus *R* accepere *R*[a] 15 dicnitate *R*

subadiuvae subituros esse cognoscant, si huius sanctionis nostrae normam umquam etiam insequentibus magistris desierint intimare, DAT. XVI KAL. IVL. THESSAL(ONICA) GRATIANO V
q. 36 f. 5' | ET THEODOSIO I AA. CONSS.

R

1 subitoros *R* cognascant R^{a} 2 thessall *R*

VI, 27, 4 (382 Mart. 21).

[*IDEM AA*]A. PALLADIO MAGISTRO OFFICIORVM. In schola agentum [*in*] rebus nemo facile sub nostra quoque adnotatione [s]peciali prorumpat, nisi sub maiore scholae parte, [*q*]uisque advenerit, probandus adsistat, qualis mori[*bu*]s sit, unde domo, quam officiorum originem ac sortem fateatur.
1 Novi quinquennio vacent a primi quoque honoris auspiciis; ante missionibus crebris futuris parent prodanturque nominibus; dehinc per singulos gradus iusta et firma praecedentium dimissione succedant. Sane sic militantibus probeque in actu rei publicae diversatis singulorum graduum, quos meruerint, non negamus accessum, ita ut ipsis quoque sit praecedentium ordo venerabilis ac sub maiore parte scholae etiam de huius gradu bonorum adtestatio et consensus accedat. DAT. XII KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

R

1 scholam *Gothofredus* 3 probamdus R^{a} 3/4 origine *R* 5 futuris] *fortasse* futuris se nominibus] *fortasse* hominibus deinc R^{a} 6 sic] *Gothofredus*, si *R*

VI, 27, 5 (386 Mart. 5).

IDEM AA. ET ARCADIVS A. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quoniam agentibus in rebus huiusmodi praestitimus codicillos, ut post principatum in amplissimo ordine inter allectos consulares habeantur, id etiam huius legis auctoritate praestringimus, ut eodem gradu vel ordine ab universis iudicibus honorentur. DAT. III NON. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO NOBILISSIMO PVERO ET EVODIO CONSS.

R

3 aucturitate *R*

'I, 27, 6 (390 Nov. 26).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI). Privilegia erga eum, qui ex agente in rebus princeps fuerit, antiqua custodiri praecipimus; sit senator et merito consularibus adgregetur, sed ut eum functio ulla non teneat, conlatio non defraudet. DAT. VI KAL. DEC. MED(IOLANO) VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

R

2/3 praecipimus] *Gothofredus*, praecepimus *R*

I, 27, 7 (395 [396/8] Mai. 27).

35 f. 6 | IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. HOSIO MAGISTRO OFFICIORV[*M*]. Agentes in rebus, quos divae memoriae pater noster [*ex*]peditionem secutos unius gradus dicitur adiec[*tione*] cumulasse, delato honore potiri praecipimus, ita [*ut usque*] ad centenam dignitatem hic

1 osio *R* 2 [ex]peditionem secutos] *scripsi*, ••(*vel* •••)peditionem secutus *R* 3 praecipimus] R^{a} *vel* R^{1}, praecepimus R^{b} *vel* R^{2}

ordo servetur. Si qui[*s*] centenarius est secutus, quoniam primis non pati[*mur*] praeiudicari, quos constat ad hunc locum longo te[*mpo*]re et probato labore venisse, his praeponatur, quos [*me*]rito praecedit. Quisquis autem adipiscitur gradum, [*hoc*] honore contentus praeponi his, qui ordine priore[*s*] meruerint, non laboret. DAT. VI KAL. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) OLYB[*RIO*] ET PROBINO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

R

1 *post* qui *deficere possunt litterae duae tresve, quis igitur Cuiacius.* quis uero *Vesme* 3 bordine *R* 4 laboret] *Reinerius et Haenel,* labore *R* iun.] *R.* — *In anno erratum est, quoniam ad a. 395 Nov. 24 magister officiorum Constantinopoli Marcellus fuit et reliquae leges ad Hosium mag. off. datae sunt a. 396—398*

VI, 27, 8 (396 Ian. 26).

IDEM AA. HOSIO MAGISTRO OFFICIORVM. In numero agentum in reb[*us*] crescant, quos comitum secundi ordinis vel cubicul[*ari*]orum nostrorum primi dumtaxat loci vel tribuno[*rum*] urbanicianorum petitio fecerit militare, ita ut urba[*ni*]cianis semel tantum per anni totius spatia suffragandi licentia sit: ceteros diversorum officiorum ab omni copia
1 huius petitionis excludimus. Celsioris vero militiae ac fastigii viros numerari non necessarium fuit, cum eos, quos superius numeravimus, inserendo non unde incipere, sed
2 quousque procedere quod inferioribus denegatum est, curaverimus exprimere. Sed et sumentibus ducenariis principatum hanc tribuimus facultatem, ut his pro se liberos ac fratres suos in eadem militia serenitatis nostrae nutu liceat conlocare. DAT. VII KAL. FEBR. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R

1 osio *R* 6 nomerauimus *R* 6/7 inciperet sed q. procederet *Haenel* 9 eademilitia *R*

VI, 27, 9 (396 Ian. 31).

IDEM AA. HOSIO MAGISTRO OFFICIORVM. Is, qui nutu nostro in schola agentum in rebus augmenta perceperit, in eo gradu, in quo promotus est, ultimus habeatur nec praepona-
q. 36 f. 6' tur | [*alt*]eri, qui in eodem gradu militiae primus antea milita[*vit.*] EMISSA PRID. KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R

1 osio *R* is] in *R* 3 primus antea] *scr.* prius

VI, 27, 10 (396 Febr. 27).

[*IDEM AA.*] CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Inter eos, qui consularitatis gesserint [*di*]gnitatem, et eos, qui meruerint principatum, is gradu po[*ti*]or habeatur, qui prior locum dignitatis acceperit. Quam sanc[*ti*]onem omnia debebunt officia custodire, non defutura poena quindecim librarum auri, quam in contumaces olim divalis sanctio definivit. DAT. IIII KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R et inde a v. 3 non defutura APP. II, 1 *Krueger (codd. E et Berol. 207)* 'ex corpore Theodosiani lib. VI tit. XXVII . . . ad locum'.

1 idem āā] *R,* impp. arcadius et honorius *App.* caesari *App.* 5 constp̄] *R,* consul̄ *App.*

VI, 27, 11 (399 Mart. 16).

[*IDEM A*]A. HADRIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Consultissima definitione statuimus, ut exsecutionem agentis in rebus inconsultis nobis nemo mereatur, concessam vero quisquam revocare non audeat. DAT. XVII KAL. APRIL. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

R

1 ofciciorum *R* 2 concessam] *Gothofredus*, concessum *R* 3 cons.] cos. *R*

VI, 27, 12 (399 Oct. 25).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Agentum in rebus schola nobis maxime necessaria nullo beneficio impetrati muneris utitur, quo sibi in ordinem splendidissimae curiae praestitam humanitate licentiam vindicaret, cum divae memoriae pater noster isdem agentibus in rebus voluerit esse consultum. Magnificentia igitur tua ordinum iudices admonebit, ut his lex divae memoriae patris nostri inviolata servetur. DAT. VIII KAL. NOV. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

R

2 nollo *R* 2/3 quo sibi in ordinem splendidissimae (spend- *R*) curiae praestitam humanitate licentiam vindicaret] *requiruntur talia:* quo sibi in ordine spl. curiae praestitam inmunitatem (*sic fere Goth.*) licet iam vindicare 4 hisdem *R*, *scr.* in his 5 his] *scr.* in his 6 conss. *R*

VI, 27, 13 (403 Iul. 1).

IDEM AA. ET THEODOSIVS A. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Agentibus in rebus, qui post iugis militiae tempus veluti praemium laboris exacti gesserint principatum, etiam illud beneficio nostrae liberalitatis adiungimus, ut conlatione iuniorum, qui nuper honoratis indicti sunt, ea dumtaxat condicione habeantur exortes, si post principatus officium nulla ulterius honoris fuerint administratione perfuncti. DAT. KAL. IVL. RAV(ENNA) THEODOSIO A. I ET RVMORIDO CONSS.

R

2 primium *R* 3 conlatine *R*[a] 5 ulterius] alterius *Haenel*

VI, 27, 14 (404 Iun. 30).

q. 36 f. 7 IDEM AAA. ANTHEMIO MAGISTRO OFFICIORVM. Nullus de schola agentum | in rebus de cetero locum mortui conetur invadere, s(ed) is, qui ordine stipendiorum et laborum merito ad g(ra)dum militiae sequebatur, statim atque illum fata s(ub)duxerint, in eius praemia percipienda succedat om(ni) obreptione cessante. DAT. PRID. KAL. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) HONO[*RIO*] A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 20, 1.

1 aa. *R* 2 is] his *R* 5 aristeneto *R*

VI, 27, 15 (412 Dec. 7).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. NAMATIO MAGISTRO OFFICIO[*RVM*]. Omnes omnino agentes in rebus, quibus vel spatium [*com*]meatus vel iniuncti negotii tempus emensum est, ad comitatum reversi adprobent causas necessariae ta[*r*]ditatis, ut diligenti constet examine, qui ordinem s[*uum*] tenere mereantur. Quod nisi intra diem kalendarum Febru-

3 *post* ad, *in quo versus hodie finit, spatium videtur vacavisse*

ariarum fecerint, in perpetuum matriculis eximentur. Meminerint igitur rectores provinciarum per singulos agentes in rebus senas auri uncias eruendas, si in provincia sibi credita quemquam huiusmodi desertorum post diem praestitutum latere permiserint. Ideoque sub prosecutione latitantes transmittant, ut tandem aliquando ad comitatum retractos non sola percellat iactura militiae. DAT. VII ID. DEC. RAV(ENNA) DD. NN. HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. C[*ONSS.*].

R

3 praetitutum *R* 4 prosecutione alatitantes *R* tamdem *R*ᵃ 5/6 theodosio u] theodosio iu *R*

VI, 27, 16 (413 Oct. 8).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). Nemo post insignia principatus, quae stipendiis ac sudore promeruit, nec revocari ad originem, si forte natus est curialis, nec nominari, quod nefas quidem dictu est, perhorrescat. In medio sane militiae tempore si quem huiusmodi lis iurgiumque perculerit, sua defensione nitatur, nec enim ordines
1 civitatum suis decurionibus passim spoliari oportet. Quod si forte quis, ut adsolet, honorarii principatus insignibus inpetratis isdem privilegiis uti voluerit, ita impetrata
q. 36 f. 7' largitate | [*fru*]atur, si incassum se pulsari sub iudiciaria cogni[*ti*]one probaverit, nisi forte annosa militia et longa [*st*]ipendiorum mole vexatus et in ordine non temnen[*dae*] militiae constitutus principatum non ut laborum [*com*]pendium voluit expectare, sed ut portum
2 quietis maluit indipisci. Quod etiam in his custodiri oportet, qui [*a*]rmata militia perfruuntur, ita ut divi Valentiniani [*c*]onstitutio valeat potianturque et ipsi fructu stipen-
3 diorum suorum, si eadem sine ullo naevo excusationis incurrere valuerunt. Sed his addimus, ut, si quis ex lucrativa causa de substantia aliquid perceperit curialis, pro contingenti portione onera, quae huiusmodi facultates secuntur, et universas describtiones sustineat. DAT. VIII ID. OCT. LVCIO V. C. CONS.

R

1 antemio pp *R* 3 dictu] *Gothofredus*, dictum *R* 4 ordinis *R*ᵃ 6 hisdem *R* | 13 subtantia *R*ᵃ curiales *R* 15 conss. *R*

VI, 27, 17 (415 Nov. 11).

IDEM AA. HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM. Merito magnificentia tua concessam sibi pridem a nostra maiestate licentiam pro removendis his, quorum consortio agentum in rebus schola laborabat, ad nostram denuo auctoritatem credidit revocandam. || Nulli ⸢igitur⸣ posthac sine nostrae maiestatis auctoritate discingendi agentem in rebus, nulli eximendi pateat copia, nam probata schola et animadversionem vereri iudicis et nullam debet timere contumeliam vilitatis. DAT. III ID. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.

IVST. || *inc.* ⸢ ⸣ *om.*

R. — IVST. 12, 20, 2.

1 aa.] aaa. *Iust.* magnifecentia *R* 4 discengendi *R* 5 scola *R*

VI, 27, 18 (416 Ian. 20).

IDEM AA. HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM. Ad scholam agentum in rebus passim plurimi velut ad quoddam asylum convolarunt, quos vita culpabiles et origo habet ignobiles et ex servili faece prorupisse demonstrat. Et quoniam sublimitati tuae adnuimus eam, quam
q. 36 f. 8 quaesierat, potestatem, | adhibenda est conpetens medicina, ut expl[*oratio*]ne diligenter

1 adcholam *R*

agitata discingendo abicias punia[*sque co*]hercendos, quo remotis abiectis pessimis crimin[*osis*], spectata militia in statum pristinum revocata[illegible]*no*]rum virorum collegio frequentetur. DAT. XIII K[*AL.*] FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS.

R

1 discingendos *malim*

VI, 27, 19 (417 Nov. 27).

IDEM AA. HELIONI MAGISTRO OFFICIORVM. Agentum in rebus indisc[*reta*] merita esse non sinimus nec indignos frui privileg[*iis*] laborantum. Ideoque sancimus, ut nullus ex his emend[*ica*]to suffragio ad honorem principatus audeat adspira[*re*], nisi quem ordo militiae ac laborum testimonium a[*d*] hunc honoris gradum provexerit. Quod si quis corpor[*is*] inbecillitate quassatus eoque modo laboris inpatien[*s*] longam militiae seriem tolerare non patitur, is non ante dignitatem principatus honorariam mereatu[*r*], quam si XX annorum stipendia conplevisse scholae totius adtestatione docuerit. Hos sane, qui quoquomodo per ambitionem sine ullo stipendiorum suffragio memoratam principatus adepti sunt dignitatem, post eos, qui laborum merito consecuti sunt, numerari decernimus. DAT. V KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO A. XI ET CONSTANTIO II V. C. CONSS.

R

5 corporis] *Gothofredus*, corporali *Cuiacius* inpatien[s]] *R*, inpatientia *Cuiacius* miliae *R* | 7 uiginti] xxti (*non* xxu) *R* conpleuisse] *scr.* conpleuisse se 9 consicuti *R*

VI, 27, 20 (426 Dec. 23).

IMPP. THEODOSIVS ET VAL(ENTINI)ANVS AA. HELIONI PATRICIO ET MAGISTRO OFFICIORVM. Qui ex agentum in rebus numero militiae ordine ac labore decurso ducenae dignitatis meruerit principatum, aut qui viro inl(ustri) magistro officiorum ut probatus fuerit adiutor eo tempore, quo iam honoratis viris coeperit adgregari, eorum, qui vicariam egerint praefecturam, honore potiatur, conservatis sine dubio veteribus privilegiis divorum in eos
q. 36 f. 8' principum largitate | [*con*]latis. DAT. X KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSI)O XII ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

R

3 principatam *R* uiro inl. mag. off. ut] *fortasse scr.* mag. off. v(iro) i(nlustri)

VI, 27, 21 (426 Dec. 23).

[*IDEM AA.*] HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque inpleto militiae suae ordine [*ac l*]abore finito ad ducenae pervenerit principatum, quis[*que*] magistri officiorum iudicio probatus adiutor extite[*rit*] tempore, quo iam honoratorum virorum coetibus in[*s*]eritur, eorum, qui vicariam egerint praefecturam, in[*f*]ulis perfruantur, privilegiis procul dubio isdem, qui[*bus*] antehac usi videntur, reservatis. DAT. X KAL. IAN. THEO[*DO*]SIO XII ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

R

2 quis[que]] *expectes* quive 4 in[f]ulis (*sic Vesme recte,* insignibus *Cuiacius*) *R* 5 his- | dem *R* ian.] in *R*[a] 6 aa.] aagg *R*

VI, 27, 22 (428 Ian. 31).

[*IDEM A*]A. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI). Agentum in rebus schola, quae nostro iudicio vicarianam dignitatem adepta est, id quidem suos primates post stipendiorum finem mereri non ambigat. Verum amplissimi ordinis adsertioni pareat, ut quoniam ii, quos

3 quoniam] *scr.* quando hii *R*

militiae finis ad principatus honorem adduxit, senatoriis se aestimant functionibus eximendos, in priore dignitate permaneant, cuius inmunitatem amplexi sunt. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) TAVRO ET FELICE CONSS.

R

1 finis] nis *R*ᵃ 2 amplesi *R*

VI, 27, 23 (430 Apr. 16).

IDEM AA. PAVLINO MAGISTRO OFFICIORVM. Cuncta, quae super agentum in rebus militia ordine loco numero statuisti, amplectimur. Inl(ustris) igitur auctoritas tua, quae novellae matriculae super statutorum numero vel ordine confirmando quaeque de reliquis ordinandis huius legis sanctione decernimus, naviter servanda et custodienda cognoscat, videlicet ut statutorum numero in mille centum septuaginta quattuor nominibus adsignato, qui recenti matricula definitus esse cognoscitur, reliqui, qui extra memoratum statutorum numerum positi esse noscuntur, ita concessa potiantur militia, ut ii quoque certis locis
q. 37 f. 1 laborum ac stipendiorum meritis conlocati vacantes praeeuntium gradus obsequendi | ordine mereantur. Nec tamen ii, qui plurimis [*ius*]tissimisque causis matricula videntur exclusi, mi[*litia*], quae eis humanitatis intuitu sub huiusmodi form[*a in*]dulta est, tamquam penitus spreti aut abiecti de[*iciantur*]. Quibus beneficii loco ponendum est, quod, cum ter ed[*icto*] vocati non venerint, tamen eis militare permissu[*m est*]. DAT. XVI KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. XIII ET QVI FVERIT NVN[*TIATVS*].

R

2/3 nouella matricula super *Gothofredus*, super novellae matriculae *ego* 5 hominibus *Gothofredus* 7 hii *R* 9 hii *R* 10 paenitus *R* 11 de{ (deiciantur *Cuiacius*, destituantur *Vesme*) *R* ter ed... (edi... *Vesme*) | uocati *R*, tertio euocati *Cuiacius* 12 permissum est] (*sic recte ut vid. Vesme, sed* issu *dubium; per*misimus *Cuiacius*) *R*

XXVIII. DE PRINCIPIBVS AGENTVM IN REBVS.

Iust. 12, 21.

VI, 28, 1 (379 Aug. [?] 4).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEODOSIVS AAA. AD POTITVM VIC(ARI)VM VRB(IS). Nemo officialium in munus aliquod nisi principe ordinante mittatur. Si quis autem scriniariorum vel cuiusquam alterius loci quemquam officialium in aliquod munus principe nesciente direxerit, trium librarum auri condemnatione plectetur. DAT. PRID. NON. AVG. TREVERIS, ACC. VII ID. SEPT. ROMAE AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

R. — BVRG. R. 30, 1.

5 triuerim *R* *mensis et locus cum non conveniant, in altero utro erratum est.*

VI, 28, 2 (380 Mart. 12).

IDEM AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Agentes in rebus, si principatus sorte deposita forsitan provinciae gubernacula isdem non evenerint, par erit salutationis loco his quidem, qui praesidatum gesserint, cedere, sed eos, qui rationales fuerint, prae-
q. 37 f. 1' venire. P(RO)P(OSITA) IIII ID. MART. HADRVMETO DD. NN. | GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS.

R

2 sorte] *Gothofredus*, forte *R* hisdem *R* 4 a. *post* theodosio *om. R.* — *Subscriptiones duae haec et altera 6, 35, 10 vix cum inscriptione conciliari poterunt, nam praefecturam eo anno Probus non videtur administrasse.*

VI, 28, 3 (386 Febr. 28).

[*IDEM A*]A. ET ARCADIVS A. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Agentes in rebus post palmam laboris emeriti principatus honore muneramus. Atque ideo officialis tam ad necessitates publicas quam privatas non nisi principe mittatur auctore nullarumque sine ipso cuiquam mandetur exhibitio personarum. DAT. PRID. KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO NOB. P. ET EVODIO CONSS.

R. — IVST. 12, 21, 1.

1 et arcadius a. *abest a iuncta* 6, 26, 4 2 muneramus] *R*, remuneramus *Iust.* officialis] *Iust.* (*IX*), officiales *R* 3 mittatur] *R* | *Iust.* (I^bX), mittantur *Iust.* (KI^a) 5 euuodio *R*

VI, 28, 4 (387 Sept. 8).

[*IM*]PPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD PINIANVM PRAEF(ECTVM). Nulla exsecutio sine adnotatione principis usurpatione officii concedatur, hoc adiecto, ut, ‖ etiamsi intercessio in locis degentis officii fuerit inpertita, ‖ adscribtio tamen principis executionem fieri oportere demandet. Quae definitio si fuerit praeterita, decem lib(ras) auri fisco nostro ab officio sinceritatis tuae statim iubemus inferri. Qua admonitione ‖ etiam causarum patronos volumus esse conventos, ne ignorante principe ullam postulationem introducant neve sub unius persona susceptis fraude quadam aliena negotia inserenda esse pertemptent ⌈. DAT. VI ID. SEPT. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

IVST. ‖ *inc.* ‖ *finit* ‖ *redit*

⌈ quod si fuerit definitio contempta, decem libras auri fisco nostro ab officio tuo iubemus inferri IVST.

R. — IVST. 12, 21, 1.

2 adotatione *R* concidatur *R* 4 principes *R* fierit portere R^a 6/7 caus. et. *Iust.* | 7 conuentus R^a 8 susceptis] *scripsi*, suscepti *R Iust.*

VI, 28, 5 (395 Mai. 21).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. THEODOTO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnia citatoria, omnium scilicet causarum atque personarum, licet sint senatoriae dignitatis, ad principes specialiter revocari praecipimus, actus vero ceteros, qui in sacratissimo coetu senatus tractari consuerunt, censualium sollicitudine celebrari nec aliquid praeiudicii ex subreptivo rescribto supplicibus inferri. DAT. XII KAL. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSVLIBVS.

R. — IVST. 12, 21, 2.

3 in *om. Iust.* 4 consueuerunt *Iust.* nec *bis R* praeiudicium *Iust.*

VI, 28, 6 (399 Nov. 12).

q. 37 f. 2 | IDEM AA. AD ANATOLIVM P(RAE)F(ECTVM) ILL(YRICI). Crebrae a nobis legis missae su[*nt, ut*] sine notione principum, qui de agentum in rebus numer[*o ad*] gubernanda officia diriguntur, nulla urgentium re[*rum*] praeceptio, quae de iudicio prolata fuerit, impleatur, si[*qui*]dem deceat diuturno fatigatos obsequio hac saltem co[*n*]solatione fulciri, ut adiuti commodis de principatu dis[*ce*]dant. DAT. PRID. ID. NOV. THEODORO V. C. CONS.

R

1 cribrae *R* 1/2 su[nt ut]] *R* (*supplevit Haenel*) 2 nomer} *R* 4 diuturno] *Gothofredus* (*et superscr. manu rec. in R*), diurno *R* | co[n]sulatione *R* 5 comodis R^a, conmodis R^b conss. *R*

VI, 28, 7 (410 Sept. 25).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Proconsu(la)ris apicis dignitatis adiectione principes ⌜agentes⌝ in r(ebus) praecipimus decorari. DAT. VII KAL. OCT. RAV(ENNA) VARANE V̄. C̄. [*CONS.*].

⌜agentum⌝ IVST.

R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 21, 3.

1 palladio] arcadio *Iust. (Russ.)* 2 apices dignitates *R* principis *R*

VI, 28, 8 (435 Ian. 29).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. VALERIO MAGISTRO OFFICIORVM. Ex (a)gentibus in rebus principibus domesticos in suis actibus habere liceat eos, quorum fidem industriamque probatam sibi aestimant, etsi saepe eodem officio fuerint ante perfu(ncti).
1 Et si qui agens in rebus post XXV annorum curricula ob adve(r)sam corporis valitudinem militiae finem minime valuerit expectare, sed ad honorariam ex principe dignitatem testimonio scholae prosilierit, isdem eum privilegiis muniri censemus, quibus ii, qui ad
2 principatus actum progressi sunt, potiuntur. Sed in salutationibus iudicum consessibusque priores eos, qui per longae militiae metas ad principatus actum pervenerint, etsi actus tempore posteriores sint, esse praecipimus, nihil censualibus vel apparitoribus adversus privilegia eorum excogitantibus, tamquam in actu principatus fuerint versati, vicenarum librarum auri condemnatione ⌜ proposita. DAT. IIII KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. XV ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

⌜ contra eos IVST.

EODEM EXEMPLO ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O, REGINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILL(YRICI), LEONTIO P(RAEFECTO) V(RBI), THEODOTO COM(ITI) AEGYPTI, ABTHARTIO COM(ITI) OR(IENTIS), CLEOPATRO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTA)LI, HESYCHIO PROCONS(VLI) ACHAIAE, EVSTATHIO VICARIO ASIAE, NECTARIO VICARIO PONTICAE.

R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 21, 4.

2 haberae leceat *R* 3 *post* probatam *fortasse litterae exciderunt in R* 4 quis *Iust.* ualitudinim *R* 6 prosilerit hisdem *R* hii *R* | 9 posterioris *R* 10 prinpipatus *R*[a] 12 theodosio] thed *R* 13 ppoo ill *R* 15 hesychio] *Cuiacius,* esycio *R*

q. 37 f. 2'

|[*XXV*]IIII. DE CVRIOSIS.

Iust. 12, 22.

VI, 29, 1 (355 Iul. 22).

[*IM*]P. CONSTANTIVS A. AD LOLLIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ii, quos curagenda[*ri*]os sive curiosos provincialium consuetudo appellat, proprio arbitrio quos esse reos putaverint, feralibus car[*ce*]rum tenebris mancipare non dubitant. Memorati [*ig*]itur ||curiosi et stationarii vel quicumque funguntur (h)oc munere crimina iudicibus nuntianda meminerint et sibi necessitatem probationis incumbere, non citra periculum sui, si insontibus eos calumnias nexuisse constiterit. Cesset ergo prava consuetudo, per quam (c)arcari aliquos inmittebant. DAT. XI KAL. AVG. MED(IOLANO), ACC. [*X*]II KAL. SEPT. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

IVST. || *inc.*

R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 22, 1.

1 hii *R* 2 curiosus *R* 5 nuntiandam *R*

VI, 29, 2 (357 Apr. 17).

[I]DEM A. ET IVLIANVS CAES. AD TAVRVM. Agentes in rebus in
curis agendis et evectionibus publici cursus inspiciendis nostrorum
memores praeceptorum credimus in omnibus velle profutura rei
publicae. || Sed accedunt ex officio mirandae prudentiae tuae, qui
parem sibi licentiam vindicent; contigit etiam, ut vicarii quoque
mittant ex officiis suis huiusmodi negotiis operam praebituros.
Adimatur ergo haec licentia facinoribus et officiis universis cura-
rum publici cursus copia denegetur, nam || ⌈ solos agentes in
1 rebus in hoc genere iussimus obsequium adhibere ⌈||. Nec vero
multos esse per singulas provincias iussimus, quippe sufficit duos
tantummodo curas gerere et cursum publicum gubernare, ut, licet
in canalibus publicis haec necessitas explicetur, numerus tamen
2 amplior esse non debeat. || Hi vero pervigili diligentia provi-
debunt, ne quis ⌜citra⌝ evectionis auctoritatem moveat cursum
vel amplius postulet, quam concessit evectio, || ut habens unius
. 37 f. 3 copiam raedae flagitet | duas, aut raedam usurpet, cui birotum vel
veredum [postu]lare permissum est. || Quisquis igitur aliquid tale
3 perpet(ra)re temptaverit, inprobi coepti privetur effectu. Demo(n-
s)tretur etiam iudicibus vel curiosis evectio, etsi quis nob(is) iubenti-
bus festinare memoret in obsequium necessar(ium), nec praevaleat
4 contumacia vel dignitas. || Contin[git] etiam in cursu clavulari,
ut forte quis pro animali[bus] minime praebitis pecunias pendere
cogatur lucro ei[us] qui cursui praesederit, inprobe vindicandas.
|| Ergo num(mum) vetamus exposci pro animalibus in cursu minime
co(ns)titutis. Quod si forte aliquis aestimaverit perpet(ran)dum,
eius quadruplum quod accepit inferre cogatu[r.] DAT. XV KAL. MAI. MED(IOLANO) CONSTANTIO
A. VIIII ET IVLIANO C. II CON[SS.].

IVST.
|| *finit*
|| *redit* ⌈ ideoque ⌈ et non ab alio penitus officio *fin.*
|| *redit* ⌜contra⌝
|| *finit*
|| *redit*
|| *finit*
|| *redit*

R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 22, 2.

1 taurum] *R Iust. (Ambros. E 28 inf.)*, taurum ppo *Iust. (Russardus)* 2 auectionibus *R* 6 praebeturos *R* 7 facinoris *malim* 7/8 curarum] *scripsi*, curarumque *R* 16 cupiam raede *R* duas] mulas duas *errore Cuiacius* redam *R* 18 essectu *R*[a] 19 etiamsi *Iust.* 21 contingit] *Gothofredus*, contintin ? *R* clabulari *R* 23 cursi praesiderit *R* 25 aestimauerit] *Iust.*, peraestimauerit *R* 26 accept *R*[a]

VI, 29, 3 (359 Nov. 30).

IDEM A. AD AGENTES IN REBVS. Per id tempus, quo cursus tuendi so(l)licitudinem
sustinetis, condemnationes praefectorum praetorio
⌜erga⌝ eos solos inritae sunt futurae, qui serva-
verint honestatem; erga eos vero, qui inhoneste
et contra decus saeculi vel honorem militiae
versabuntur, non solum condemnatio mansura
est, verum etiam, ⌜si ad nostrae serenitatis no-
titiam culpabilia gesta pervenerint, in eos erit
acrius vindicandum⌝. P(RO)P(OSITA) PRID. KAL. DEC. EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

⌜circa⌝ IVST.
⌜gravior poena statuenda⌝ IVST.

R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 22, 3.

1 per] rer *R* 2 condemnationis *R* praetorio *om. Iust. (Lat.)* 3 solus *R* 4 inhonestae *R*

VI, 29, 4 (359 Nov. 30).

IDEM A. AD AGENTES IN REBVS. Cesset omnis ambitio atque suffragium in schola
vestra. Etenim cuncti ita agere debebitis, quatenus labore atque ordine ad cursum

1 inchola *R*

regendum et ad curas agendas iudicio scholae et ordinis merito dirigamini, ita ut nihil vestri principis ex his, quae geri in re publica videritis, notitiae subtrahatis, scientes poenis eum debitis subiugari, qui tantum facinus ausus fuerit perpetrare. P(RO)P(OSITA) EODEM DIE IISDEM CONSS.

R

2 pulica *R*ᵃ   scientis *R*   3 subiugatum iri *Gothofredus*   4 hisdem *R*

VI, 29, 5 (359 Oct. 31).

q. 37 f. 3' |....... In his dumtaxat provinciis, in quibus cursus a provincialibus exhibetur, quoniam avaritiae occurri paene [*i*]am non potest, singulos solidos per singulas raedas, id [*es*]t quas quadrigas vel flagella appellant, percipiatis per id tempus, quo curarum et cursus tuendi sollicitudinem sustinebitis. E cursu vero clavulari singu[*l*]as angarias, in his scilicet stationibus, in quibus cursus est conlocatus, ad exhibendam humanitatem venientibus excusetis. Nec quis audeat contra praeceptum hoc amplius accipere aut sperare quicquam aut aliquid excusare ultra, quam continet forma praecepti. DAT. PRID. KAL. NOV. EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

R

1 *ante* in *vacuum spatium* (*vix ante id spatium adfuit initio* id̄ ā) *in R*   2 uaritiae *R*ᵃ | sigulos *R*ᵃ   4 clabulari *R*

VI, 29, 6 (381 Febr. 3).

[*I*]MPPP. GRA(TI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD FLORVM MAGISTRVM OFFICIORVM. Felicis natalis nostri die iidem ut principis primi quoque scholarum mittantur ad provincias curiosi anniversarium munus acturi, ita caute atque ita sollerter, ut sub binorum tantum copia veredorum, ultra usurpatione cessante, ne capita contrahantur, remotas quoque peragrent stationes et callida machinamenta commeantium ac simulatae observationis ingenia et fraudes depellant. DAT. III NON. FEB. CONS(TANTINO)P(OLI) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

R

2 itidem ut principes primi quoque scholarium *Gothofredus*   4 usurpatione] *Gothofredus*, | usurpationem *R*   5 peragrent] *Gothofredus*, peragent *R*

VI, 29, 7 (390 Mai. 28).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCADIVS AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quia vel honore militiae vel fiducia iussionis agentibus in rebus maiorem ad obsistendum remur futuram esse constantiam, ex his, quos in eminentioribus tantum urbibus sollicitudinem cursualem agere mandavimus, magnificentia tua noscat unum esse considerandis transeuntium evectionibus relictum neque eos quicquam ultra hanc formam in cur-
q. 37 f. 4 sum |habere commune. DAT. V KAL. IVN. VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEO[*TERIO CONSS.*].

R

1 *duarum constitutionum a. 390 huius et 10, 18, 3 cum altera certe ad partes Orientis pertineat, per eos autem annos praefecturam Orientis obtinuerit Tatianus, videntur datae esse ad praef. praetorio Illyrici*   2 quia] *Gothofredus*, qui *R*   ad] ab *R*   4/5 considerandis] *Gothofredus*, considerandi *R*   5 uectionibus *R*ᵃ   5/6 forma in cusum *R*ᵃ

VI, 29, 8 (395 Mai. . . .).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MARCELLO MAGISTRO OFFICIOR[*VM*]. Agentes in rebus singulos per singulas provincias mi(tten)dos esse censemus, quibus tamen inspiciendarum

1 marcello mag. off.] *is ipse est cuius extat de medicamentis liber cum praescripto* Marcellus v. inl. ex magistro officiorum Theodosii senioris filiis suis salutem dicit   2 tamen] tam *Iust.*   inspiciendarum] *Iust.*, speciendarum *R*

e(vec)tionum tantum debeat cura mandari, ut nihil pro(rsus) commune aut cum iudicibus aut ⌈ provincialibus habe(ant). Nec naves debebunt inlicita concussione vexare ne(c li)bellos aut contestationes ⌈ suscipere aut in carcare(m) quemquam trudere, sed cursui solum vacare. DAT. ... KAL. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

⌈ cum IVST.

⌈ litis gratia⌉ IVST.

R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 22, 4.

4 contestationes] *R*, attestationes uel contestationes *Iust. (X)*, attestationes *Iust. (I)*, testationes *Iust. (K)* 5 trudere] *Iust.*, tradere *R*

I, 29, 9 (412 Febr. 29).

IDEM AA. EVCHARIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Cursus publici praeposito[*s sci*]re praecipimus, si sibi et militiae suae consulunt, n[*ihil*] eos contra veterem disciplinam debere prae-
1 sume[*re*]: cui cum generatur iniuria, haut dubie sacrilegii crim[*i*]ne obligantur. Libera quin etiam facultas mancipi sit contemplatione proprii discriminis coempta sanitate robusta usui cursus animalia sua sollicitudine pra[*e*]parare. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. MART. HONORIO VIIII ET THEODOSIO V. AA. CONSS.

R

2 uerem *R*ᵃ 4 coemta *R*ᵃ 5 rubusta *R*

I, 29, 10 (412 Nov. 9).

IMPP. HONORIVS ET THEO(DOSIVS) AA. SYNESIO. Constitutione cessante, qua super curiosis ex viri inl(ustris) comitis et magistri officiorum iudicio dirigendis intra certum numerum forma concluditur, antiqua consuetudo servetur, ut curiosi idonei per diversas regiones atque provincias, litora insuper portusque et loca alia transmittantur, conmonitoriis competentibus atque mandatis instructi pro administratione tuae sublimitati commissa proque huius legis auctoritate. Ad quod nos ablatarum imperialium specierum movit occa-
q. 37 f. 4ʹ sio, ut inpensiorem sollicitudinem adhiberi mag|nopere iuberemus, quo idoneus quisque a tua magnificentia destinatus inter alia adiuncta et congrue procuranda haec quoque studeat observare. DAT. V ID. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.

R

1 Synesio] *comiti sacr. larg. teste chronico Alexandrino ad a. 412* 3 consuitudo *R* 4 comonitoriis *R*ᵃ 5/6 proquae *R* 6 ablaturum *R*ᵃ

VI 29, 11 (414 Mart. 3).

[*IDEM A*]A. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Curiosos praecepimus removeri. || Curialibus ⌜insuper⌝ et naviculariis omnibusque corporibus ita subveniri volumus, ut nihil apparitoribus universorum iudicum liceat, ⌜qui ex collecta provincialium praeda ad maiores militias festinant⌝. DAT. V NON. MART. RAV(ENNA) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⌜*om.*⌝

⌜quod ad praedam provinciarum pertinet⌝.

R. — IVST. 12, 61, 4.

2 insuper] inper *R*ᵃ

VI, 29, 12 (415 Ian. 8).

[IDEM AA.] PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Dalmatiae litora omnesque insulas eorum qui sibi curas vindicant enormibus commodis praegravari conpertum est, ut nullus audeat ad loca tutiora etiam acerbitate temporis cogente succedere. Atque ideo omnes omnino ex memoratis partibus censemus removendos, ut securitas antiqua vel consistentibus vel conmeantibus reparetur. Si qui igitur ausus fuerit post hanc praeceptionum formam id officium, a quo depulsus est, usurpasse, ferro vinctus ad vindictam cura iudicum dirigatur ad sacratissimum comitatum. DAT. VI ID. IAN. RAV(ENNA) HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.

R

3 aceruitate *R* adque *R* 4/5 uel conm.] et conm. *R*[a] 7 ian.] an *R*[a]

q. 37 f. 5 | XXX. DE PALATINIS SACRARVM LARGITIONVM ET RERVM PRIVATARVM.

Iust. 12, 23.

VI, 30, 1 (379 Febr. 24).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. H(AVE) ASELLE K(ARISSIME) N(OBIS). Palatini omnes, quos consistorii nostri comites propter diversas necessitates ad provincias di[*ri*]gendos putaverint, sine ullo metu iudiciariae [*com*]motionis propter quae diriguntur impleant; conv[*e*]niendis iudicibus more sollemni. DAT. VI KAL. MART. SIRMIO AVSONIO ET OLYBRIO CONSS.

R

1/2 have aselle k. n.] *scripsi,* haselle (h *non est expuncta*) k̄ n̄ *(sic Vesme probabiliter,* pu *Gothofredus) R: mag. incertus*

VI, 30, 2 (379 Iul. 6).

IDEM AAA. PANCRATIO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Prisco iam nunc ordine revoca(to) de palatino potius officio ad gerendum principatum officii comitis domorum per Cappadociam mittantur, quales comes etiam domorum, si ⌜secus se⌝ gesserit, vereatur. Idoneos itaque singulis annis e numero mittendariorum ad hoc eligere debebis et mittere. DAT. PRID. NON. IVL. SCOPIS AVSONIO ET OLYBRIO CONSS.

[⌜inhonestum aliquid⌝ IVST.]

R (intra parentheses rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 23, 3.

1 aa. *R*

VI, 30, 3 (379 Aug. 19).

IDEM AAA. CATERVIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Primicerii scriniorum, receptoriorum etiam, per triennium iuxta instar sacrorum scriniorum administratione fungantur, ita ut nullus ambitu tempora aevi longioris usurpet. DAT. XIIII KAL. SEPT. BAVXARE AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

R

3 nul | nulus *R*[a] tempora eui *R*[a]

VI, 30, 4 (379 Dec. [?] 6).

IDEM AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nihil omnino ullis iudicibus cum palatinis nostrae clementiae, quicumque a ⌜consistorianis⌝ comitibus diriguntur, commune atque coniunctum sit, sed excepta reverentia, quae non solum ab inferioribus, sed etiam a maioribus ⌈ ⌜rectori provinciae⌝ debetur atque defer-
1 tur, suis quisque necessitatibus obsecundet. ‖ Nec
37 f. 5' temere apparitor provincialis debiti reum, | quem rationalis officium ad solutionem cogit, abducat. DAT. VIII ID. DEC. SIRMIO AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

⌜ ⌝ *om.* IVST.

IVST.

⌈ et in provincia degentibus | ⌜rectoribus provinciarum⌝

‖ *finit*

R. — IVST. 12, 23, 4.

3 sit *ante* commune *Iust.* 6 suis] sus R^a 8 *pro mense* Dec. *fortasse scr.* Feb., *quo tempore Gratianus Sirmii fuit; etiam Hesperius ante eum mensem praefecturam videtur deposuisse.*

VI, 30, 5 (383 Oct. 11).

[*IDEM*] AAA. NEBRIDIO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Quidam post inpletum ordinem militiae palatinae, quam gesserant, honoremque transactum ad exceptorum scrinia transire nituntur. Hac igitur lege sancimus, ut nulli prorsus dehinc ista audendi relinquatur occasio, sed unusquisque eius scrinii, quod primum militando delegit, ordinem persequatur nec in alterius loco finem militiae requirat, qui iam proprii ordinis transegerit principatum. DAT. V ID. OCT. CONST(ANTINO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

R. — IVST. 12, 23, 5.

3 reliquatur *R* 4 elegit *Iust.*

VI, 30, 6 (384 Oct. 26).

[*IDEM*] AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ab officiis palatinorum excellentia tua sciat ita penitus recedendum, ut neque ipsa postmodum licitum sibi credat isdem aliquid iniungere et praeterea provinciarum rectores prohibeat quicquam ulterius tale conari. DAT. VII KAL. NOV. MED(IOLANO) POST CONS. MEROBAVDIS II ET SATVRNINI.

R. — IVST. 12, 23, 6.

1 officio *Iust.* excellentia tua] *Iust.*, excellentia R^a, excellenti tua R^b 2 paenitus *R* hisdem *R* 3 rouinciarum R^a tale] R^b *Iust.*, teli R^a 4 conss. *R* ii] secundi *R* saturnini] satnini *R.* — *Propter subscriptionem hanc alteramque 11,13,1 a. 384 conferendus est Tillemontius (Theodos. I not. 19); in hac mensis videtur corruptus esse collatis inscriptionibus praefectorum praetorio Praetextati (6, 5, 2) et Attici (13, 1, 12)*

VI, 30, 7 (384 Iun. 10).

IDEM AAA. TRIFOLIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Scriniis omnibus largitionum comitatensium infra scribtas decernimus dignitates, ut his contenti ambiendi sibi aditum interclusum esse cognoscant, etiamsi speciale beneficium emendicato suffragio quisquam valuerit impetrare. Annonas etiam iuxta definitum dignitatum modum volumus postulari nec amplius quicquam praesumi.

1 BREVIS. Quas dignitates per singula scrinia officium sacrarum largitionum habere ⌜statutum est⌝. | ⌜statuimus hic est⌝ IVST.

Scrinium exceptores perf. ord. p̃. ñ. I. ducenarii n. II.

q. 37 f. 6 Scrin. tabulariorum perf. ord̃. III. centenarii ñ. II. perfectiss̃. ord̃. III. | n. I. perfectiss. cum consulares ñ. II. epis[*tu*]larii n. II. ducenarius ñ. I. ducenarius n. I.** forma prim. ñ. III. centenarius ñ. I. centenarii ñ. II. form. sec. ñ. II. epistulares ñ. I[*II*] epistulari ñ. III. form. III. ñ. II. forma I. ñ. III. forma prim̃. n. VI.

Scrinia cañ. form̃. sec̃. ñ. III.

Mittendarii form. sec̃. ñ. V. perfectiss̃. sãl. ñ. III. ducenarii ñ. II. formae tertiae ñ. III. centenarii ñ. **. centenarii n. VI.

Scriniarii numeror. epistu[*la*]res ñ. III. epistular. n. XII. perf. õrd. secundi ñ. I. formam prim. ñ. IIII. form̃. prim. ñ. X** form. sec. ñ. IIII. form̃. sec̃. ñ. XLII. DAT. IIII ID. IVN. HERACLIAE RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

R. — Iust. 12, 23, 7 *(dedi ad editionem Kruegerianam interposita varia lectione librorum duorum Vaticani Palatini 767 = V et Berolinensis Lat. fol. 18 = B, qui reliquis non sunt inferiores; nam mirum in modum (observes variam lectionem cap. 7 fin. in B) codices consentiunt in laterculo hoc quamquam recentissimi omnes, modo a compendiis abstrahamus. Scilicet archetypi* perf(ectissimus) *factus est in parte priore (c. 1—8) plerumque (non semper)* perfectus, *in parte posteriore (c. 11—17) per libros omnes constanter* per formam; *archetypi quod fuit* ord(inis) *non raro fit* ordo, *aliquoties videtur absorptum esse a praecedente formula* per formam; p(rimi), s(ecundi), t(ertii) *vocabula in archetypis non numeris repraesentata, sed litteris primis passim perierunt;* i *numerus et* id est *formula per primam litteram significata passim permutantur; denique terminationes omnes librarii ad arbitrium inmutarunt, exempli causa pro* cent. *ponentes modo* centenarius *modo* centenarii. *Hanc compendiorum diversitatem ego suppressi).*

---

4 ualuerit] *Iust.*, uoluerit *R* 6 officium] *R Iust. (IX)*, officiorum *Iust. (K)*

Laterculus in archetypo scriptus per ordines plures iam pessime perturbatos etsi certo restitui nequit, aliquatenus tamen priora, si sumimus continuam scripturam finivisse ante scrinium tabulariorum, *ita poterit redintegrari:*

scrin. tabulariorum	perf. ord. III	centenarii n. II
perfectiss. ord. III n. I	perfectiss. cumconsulares (?) n. II	epistularii n. II
ducenarius n. I	ducenarius n. I	form. prim. n. III
centenarius n. I	centenarii n. II	form. sec. n. II
epistulares n. I[*II*]	epistularii n. III	form. III n. II
forma I n. III	form. prim. n. VI	scrinium canonum
form. sec. n. III		

2 Scrinii exceptorum
perf. ord. secundi (*scr.* primi *secundum Theodosianum*) n. I
id est primicerius omnis scholae
perf., id est (perf. id V, perfectissimus unusquisque B) primicerius exceptorum n. I
ducenarii II
id est (idem B) tertiocerius et quartocerius (unus *ins.* B)
centenarius I
id est (id est *om.* B) primicerius instrumentorum
epistulares n. II
formae primae n. XXXVI (xxxui et B, xxui V)
formae secundae n. IIII
formae tertiae n. III

3 Scrinii numerorum
perf. ord. tertii n. I (numero id est V)
ducenarius n. I (d. n. i *om.* B)
centenarii n. II
epistulares n. II
formae primae n. III
formae secundae n. I
formae tertiae n. II

4 Scrinii (sacri scrinii *Paris. 4537*) tabulariorum
perf. ord. tertii n. I
ducenarius n. I
centenarius n. I
epistularis n. I
formae primae n. III
formae secundae n. V

5 Scrinii canonum
perf. ord. tertii n. I
ducenarius n. I
centenarius n. I
epistulares n. II
formae primae n. IIII
formae secundae n. IIII

6 Scrinii mittendariorum
ducenarius n. I
centenarii n. V
epistulares n. VIIII
formae (*bis* V) primae n. VII
formae secundae n. XXXIII

7 Scrinii auri (*om.* B) massae
perf. ord. tertii n. I (iii B)
id est (unus B, id est *om.* V) primicerius sacrae massae
perf. n. I
id est (id est *om.* VB) secundocerius
ducenarii n. II
id est (unus B) tertiocerius et quartocerius
centenarii n. VI (*sic* VB, iiii *Krueger*)
epistulares n. IIII (iiii uel iii [*sic*] B)

8 Aurifices specierum
perf. n. I
ducenarii n. III (ducenarii iiii n. i V, ducenarii *rel. om.* B)
centenarii (*om.* B) n. VI
epistulares n. VIII
formae primae (*om.* B) n. XVIII
formae secundae n. IIII

9 Aurifices solidorum
ducenarius n. I. (n. I. *om.* B)
centenarii (*om.* B) n. VII
epistulares n. (i *ins.* V) VI
formae primae n. VIIII (uiii B)
formae secundae n. XXX

10 Sculptores et ceteri artifices (aurifices B)
centenarius (rius *ins.* B) n. I (*om.* B)
epistulares n. V
formae primae n. VI
formae secundae n. XVIII (xix B)

11 Scrinii (auri *ins. edd.*) ad responsum
perf. ord. . . . (per formam primam B, per formam secundam V) n. I
perf. ord. . . . (per formam secundam B, per formam V) n. II
ducenarius n. I (*sic* VB, iii *Krueger*)
centenarii n. II (n. ii *om.* B)
epistulares (*om.* B) n. III
formae primae n. IIII (*sic* VB, iii *Kr.*)
formae secundae n. (i scrinii *ins.* B) II
formae tertiae n. I

12 Scrinii ad miliarensia (*sic fere edd.*, ad militem V, ad limitem B)
perf. (*om.* B) n. I
ducenarius n. I (duc. n. i *bis* B)
formae primae n. I
formae secundae n. II (n. i *om.* B)
formae tertiae (f. tert. *om.* B) n. III

13 Scrinii sacrae vestis (*sic scripserim;* scriniarii uestis V, scrinii uestis B)
perf. ord. . . . (ordinis tertii VB) n. I
perf. (formam B) secundi ord. n. I
ducenarius n. I
centenarius n. I
epistulares n. II
formae primae n. VII
formae secundae n. X
formae tertiae n. IIII (iii B)

14 Officialium sacrarum vestium
ducenarii n. III (*sic* VB, ii *Kr.*)
centenarii n. II (iii V)
epistulares n. II
formae (*ante* II *praecedens* B) primae n. VII
formae secundae n. X
formae tertiae n. VIIII

15 Deputati (deputatis B) sacrae vestis
perf. secundi ordinis n. II
ducenarii (*ins.* numero i epistulares B) n. II (duc. n. ii *om.* V)
centenarii n. II (cent. n. ii *om.* V)
epistulares n. II (ep. n. ii *om.* B)
formae primae n. III

16 Scrinii ab argento
perf. ord. . . . n. I
centenarius n. I
epistularis n. I
formae primae n. IIII (ui B)
formae secundae n. III
formae tertiae n. I (iiii B)

17 Ad pecunias
perf. ordinis . . . (per formam ordinis B, per formam dedictis V) n. I
formae primae n. II (f. p. n. ii *om.* B)
formae (*om.* B[1]) secundae n. II
formae tertiae V numero (f. t. u n. *om.* V)

18 Argentarii comitatenses
ducenarius n. I (n. i *om.* B)
centenarii (*om.* B) n. II
epistulares n. III (*sic* VB, ii *Kr.*)
formae primae n. VIII
formae secundae n. XXV (xxx V)

19 Barbaricarii
centenarius n. I
epistulares n. II (epistulares n. unus epistulares n. u B)
formae primae n. VIII
formae secundae n. I

VI, 30, 8 (385 Mart. 12).

IDEM AAA. TRIFOLIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Placuit iusta et omnibus mittenda(riis) palatini officii profutura suggestio, qua insinuasti, ut ex isdem annui singuli ex ducenariis, terni ex centenariis habito provisionis intuitu cingulo liberentur. DAT. IIII ID. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO A. I ET BAVTONE V. C. CONSVLIBVS.

R (expletur ex gem. et Iust.). — GEMINA 6, 30, 9. — IVST. 12, 23, 8.

2 palatini] *R Iust.(Pb)*, et palatinis *Iust. (rel.)* | centuriis *R* quam *Iust.* hisdem *R* 3 centenariis] *Iust.*, |

VI, 30, 9 (385 Mart. 12).

IDEM AAA. TRIFOLIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). De mittendariis palatinis annui singuli ex ducenariis, terni ex centenariis habito provisionis intuitu cingulo liberentur et prioribus decedentibus locus sequentibus detur. DAT. IIII ID. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARC(ADIO) A. I ET BAVTONE CONSS.

R. — GEMINA 6, 30, 8.

VI, 30, 10 (385 Aug. 31).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis iudicum palatino vel profligationem debitorum putaverit esse mandandam vel eius inpertiendum litigatori auxilium in lite privata, tam ipse quam eius officium per singulos, quibus vetita curanda
q. 37 f. 6' conmiserit, quinas auri lib(ras) fisci viribus inferre | cogatur. DAT. PRID. KAL. SEPT. AQVIL(EIA) ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.

R

5 i] ii *R*

VI, 30, 11 (386 Mai. 7).

[*IDEM*] AAA. PROCVLO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Olim statuimus, ut ultra definitas dignitates nullus nec annonas nec streuas perciperet. Sed quia plerosque de diversis palatinis officiis sub occasione indepti honoris strenas et vestes ceteraque sollemnia ultra statutum numerum percepisse cognovimus, et id quod ex superfluo praebitum est exigi facias et deinceps ultra statutas dignitates nihil praeberi permittas. DAT. NON. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI), ACC. A VALERIO C(OMITE) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM) HONORIO NOB. P. ET EVODIO CONSS.

R

5 dignitate *R*a

VI, 30, 12 (390 Ian. 15).

[*IM*]PPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. SEVERO COM(ITI) ET CASTRENSI. Nullus eorum, qui palatinis intra aulam obsequiis deputandi sunt, ad aliquod munus debet admitti, nisi cui adnotatio nostra sortiendae talis militiae copiam patefecerit. DAT. XVIII KAL. FEB. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

R

1 seueriano *R*a 3 debet tadmitti *R* 4 neotherio *R*

,30, 13 (395 Nov. 28).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HOSIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Officium, quod sublimitatis tuae iussionibus obsecundat, eas tantummodo teneat dignitates, quas divae recordationis Valentis constitutio conprehendit. Nihil ultra nec peti convenit nec sperari. DAT. IIII KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

R

1 osio *R* 3 conpraehendit *R*

30, 14 (396 Ian. 18).

IDEM AA. MARTINIANO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Officiorum palatinorum scriniorumque primicerii biennio transacto discedant nec ulterius in eadem militia conmorentur. Eos sane, qui ante hoc statutum in locis memoratis inventi sunt, ad metas triennii concedimus pervenire. DAT. XV KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R. — GEMINA (?) 6, 26, 6.

1 offorum *R* 2/3 comorentur *R*ᵃ 4 xui k. *iuncta* 7, 6, 4

,30, 15 (399 . . .).

IDEM AA. CONSTANTIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). His abiectis de officio pala-
37 f. 7 tino, qui inconsiderate ac vulgo sunt congregati, statutos | ducentos viginti quattuor, supernumerarios sesce[*n*]tos decem electissimos inhaerere praecipimus et [*iux*]ta instructionem eminentiae tuae, quae adnex[*a*] est, singulis scriniis vel rectoribus definitum
1 numerum supernumerariorum deputari. Si quis sane ad memoratam militiam accedere voluerit, di[*scus*]sa generis fide tunc demum adnotatione nostri [*nu*]minis palatinorum coetui societur. DAT. XIII KAL. . . . . CONST(ANTINO)P(OLI) THEODORO V. C. CONS.

R

1 constano *R* 2 inconsideratae *R* congratati *R*ᵃ 3 inherere *R* praecepimus *R* 6 di[scus]sa (disc[us]sa *Vesme,* ostensa *Cuiacius*) | *R* 7 coetui] *sic R* k. . . .] k. ia[n] *visum est Vesmio in R* conss. *R*

VI, 30, 16 (399 Dec. 22).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Salutari definitione censui[*mus*] DXL et VI de off(ici)o com(itis) sacrarum largitionu[*m*], trecentos privatarum, qui tamen nullis su[*nt*] corporibus obligati; reliquos suis officiis et ordini[*bus*] esse reddendos singulis, tamen ita matriculis reti[*nen*]dos, ut patriae provincia pariter conscribatur, iudicibus admonendis de numero statuto, ut ceteri ad sua officia retrahantur nec posthac sub specie militiae intra provinciam possit delitiscere qui sibi nec indultum commeatum nec publicam necessitatem docuerit esse mandatam. Curialem suum municipes vindicent, collegiatum proprium corpus adstringat, nec iudicem suum apparitor quondam desertor evadat. Sibi quisque, iure tamen, obnoxium exsequatur, adiutoribus quoque, qui matriculas tractant, supplicium deportationis cum amissione facultatum subeuntibus, si quemquam ultra numerum praestitutum siverint militare. DAT. XI KAL. IAN. MED(IOLANO) THEODORO V. C. CONS.

R

1 messale *R*ᵃ 2 de] *scr.* detineri 3 sint *Cuiacius* 4 ut] unt *R*ᵃ 8 proproum *R*ᵃ | 11/12 uc css. *R*

VI, 30, 17 (399 Dec. 23).

IDEM AA. LONGINIANO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Serenitas nostra salubri sanctione disposuit, ut quingenti quadraginta sex, qui tamen nullis sunt corporibus obli-
q. 37 f. 7′ gati, palatini ..... sint, supernumerarii | [*au*]tem, ex quibus in decedentium locum quos ratio invenerit singuli subrogentur, ad originem tractis desertoribus: sciente adiutore officii palatini, si qui supra statutum numerum vel coniventia vel neglegentia eius inrepserit, avaritiam eius proscribtione omnium facultatum ac deportatione plectendam. Reliquos autem, qui superflui fuerint, provinciis sine dilatione datis auctoritatibus restitue. DAT. X KAL. IAN. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

R

1 longiniano] *Gothofredus, quoniam idem vir redit a. 406 praef. praetorio,* longiano *R* 2 quadaginta *R*[a] quid *R*[a] 3 *talia videntur excidisse:* palatini [a te retineantur, reliqui item palatini] sint, supernumerarii autem 5 cohibentia *R* 7 restitue] *scripsi,* restituantur *R* 8 css. *R*

VI, 30, 18 (405 Aug. 12).

[*IDEM*] AA. NESTORIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Non aliter quilibet in officio sacrarum ⸢ privatarum cingulum militiae sibi sumendum existimet, nisi nostrae mansuetudinis adnotationem meruerit. DAT. PRID. ID. AVG. ANCYRAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

| ⸢ largitionum vel IVST.

R. — IVST. 12, 23, 9.

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A.

VI, 30, 19 (408 Ian. 17).

[*IDEM*] AA. ET THEOD(OSIVS) A. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Domninum ex primiceriis sacrarum largitionum speciali beneficio ex vicariis ad similitudinem proximorum sacrorum scriniorum esse praecipimus. Ceteros primicerios scriniorum et qui post illum primicerii totius erunt officii palatini, ex consularibus inter allectos esse decernimus. DAT. XVI KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) BASSO ET PHILIPPO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

R

1 p̄p̄o] *immo* p̄ ū, *nisi fallit annus* 3 praecepimus *R* 5 carissimis *R*[a]

VI, 30, 20 (413 Iun. 7).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Palatinos, qui sacrarum remunerationum rationem tractantes ⌜inculpatim⌝ ad calcem terminumque militiae pervenerint, nec non etiam adiutorem et primicerios diversorum officiorum praecepimus ea habere privilegia, quae nuper agentum in rebus scholae a nostra sunt mansuetudine contributa, scilicet ut a tironum praebitione memorati reddantur exortes ceteraque onera non agnoscant, ‖ quae antea, cum nihil de hac re statuissemus, ad dignitatis dispendium sustinebant. DAT. VII ID. IVN. RA(VENNA) POST CONS.
q. 37 f. 8 | HON(ORII) VIIII ET THEOD(OSII) V AA.

IVST. ⌜inculpanter⌝ ‖ *fin.*

R. — IVST. 12, 23, 10.

2 ratione *R* 3 peruenerint] *R Iust. (Cui.),* peruenientes *Iust. (reliqui)* 3/4 nec non etiam adiutorem et primicerios d. o. praecepimus (ea *om. Iust.*) habere priuilegia quae] *Iust. (cum Graecis qui privilegium referunt et ad eos qui rationes recte tractarint et ad adiutorem comitis s. l. et ad magistrianos ex principe),* praecepimus ea h. priuilegia adi. et prim. d. o. quae (*om.* nec non etiam) *R* 4 primicerius *R* 5 sholae *R*[a] 7 de hac restituissemus *R* 8 sustinebant] *Cuiacius,* sustinebunt *R* css *R*

30, 21 (416 Iun. 29).

IDEM AA. ANYSIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM) ET TAVRO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Ad similitudinem sa(nc)tionis, quam de proximis sacrorum promulg(avi)mus scriniorum, etiam in officio sacrarum lar(gi)tionum atque privatarum pro biennio annum su(b) perpetua observatione praecipimus custodiri. ‖ In venerabili natali perennitatis meae Theodosi[*i e*]xemplo proximorum annus suscipiat exordi[*um*] promotionis, ‖ ⌈et privilegia, quae huiusmodi offic(iis) vel ⸢primicerio⸣ sacris legibus deferuntur, integra (in)libataque serventur. DAT. III KAL. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. VII ET PAL[*LADIO CONSS.*].

IVST.
‖ *finit*
‖ *redit* | ⌈ita ut ⸢primiceriis⸣ •

R (litteris rectis expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 23, 11.

1 anyso *R*ᵃ 5 in *ut vid. R* [e]xemplum *R*

30, 22 (419 Mai. 4).

IDEM AA. ANYSIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Cessantibus cunctis, quae super bienn[*io*] de actu mittendariorum olim statuta sunt, ad sim[*ili*]tudinem exceptorum eiusdem militiae conpleto an[*no*] recedere eos subituris eundem locum sequentib[*us*] praecipimus, illis, qui nunc agunt, biennii actum, ex qu[*o*] coeperunt, conplentibus. DAT. IIII NON. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) MONAXIO ET PLINTA CONSS.

R

I, 30, 23 (422 Apr. 29).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quattuor mittendarios, qui per annos singulos ex officio palatino exire sollemniter consuerunt, beneficiis, quibus tuo culmini visum fuerit, ex his videlicet, quae suae iurisdictionis esse nec aliis ex consuetudine caelitus deputata cognoverit, tua sublimitas prosequatur: etiam in posterum hac consuetudine permansura, ut circumventione damnata prolixa stipendia sive debita solacia consequantur. DAT. III KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO XIII ET THEOD(OSIO) X AA. [*CONSS.*].

R

2 singolus *R* 5 siue] sine *R*

II, 30, 24 (425 Nov. 17).

IMP. THEODOSIVS A. ET VAL(ENTINI)ANVS C. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). Nostrae moderationis arbitrio praestitutum est, ut privatiani privilegia largitionalis officii per-
.37 f. 8ʹ petuo consequantur, | hoc est ut tam primicerius officii privatarum quam alii quattuor reliquorum primicerii scriniorum eiusdem contemplatione militiae ex consularibus inter allectos esse mereantur et tam in hac alma urbe quam [*in p*]rovinciis honore potiantur, cum inl(ustres) viri memora[*ta*]rum comites dignitatum ita simili iugiter infularum [*sp*]lendore decorentur, ut non culmine distinguantur aequali, sed tempore. DAT. XV KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO C. CONSS.

R

1 hierierio pp *R* 2 prestitutum *R* 5 et tam] *Cuiacius*, etiam *R* 6 iugeter *R*ᵃ | 7 distinguantur] *Gothofredus*, discingantur *R*

XXXI. DE STRATORIBVS.

Iust. 12, 24.

VI, 31, 1 (365? 368? 370? 373? Iun. 19).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD ZOSIMVM PRAESIDEM NOVAE EPIRI. Per omnes provincias edictum generale misimus, ut ab stratoribus unus tantum solidus probae nomine posceretur et in offerendis equis certam formam staturam aetatem provinciales nostri custodiendam esse ˹cognoscerent˺. Quos etiam fisco certo solidorum modo obnoxios fecimus, si, quod stratores petere ˹numquam metuunt˺, illi dare stratoribus non timerent. Officium quoque gravitatis tuae centum argenti libras multabitur, si sciens praedictam rem gestam fuisse non ilico eam severitati iudiciariae prodidisset. DAT. XIII KAL. IVL. APOLLONIAE VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST.
˹cognoscant˺
˹interdictum est˺

R. — IVST. 12, 24, 1.

2 generalem *R* abstractoribus *R*, stratoribus (*om.* ab) *Iust.* probae] *R cum Iust. (Graec.)*, proprie *Iust. (Lat. meliores)* 3 equis] *Iust.*, quis *R* 4 esse] ese R^a 5 obnoxius *R* 6 statoribus *R* 7 si] *Iust.*, *om. R* 8 prodidisset] *Iust.*, prodidisse *R* 9 dat.] *immo* pp.

q. 38 f. 1

XXXII. DE CASTRENSIANIS.

castrinsianis *R.* — *Iust.* 12, 25 de c. et ministerianis

VI, 32, 1 (416 Febr. 8).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. NARSI VIRO S[*P*]ECT(ABILI) COM(ITI) ET CASTRENSI S(ACRI) P(ALATII). In officio spectabilitatis tu(ae se)cundum formam divalium responsorum post comple(tum) tempus praefinitum, id est biennium, prioribus de(ceden)tibus insequentes ad locum pro merito laborum st(ipen)diorumque succedant. Nec ulla licentia tribuatur (his), qui inpletum deposuerint officium, denuo ad eandem militiam vel sollicitudinem remeandi. DAT. VI ID. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. VII ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 25, 1.

1 theodiosius R^a s. p.] r̄ p̄ *R*, sacri palatii *Iust.(O)*

VI, 32, 2 (422 Ian. 12).

IDEM AA. SCHOLASTICO VIRO SPECTAB(ILI) COM(ITI) ET CASTRENSI SA[*CRI*] PALATII. Nonnulli divinis impetratis apicibus prim[*ae*] vel secundae formae sacri ministerii supernum[*e*]rarii ordinati sunt, quibus interpositis et locum qui vacaverit occupantibus statuti secundae vel tertiae formae de superioribus gradibus excluduntur. Ideoque decernimus, ut, qui in prima vel secunda forma divino beneficio supernumerarii repperiuntur, statuti quin etiam secundae vel tertiae formae, alternis vicibus, hoc est per vicissitudines, promoveantur, ut nunc unus ex isto, nunc alter ex illo ordine ad superiorem statutorum locum, si vacaverit, progrediatur. De cetero observando, ut, || si quis primae vel secundae vel tertiae formae specialiter inter statutos gradum caelitus valuerit impetrare, supernumerarius ultimus formae tertiae in matriculis habeatur. DAT. PRID. ID. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS.

|| *inc.* IVST.

R. — IVST. 12, 25, 2.

2 minesterii R^a 3 statuti] *Cuiacius*, statutis *R* 6 uicissitudinis *R* 9 supernumerarius] *Iust. (K)*, supernumerarios *R*, supernumerariis *Iust.(OI)* 10 formae] *Iust. (OI)*, forfae *R*, forte *Iust.(K)*

8 f. 1'

|[X]XXIII. DE DECANIS.

Iust. 12. 26.

33, 1 (416 Nov. 4).

[*IMP*]P. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. HELIONI COM(ITI) ET MAGISTRO' OFF(ICI)ORVM. Quattuor, qui ex corpore decanorum ad primum militiae gradum pervenerint, biennii spa(t)io primiceriatus gerant officium, neque ulterius cuiquam hoc loco liceat immorari, ut omni gratia et ambitione cessante post duorum annorum curricula succedant prioribus subsequentes. DAT. PRID. NON. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO V̄. C̄. CONSS.

R. — IVST. 12, 26, 1.

3 spa|*i*io *R* primiceratus *R* 4 cassante *R*ᵃ

XXXIIII. DE MENSORIBVS.

Iust. 12, 27.

34, 1 (405 Iul. 23).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. AEMILIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Primicerius mensorum ˹ad instar scriniorum˺ biennio expleto agentis in rebus ultimi militiam sortiatur. DAT. X KAL. AVG. ANCYRAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS. | ˹ ˺ *om.* IVST.

R. — IVST. 12, 27, 1.

2 criniorum *R*ᵃ agentes *R* 3 antemio *R*

XXXV. DE PRIVILEGIIS EORVM, QVI IN SACRO PALATIO MILITARVNT.

militant *Iust.* — *Iust.* 12, 28.

VI, 35, 1 (314 Oct. 29).

IMP. CONSTANTINVS A. PALATINIS BENE MERITIS SVIS SALVTEM. A palatinis tam his, qui obsequiis nostris inculpata officia praebuerunt, quam illis, qui in scriniis nostris, id est
† 38 f. 2 memoriae epistularum libel|lorumque, versati sunt, procul universas cal(um)nias sive nominationes iubemus esse summotas, idque beneficium ad filios eorum atque nepote(s) ipso ordine sanguinis pervenire atque inmunes eos a cunctis muneribus sordidis et personalibu(s) permauere cum universis mobilibus et manci(pi)is urbanis, neque iniurias eis ab aliquibus inferri, it(a) ut, qui haec contempserit, indiscreta dignitate poenas debitas exigatur. DAT. IIII KAL. NOV. TREVIRIS VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 28, 1.

1 tam] *Iust.*, tam in *R* 5 ueruenire *R* inmunis *(ut vid.) R* 6 unuersis *R*ᵃ 8 triueris *R* | *At eo die Constantinus non fuit Treviris.*

VI, 35, 2 (315 [319] Iul. 27).

IDEM A. AD PROCVLVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Si ex memorialibus vel [*ex*] palatinis nostris aliquis ad agendas curas re[*i*] publicae vel alterius officii fuerit destinatus, m[*i*]-

---

1 merorialibus *R* 2 publice *R*

nime ab eo repraesentatio postuletur equoru[m]. Qui autem in palatio obsequia non praebuerun[t], sed ex alio hominum genere sunt, equos sollemnes pro huiusmodi actu repraesentent. DAT. VI KAL. AVG. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO CONSS.

R

2 equo sollemnes *R* 3 constantino a. u et licinio c̄ *ad 1, 12, 2. 15, 3, 1 emendavit Gotho- | fredus*

VI, 35, 3 (319 [immo 352] Apr. 27).

IDEM A. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. De cubiculis nostris vacatione donatos vel diversis obsequiis palatinis ˹aut scriniis memoriae epistularum libellorumque vel officio largitionum comitatensium singularumve urbium, sed et officio admissionum ad legum nostrarum privilegia volumus pertinere˺, ut nec ipsi nec filii nec nepotes eorum ad ˹curiam vel˺ honores vel munera municipalia devocentur. || Meritoque his iungimus largitionales urbium singularum, ne privilegio separentur quos dignitas propemodum similis copulavit, memorati namque palatinorum matriculis adtinentur, quique sub
q. 38 f. 2' cas|trensi militant. || Quibus omnibus condonamus, ne exactorum vel turmariorum, quos capitularios vocant, curam subeant vel obsequium temonariorum vel ˹prototypiae˺. Nam beneficiis nostris ita digni sunt, ut || etiamsi quis ad diversas administrationes post obsequia palatina pervenerit, isdem debeat uti privilegiis, quoniam || maior dignitas nulli debet ˹ praeiudicium fa-
1 cere. || Nemo igitur ex filiis praedictorum vel servis castrensi peculio conquisitis professionibus censualibus inseratur vel numero adcrescentium locove deficientium subrogetur, si non fuerit in-
2 nexus voluminibus || ˹censualibus. Personalibus etiam et corporalibus muneribus liberentur˺, sive adhuc ˹in palatio˺ observant, sive op-
3 tata quiete donati sunt. Quibus omnibus privilegiis coniungimus agentes in rebus, licet ˹meritis˺ militaribus videantur esse subnixi. DAT. V KAL. MAI. SIRMIO CONSTANTINO A. V. ET LICINIO C. CONSS.

IVST. 12, 28, 2
˹memoriales etiam, qui in scriniis memoriae epistularum libellorum sacrarumque dispositionum referuntur, nec non et si qui in utroque officio palatinorum comitatensium singularumve urbium et officio admissionum et castrensis sacri palatii militant, privilegia volumus habere˺.

˹curiam vel˺ *om.*

|| *finit*

|| *redit*

˹pentaprotiae aut etiam tironis praestationem agnoscant˺ | || *finit*

|| IVST. 12, 1, 3
˹circa prioris dignitatis seu militiae privilegia | || *finit*

IVST. 12, 28, 2 *redit:*
|| ˹etiam censualibus vel personalibus vel corporalibus muneribus liberentur et habeant castrense peculium˺ | ˹palatium˺

˹meritis˺ *om.*

R. — IVST. 12, 1, 3. 12, 28, 2.

5 largionum *R* 9 munera] *Iust.*, onera munera *R* 15/16 capitularius *R* 20 hisdem *R* 21 nulli] *Iust.*, nulla *R* 23 cumquisitis *R* 25 locoue] *Gothofredus*, loco uel *R* | 27 corpolibus *R* 28 obseruant] *Iust.*, obseruent *R* quibus] bus *R*ᵃ 32 *de subscriptione vide ad 2, 9, 1*

VI, 35, 4 (321 Mart. 15).

IDEM A. AD IVLIVM VERVM VIC(AR)VM ITALIAE. Palatinis nostris, qui ob spectatum laborem otio donati sunt, sub obtentu pensitationum, quae repraesentari consuerunt, tole-

1 uirum *R* 2 sunt] *Cuiacius. om. R* otentu *R*ᵃ

rantia munerum sordidorum atque indigni oneris quorundam temeritate inponitur. Quod facinus licet graviore poena plectendum est, tamen ita volumus emendari, ut gravitas tua ex officio rationum aeris speciem postulet et in tabulas ei formatae legis huius apices inprimat, ut, si quid tale sustineant, ad eas inlico quasi ad praesentia remedia perfugiant atque ab intentato onere liberentur. P(RO)P(OSITA) ID. MART. CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

R

2 plectemdum *R* 3 ei formatae] efformatae *Gothofredus; fortasse* eius formae 4 quid] *scr.* qui quid 5 abque *R*

VI, 35, 5 (328 Iul. . . .).

.38 f.3 IDEM A. AD VNIVERSOS PALATINOS. Ab his, qui post inpleta officia | fidelis obsequii administrationes publicas me[*ru*]erunt, concessa quidam conantur privilegia de[*tor*]quere nec intellegunt fastigiis promotionum [*in*] sublime provectos ab inmunitate legitima exire minime oportere. Ideoque praecipimus, ut palatini [*nos*]tri expleto munere fidelis obsequii, cum ad dign[*i*]tatum cumulos elati fuerint, nihil de concessis p[*rivi*]legiis perdant, sed incrementis dignitatum utilis [*au*]geatur immunitas. De qua re ad praefectos praeto[*rio*] et ad praefectum urbis scribta direximus. DAT. *** NON. IVL. YSCO IANVARINO ET IVSTO CONSS.

R

1 offici *R*ᵃ obsequi *R*ᵃ 2 dere[lin]quere *Vesme* 3 exire (exui *priores male*) *R* 4 praecipimus] *Gothofredus*, praecepimus *R* 7 dat. iii non. *Cuiacius* yscoi *R; intellege* Oesco

VI, 35, 6 (364 Sept. 19).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. H(AVE), ARTEMI, K(ARISSIME) NOB(IS). M[*ira*]ti admodum sumus te non consideratis privi[*le*]giis palatinorum quosdam ex eorum nume[*ro*] susceptoribus velle coniungere, cum id minime legis nostrae sententia conprehendat. ET CETERA. DAT. XIII KAL. OCT. AQVILEIA DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

1 *corrector Lucaniae et Bruttiorum (cf. 8, 3, 1)* 1/2 admodo *R* 3 conpraehendat (-da *R*ᵃ) *R*

VI, 35, 7 (367 Nov. 18).

IDEM AA. AD PRAETEXTATVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Omnes, qui intra consistorii secreta veneranda notariorum funguntur officio quique in scriniis militant quique inter agentes in rebus plenum vigiliarum munus exercent, admissionales etiam et qui sub castrensi officio sive comitatensibus sive privatis largitionibus obsecundant, cum pro merito probitatis et fidei accessu istius fuerint splendoris ornati constetque eos tunc temporis honoratos, cum a palatinis mitterentur obsequiis, a primis quibusque gradibus usque ad perfectissimatus ordinem, tametsi prosecutoriarum adiumenta non habeant, praerogativa concessi honoris utantur. Comitibus autem, quorum iam celsior locus est, et tribunis ita
.38 f.3' demum pro|sit allectio, si sacra ad urbanae officium praefecturae scribta pertulerint, quibus eorum vita laudetur. Haec peculiariter Romae serventur, ut habito loci honorisque delectu, habito etiam virium fortunarumque discrimine, et laboribus singulorum congrua praemia rependantur et hi ad impetratam adlectionem pertineant, quos post gloriosum laborem exhauriri senatoriis sumptibus non oportet. DAT. XIIII KAL. DEC. TREVIRIS, ACC. IIII ID. DEC. LVPICINO ET IOVINO CONSS.

R

2 quibque in *R*ᵃ 3 castensi *R*ᵃ 4 officio]
officio sunt 4/5 probatis *R* 7 prose-
m *R*ᵃ 10 habitu *R* 11 delictu
*R*ᵃ 12 rependantur] *Cuiacius*, rependatur *R*
13 exauriri *R* trineris *R*

VI, 35, 8 (369 Aug. 30).

[*IDEM*] AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Circa palatinos nostros quies inlibata permaneat, quo intellegant cuncti nec officia inpunitum habere nec iudices, si inquietentur hi, quibus post documenta fidelis obsequii sub nostris acta conspectibus plena est inpertienda tranquillitas. DAT. III KAL. SEPT. BRISIACI VAL(ENTINI)ANO NOBILISSIMO PVERO ET VICTORE CONSS.

R

1 *debuit addi* Gratianus 2 *scr.* quo permaneat nec officia] *Gothofredus*, ne officia *R* | 3 ducumenta *R*

VI, 35, 9 (380 Febr. 15).

IMPPP. GRA(TI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD ARBORIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Omnes, qui e palatio sacro vel privilegiis ambiuntur vel provinciali administratione donati sunt, nullis volumus conventionibus fatigari. Quisquis igitur agentem in rebus aliumve palatina dignitate subfultum, qui vel post administratam provinciam honorati auctoritate fulcitur vel testimonii nostri adsertione confidit frequenter super dignitate sua, interpellatione pulsaverit, quinque librarum auri inlatione tenebitur. DAT. XV KAL. MART. TREVIRIS GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

R

5 aucturitate *R* ad | adsertione *R* frequenter] *scr.* reuerenter 7 triberim *R*, triberini *Cuiacius*

VI, 35, 10 (380 [?] Iun. 27).

IDEM AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Rectores provinciarum inlicitum esse cognoscant quemquam, qui e palatio gloriosa administratione perfunctus seu vacatione
q. 38 f. 4 donatus | sit, ulli necessitati extra ordinem subiugandum praeterquam semel ad professionem proprii hon[*o*]ris, non modo ulla conventione cogendum, verum levi saltem conmonitione pulsandum. Quod si quis iudex hoc praeceptum temerare contenderit, ei[*us*] officium, penes quod culpam neglectae iussion[*is*] haerere manifestum est, quinque librarum auri [*con*]demnatione multandum est. DAT. V KAL. IVL. AQVIL[*EIA*] GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

R

4 hon[o]ris *(sic recte ut videtur Vesmius,* laboris [*reiecto* muneris] *Cuiacius in margine et in ed.) R* uerum] *R*, uerum etiam *Cuiacius* 4/5 comonitione R^a 6 paenes *R* 7/8 *subscriptio dubia (vide ad 6, 28, 2)*

VI, 35, 11 (381 Febr. 3).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ab omnibus ex aula nostra decede(n)tes viri iniunctis habeantur inmunes; numerar(io)rum fastus vel rapaces quaestus tamquam ex(pe)rientes et idonei non patiantur || nec post emeritam [*mis*]sionem ad ministeria senes debiles seu vacante[*s*] oblitterata laboris exacti consideratione revoce[*n*]tur. DAT. III NON. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) EVCHERIO ET SYAGRIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS. || *fin.* IVST.

R (intra parentheses expressa litteris rectis explentur ex Iust.). — IVST. 12, 28, 3.

1 ab omnibus *post* 2 uiri *Iust.* 3 non patiantur] *Iust.*, potiantur (*om.* non) *R* [mis]sionem *(sic ego cum Cuiacio,* iu*sionem *Vesme) R* 4 obliterata *R*

VI, 35, 12 (383 Mart. 5).

IDEM AAA. AD CYNEGIVM C(OMITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quoscumque palatinae militiae officiis deputatos per decem annorum spatia quisquam ad ordinem sibi debitum

repetere cessaverit, postea super petitione personae agere nihil poterit. DAT. III NON. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

R

VI, 35, 13 (386 Iul. 6).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD PINIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Omnes, qui in palatio militando diversis actibus paruerunt, ⸢secundum legem domini germani nostri⸣ in tantum eius dignitatis, cuius meruerint missionem, optinere norint insignia, ut his omnibus praeferantur in ordine atque consessu, qui posteriore tempore regen-

f. 38 f. 4' das provincias dignitatesque susceperint | palatinas. ⸢Hoc autem generale decretum si quisquam⸣ temeraria usurpatione violare ⸢ temptaverit, sacrilegii ⸢reus legibus censeatur⸣. DAT. PRID. NON. IVL. MED(IOLANO), ACC. IIII KAL. SEPT. HONORIO N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

IVST.
⸢ ⸣ *om.*
⸢si quis autem⸣
⸢ statuta | ⸢poenam sustineat⸣

R. — IVST. 12, 28, 4.

5 nouerint *Iust.* 11 euuodio *R*

VI, 35, 14 (423 Mai. 18).

[*IMP*]P. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. AD ASCLEPIODOTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui [i]ntra nostra scrinia vel agentum in rebus vel palatinorum tam comitis largitionum quam comitis privatarum, vel ad apparitionis amplissimae praefecturae praetorianae sacramenta se devoverit et quindecennii transcurso curriculo nulla fuerit a collegis conventione pulsatus, adsumpti cinguli honore laetetur nec emensa militia relictae originis

1 invidia quatiatur. In cohortalinorum autem militia praedicta tempora propaganda censemus, non quod maiores in ipsis rei publicae vires sint quam in curialibus constitutae, sed quod non isdem privilegiis inferioris sortis homines debeant honorari. Ideoque decernimus, ut, si in ea militia, ad quam transire conati sunt, viginti quinque annos sine ulla fortunae suae conventione peregerint et in officiis sine inquietudine et intermissione permanserint, quibus se quamvis inlicite sociarunt, ipsi quoque securi sint et a prioris

2 condicionis macula liberentur. Liberos autem curialium vel cohortalium quandoque susceptos, sive ante praerogativam et tempora expressa praesumptae militiae sive post decursa stipendia, originalem sequi condicionem oportet, quoniam satis est parentibus

3 eorum vacationem a nostra clementia pro remuneratione fuisse concessam. Haec autem

q. 38 f. 5 lex non ad illos pertinet, qui vel curiis vel suis officiis per sententias | iudicum traditi sunt, quos quidem propriam ne[*ces*]se est, cui addicti sunt, fortunam amplecti, sed ad eos, de quorum condicione in iudiciis quaestio vertitur, ut datam formam cognitores observent. DAT. XV KAL. IVN. CONS(TANTINO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO [*CONSS.*].

R. — GEMINA 12, 1, 184 (12 liberos ... 15 concessam).

1 ad asclepiodotum] asclepiodoto *gem.* 3 ad *addidi*, *om. R* 4 transcursu *R* 5 adsupti *R* emessa *R* 7 in *om.* R^a uires] *Cuiacius*, uiris *R* 8 hisdem *R* 9/10 sine ulla] *Gothofredus*, singula *R* 10 officii sine R^b, officii sene R^a 11 inlicitae *R* priores R^a 12 autem *om. gem.* cohortalium] cohortalinorum *gem.* 13 expraessa *R* 17 fortunam] quo fortunon *(sic) R* 18 *fortasse* uertetur 19 xvii kal. mai. *gem.*

[*XXXVI. DE CASTRENSI OMNIVM PALATINORVM PECVLIO.*]

sic Iust. 12, 30, *om. R*

VI, 36, 1 [35, 15] (320 [326] Mai. 23).

IMP. CONSTANTINVS A. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Omnes pala(ti)nos, quos edicti nostri iam dudum certa privileg(ia) superfundunt, rem, si quam, dum in palatio nost(ro) morantur, vel parsimonia propria quaesiv(e)rint vel donis nostris fuerint consecuti, ut ca(stren)se peculium habere praecipimus. Quid enim tam (ex) castris est, quam quod nobis consciis ac prope (sub) conspectibus nostris adquiritur? Sed nec alieni su(nt) a pulvere et labore castrorum, qui signa nostra comitantur, qui praesto sunt semper actibus, quos intentos eruditis studiis itinerum prolixitas et expeditionum difficultas exercet. Ideoque palatini nostri, qui privilegiis edicti uti potuerint, peculia sua praecipua retineant, quae, dum in palatio constituti sunt, aut labore, ut dictum est, proprio aut dignatione nostra quaesiverint. P(RO)P(OSITA) X KAL. IVN. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 30, 1.

2 certa] *Iust.*, certe *R* 3 uel pars.] *Iust.* *(OI^b) coniectura*, uel si pars. *R Iust. (KI^a)* quaesierint *Iust. (X)*, quaesierunt *Iust. (KOI)* | 8 potuerunt *Iust.* 10 quaesierint *Iust.* *scribendum esse* Constantino A. VII et Constantio C. (326) *ostendit laterculus praefectorum*

q. 38 f. 5'

|XXXVII. DE EQVESTRI DIGNITATE.

xxui R. — *Iust.* 12, 31.

VI, 37 [36], 1 (364 Oct. [?] 31).

(IMP)P. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Equites Romani, quos secundi gradus in urbe omnium optinere volumus dignitatem, ex indigenis Romanis et civibus eligantur, vel his peregrinis, quos corporatis non oportet adnecti. Et quia vacuos huiusmodi viros esse privilegiis non oportet, corporalium eos iniuriarum et prosecutionum formido non vexet, ab indictionibus quoque, quae senatorium ordinem manent, habebuntur immunes. DAT. PRID. KAL. NOV. PHILIPPOPOLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

IVST.
Equites Romanos secundum gradum post clarissimatus dignitatem obtinere iubemus *fin.*

R. — IVST. 12, 31, 1.

3/4 indignis *R* 4 elegantur *R* 7 ordinum *R* 8 *eo tempore Valentinianus non fuit* | *Philippopoli*

XXXVIII. DE PERFECTISSIMATVS DIGNITATE.

xxxuiii *R recte.* — *Iust.* 12, 32.

VI, 38 [37], 1 (313—337 . . .).

IMP. CONSTANTINVS A. AD PATERNVM VALERIANVM. Codicillis perfectissimatus fruantur qui impetraverint, si abhorreant a condicione servili vel fisco aut curiae obnoxii non sint vel si pistores non fuerint, vel non in aliquo ⌈ . . .

(q. 38 f. 6 *deficit*) . . . .

IVST.
⌈ negotio constiterint nec sibi honorem venali suffragio emerint nec rem alicuius administraverint.

R. — IVST. 12, 32, 1.

1 Paternum Valerianum] *mag. incertus* 4 si *delendum*

LIBER SEPTIMVS.

q. 38 f. 7

|I [= BREV. I]. DE RE MILITARI.

Iust. 12, 35.

VII, 1, 1 [= BREV. VII, 1, 1] (323 Apr. 28).

IMP. CONSTANTINVS Ā ET C̄. Si quis barbaris scelerata fa(c)tione facultatem depraedationis in Romano(s) dederit vel si quis alio modo factam diviserit, (vi)vus amburatur. DAT. IIII KAL. MAI. SEVERO ET RVFIN(O CONSS).

INTERPRETATIO. Si quis cum quibuslibet hostibus praedas egerit aut praedam cum praedonibus diviserit, incendio concremetur.

R (expletur ex brev. et Iust.) BREV. *(HNBGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 12, 35, 9.

1 ā et c̄] *brev. (plerique,* ā et ceteri *S) cum coniuncta 7, 12, 1,* ā *RO*, aelio p̄p̄ *Iust. (O), quod pariter atque* aeliano *alterius fragmenti 7, 12, 1 ortum esse videtur ex* etc. quis] *brev. Iust.*, qui *R* barbaris] *RC Iust.*, barbarus *PMLS*, cum barbaris *HNBGOE* factione] satisfactione *S* facultatum *G* 1/2 depraedationis] *RH (confirmat Violet) OEC Iust.*, depraeditionis *N*, depraedationi *GPMLS*, depraedationem *B* 2 deferit *N* aliquo *O* facta *N Pith.*, factam *Pith.* (*ex* 2) diuiserit] diuiser *H*[a] uiuus *om. G*[a] amburatur] *RNBOCPM*, aburatur *Iust. (X)*, comburatur *H (confirmat Violet) GELS Iust. (KOI)* 3 dat. iiii (u *BG*) k. mai. seuero et rufino *libri (subscr. om. O)* 4 cuiuslibet *H* 5 diserit *H*[a]

VII, 1, 2 (349 [?] Mai. 27).

IMP. CONSTANTIVS A. AD SILVANVM COM(ITEM) ET MAGISTR[*VM*] EQVITVM ET PEDITVM. Si quis miles per commeatu[*m*] dimissus fuerit a tribuno vel praeposito aut inconsulto eodem ab obsequio militari signisque discesserit, per singulos milites tribuni et praepositi quina pondo auri fisco inferant. DAT. VI KAL. IVN. SIRMIO LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

R

1 constantinus *R* comitem et magistrum equitum et peditum (magistrum militum *in iuncta* 8, 7, 3; *requiri videtur* mag. equitum)] *videtur intellegi dux Silvanus ante proelium Mursense a Magnentio transgressus ad Constantium* (*Ammianus 15, 5, 33:* ob tempestivam cum armaturis proditionem) *propterea ab hoc magister peditum factus* (*Victor Caes. 42, 15:* a Magnentio ad Constantium transgressu pedestre ad magisterium adulescentior pervenerat [*cod.* meruerat]); *utrum in anno erratum sit an honor male anticipatus, decidi non potest.* 3 discessirit *R*

VII, 1, 3 (349 Mai. 30).

IDEM A. AD TITIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quicumque militum ex nostra au[c]toritate familias suas ad se venire meruerint, non amplius quam coniugia liberos, servos etiam de peculio castrensi emptos neque adscriptos censibus ad eosdem excellentia tua dirigi faciat. DAT. III KAL. IVN. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

R. — IVST. 12, 35, 10.

3 castrens *R*[a]

VII, 1, 4 (350 Iun. 27).

IDEM A. AD CRETIONEM V(IRUM) C(LARISSIMUM) COM(ITEM). Quamvis omni tempore opera dari debuerit, ne sacramentis militaribus spretis otio traderentur qui nec stipendiorum numero nec contraria corporis valetudine quiete perfrui debent, tamen prudentiae tuae prosecutione admissa, quae apud nos verbis facta est, praecipimus, ut, qui ante stipendia emensa vel integra corporis valetudine otio mancipati sunt, restituantur pristinis numeris. DAT. V KAL. IVL. SERGIO ET NIGRINIANO CONSS.

R

1 Cretionem] *comitem per Africam teste Ammiano 21, 7, 4* 2 spretis otio] *scripsi,* separatio *R*, separati otio *Cuiacius* 4 prosecutione] *fortasse scr.* propositione quae] *Cuiacius,* qui *R* praecepimus *R* 5 uel *delendum*

VII, 1, 5 (364 Apr. 29).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. Eorum liberos, qui armis inhaeserunt, ad usum q. 38 f. 7' bellicum et castra revocantes | [ei]s quoque eorum stipendiorum copiam deferemus, qui alterius gradus militia salutarem maxime rei publicae operam persecuntur. Quod si quosdam aut inbecillitas valitudinis aut habitudo corporis [a]ut mediocritas proceritatis ab armatae militiae con[d]icione submoverit, eos iubemus in officiis ceteris militare. Nam si post definitam a nobis aetatem ignobile otium adamaverint, curiis obnoxii erunt sine controversia pro virium qualitate, ita ut ii, quos debilitas fortuita aut morbus et corporis valitudo confecta ita enervaverit, ut ad usum castrorum militiaeque idonei esse non possint, vacationem perpetuam depulsis curialium munerum sollicitudinibus consequantur. ET CETERA. DAT. III K. MAI. HADRIANOP(OLI) DIVO IOVIANO AT VARRONIANO CONSS.

R

1 inheserunt *R* 3 militia] *scripsi,* militiae *R* maximae *R* 4 procertatis R^b, procrtatis R^a 5 *videntur haec transponenda esse sic:* eos iubemus in officiis ceteris militare pro virium qualitate, ita ut ii . . . consequantur; nam si post definitam a nobis aetatem ignobile otium adamaverint, curiis obnoxii erunt sine controversia. 7 hii *R* 8 enarrauerit R^1 9 possunt R^a

VII, 1, 6 (? 368? 370? 373? Apr. 23).

IDEM AA. MAVRIS SITIFENSIBVS. Si quis armatae sacramenta militiae inpigro quinquennii labore pertulerit, avo licet ac patre sit decurione progenitus, ab omni nexu 1 curiali personam dumtaxat propriam vindicaverit. Diversis autem officiis servientes quinque et viginti annis in militia decursis pari securitate donamus. ET CETERA. DAT. VIIII K. MAI. TREVERIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R

1 sacramentae *R* inpegro *R* 3 uendicauerit *R: scr.* uindicabit 5 treuerim *R*

VII, 1, 7 (365 Mai. 31).

IDEM AA. IOVIO MAGISTRO EQVITVM ET PEDITVM. Plures de diversis numeris ante impleta stipendia ad indebitos honores suffragiorum ambitione perveniunt. Sive igitur eos purpuram adorasse constabit sive excepisse aliquas dignitates, eo quem ceperint honore solvantur, ita ut, qui ceteros in labore positos festina cupiditate transierint, nec testi- q. 38 f. 8 monium quidem emeriti laboris accipiant. Quod si aliquibus fortasse rationibus ad|tinen-

1 *immo* iouino mag. equitum (*om.* et ped.) 2 perueniant R^1 3 ceperint] *Cuiacius,* coeperint *R* 4 transsierint *R*

tur impliciti, ad eos numeros, de quibus [*per am*]bitionem exierant, revertantur. DAT. PRID. KAL. IVN. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R

II, 1, 8 (365 Sept. 24).

IDEM AA. AD EQVITIVM COM(ITEM) ET MAG(ISTRVM) MIL(ITVM). Omnibus omnino veteranis auctoritas tua denuntiet, quod, si quis filium suum armorum honore condignum non propria voluntate militiae, quam ipse sudarit, ob[*tu*]lerit, nostrae sit legis laqueis inplicandus. DAT. VIII KAL. OCT. HERACLEAE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R

4 uiiij *R*. *Annum determinat lex quae sequitur a. 367*

II, 1, 9 (367 Ian. 29).

IDEM AA. AD IOVINVM MAG(ISTRVM) EQVITVM. Tam duces quam etiam comites et quibus Rheni est mandata custodia since[*ri*]tas tua protinus admonebit, ut neque regalibus neque legatis sua milites iumenta subpeditent. Etenim c[*um*] propriis animalibus eo usque veniendum est, ubi obsequium cursuale succedit. Sane sollicitudinem conpetentem auctoritas tua iubebit adhiberi, ut eorum pecoribus, ubi conlocaverint mansionem, alimenta non desint. DAT. IIII KAL. FEB. REMIS LVPICINO ET IOVINO CONSS.

R

1 com̄ *R* 5 mansionum *R*

VII, 1, 10 (367 Febr. 14).

IDEM AA. AD IOVINVM MAG(ISTRVM) MIL(ITVM). Plerique milites secum homines condicionis ingenuae propinquitate simulata vel condicione lixarum frequenter abducunt: ideoque, ut numerosissima pube crescat exercitus, moneantur, ut ipsi sponte huiuscemodi homines, quos penes se esse meminerint, tribunis suis sive praepositis offerant ad tuum officium dirigendos, aut sciant se non absque devotionis nota et morsu honoris alieni commilitonibus esse postponendos. Etenim his, qui occultatores perfidos publicaverint, pro praemio huius indicii gradus unus addetur, hi vero ad inferiorem ordinem revolven-
q. 38 f. 8' tur, qui castris idoneos | [*iu*]venes studio inertis obsequii putaverint occulendos. DAT. XVI KAL. MART. REMIS LVPICINO ET IOVINO CONSS.

R

2 condiciones *R* 4 penenes *R*ª 7 raemio *R*ª hii *R* 8 [iu]uenis *R*

VII, 1, 11 (372 Apr. 24).

[*I*]DEM AA. AD SEVERVM MAG(ISTRVM) MIL(ITVM). Ii, qui inter adcrescentes matriculis adtinentur, tamdiu alimoniam a parentibus sumant, quoad gerendis armis idonei fuerint aestimati, ita ut cesset super eorum nomine praebitio fiscalis annonae. DAT. VIII KAL. MAI. TREVIR(IS) MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

R

1 *addi debuit* Gratianus hii *R* adcresentes *R*ª 2 quodad *R* 4 triuer *R* arintho *R*ª

VII, 1, 12 (384 Apr. 10).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Tribuni vel milites nullam evagandi per possessiones habeant facultatem; cum

signis propriis in mansionibus solitis ac publicis maneant: aut si quis tam necessaria scita contempserit, de eo ac tribuno eius ad nostram scientiam rectorum ac defensorum relationibus protinus ˹deferatur˺ ⌈. DAT. IIII ID. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

> IVST.
> ˹referatur˺
> ⌈ quatenus severissime in eos animadvertatur

R. — IVST. 12, 35, 11.

1 aut] ut *B*[1] *(?)* 4 ricomere et clearco *R*

VII, 1, 13 (391 Mai. 27).

IDEM AAA. RICHOMERI COM(ITI) ET MAGISTRO VTRIVSQVE MIL(ITIAE). Cum supra virentes fluminum ripas omnis legionum multitudo consistit, id provida auctoritate decernimus, ut nullus omnino inmundo fimo sordidatis fluentis commune poculum polluat neve abluendo equorum sudore deproperus publicos oculos nudatus incestet ˹atque ita et turbido potum caeno misceat et confundat aspectum˺, sed procul a cunctorum obtutibus in inferioribus partibus fluviorum ⌈, id est infra tentoria vagos natatus animalium, prouti libitum videtur, exerceat. Sublimis igitur m(agnificentia) t(ua) id sollicitudinis studio et admonitionis praecepto faciet custodiri, ut unusquisque tribunus agnoscat gravi se subdendum esse supplicio, in cuius parte neglectum probabitur quod agnoscit imperatum. DAT. VI KAL. IVN. VINCENTIAE TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

> IVST.
> ˹atque . . . aspectum˺ *om.*
> ⌈ hoc ipsum faciat *fin.*

R. — IVST. 12, 35, 12.

2 id] idque *Iust. (K)*, ideo *Iust. (X)* 4 deproperus] deproperiis *Iust. (K)*, deproperans *Iust. (OI*[b]*)* nudatos *R* 7 uagos] *Gothofredus*, uagus *R* 8 prout *Cuiacius* 10 tribunos *R* 11 quod] *Cuiacius*, quam *R*

VII, 1, 14 (394 Apr. 29).

q. 39 f. 1 IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. THEODOTO MAGISTRO | OFFICIORVM. Quicumque infantes vel pueri mili[*tare*] coeperunt, sterni eos inter ultimos iussimus, [*ita*] ut ex eo tempore, ex quo parere coeperint, locum sibi incipiant vindicare, ut laborum suffragiis [*in*]crementa militiae consequantur. DAT. III KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO III ET HONORIO II AA. CONSS.

R

4 mai.] *sic ut videtur R,* mart. *Cuiacius*

VII, 1, 15 (396 Febr. 18).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. REMISTHEO DVCI ARMENIAE. Si quis posthac militem in privato obsequio (re)pertus fuerit retinere, quinque libras auri multae (no)mine feriatur. DAT. XII KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

> IVST.
> Ii autem, qui in pr. obs. militem retinere fuerint reperti, quinque libris a. m. n. feriantur.

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 35, 13.

4 libris *edd.*

VII, 1, 16 (398 Ian. 28).

IDEM AA. THEOFILO VIC(ARIO) ASIAE. Si quos ⌈ milites per prov(in)cias relictis propriis numeris passim vagari ˹cogn(o)veris˺, correptos ˹facias˺ custodiri, donec de his cleme(n)tiae

> IVST.
> ⌈ autem
> ˹praesides earum cognoverint˺
> ˹faciant˺

nostrae auribus intimetur et quid fieri oportea(t) decernamus; || ita ut, si quis miles in provincia sine suo numero repertus fuerit ac post elapsus esse nuntiabitur, facultatum suarum, periculo totius officii, condemnatione gravissime vindicetur. DAT. V KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

IVST.: || *fin.*

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 35, 13.

2 milis R^1

II, 1, 17 (398 Febr. 1).

IDEM AA. ROMVLIANO P(RAEFECTO) V(RBI). ˹Si qui˺ miles ex his, qui praesentes divino obsequio nostrae clementiae deputati sunt et qui in hac esse urbe praesente comitatu concessi sunt quive de aliis numeris vel legionibus sunt, ˹repertus fuerit vel sibi vacans vel alieno obsequio contentus, nobis ilico nuntietur, ita ut conscii, qui talium praesentiam non praebuerint, viginti libras auri sciant esse se multandos˺.
1 Sin vero quisquam missus a numero vel a tribuno ad comitatum serenitatis nostrae pervenerit, ⌈ilico se viris inl(ustri)bus comitibus ⌈⌈offerre
. 39 f. 1' festinet et causas | (p)rofectionis exponat, ut et responsum caeleste me(re)atur et citam remeandi accipiat facultatem. DAT. KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

IVST.
˹Nemo˺
˹repertus ... multandos˺] vel sibi vacet vel aliena obsequia sine nutu principali peragere audeat: qui autem in huiusmodi facinore fuerint convicti, militia exuti poenas consentaneas luere compellantur *(sequitur 7, 1, 15 ubi vide)*
⌈ aliter enim eos hoc facere vetamus
⌈⌈ sub quorum regimine constituti sunt

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 35, 13.

9 esse se] esse *R* 12 ueris *R* 13 professionis *Iust.* 14/15 caeleste mereatur et c. r. accipiat (-piant *R*) facultatem] R^2 *Iust.*, caelestem *(rel. om.)* R^1

VII, 1, 18 (400 Mart. 19).

[*IDEM*] AA. STILICHONI MAG(ISTRO) MIL(ITVM). Contra publicam utilitatem nolumus a numeris ˹ad alios numeros milites nos(t)ros transferri. Sciant igitur comites vel duces, quibus regendae militiae cura commissa est, non solum de comitatensibus ac palatinis numeris ad alios numeros ˹militem˺ transferri non licere, sed ne de ipsis quidem pseudocomitatensibus legionibus seu de ripariensibus castricianis ceterisque cuiquam eorum transferendi militem copiam adtributam, ⌈ quia honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque convenit devenire. Quod si qui contra fecerint, per ˹singulos milites singulas auri libras a se noverint exigendas. DAT. XIIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

IVST.
˹milites˺
⌈ nisi hoc augusta maiestas publicae utilitatis gratia fieri iusserit

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 35, 14.

3 de *om. Iust.* 5/6 de ipsis quidem pseudocomitatensibus] *Cuiacius*, ipsis quidem seu de comitatensibus *R Iust.* 6 de ripari|ensibus] *R*, de castris riparensibus *Iust.* castricianis] *R*, castrianis *Iust.* (I^a), castrensianis *Iust.* (KOI^b) 11 exegendas *R* stilicone R^a 12 auriliano *R*

II. QVID PROBARE DEBEANT AD QVAMCVMQVE MILITIAM VENIENTES.

quid] qui R^a

VII, 2, 1 (383 Iul. 19).

q. 39 f. 2 IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. POSTVMIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quotiescumque se aliquis militiae cre|diderit offerendum, statim de natalibus ipsius ac de omni vitae condicione examen habeatur, ita ut domum genus non dissimulet et parentes. Nec tamen huic ipsi rei nisi honestissimorum hominum testimonio adstipulante credatur: ita enim fiet, ut et curias nemo declinet et ad militiam nullus adspiret, nisi quem penitus liberum aut genere aut vitae condicione inquisitio tam cauta deprehenderit. DAT. XIIII KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

R

2 aliqui *R* 6 paenitus *R* 6/7 depraehenderit *R* 7 et *bis R*

VII, 2, 2 (385 Iul. 10).

IDEM AAA. AD NEOTERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quisquis cinguli sacramenta desiderat, in ea urbe, qua natus est vel in qua domicilium conlocat, primitus acta conficiat et se ostendat non patre, non avo esse municipe penitusque ab ordinis necessitatibus alienum, sciturus se in perpetuum revocandum nec temporis nec militiae praerogativa, si ita non gesserit, defendendum. Ordines etiam urbium noverint, si cuiquam praestitisse se gratiam doceantur ac non vera actis promendo per mendacium quemquam abire permiserint, se periculo subiacere. DAT. VI ID. IVL. MED(IOLANO) ARC(ADIO) A. I ET BAVTONE CONSS.

R

1 neotherium *R* 2 ea] eab *R* conlocauit *Seeck* 5 si ita non gesserit defendendum] *fortasse scr.* defendendum, si ita non erit | praestitisse se] *scripsi (similiter Gothofredus)*, praestitisse *R* 6 ambire *Fornerius*

q. 39 f. 2'

|III. QVIS IN GRADV PRAEFERATVR.

VII, 3, 1 (393 Febr. 12).

IMPPP. THEODOSIVS, ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In omnibus, qui militiae nomen dederunt, ratio est habenda meritorum, ut is potissimum potiorem adipiscatur gradum, qui meruerit de labore suffragium, nec quaeratur, quis militarit primus, sed quis manserit in studio apparitionis adsiduus. DAT. PRID. ID. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO V̄. C̄. CONSS.

R

2 est] et *R* his R^a 4 militarit] *Cuiacius*, militare *R*

VII, 3, 2 (409 Sept. 22).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum alios in altiores militiae gradus iugis observatio, nonnullos in eadem militiae statione caeleste pervexisset oraculum ac tempore provehendae dignitatis exoreretur contentio, quisnam

1 alios] *Cuiacius*, aliis *R* 3 peruexisset] *R*, prouexisset *Gothofredus*

prior incederet quisve subsequeretur, cum uterque pari eiusdem gradus niteretur auspicio, non inmerito placuit, ut, quotiens codicillis vel sacris affatibus ullus ex alio ad alium gradum cum isdem stipendiis emigrarit, triennio ei postponatur, quem sors militiae in eum progressum duxerit. DAT. X KAL. OCT. HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS.

R

3 hisdem *R*

39 f. 3 |IIII. DE EROGATIONE MILITARIS ANNONAE.

Iust. 12, 37.

II, 4, 1 (325 Oct. 19).

IMP. CONSTANTINVS A. HAVE FELIX K(ARISSIME) N(O)B(IS). Tribunos sive praepositos, qui milites nostros curant, annonas per dies singulos scribtionis indicio sibi debitas in horreis derelinquere non oportet, ut procuratores seu susceptores vel praepositi pagorum et horreorum eam conparent: hinc enim fit, ut a provincialibus non annonas, sed pecunias postulent memorati ipsis etiam speciebus remanentibus vitiatis adque corruptis. Constituimus igitu[*r*] derelictae annonae fisco conpendium vindicari, su[*b*]scribendario et optione gladio feriendis, quoniam fieri non potest, ut vel provinciales iterata conlatione graventur vel militibus corruptae species dividantur detrectantibus memoratis ad diem sumere annonas suae congruas dignitati. In qua culpa si quis fuerit adprehensus, nec personae merito nec honoris fastigio defendendus est. DAT. XIIII KAL. NOV. AQVIS PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

R

1 habe *R* felix] *fortasse* p̄p̄o 4 eas *Gothofredus* 5 remanentibus] *Gothofredus*, remanent *R* 6 igitu[r] *R*, ideoque *Cuiacius* uendicari *R* su.|scribendarios *R* 7 fieri] ferri *Beck* 8 detrectantibus] *Cuiacius*, detrectationibus *R* 9 adpraehensus *R*

VII, 4, 2 (355 Apr. 6).

IMP. CONSTANTIVS A. AD TAVRVM. Cum militibus per Africam constitutis laridum vel recens forsitan caro deinceps erogabitur, ungulas orisque tantummodo summitatem praecidi amputarique praecipimus, ne porcina integra separetur, sed erogationi proficiat annonariae. DAT. VIII ID. APRIL. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

R

1 ad taurum] *scilicet praefectum praetorio* 2 forsitam *R*

II, 4, 3 (357 Dec. 18).

IDEM A. ET IVLIANVS CAES. AD TAVRVM. Comes militaris rei per Africam constitutus contra vetitum species annonarias de conditis arbitrio suo dicitur usurpasse. Hoc de cetero citra vicarii arbitrium fieri non potest, si vicarius comitis scribtione conventus
39 f. 3' didicerit, qui | numerus annonarum et quibus debet erogari, atque id fieri oportere censuerit. DAT. XV KAL. IAN. SIRMIO CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO C. CONSS.

R

1 ad taurum] *scilicet praefectum praetorio* 2 annonae|rias *R*[a] 2/3 hoc de cetero citra uicarii (uicari *R*) arbitrium] *malim* citra uic. arbitrium: hoc de cetero 5 caes.] *scr.* Caes. II

VII, 4, 4 (358 [360/1] Dec. 29).

[*ID(EM) A.*] HELPIDIO. Cum in expeditione milites degant, biduo expeditionalem annonam, tertio die panem consequantur ac vinum. DAT. IIII KAL. IAN. DORIDAE DATIANO ET CEREALE CONSS.

R

1 Helpidio] *scilicet* $\overline{ppo}$ degunt *Gothofredus* 3 cerale *R* *Locus ignotus est; de die vide ad 1, 7, 1*

VII, 4, 5 (359 [360/1?] Mart. 14).

IDEM A. HELPIDIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Expeditionalem annonam ex horreis milites viginti dierum debent suscipere, ut eam transvehant propriis in expeditione necessitatibus profuturam. DAT. PRID. ID. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

R

2 transueant *R* 3 esebio *R*[a] *Locus ostendit constitutionem aut a. 360 esse aut a. 361; de die vide ad 1, 7, 1.*

VII, 4, 6 (360 Mai. 17).

IDEM A. ET IVLIANVS CAES(AR) HELPIDIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Repetita consuetudo monstravit expeditionis tempore buccellatum ac panem, vinum quoque atque acetum, sed et laridum, carnem verbecinam etiam, milites nostros ita solere percipere: biduo buccellatum, tertio die panem; uno die vinum, alio die acetum; uno die laridum, biduo carnem verbecinam. DAT. XVI KAL. IVN. HIERAPOLI CONSTANTIO X ET IVLIANO C. III CONSS.

R. — IVST. 12, 37, 1.

2 monstrauit] *Iust.*, monstrabit *R* atque] *R Iust. (X)*, et *Iust. (KOI)* 3 lardum *Iust.* ueruecinam etiam *Iust. (X)*, et uerbecinam etiam *R*, etiam ueru. *Iust. (KO)*, etiam ueru. et *Iust. (I)* 4 uno die uinum] uno dei uinum *R* lardum *Iust.* 5 berbecinam *R* constantino *R*[a] consulibus *R* *De die vide ad 1, 7, 1*

VII, 4, 7 (362 [?] Ian. 6).

IMP. IVLIANVS A. SALLVSTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Milites ad vicensimum lapidem capitum petere iussimus. DAT. VIII ID. IAN. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

R. — GEMINA (?) 7, 4, 9, *quam vide.*

VII, 4, 8 (362 Aug. [?] 1).

IDEM A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Militibus ad kalendas Augustas capitatio denegetur, ex kalendis Augustis praebeatur. DAT. KAL. AVG. NICOMEDIAE MAMERTINO ET NEVITTA $\overline{VV}$. $\overline{CC}$. CONSS.

R

2 kal. aug. nicomediae] *adiit hoc anno Iulianus Nicomediam (Ammianus 22, 9, 3), sed inter Mai. 12 et Iul. 28.*

, 4, 9 (364 [?] Sept. 27).

IMP. IOVIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. E vicensimo non amplius lapide milites sibi iubemus paleas convectare. DAT. V KAL. OCT. AEDESA IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R. — GEMINA (?) 7, 4, 7. — IVST. 12, 37, 2.

1 imp. iouianus] imp. iouinus *R*, impp. ual. et ual. *Iust.*, imp. iulianus *gem.* secundo] sallustio *gem.* e] *R*, et *Iust. (I)*, a *Iust. (O)*, ad *gem.* uicensimo non amplius lapide] vicensimum lapidem *gem.* 2 milites sibi iubemus paleas conuectare] capitum petere iussimus *gem.* dat. uiii id. ian. mamertino et neuitta cons. *gem.*

4, 10 (364 Apr. 22).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Protectores
f. 4 fori rerum venalium iuxta veteris moris | observantiam in annonarum suarum conmoda pretia consequantur. DAT. X KAL. MAI. ANTIOCHIAE DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

3 praetia *R* anthiociae *R*. — *Duae extant constitutiones ad Symmachum praefectum urbis Romae datae ex Oriente, scilicet haec a. 364 Apr. 24 et altera a. 364 Mai. 25 (8, 5, 19 + 15, 1, 11), quae cum sint antiquissimae omnium ad eum datarum et non multis diebus datae postquam Valentinianus purpuram sumpserat, credibile est emissas esse imperio, quod unum fuerat sub Iuliano et Ioviano, nondum plene inter fratres diviso.*

, 4, 11 (364 [?] Dec. 13).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Susceptor antequam diurnum pittacium authenticum ab actuariis susceperit, non eroget. Quod si absque pittacio facta fuerit erogatio, id quod expensum est damnis eius potius subputetur. In qua re officium gravitatis tuae in speculis esse debebit, non sine detrimento propri[*arum*] facultatum id futurum sciens, si neglexerit, ut praescribtae formae tenor custodiatur; nec pri[*us*] de horreis species proferantur et maxime capitationis, quam, ut dictum est, ad diem pittacia authentica fuerint prorogata. DAT. ID. DEC. TREV(IRIS) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

2 actuaris *R*[b], actaris *R*[a] pettacio *R*[a] facta] *Gothofredus, om. R* 5 si] usi *(sic) R*[a] nec] *scr.* et 6 maximae *R*[a] 7 fuerit *R* triū *R: eo anno Valentinianus non fuit Treviris*

VII, 4, 12 (364 Nov. 26 [Mai. 27]).

IDEM AA. AD VICTOREM MAG(ISTRVM) MIL(ITVM). In provinciis statione militum adfici possidentes Ursicini comitis suggestione cognovimus, a quibus superstatutorum grave atque inusitatum quoddam nomen cenaticorum fuerit introductum. Quod magnifica auctoritas tua missis conpetentibus litteris in omnibus provinciis iubebit aboleri, ut milites recordentur commoda sua, quae in annonarum perceptione adipiscuntur, extrinsecus detrimentis provincialium non esse cumulanda. DAT. VI KAL. IAN. BONAMANSIONE DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

IVST.
Cenaticorum nomine milites et eorum superstantes nihil penitus a provincialibus accipere audeant. Sciant enim milites, quod oportet eos commoda sua, quae in annonarum perceptione adipiscuntur, accipientes extrinsecus detrimentis provinciales non adficere.

R. — IVST. 12, 37, 3.

2 statione] *scripsi*, stationes *R* possipossidentes *R*, *passim* possidentes *Gothofredus* 3 a quibus superstatutorum] a quorum superstantibus *videntur legisse Iustiniani, fortasse scr.* super statutorum iussa *similiterve* 9 ui kal. ian.] *scr.* ui kal. iun. *similiterve secundum alteram ibidem datam* 14, 2, 1

VII, 4, 13 (365 Oct. 1).

IDEM AA. AD POPVLVM. Actuarii per singulos vel ut multum binos dies authentica pittacia prorogent, ut hoc modo inmissis pittaciis species capitum annonarumve ex horreis proferantur. Quod nisi fuerit | custoditum, actuarius et susceptor, sed et officium iudicantis, quod non instititerit huic iussioni, statutae obnoxium tenebitur. DAT. KAL. OCT. AQVIL(EIA) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

q. 39 f. 4'

R

2 inmissis] emissis *Gothofredus* 3 quod] quo R^a 4 iudicantes R^a statutae] *scr.* multae statutae

---

VII, 4, 14 (365 Dec. 1).

[*IDEM*] AA. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Riparienses milites mensibus novem in ipsa specie consequantur annonam, pro tribus pretia percipiant. ACC. KAL. DEC. CALCHEDONE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R

2 praetia R^a 2/3 calcedone *R*

VII, 4, 15 (369 Mai. 3).

[*IDEM*] AA. AD AVXONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Sicut fieri per omnes limites salubri prospectione praecipimus, species annonarias a vicinioribus limiti provincialibus ordinabis ad castra conferri. Et in vicinioribus castris constituti milites duas alimoniarum partes ibidem de conditis sumant nec amplius quam tertiam partem ipsi vehere cogantur. DAT. V NON. MAI. MARCIANOPOLI VALENTINIANO N. P. ET VICTORE CONSS.

R. — IVST. 12, 37, 4.

1 *debuit addi* Gratianus auxonium] cinegium *vel* emigium *Iust.* 2 praecepimus *Iust. (O) Gothofredus* 2/3 a uicinioribus limiti provincialibus] *scripsi*, ad uicinioribus limitibus provincialibus *R*, uicinioribus limitibus a provincialibus *Iust.* 3 et] *R*, sed *Iust.* in uicinioribus] *scripsi*, inuitooneris *R*, *ἐν βετωρινοις Iust. (Bas.)*, in ueteranis *Iust. (KOI)* constitutis R^a 4 parts R^a ibidem] *Cuiacius*, ibi idem *R*, itidem *Iust.* tertiam] *Iust.*, tertiam in *R*

VII, 4, 16 (370 vel 373 Apr. 8).

IMPPP. VALENTINIANVS, VALENS ET GRA(TIANVS) AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Actuarii nisi expleto triginta dierum spatio pittacia authentica confestim tradiderint, species, quas ex fiscalibus conditis dissimularint excludere vel numero, cuius ratiocinia pertractant, supersederint erogare, de propriis facultatibus vel militibus ipsis vel fiscalibus horreis adigantur inferre. DAT. VI ID. APRIL. SIRMIO VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R. — IVST. 12, 37, 5.

3 dissimulauerint *Iust.* 5 addicantur *Iust.* dat.] *scr.* pp, *nam Sirmium post a. 364 imperator non adiit. Annos 365 et 368 excludit lex a. 369 quae praecedit*

VII, 4, 17 (377 Apr. 4).

IDEM AAA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Fortissimi ac devotissimi milites, ⌜familiae quoque, sed et ceteri quibuscumque praediti

⌜familiae ... dignitatibus⌝ *om.* IVST.

1 *requiritur* imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus

dignitatibus˺ annonas et ˹capitum˺ singulis diebus aut certe conpetenti tempore, id est priusquam annus elabatur, de horreis consequantur, aut si [IVST. ˹capita˺]
9 f. 5 perceptionem suam ac si debitam studio voluerint | protelare, id, quod competenti tempore minime perceperint, fisci nostri commodis vindicetur. DAT. PRID. NON. APRIL. ANTIOCHIAE GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE V̄. C̄. CONSS.

R. — IVST. 12, 37, 6.

1 ingulis debus *R* 3 ac si] *R Iust.*, ac sibi *Gothofredus* competemnti *(sic) R*ᵃ 4 nostro | *R*ᵃ uendicetur *R* 4/5 anthiociae *R*

,4,18 (393 Iul. 29).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCADIVS AAA. ABVN[*DAN*]TIO, STILICHONI ET CETERIS COM(ITIBVS) ET MAGISTRIS VTRIVS[*QVE*] MIL(ITIAE). Ne quis pro speciebus annonariis pretia temptet exigere: vel, si contra legem datam venire temptaverit, nec illud, quod in pretio expetit, permittatur exigere nec illud, quod suo tempore accipere in speciebus neglexerit, consequatur. DAT. IIII KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO V̄. C̄. CONSS.

R

1 abun•••| dtio *R*ᵃ 3 exegere *R* 3/4 in pretio expetit . . . . nec illud quod *om. R*[1]

VII,4,19 (393 [388—392] Iul. 31).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Officiorum annonas dispositione providentissima his provinciis distributas, quae nec transvectioni publicae nec arcae possunt aliquod deferre conpendium, conprobamus. DAT. PRID. KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO V̄. C̄. CONSS.

R

3/4 *subscriptio vitiosa est, nam Tatianus praefecturam non retinuit post a. 392 Iun. 30*

VII,4,20 (393 Iul. 30).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nulli militarium pro his annonis, quae in provinciis delegantur, repudiata ad tempus specierum copia et inopiae occasione captata pretia liceat postulare, ita ut, si quis propter anni abundantiam suscipere oblata neglexerit ac postea inpositis pro necessitate rerum pretiis repudiata taxaverit, neque id, quod contra hanc legem expetit, sinatur exigere neque illud, quod accipere dissimulaverit, consequatur. DAT. III KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO V̄. C̄. CONSS.

R. — IVST. 12, 37, 7.

4 neclexerit *R* pretiis] *Iust.*, praediis *R* taxauerit] tauerit *R*ᵃ 5 illud] id *Iust.* | 6 iii (iiii *Cui. errore*) *R*

VII,4,21 (396 Apr. 17).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si a militaribus provinciales quaelibet damna pertulerint ac non ipsas species, quae in provinciis a pos-
.39 f. 5′ sessoribus congregantur, fuerint consecuti, ilico inter|pellato iudice admissum crimen ad nostram clementiam perferatur, ut admissum crimen congrue vindicetur. Sin vero tantum

2 prouincialis *R* ac] hac *R* ipsa *R* 4 admissum crimen *delendum*

nefas simili taciturnitate contexerint, praeter eam multam, quam rectores officiaque subire conveniet, etiam detrimentorum quantitas in duplum de eorum facultatibus exigetur reddenda ac restituenda his, qui dispendia talia pertulerunt. DAT. XV KAL. MAI. ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R

1 simili] *fortasse scr.* milites 3 exigetur] *Gothofredus*, exigitur *R*

VII, 4, 22 (396 Mai. 30).

IDEM AA. HILARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Neque scholae neque vexillationes comitatenses aut palatinae neque legiones ullae neque auxilia, qualeslibet ad provincias delegatorias de specierum praebitione pertulerint, audiantur, si pretia poscant ultra ea, quae generali lege divi patris senioris Valentiniani constituta sunt. Nec enim fas est, ut exigendis annonis militum nostrorum servientes nova possessoribus pro arbitrio proprio
1 indicant. Sine mentione etiam pretiorum nullam delegationem valere praecipimus. DAT. III KAL. IVN. MED(IOLANO) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R

1 scolae *R* 2 qualislibet *R* urtra *R*ᵃ 3 braebitione | quae] q(ue) *R* 5 seruientes] | *Gothofredus*, seruientis *R* arbitri *R* 6 sine mentione] *Gothofredus*, siue mentionem *R*

VII, 4, 23 (396 Iun. 16).

IDEM AA. HILARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Provincialium commodis nos convenit subvenire. Ad omnium ˹utique˺ numerorum sive vexillationum aut etiam scholarum tribunos ˹per˺ viros inl(ustres) com(ites) sublimitas tua faciat pervenire, ut meminerint faenum militibus ˹isdem˺ capitibus praestandum iuxta legem divi Valentiniani ˹de quinta decima indictione˺ nec tamen ad oppidum deferendum. DAT. XVI KAL. IVL. ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

IVST. ˹itaque˺ ˹vel˺ ˹iustis˺ ˹ ˺ *om.*

R. — IVST. 12, 37, 8.

2 nos] *Iust.*, non *R* 4 meminerit *R*ᵃ hisdem *R* 5 prestandum *R* 6/7 arcadio ā iiii *R*

VII, 4, 24 (398 Mart. 25).

q. 39 f. 6 IDEM AA. Excellentia tua erogationis per | susceptores factae modum quantitati brevium conferri perficiat, ita ut, ex quo die numeris datum sit, diligentius exploretur ac si quid amplius actuarios vel optiones accepisse constiterit, quam brevium datorum scriniis nostris veritas contin(et), memorati in duplum reddere conpellantur, susceptoribus ea summa inputanda, quam semel flagitantibus isdem erogasse monstraverint. Nam ad inlustres quoque mag(istros) utriusque mil(itiae) sacri apices cucurrerunt, quibus provida sanctione decrevimus, ut breves ante indictionis principium summa fide ac veritate confecti ad nostra scrinia dirigantur, secundum quos a susceptoribus erogatio celebretur. DAT. VIII KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO V. C. CONSS.

R. — IVST. 12, 37, 9.

1 aa.] *sequitur vacuum spatium novem fere litterarum R*, āā eidem *Iust.* (*Cui.*) quantitati] *scripsi*, quantitate *R Iust.*, cum quantitate *Seeck* 2 ex quo] *R*, quo *Iust.*, *fortasse scr.* | quid quo da|sit *R* (*plenus hoc loco*) 4 subsceptoribus *R* 5 semel] *R Iust.*, *scr.* semet hisdem *R*, eisdem *Iust.*

4, 25 (398 Mai. 23).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quoniam clementia nostra poscenti Epifanis ordini consensit, ut Novembri mense novellum vinum militi praeberetur, propterea quod veteris dispendiosa videtur erogatio, inl(ustris) auctoritoritas tua per omnes provincias cunctis numeris ac militibus a Novembri mense de novello vino annonam dari disponat. DAT. X KAL. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO V̄. C̄. CONSS.

IVST. Iubemus per omnes provincias cunctis numeris ac militibus a Novembri mense de novello vino annonam dari, quoniam veteris dispendiosa videtur erogatio.

R. — IVST. 12, 37, 10.

2 Epifanensi *Valesius* 6 nouello] *Iust.*, nouelle *R*

II, 4, 26 (401 Mart. 31).

IDEM AA. PROVINCIALIBVS PROVINCIAE PROCONSVLARIS. Opinatoribus ⌈ nullum sit cum provinciali conmercium, ita ut a iudicibus vel officio provinciali omnis summa debiti postuletur intra anni spatium conferenda. DAT. PRID. KAL. APRIL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

⌈ id est exactoribus militaris annonae IVST.

R. — IVST. 12, 37, 11.

2/3 a iudicibus] *R*, a ducibus *Iust. (KX)*, ducibus *Iust. (I)*, eductibus *Iust. (O)*

II, 4, 27 (406 Apr. 1).

IDEM AA. ET THEODOSIVS A. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullus protectorum vel
.39 f. 6' domesticorum, cui aut tuitio locorum | aut quaedam longior est commissa necessitas aut certe iudicum nostrorum praeceptis iussus obtemperat, annonas vel emolumenta percipiat, nisi circumacto anni tempore post conpletum consulatum in alterius anno consulis conmonitorium reparare curaverit. DAT. KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO A. VI ET PROBO V̄. C̄. CONSS.

R

3 iussus] iussus aut certe *R*ᵃ 4 anno] *scr.* annum

I, 4, 28 (406 Apr. 9).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. A provinciarum rectoribus caveatur, ut tam numeris quam familiis nec non et inpedimentis praeter eas annonas, quae adaerantur, id tantum in specie praebeatur, quod militis flagitarit inspectio, ne actuariorum fraudibus ulla relinquatur superpostulationis occasio, cum per praepositos pistorum et diadotas legis forma caveatur, ut nulli omnino nulla in specie praebeatur annona, nisi quem substantem adque in praesenti constitutum postulare con-
1 stiterit. Hoc quoque legis auctoritate conplexo, ut || ⌜semper⌝ dierum, per quas resistentes tribuni emolumenti gratia sollemniter stillaturae nomine consecuntur species, non aliter adaerentur, nisi ut in foro rerum venalium distrahuntur. DAT. V ID. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO A. VI ET PROBO V̄. C̄. CONSS.

|| *inc.* ⌜septem⌝ IVST.

R. — IVST. 12, 37, 12.

1 ppo] pp *(in fine versus) R* 3 praete|rea si annonas *R* aderantur *R* 5 caueatur ut] | *expectamus* cauente | 8 resistentes *post* 9 consecuntur *Iust.*

VII, 4, 29 (407 Mai. 4).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quas sub gratia donationis a militibus auferunt quam merentur annonas duces seu tribuni, iuxta nummaria defixa pretia sine ulla dubitatione percipiant. DAT. IIII NON. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO VII ET THEODOSIO II AA. CONSS.

R

1 *requiritur* impp. Arcadius Honorius et Th., *nisi fallit subscriptio* 2 quam] amplius quam *Cuiacius*

VII, 4, 30 (409 Mart. 23).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Limitanei militis et possessorum utilitate
q. 39 f. 7 conspecta per primam, secundam ac tertiam | Palaestinam huiuscemodi norma processit, ut pretiorum certa taxatione depensa specierum inte[r]mittatur exactio. Sed ducianum officium sub Versamini et Moenoeni castri nomine salutaria st[a]tuta conatur evertere. Ideoque || lege repetita cens(e)mus, ut, si quis ⌈ interclusam [|| *inc.* IVST. | ⌈ militum IVST.] specierum exactio(nem) refricare temptaverit vel adaerationes statu(tas) ausus fuerit inmutare, tam vir spectabilis dux (cen)tum librarum auri quam etiam eius officium pa(ri) condemnationis summa quatiatur, adiecta sacrilegii poena, quae divalium scitorum violatore(s) palam insequitur. DAT. X KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR[*IO*] VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS.

R (rectis litteris expressa inter parentheses explentur ex Iust.). — IVST. 12, 37, 13.

1 milites *R* 2 palestinam *R* 3 retiorum *R*ᵃ 4 uersamini] *videtur intellegi castrum Birsama Not. dign. Or. 34, 22* moenoni] *fortasse castrum* Menochiae *l. c. 34, 19* 6 adaerationis *R* 9 honor..| ā *R*

VII, 4, 31 (409 Nov. 30).

IDEM AA. AD ANTHEMIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Militaribus commodis prospicientes adaeratarum annonarum, quae familiis apud Orientem vel Aegyptum praeberi consuerunt, certa ac distincta locis et numero pretia statuimus. Verum quia in hoc et provincialium nobis habenda est cura praecipua, ne nimia festinatione poscendi conlatorum vires adteri videantur, certum constitui tempus placet, quo eadem pretia debeant praeberi poscentibus. Quapropter uniuscuiusque indictionis annonariam in pretiis rationem transacta ea sequentis indictionis mense Novembri completo praeberi praecipimus. DAT. PRID. KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS.

R

6 praetiis *R* 7 iundictionis *R*ᵃ

VII, 4, 32 (412 Aug. 17).

IDEM AA. LEONTIO VIRO INL(VSTRI) P(RAE)F(ECTO) ILLYRICI. Procuratores curiarum an-
q. 39 f. 7' nonarum et cellariensium specierum | gratia minime fatigentur, quas in dignitatibus constituti, id est rectores provinciarum et comites solent accipere. Nam cum adaerationis aestimatio prius per centum et viginti capita exactione solidi teneretur, per sexaginta recens redegit aviditas exindeque iam nutrita licentia ad tredecim tributarios non dubitavit artare, procuratore damnum, quo ipse subditus fuisset, provincialibus infligente. Ideoque per cornicularium cuiuscumque provincialis officii hanc sollicitudinem inpleri conveniet, ita ut nulla ab eodem exactionis molestia provincialibus inferatur, sed erogandas species ex horreis publicis et cellariensium nomine aurum ex titulo manifesto eidem delegatum pro erogationis qualitate suscipiat, etiam pretium his, qui adaerare voluerint,

1/2 *fortasse scr.* curiarum eorum annonarum 5 exindequae *R* tredecim] triginta *Gothofredus* 10 delegatum] *scr.* delegato

depensurus iuxta nundinationem, quae aut foro rerum venalium continetur aut amplissimae praefecturae est culmini deputata: nec enim queri poterunt, qui vel species accipient debitas dignitati vel, si auri perceptione laetentur, aequari se tanto culmini non debebunt: temerantium etiam audacia punienda officio tui culminis quinquaginta librarum auri multa continuo percellendo, si rite disposita observare neglexerit. DAT. XVI KAL. SEPT. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO VIIII ET THEODOSIO IIII AA. CONSS.

R

2 quaeri *R* 3 debetas *R* cumini *R*[a] 3/4 non debebunt] non dolebunt *Gothofredus*, | queri non debebunt *Haenel* 5 neclexerit *R*

,4,33 (414 Mart. 3).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne interiecti aequoris tractu querellae provincialium pereant, Flavianum et Caecilianum viros inll. per Africam audien-
39 f. 8 tiam | cunctis praebere decernimus. Militarem quoque annonam, quae intra Africam contubernalibus erogatur, eorum diligentia indagari praecipim[*us*], ut nihil his post eorum examen addatur. ET CETE[*RA*]. DAT. V NON. MART. RAV(ENNA) CONSTANTIO ET CONSTANTE VV. CC. CON[*SS.*].

R

1 tractu] *Beck*, tractus *R* quaerellae *R*

1,4,34 (414 Nov. 19).

IDEM AA. CONSTANTIO MAG(ISTRO) MIL(ITVM). His scholaribus, quibus laboru(m) intuitu regendos numeros dederimus, de aera(riis) annonis singulos solidos per opinatores, caballa(tio)nis quoque rationem pro administrato tempore d(e)bitam, quando militibus erogatur, sine mora praeb(eri) oportet, vel, si quis eorum antequam accipiat in fat(a) concesserit, quod ex utraque causa ei debebatur, heredibus eius restitui. DAT. XIII KAL. DEC. CONSTANTIO ET CONSTANTE VV. CC. CONSS.

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 37, 14.

1,4,35 (423 Febr. 14).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Annonas omnes, quae univ(er)sis officiis atque sacri palatii ministeriis et sacris scriniis ceterisque cunctarum adminiculis dignitatum adsolent delegari quasque ii, qui ad earum exactionem mittuntur, pro cupiditate ac libidine sua graviter ex provincialium visceribus eruebant, ad similitudinem militum, quibus aerariae praebentur annonae, adaerari praecipimus, ut omnibus superius designatis emolumenta debita in pretiis dispositio culminis tui pro publica ⌜auctoritate⌝ taxatis praecipiat erogari. DAT. XVI KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS. | ⌜utilitate⌝ IVST.

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 37, 15.

3 hii *R* 4 ac] et *Iust.* 6 praetiis *R* 7 xui] xu *leges iungendae* 8 asclepiotodo *R*

,4,36 (424 Dec. 3).

IDEM AA. PROCOPIO MAG(IS)TRO MILITIAE PER ORIENTEM. Si quando tribuni sive comites vel praepositi numerorum per provincias annonas voluerint, hoc est quas pro dignitate
9 f. 8v sua consequuntur, in aere percipere, non | aliis eas pretiis, nisi quae in foro rerum vena-

1 *requiritur* imp. Theodosius A. et Valentinianus C. 2 annas *R*[a] 3 praetiis *R*

lium habeantur, adaerandas esse cognoscant. Si alias annonas, quae non suae dignitatis erunt, sed alio modo, dum tamen licito, suis commodis adquisitas in auro sibi dari duces sive tribuni voluerint, illis pretiis contenti sint, quae in forma aerariarum annonarum universis militibus sollemni observatione [p]raebentur. Sanctionis temerator sciat se et administratione simul et dignitate spoliandum et facultatum suarum percellendum dispendio. DAT. III NON. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) VICTORE V. C. CONS.

R

5 dicnitate *R* 6 conss. *R*

V. DE EXCOCTIONE ET TRANSLATIONE ANNONARVM.

Iust. 12, 38 de exc. et transl. militarium annonarum.

VII, 5, 1 (399 Sept. 13).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. STILICHONI COMITI ET MAG(IS)TRO VTRIVSQVE MIL(ITIAE). Opinatores, quibus species in diversis provinciis delegantur, ⌜ut pretium maiore taxatione deposcant⌝, contra omnem consuetudinem nullis consistentibus familiis excoctionem panis efflagitant. Inl(ustris) igitur auctoritas tua novam usurpationem congrua auctoritate ⌜percellat⌝, ut, cum opinatores in provinciis delegantur, vetus q. 40 f. 1 consuetudo | servetur. DAT. ID. SEPT. MED(IOLANO) THEODORO V. C. CONS.

⌜ ⌝ *om.* IVST.
⌜repellat⌝ IVST.

R. — IVST. 12, 38, 1.

3 omnesm *R*[a] 4/5 inlł *R* 6 opinatores] *requiritur* opinatoribus species 8 conss. *R*

VII, 5, 2 (404 Mart. 24).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. AD HADRIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In excoctione buccellati, quod devotissimis militibus convenit praeparari, in translatione etiam annonae n(ul)lius excipiatur persona, videlicet ut ne nostra quidem domus ab his habeatur immunis. Et si qu(is)quam, quod non opinamur, inplere quae sunt pr(ae)cepta neglexerit, in procuratorem eius sever(issi)me vindicetur, ita ut, si huiusmodi contumaciae (do)minum conscium esse constiterit, quadruplum id, quod pro eius capitatione poscitur, posthabita (di)latione solvatur. DAT. VIIII KAL. APRIL. ROM(AE) HON(ORIO) A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 38, 2.

2 buccillati *R* 4 neclexerit *R* 7 aristeneto *R*

VI. DE MILITARI VESTE.

Iust. 12, 39.

VII, 6, 1 (365 Apr. 18).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Sive ex principalium sive ex honoratorum numero susceptor vestium nominetur, exceptis videlicet his, qui palatinae militiae privilegiis fulciuntur vel qui officiis ac ministeriis per-

2 principali.um *R*

functi merito stipendiorum consecuti sunt dignitates, et vir spectabilis proconsul Africae
f. 1' moneatur, ut ad excludendas fraudes uno anno, non plus, haec ne|cessitas procuretur, ita tamen ut creationis periculum a proconsulari officio non recedat. DAT. XIIII KAL. MAI. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R. — GEMINA 12, 6, 4 *(ubi vide)*.

1 dicnitates *R*

I, 6, 2 (368 Nov. 18).

[*IDEM*] AA. AVXONIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnem canonem vestium ex kalendis Sept. ad kal. April. nostris largitionibus tradi praecipimus, proposita rectori provinciae vel eius officio condemnationis, quae tuae iustitiae videbitur, poena. DAT. XIIII KAL. DEC. MARCIANOPOLI VALENTINIANO ET VALENTE CONSS.

R. — IVST. 12, 39, 1.

3 poena *ante* 2 rectori *Iust.* — *Annum 368 flagitat locus.*

II, 6, 3 (377 Aug. 9).

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. MODESTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Provinciae Thraciarum per viginti iuga seu capita conferant vestem: Scythia et Moesia in triginta iugis seu capitibus interim annua solutione dependant: per Aegyptum et Orientis partes in triginta terrenis iugis, per Asianam vero et Ponticam dioecesim ad eundem numerum in capitibus seu iugis annua vestis collatio dependatur, ita ut per Orientem provinciae in titulo auri conparaticii, quod per iugationem redditur, conpensationis gratia perfruantur exceptis Osroene et Isauria; nam easdem constat aurum conparaticium minime redhibere. DAT. V ID. AVG. HIERAPOLI GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE V. C. CONSS.

R. — IVST. 12, 39, 2.

1 impp. R^1 2 trachiarum *R* scytia R^b, scyta R^a moesia] musia *R* 3 interim] *R Iust.*, *scr.* terrenis dependat *Iust.*, defendant *R* 5 annua] *R*, annuae *Iust.* uestes R^a 7 osroenae *R*, osidena *Iust. (K)* hisauria *R*

II, 6, 4 (396 Ian. 17).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MARTINIANO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Fortissimis militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydibus, sed singulos solidos dari ⌜praecipias⌝. DAT. XVI KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

⌜praecipimus⌝ IVST.

R. — IVST. 12, 39, 3.

2 trimissses *R* clamydibus *R* 3 solidus *R* 3 xui kal.] xu kal. *iuncta* 6, 30, 14.

I, 6, 5 (423 Mart. 9).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Militaris ad-
f. 2 aeratio vestis a conlatoribus exigatur | sacratissimis videlicet largitionibus inferen(da), ita ut quinque eius partes fortissimis militibus ero(gen)tur in pretio, sexta vero portio a gynaeceariis (cle)mentiae nostrae absque ulla vel ipsorum vel publica incommoditate pro

3 partis *R* praetio *R* 3/4 gyneciariis *R* 4 publicam R^a

eadem contextione suscepta iunioribus gregariisque militibus in ipsa, qu(am) maxime eos desiderare constitit, specie praebeatur. DAT. VII ID. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 39, 4.

1 quam] *Iust.*, qu•• *(sic ego,* quo• *Vesme) R*

VII. DE PASCVIS.

Iust. 11, 61 de pascuis publicis vel privatis.

VII, 7, 1 (368? Ian. 28).

IMPPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD GERMANIANVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Dedimus litteras ad viros clarissimos p(raefectos) p(raetori)o, ut ab his conventi rectores provinciarum scirent in locis rei privatae augmenta pensionum non esse facienda neque sinerent pascua animalium ex rebus privatis nostris provincialium licitatione praeberi. DAT. V KAL. FEB. ROM(AE) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R

3 aucmenta *R* 4 sinirent *R* 5 dat.] *immo* pp. *Germanianus praefectus praetorio secundarius, scilicet Galliarum cum fuerit ad a. 366 Apr. 9* (8, 7, 9), *excluditur a. 365, duntque item rescripta alia a. 366. 367 data ad eum comitem s. l. ad a. 368 exclusis a. 370. 373. Attamen a. 368 eo die Valentinianus non fuit Romae.*

VII, 7, 2 (365 Sept. 23).

IDEM AA. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cum nulla ratio sit, cur in pascuis saltibus rei privatae pensio debeat ampliari, nequaquam pro libidine ordinum augmenta
q. 40 f. 2' facienda sunt. | Etenim idcirco graviorem pensionem inponi ab ordinibus accipimus, ut animalia ex rebus privatis nostris a locorum pastibus arceantur, quod fieri non oportere divae memoriae Iulianus prorogata iussione constituit. Quare excellens auctoritas tua conventis rectoribus provinciarum non eam licitationis necessitatem patiatur inferri, quam repentinam faciunt civitates, sed eam manere decernet, quam statuit antiquitas. DAT. VIIII KAL. OCT. LVCERIAE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R. — IVST. 11, 61, 1.

2 pensio] *Iust., om. R* 3 idcircum *R*[1] 4 locorum] *fortasse scr.* locorum aliorum 5 excellans *R* 7 ciuitatis *R* decernet] *Iust. (KOI*[b]*)*, decernant *R*, decernent *Iust. (I*[a]*)* dat.] *locus videtur requirere* pp 7/8 *annus recte traditur; dies dubius propter fines incertos inter Mamertinum et Rufinum*

VII, 7, 3 (398 Mart. 11).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. SIMPLICIO COM(ITI) ET MAGISTRO VTRIVSQVE MIL(ITIAE). Insignis auctoritas tua hac condicione a publicis pratis Apamenis animalia militum prohiberi praecipiat, ut universi cognoscant de emolumentis eorum tuique officii facultatibus duodecim libras auri fisci commodis exigendas, si quisquam posthac memorata prata mutilare temptaverit, non minore decernenda poena, si etiam prata privatorum Antiochenorum fuerint devastata, ita tamen, ut sine laesione provincialium provideant curiales, quo pacto animalium militarium pastui consulatur. DAT. V ID. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO V. C. CONSS.

R. — IVST. 11, 61, 2.

4 fisci commodis] fiscimmodis *R*[a] prata] *Iust.*, patra *R* 6 lesione *R*

VII, 7, 4 (415 Sept. 5).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Possessores nihil plus debent, quam quod nostro arbitrio nostrae perennitatis et magnificae sedis tuae dispositione per annos singulos iubentur inferre. Nec vero milites aliquid praesumere debent, nisi quod largitate nostri numinis consequentur. Ideoque pos- 40 f. 3 sessores vel coloni super pratis nullam | molestiam patiantur. DAT. NON. SEPT. DD. NN. HON(ORIO) X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.

R

1 auriliano *R* 2 nostro] *scr.* nostro aerario 2/3 magnifice *R* 3 militis *R*

VII, 7, 5 (415 Sept. 5).

IDEM AA. COMITIBVS ET MAGISTRIS MILITVM. Prata provincialium nostrorum ⸢ perniciosum est militum molesti(a) fatigari. Ideoque lege ad amplissimam praefectur(am) promulgata censuimus, ne hoc deinceps usurpetu(r). Super qua re universos quorum interest conven(i)re tua magnificentia non moretur, ne perm(it)tant possessores vel colonos pratorum gratia qualibet inportunitate vexari. DAT. NON. SEPT. HON(ORIO) X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.

⸢ et praecipue rei privatae nostrae IVST.

R (expletur ex Iust.). — IVST. 11, 61, 3.

2 molestia] *R (secundum Vesmium) Iust.*, molestiis *R (secundum Cuiacium; ego dubitabam)* 3 lege] *Iust.*, legem *R* censuimus] *R Iust.* *(Cui.)*, censemus *Iust. (KOI)* 6 gratia] *Iust.*, graui *R*

VIII. DE METATIS.

metatis] metalis *R.* — *Iust.* 12, 40 de metatis et epidemeticis.

VII, 8, 1 (361 Mai. 3).

IMP. CONSTANTIVS A. AD SENATVM. Invitis senatoribus nostris in eorum domibus 40 f. 3' nullus hospitali iure com|maneat. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

R (post l. 2).

1 constantinus *R*

VII, 8, 2 (368? 370? 373? Mai. 6).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. REMIGIO MAG(ISTRO) OFFICIORVM. In ⸢synagogam⸣ Iudaeicae legis ⸢hospitii velut⸣ merito inruentes iubeas emigrare, quos privatorum domus, non religionum loca habitationum merito convenit ⸢adtinere⸣. DAT. PRID. NON. MAI. TREVIRIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST. ⸢synagoga⸣ | ⸢velut hospitii⸣ ⸢attingere⸣

R (ante l. 1). — IVST. 1, 9, 4.

2 iudaicae *Iust.* 5 mai.] *R Iust. (Bamb.)*, mart. *Iust. (Hal.)* trieris *R.* — *Anni est 368 vel 370 vel 373, quoniam Ammianus magistrum officiorum Occidentis Ursacium nominat ad a. 365 (26, 4, 4. c. 5, 7), Remigium hunc ad a. 368 (27, 9, 2). 370 (28, 6, 8). 373 (29, 5, 2).*

VII, 8, 3 (384 Sept. 16).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PALLADIO MAG(ISTRO) OFFICIORVM. Ab hospitalitatis munere domum privatorum nullus excuset praeter eos, qui ex praefectis summum sibi fastigium dignitatis agendo pepererunt, et ex magistris equitum ac peditum, quos decursi actus inlustrat auctoritas, adque ex comitibus consistorianis, qui participantes augusti pectoris curas agendo claruerunt, ex praepositis quoque sacri cubiculi, quos tanta et tam adsidua nostri numinis cura inter primas posuit dignitates; ea tamen lege, ut singulas domos sibi ad manendum quas voluerint teneant, hospitibus vero ceteras solito iure praebeant. DAT. XVI KAL. OCT. CONST(ANTINO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

R

2 ab] ad *R* 2/3 praefectis summum] *Gothofredus*, praefectissimum *R* 4/5 consisturianis qui participantis *R* 6 et tam] etam *R*

VII, 8, 4 (393 Oct. 27).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. THEODOTO MAGISTRO OFFICIORVM. Si quis mensorum nostrorum manum, qua deputatas singulis quibusque domus enotant et postibus hospitaturi nomen adscribunt, delere non dubitaverit, ad instar falsi reus ex hac auctoritate teneatur. DAT. VI KAL. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) D. N. THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO V. C. CONSS.

R. — IVST. 12, 40, 1.

2 manum] *Iust. (I[v])*, manu *R Iust. (OI[t])* deputatas singulis] *Iust.*, deputata sint gulis *R*

VII, 8, 5 (398 Febr. 6).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HOSIO MAG(ISTRO) OFFICIORVM. In qualibet vel nos ipsi urbe fuerimus vel ii qui nobis militant commorentur, omni tam mensorum quam etiam hospitum iniquitate summota duas dominus propriae domus, tertia hospiti deputata, eatenus intrepidus ac securus possideat portiones, ut in tres domu divisa partes
q. 40 f. 4 primam eligendi dominus habeat facultatem, secundam hospes quam | voluerit exequatur, tertia domino relinquenda. Plenum enim aequitate atque iustitia est, ut qui aut successione fruitur aut empto vel extructione gaudet electam praecipue iudicio suam rem
1 teneat et relictam. Ergasteria vero, quae mercimoniis deputantur, ad
⌜praedictae⌝ divisionis iniuriam non vocentur, sed quieta sint et libera et
ab omni ⌜hospitantium⌝ iniuria defensata solis dominis conductoribusque
deserviant. Sane si stabulum, ut adsolet, militari viro in tertia domus
parte defuerit, ex ergasteriis, nisi id dominus qualibet occasione providerit,
2 pro animalium numero vel domus qualitate deputabitur. Inlustribus
sane viris non tertiam partem domus, sed mediam hospitalitatis gratia
deputari decernimus ea dumtaxat condicione servata, ut alter ex his quilibet
quive maluerit divisionem ⌜arbitrii⌝ aequitate faciat, alter eligendi
3 habeat optionem. Et firmissimum perpetuo quod iussimus perseveret,
ita ut triginta libras auri qui inlustri sunt praediti dignitate fisco nostro se inlaturos esse cognoscant, ceteri vero militia sciant se esse privandos, si generale praeceptum

IVST.
⌜praedictam⌝
⌜hospitum⌝
⌜arbitraria⌝

1 osio *R* 2 fuirimus *R* hii *R* 4 domu diuisa] *scripsi*, domus diuisa *R*, domus diuisae *Iust.* 5 primam] *Iust. (O[b]K)*, prima in *R* hospis *R* 6 ut] ua *R[a]* 7 electam] et electam *malim* suam] suo *malim* 10 omni] *Iust.*, omnibus *R* solis *R[2] Iust.*, lis *R[1]* 11 uero *R* 14 hospitalitatis gratia] *Iust.*, hospitalitatia *R* 16 arbitrii] *R*, arbitraria *Iust. (K)*, arbitrari *Iust. (OI[a])* 17 firmissimus *R* 18 inlustris sunt praebiti *R*

amplius usurpando quam iussimus reprehensibili temeritate violaverint. DAT. VIII ID. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) HON(ORIO) IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

R. — IVST. 12, 40, 2.

1 repraehensibili *R* uiolauenerint *R*

VII, 8, 6 (400 Ian. 17).

IDEM AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cunctos iudices scire volumus a praetoriis ordinariorum iudicum his praesentibus abstinendum. DAT. XVI KAL. FEB. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO VV CC CONSS.

R. — IVST. 12, 40, 3.

3 auriliano *R*

VII, 8, 7 (400 Iun. [Ian.?] 8).

q. 40 f. 4' | [*IDEM A*]A. POMPEIANO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Praedia ex Gildonis hostis publici et satellitum eius bonis sociata domui nostrae ne transeuntes hospitii gratia intrent, decernimus, ut sciant omnes a possessoribus nostris penitus abstinendum, quinque auri libras multae nomine inferre cogendo, quisquis praedium nostrum manendi causa inportunus intraverit. DAT. VI ID. IVN. MEDI(OLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

R

2 hospitiis *R* 3 possessoribus] possessionibus *Gothofredus* paenitus *R* 5 iun.] *fortasse* ian. *propter sequentem* auriliano *R*

VII, 8, 8 (400 [405] Ian. 22).

[*I*]DEM AA. AEMILIANO MAGISTRO OFFICIORVM. Secuti suggestionem tuam a fabricensium domibus omnem molestiam hospitum praecipimus amoveri. De qua re et ad inl(ustrem) virum comitem et magistrum militum per Orientem sacras litteras dedimus, ut det Antiochenae civitatis fabricensibus excusandorum hospitiorum facultatem, absente scilicet sacro comitatu, quo et Antiochensibus et ceterarum civitatum fabricis similis domorum excusatio praebeatur. DAT. XI KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

IVST.
Fabricensium domibus ubique constitutis omnem molestiam hospitum praecipimus amoveri, quo et Antiochensibus et ceterarum civitatum fabricis similis domorum excusatio praebeatur, absente scilicet sacro comitatu.

R. — IVST. 12, 40, 4.

2 modestiam *R*[a] 4 et mag.] mag. *R*[a] 5 det] de *Cuiacius* anthiocenae *R* 7 et antiochensibus (anthiocensibus *R*) *delendum* 8/9 *immo data est Stilichone II [et Anthemio] cos. sicut reliquae leges emissae ad Aemilianum mag. off.; iterationis numero omisso postea perperam consulatus expletus est. Tam a. 400 quam a. 405 Aemilianum id officium tenuisse excluditur eo, quod a. 404 Anthemius magister fuit*

VII, 8, 9 (409 Aug. 6).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. SAPIDIANO. Licet proxime iusserimus quinque librarum auri condemnatione proposita praedia, quae ex Gildonis bonis ad nostrum aerarium delata sunt, ab hospitibus excusari, nunc etiam praecipimus, ut omnes domus ex eodem iure venientes, in quibuslibet civitatibus sunt constitutae, ab hospitibus excusentur, quo possint conductores facilius inveniri. Si quis igitur contra nostram fecerit iussio-

1 Sapidiano] *vicario Africae* quique *R*[a] 5 inuenire *R*[a]

nem, multa pridem ferietur inflicta. P(RO)P(OSITA) KARTHAG(INE) VIII ID. AVG. HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS.

R

1 pp] ppo *R* 2 theodosius *R*ᵃ

VII, 8, 10 (413 Iun. 12).

IDEM AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Devotum possessorem ab
q. 40 f. 5|1 omni in|quietudine liberamus. Primo igitur omnium ad (nul)lum praedium ⌜per Africam vel⌝ publicum vel priva(tum) domus nostrae vel cuiuscumque iuris nullus meta(tor) accedat, si a quoquam fuerit destinatus. Licentia(m) enim domino actori ipsique plebi serenitas nostr(a) conmisit, ut eum, qui praeparandi gratia ad possessionem venerit, ⌜multandi⌝ expellendi habea(t) facultatem nec crimen aliquod pertimescat, cum (sibi) arbitrium ultionis suae sciat esse concessum rec(teque) sacrilegium ⌈ arceat qui primus invenerit. Administra(n)tem vero eiusque officii proceres, quorum praece(p)to inhibitam personam ad agrum aliquem destin(a)rit, in
2 tempore proscribi debere ⌜censemus⌝. Sola(m) sane hospitalitatem sub hac observatione conce(di)mus, ut nihil ab hospite, quod vel hominum vel anim(a)lium pastui necessarium creditur, postuletur omni(um)que sit adceleratum iter atque continuum nec ulli liceat residere, ne diuturnitas conmanentium ulla ex parte praedium vexet. Decem etiam librarum auri multa ferietur, quisquis administrator togatus apparitor ullus aut militans vel iter agens ullo in loco aliquid ab hospite postularit. In tantum enim inhiberi sceleratum morem iubemus, ut ipsis quoque praebentibus inpunitum esse non patiamur, si quid ⌜vel⌝ sponte contra praeceptum nostrum probati fuerint obtulisse. DAT. PRID. ID. IVN. RAV(ENNA) POST CONS. HONORI VIIII ET THEODOSII V AA.

IVST.
⌜ ⌝ *om.*
⌜ ⌝ *om.*
⌈ prior
⌜censuimus⌝
⌜ ⌝ *om.*

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 40, 5.

4 metator] *Iust.*, meta/// *(sic mihi visum est,* mile[s] *Vesme,* mensor *Cuiacius,* men/// *Haenel) R* 5 enim *delendum et interpunctio mutanda* 7 crimin *(sic)* R^b, crimine *R*ᵃ 9 qui primus inuenerit] *scr.* priusquam uenerit eiusque] ueiusque *R*ᵃ 10 destinauerit *Iust.* 13 omni••|quae *R* 17 uel *del.* postulauerit *Iust.* 19 patimur *R* 20 probati (*vix fuit* probatis) *R* id.] pid. *R*ᵃ conss. *R* 21 theodosio *R* aa.] aa. conss. *R*

VII, 8, 11 (414 Ian. 10).

IDEM AA. PROBO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). POST ALIA: De hospitalitate iudicum et omnium personarum quid sibi etiam ipse possessor praesumere debeat quave
q. 40 f. 5′ censura omnia, quae ad sui dispen|dium pertinebunt, submota sint, iam missa super hac re auctoritas declaravit. PRAELATA LITTERIS AD EVTYCHIANVM PRAEF. VRBI DIE IIII ID. IAN. CONSTANTIO ET CONSTANTE VV CC CONSS.

R

4 etychiarum *R* urbi] *Cuiacius,* fundi *R*

VII, 8, 12 (414 Mart. 3).

[*IDEM A*]A. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Africae hoc prospectum est, ut in(f)austa hospitalitatis praebitio tolleretur, nec ⌜pri[*v*]atum quisque⌝ a domino aedium postulet. ET CETERA. [*DA*]T. V NON. MART. RAV(ENNA) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

IVST.
⌜balneum quisquam⌝

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 40, 6.

1 hadriano proc. afric *R*, hadriano pp. (*om.* africae) *Iust.*, ppo *iunctae* 7, 4, 33. 6, 29, 11

II, 8, 13 (422 Mart. 3).

[*IDEM AA.*] EVSTATHIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Devotissimos milites ex procinctu (re)deuntes vel proficiscentes ad bella muri novi sa(c)ratissimae urbis singulae turres in pedeplanis suis (s)uscipiant. || Nec aliquis possessorum graviter ferat || *fin.* IVST. qua[*si*] illa dispositione, quae super publicis aedificiis processe[*r*]at, violata, cum privatae quoque domus tertiam partem [*t*]alis rei gratia soleant exhibere. DAT. V NON. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

R (rectis litteris expressa expleta sunt ex Iust.). — IVST. 12, 40, 7.

1 eustatio *R* devotissimus *R* 2 bella] *Iust.*, uela *R* turris *R* 4 quae] que *R*

VII, 8, 14 (427 Iun. 22).

[*IM*]PP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HELIONI PATRICIO ET MAGISTRO OFFICIORVM. Universi cuiuslibet ordinis, cuiuslibet etiam dignitatis, si quidem felicibus pro salute rei publicae expeditionibus occupati aliarum provinciarum aliarumque urbium domiciliis detinemur, propriis domibus nullo vetante pro dignitatibus suis vel praestitis sibi beneficiis perfruantur; si vero secundum communia vota securi intra huius florentissimae urbis tecta residemus, nullius specialiter domum inl(ustri)um quoque, etiamsi ad summa conscenderint fastigia dignitatum, praeter singulas tantum, in quibus eosdem manere constiterit, excusari ab hospitibus praecipimus cessante omni beneficio principali. DAT. X KAL. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) HIERIO ET ARDABVRE VV CC CONSS.

R

1 haelioni *R* 4 detinemur] *Gothofredus*, detinentur *R* prestitis *R* 6/7 conscenderint] *Gothofredus*, conscenderent *R* 7 fastidia *R* 8 omne *R* 9 artabure *R*

VII, 8, 15 (430 Febr. 22).

q. 40 f. 6 | IDEM AA. IOHANNI COM(ITI) ET MAGISTRO OFFICIORVM. Nemo in hac alma urbe, qui propriae domus possessione laetatur, militari sacramento munitus alterius domum infestare pertemptet, sed aut sua contentus abstineat aliena aut certe in suis recipiat, qui in alterius sibi metatum existimat vindicandum. Nec enim videtur esse conveniens, cum inl(ustri)b(us) viris unam, in qua ipsi habitant, domum excusare concessum sit, alios et suas omnibus domus extruere et alienis aedibus inferre molestiam. DAT. VIII KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. XIII ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

R

1 alma] aliena *R* 2 proprie *R* 3 absteneat *R* 5 uiris] *Cuiacius*, auris *R* 6 extruere] *requiritur* obserare *vel simile voc.*, suis omnes domibus extrudere *Gothofredus* 7 theudosio *R*

II, 8, 16 (435 Mart. 12).

IDEM AA. VALERIO MAGISTRO OFFICIORVM ET EX CONS(VLE) ORDINARIO. Consulares viri binas proprias domos in hac alma urbe ab hospitum molestia habeant sibi inmunes. Sin vero fati munus expleverint adque ad liberos vel parentes, fratres sororesve, uxores etiam domus eorum fuerint delatae, una e duabus aliena sit a metatorum molestia. Sed et si unam quis eorum dereliquerit domum, illa ipsa in memoratorum excusetur personis.

1 His vero, qui praefecturae dignitatem habent aut ipsius apicis administratione aut actu magisteriae militum potestatis aut quod praepositi sacri nostri cubiculi fuerint aut quod

1 consularis uir *R* 2 sibi] *Cuiacius*, si *R* 3 expliuerint *R* uxoris *R* 4 memetatorum *R* 6 habent] *Gothofredus*, *om.* *R*

honorarios eiusdem praefecturae meruerint codicillos, cum priore lege una domus excusaretur, alterius etiam, si habere in hac alma urbe eos contigerit, dimidiam partem nostra liberalitate, dum in vita versantur, ita excusari decernimus, ut de altera parte dimidia pars tertia hospitibus deputetur: post fata vero si ad parentes liberos fratres
q. 40 f. 6' sorores uxoresve fuerint delatae, duas ab una | domo partes ipsis electionem habentibus metatorum molestia liberari, tertiae videlicet partis parte tertia hospitibus praestanda. Aliis sane inlustribus viris, quibus una domus honoris excusatur gratia, hoc praebendum esse censemus, ut, si ipsi decesserint et eorum domus ad supra scriptas personas pervenerint, medietatem domus, quam ipsi elegerint, habeant excusatam, altera videlicet parte dimidia hospitiorum praebitioni in parte tertia subicienda. DAT. IIII ID. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) D. N. THEODOSIO A. XV ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

R

1 honorarius *R* 1/2 excuisaretur *R*a 6 prestanda *R* 10 braebitioni *R*b, brebitioni *R*a

VIIII. DE SALGAMO HOSPITIBVS NON PRAEBENDO.

Iust. 12, 41.

VII, 9, 1 (340 Aug. 12).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD PROVINCIALES. Quicumque propria voluntate eum, quem domum receperit, necessariis rebus, oleo et ligno aliisve huiusmodi voluerit adiuvare, facultatem sibi istius rei sciat esse concessam. Quod si quis contra interdictum nostrum eadem ipsa a vobis violenter voluerit usurpare, interpellandi praepositum habebitis copiam deque iniuria conquerendi liberam facultatem, ut nec spontanea in vobis humanitas retardetur nec contra voluntatem vestram ac patronorum vestrorum
q. 40 f. 7 familiaris res adteratur. DAT. | PRID. ID. AVG., ACC. CAPVAE ACYNDINO ET PROCVLO [*CONSS.*].

R

1 constans] honorius *R* 3 rei] re *R* 5 deque] *similiter Gothofredus,* de qua *R* conquaerendi *R* pontanea *R*

VII, 9, 2 (a. 340/361 Oct. 11).

IDEM AA. LEONTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne quis comitum vel tribunorum au(t) praepositorum aut militum nomine ⌈ culcitas lignum oleum a suis extorqueat hospitibus ⌈⌈ nec volentibus, ⸢vel magis[*tra*]tibus vel⸣ hospitibus in praedictis speciebus aliquid auferan(t), sed provinciales sint nostri ab hac praebitione (se)curi, comitibus tribunis vel certe praepositis militib(us)que gravi vexationi subiacentibus. DAT. V ID. OCT. . . . . . CONSS.

IVST.	
⌈ salgami gratia id est	⌈⌈ sed ⸢ ⸣ *om.*

R (expletur ex Iust.). — IVST. 12, 41, 1.

3/4 nec uolentibus] sed nec uolentibus *Iust.*, nec uitis (inuitis *Cuiacius*) *R* 5 auferant] *Iust.*, auferan[t] (*non* auferat *R*a) *R* 6 bpraebitione *R*a 7 uexationis *R*a oct. consss (*sic mihi visum est,* conss su*} Vesme) R*

VII, 9, 3 (393 Iul. 29).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. ABVNDANTIO, STILICHO[*NI*] ET CETERIS COMITIBVS VTRIVSQVE MILITIAE. Nemo milit[*um*] a suo hospite salgami aliquid nomine

2 milit} (militu} *Vesme,* militum *Cuiac.*) *R* salgami] *R*b, salmi *R*a

postulet, id est ne lignum aut oleum culcitaeve poscantur. DAT. IIII KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO V̄ C̄ CONSS.

R

1 *aut* ne *aut* ne[c] *R*

VII, 9, 4 (416 Mai. 10).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AVRELIANO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullus eorum, qui per quaslibet aedes habitaculi caus[*a*] recepti fuerint, vel oleum et ligna flagitare contendat, nam et sic militibus nostrae sufficient largitates et conlatoribus annua tantummodo semper imminebit indictio. DAT. VI ID. MAI. THEODOSIO A. VII ET PALLADIO VIRO CLARISSIMO CONSS.

R

1 auriliano *R*[a] 3 sic] *Cuiacius*, si *R*

q. 40 f. 7'

X. | NE QVIS IN PALATIIS MANEAT.

VII, 10, 1 (405 Iul. 10).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD ANTHEMIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nulli manendi intra palatia nostra in qualibet civitate vel mansione facultas pateat, sed ea provinciarum rectores et vicarios inl(ustris)simae praefecturae per dioeceses, quas sortiti sunt, maneat cura, ut ab eorum usurpatione, qui in his transeuntes manere consueverant, sacrae domus serventur inmunes, et eorundem provisione nulla ne-
1 glegentia vel senio quatiantur. Quod nisi omni instantia fuerit observatum, triginta
libras a vicariis, XX a consularibus seu praesidibus totidemque ab eorum officiis multae
nomine profligentur, ita ut ne curiales quidem a condemnatione se cognoscant inmunes
2 futuros. Ii quoque, qui huiusmodi sibi mansionem prava temeritate praesumpserint,
si vel dignitate aliqua vel fortunis nituntur, XX librarum auri condemnationi subiaceant:
3 qui humilioris fortunae sunt, exilio tradantur. Equos sane non nostros ab stabulis
prohiberi palatiorum supervacuum iudicamus. DAT. VI ID. IVL. ANCYRAE STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

R

3 ea] *Gothofredus*, eas *R* 3/4 dioecesis *R* 5 et ... 6 quatiantur *ex* 15, 1 *aberrasse putat Gothofredus temere* 6 quod] *Cuiacius*, quo *R* omnis *R* 8 curiales] *Cuiacius*, cuales *R* cognoscant] *Cuiacius*, cogeant *R*
9 hii *R* praesumpserit *R* 10 uiginti] xxti *R* librasrum *R*[a] condemnatione *R* 11 humioris *R* non nostros] *scripsi*, nostros *R* 12 anchyrae *R*

VII, 10, 2 (407 Nov. 23).

IDEM AAA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ordinarii iudices in remotis ab aggere publico civitatibus, si praetoria non sint, metu legis adempto, quae de palatiis lata est, in aedibus, etiamsi palatii nomine nuncupentur, commanendi habeant facultatem. DAT. VIIII KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) HON(ORIO) VII ET THEODOSIO II AA. CONSS.

R

1 aa. *R*

q. 40 f. 8

XI. NE COMITIBVS ET TRIBVNIS LAVACRA PRAESTENTVR.

prestentur *R*. — *Iust.* 1, 47 ne comitibus rei militaris vel tr. l. pr.

VII, 11, 1 (406 Nov. 27).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnem vel ex pristini severitate decreti vel ex hoc sacro praecepto, quod sub eadem poena profertur, inquietudinem a curiis et civitatibus praecipimus prohiberi nec ullas privatas ab his succendi balneas ad tribunorum sive ad minorum comitum usus, sed inlustribus tantum viris comitibus ac magistris militum, si tamen id voluerint, concessum esse cognoscant hoc ministerium. DAT. V KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO A. VI ET PROBO V̄ C̄ CONSS.

IVST.
Omnem inquietudinem a curiis et civitatibus praecipimus prohiberi nec ulla privata ab his succendi balnea ad tribunorum vel ducum aliorumve militarium comitum usus nec adaerationem aliquam pro hac causa profligari. Inlustribus enim tantum viris comitibus ac magistris militum, si tamen id voluerint, hoc ministerium indulgemus: dupli poena violatoribus huius sanctionis imminente.

R. — IVST. 1, 47, 1.

3 seuereritate *R*ᵃ 11 constantinopoli] ɔsp. *R*ᵃ

VII, 11, 2 (417 Iul. 28).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Lege dudum lata, quae omnem licentiam exigendi ab provincialibus lavacra tribunis et comitibus inferioribus denegavit, duces limitis Eufratensis diurnos tremisses pro lignis et balneis exegisse comperimus. Ideoque praecipimus memorati limitis duces, quos abhinc triennio talia sibi contra legem lucra vindicasse constiterit, in duplum ea redhibere et in posterum sub eiusdem poenae metu hanc exactionis licentiam prohiberi. DAT. V KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO A. XI ET CONSTANTIO II V̄ C̄ CONSS.

R. — Cf. IVST. 1, 47, 1 *(ad l. 1 adlegata)*.

2 ab] ad *R* 3 duces] *Gothofredus*, duci *R* | abhic *R* 4 cō|perimus (*aut* comp. *aut* conp.) *R* ducis *R*

q. 40 f. 8′

|XII. DE COMMEATV.

Iust. 12, 42.

VII, 12, 1 (323 Apr. 28).

[*IM*]P. CONSTANTINVS A. ET C. Ne cui liceat praepositorum ⸢vel decurionum⸣ vel tribunorum cohortium ⸢ quocumque genere cuiquam de militibus a castris atque signis vel his etiam locis, quibus praetendant, discedendi commeatum dare. Si quis vero contra ⸢ legem facere ausus fuerit et militem contra interdictum commeatu dimiserit || atque id temporis nulla eruptio erit, tunc deportatione cum amissione

IVST.
⸢ ⸣ *om.* | ⸢ vel vicariorum et familiarium eorum tempore expeditionis

⸢ hanc

|| *fin.*

1 et c.] etc. *R*, eliano *Iust. (OI)* 3 a castris atque] *Iust.*, castris atque a *R* 4 locis quibus] *Iust. (K)*, locis in quibus *Iust. (OI)*, in locis quibus *R* praetendant] *edd.*, pertendant *R Iust.* 6 interdictum] *Iust.*, indictum *R* dimiserit] *Iust.*, demiserit *R*ᵇ, miserit *R*ᵃ

bonorum adficiatur; sin vero aliqua ‖ ⌈barbarorum incursio extiterit et tunc, cum praesentes in castris atque aput signa milites esse debeant, quisquam afuerit, capite vindicetur. DAT. IIII KAL. MAI. SEVERO ET RVFINO CONSS.

‖ *redit* | ⌈ eo tempore in quo

R. — IVST. 12, 42, 1.

VII, 12, 2 (379 Oct. 1).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SYAGRIVM MAG(ISTRVM) OFFICIORVM. Quicumque de scriniis aut agentibus in rebus vel etiam ex officiis palatinis, his videlicet, qui sacrarum et privatarum remunerationum comitibus obsecundant, sex mensum spatium supra diem commeatus aut iussionem evectionis afuerit, is in inferiorem locum quinque antelatis posterioribus revolvatur, is vero, qui anni vacationem arbitratu proprio iudiciarii praecepti oblitus adsumpserit, a decem post se militantibus transeatur, ac deinde, cum iam aliquis desidia quadriennii officium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequentibus postferatur, qui vero ne post quadriennii quidem tempus, militantum non inmerito matriculis auferatur. DAT. KAL. OCT. AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

R. — IVST. 12, 42, 2.

3 uedelicet? *R* 4 mensium *Iust.* 5 reuolutur *R*, deuoluatur *Iust.* 7 quadriennii] *scripsi*, quadriennio *R* 8 de *delendum* | nec *Iust.* 9 militantum] *Iust.*, militandum *R* imerito *R*[a]

VII, 12, 3 (395 Iun. 4).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD ANDROMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: Hi, qui vacationem temporariam, ut saepe adsolet, impetrarint, nihil sibi necessitatis usur-
}.41 f. 1 pent, nullorum actibus misceantur. Quorum si quis post exactum commeatus | diem indultum beneficium morando corruperit, nihil agere intra provinciam possit, intellegens se praeterea praecepto rectoris provinciae ea tenendum leg[*is*] poena, qua desides gradus proprii deminutione [*pu*]niti sunt. DAT. PRID. NON. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

R

2 impetrarint] *Cuiacius*, impetrari ut *R* 5 leg•• (*sic ego*, legis *Cuiacius*, legū *Vesme* | *Krueger*) *R* poenam *R* 6 proprie *R*

XIII. DE TIRONIBVS.

Iust. 12, 43.

VII, 13, 1 (353 Iul. 6).

IMP. CONSTANTIVS A. AD P(RAEFECTOS) P(RAETORI)O. POST ALIA: Quotiens iuniores exhibendi sunt, non ante probentur, nisi praesentibus decurionibus origo eorum quaeratur, ita tamen, ut decurionibus haec fiducia denegetur, ne forte quis fugiens militiam addito nomine decurionis e militia abscedat: de auxiliaribus sane cuneis minime ducibus licentia concedatur, nisi prius certus redditus iudex rescribat, utrum minime decurio sit: ita ut ab anno decimo et nono ad militiam eligantur. DAT. PRIDIE NON. IVL. CONSTANTIO A. VI ET C. CONSS.

R

1 ā (*spatium*) ad p̄p̄o *R* 3 ut de decurionibus *scr.* 4 militiae *R* 5 minime] *scr.* | necne *aut del.* 6 constano (*sic*) *R.* — *Propter diem vide ad 6, 27, 1*

VII, 13, 2 (368? 370? Ian. 31).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD FORTVNATIANVM. Domum nostram ad exhibenda tironum corpora per eas provincias, a quibus corpora flagitantur, nolumus perurgueri: ceterum sinimus conveniri, in quibus pretia postulantur,· ita ut ex certa praebitione redituum vicem conces|sionis istius repensemus. DAT. PRID. KAL. FEB. MARCIANOPOLI VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

q. 41 f. 1'

R

1 Fortunatianum] *com. rerum privatarum*

VII, 13, 3 (367 Apr. 27).

IDEM AA. AD MAGNVM VIC(ARI)VM VRBIS ROM(AE). In quinque pedibus et septem unciis usualibus delectus habeatur. DAT. V KAL. MAI. LVPICINO ET IOVINO CONSS.

R

VII, 13, 4 (367 Apr. 27).

IDEM AA. AD MAGNVM VIC(ARI)VM VRB(IS) ROM(AE). Eos, qui amputatione digitorum castra fugiunt, secundum divi Constantini decretum tua sinceritas non sinat manus deformatione defendi, si quidem possint in quacumque rei publicae parte prodesse qui se sponte truncaverunt. DAT. V KAL. MAI. LVPICINO ET IOVINO CONSS.

R

2 secundum] *Cuiacius*, securi dum *R* 3 difendi *R* publice *R*ª 4 truncauerunt] *Cuiacius*, tranctauerunt *R*ª, tractauerunt *R*ᵇ

VII, 13, 5 (368? 370? 373? Apr. 26).

IDEM AA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O GALLIARVM. Si quis ad fugienda sacramenta militiae fuerit inventus truncatione digitorum damnum corporis expedisse, et ipse flammis ultricibus concremetur et dominus eius, qui non prohibet, gravi condemnatione feriatur. DAT. VI KAL. MAI. TREVIRIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R

1 qus *R*ª 2 iinuentus *R*ª 4 triberis *R*

VII, 13, 6 (370 Sept. 18).

IDEM AA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si oblatus iunior fuerit, qui censibus tenetur insertus, ex eo tempore, quo militiae sacramenta susceperit, proprii census caput excuset ac, si quinquennii tempus fida obsequii devotione conpleverit, uxoriam quoque capitationem merito laborum praestet inmunem, ea scilicet servanda ratione, ut, quam sibi uxorem copulaverat affectu et in priore lare dere-
1 lictam memorarit, inprobata census sarcinam sustineat. Nullus vero tironem vagum aut veteranum possit offerre, cum ad spontaneam singuli militiam propositae inmunitatis commodis invitentur. Circa eos enim legis iubemus valere beneficium, qui indigenas atque

IVST.
Nullus tiro vagus aut veteranus aut censibus obnoxius ad militiam accedat *fin.*

1 *addi debuit* Gratianus 2 insertur *R* 3/4 *fortasse scr.* uxorem quoque a capitatione 4 prestet *R* 5 copulauerat] *Cuiacius*, populauerat *R*, *fortasse scr.* copulatam ante 6 memoraret *R* 7 ueteranum] *R Iust.*, *scr.* ueterani filium *(cf. Hermae vol. 24 p. 248)* posset *R*ª 9 legis] *Gothofredus*, leges *R*

41 f. 2 ipsius provinciae finibus innutritos vel adfixos censibus vel ad/crescentibus suis obtulerint
iuniores; neque enim convenit [*il*]lum inmunitate gaudere, qui vana oblatione vagi atque
2 fugitivi vel veterani filii statum futurae conventionis inviserit. Quod hactenus decerni-
mus custodiri, ut oblatu[*s*] numerus ex adcrescentibus primitus reparetur ac, si conp[*en*]-
satio non potuerit convenire neque ex minoribus modus, qui oblatus fuerit, quiverit repa-
rari, ita demum de publicis fascibus hi, qui ex superfluo veni unt, eximantur. [DAT.] XIIII
KAL. OCT. HIEROPOLI VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS.

R. — IVST. 12, 43, 1.

1 innutritus uel adfixus *R* adcrescentibus] *scr.* de adcrescentibus 2 conuent *R*^a 3 flii *R*^a statum] *Cuiacius*, statem *R* innriserit] *scripsi*, inriserit *R*^b, iuisirit *R*^a actenus *R* 4 oblatus] ablatus *Gothofredus* acriscentibus *R*^a 5 minoribus] *R*, iunioribus *Cuiacius* oblatus] ablatus *Gothofredus* 6 daemum *R* hii *R*

VII, 13, 7 (375 Iun. 2).

IMPPP. VALENTINIANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAE-
TORI)O. Tironum praebitio in patrimoniorum viribus [*po*]tius quam in personarum mu-
neribus conlocetur, ut proto•• munus, quod provinciarum interna depascitur, ab imis,
[*ut*] dicitur, radicibus eruatur. Nam inter reliqua vitia haec duo vel maxime intolera-
bilia iudicamus, quod aurum saepe pro corporibus inmane deposcitur atque advenarum
coemptio iuniorum insolentius quam convenit aestimatur. Contra haec sane reperta est
et facilitas et commoditas exigendi, cum neque excusari quisquam poterit, ut ante
privilegio consueta fuerat hominis vindicatio, nec ullus, qui relevandus fuerit, perpetuae
1 ingravationi addici. Illud etiam similiter definitum est, ut ii tantum a consortibus
segregentur, quorum iugatio ita magna est, ut accipere non possit adiunctum, cum pro
suo numero in exhibendo tirone solus ipse respondeat. Inter quos vero possessionis
exiguae necessitas coniunctionem postulat, functionis annorum et praebitionis vicissitudo
servetur, quippe ut senatores ceterique, qui primo anno et suo et consortis nomine tiro-
|.41 f. 2' nem dederint, insequenti vice habeantur immunes illique in praebitione | succedant, a
quorum conventione fuerit ante cessatum. Quem ordinem, cum corpora postulantur, con-
veniet custodiri. Sin vero aurum fuerit pro tironibus inferendum, unumquemque pro
2 modo capitationis suae debitum redhibere oportet. Ne aliquid dubium relinquatur, et
solidorum numerum, qui temonario inferendus est, designamus, ut, sive senator honoratus
principalis decurio vel plebeius tironem suo ac sociorum nomine ex agro ac domo propria
oblaturus est, ita se a coniunctis accepturum solidos noverit, ut integri pretii modus in
triginta tantummodo et sex solidis colligatur, ut deducta portione, quae parti ipsius con-
3 petit, reliquum consequatur, sex tironi gratia vestis ac sumptuum praebiturus. Ipso-
rum etiam, qui militaturi sunt, privilegiis accedentibus facilius devotio provocatur, vide-
licet ut universi, qui militaria sacramenta susceperint, eo anno, quo fuerint numeris
adgregati, si tamen in suscepto labore permanserint, inmunes propriis capitibus mox
futuri sint. Completis vero quinque annorum stipendiis qui comitatensibus numeris
fuerit sociatus, patris quoque et matris nec non et uxoris suae capitationem meritis suf-
fragantibus excusabit. Ii vero, qui in ripa per cuneos auxiliaque fuerint constituti, cum
proprio capite uxorem suam tantum post quinque annos, ut dictum est, praestent in-
munem, si tamen eos censibus constiterit adtineri. Et quia publica utilitas quoque cogi-

3 PROT° •• (*sic ego*, PROTO ••• *Krueger*, PRONI *Veme*) *R*: *tam* prototypiae *quam* protostasiae *vocabulum in versu extremo mutilo spatium excedit capax litterarum fere duarum* interna] nterna *R*^a 6 coemtio *R* aestiamatur *R*^a 8 consuetas *R* uendicatio *R* 9 ingrauationi] *Cuiacius*, ingrauationis *R* hii *R* 11 possessiones *R* 12 functiones *R* praebitiones *R* uicessitudo *R*^a, necessitudo *R*^b 13 suo] *Cuiacius*, suae *R* 14 habiantur *R*^b, abiantur *R*^a succedan *R*^a 17 capitationes s. dibitum *R* oportet] oportet et *Cuiacius* 18 ut] ud *R*^a 20 acceptorum *R* nuuerit *R*^a praetii *R*^b, praetiip *R*^a 21 et] es *R*^a quae] que *R*^a 22 relicum *R*^a uesties *R* 23 priuilegibus *R* prouocatur] *R*^a, prouocatior *R*^b 24 eo anno] *fortasse scr.* ab eo anno fuerit *R* 25 permanserit *R*^a 28 excusauit *R* hii *R* 29 ut] u *R*^a 29/30 prestet inmune *R* 30 attineri *R*^a

tanda est, ne sub hac indulgentia insertae capitationis numerus minuatur, ex incensitis adque adcrescentibus in eorum locum, qui defensi militia fuerint, alios praecipimus subrogari. DAT. IIII NON. IVN. ANTIOCHIAE POST CONSVLATVM GRATIANI A. III ET EQVITII VIRI CLARISSIMI.

R

1 insertae (-te R^a)] *fortasse scr.* insertae censibus numeruis R^a incensitis] *sic ad 10, 23, 1 Cuiacius*, incessibus *R* 2 praecipimus] *Gothofredus*, praecepimus *R* 3 anthiociae *R* 3/4 *post* clarissimi *add.* conss. *R*

VII, 13, 8 (380 Ian. 29).

q. 41 f. 3 | IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. EDICTVM AD PROVINCIALES. Inter optimas lectissimorum militum turmas neminem e numero servorum dandum esse decernimus neve ex caupona ductum vel ex famosarum ministeriis tabernarum aut ex cocorum aut pistorum numero vel etiam eo, quem obsequii deformitas militia secernit, nec tracta de ergastulis nomina. Poenam etenim gravis dispendii nulla excusatione fugit[*u*]ri sunt, si hoc cuiusdam indicio inlustribus viris magistris equitum peditum fuerit intimatum. Sed cum illum animadversio dura damnavit offerentem, tum triplicata nobilioris tironis fatigabit inlatio. DAT. IIII. KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS.

R

2 optimos *R* nomero R^a 4 quem] quae *R* 5 numina *R* fugituri] subituri *Haenel* 6 cusiusdam R^a, cuiusquam *Gothofredus* aequitum *R* 7 tum] *addidi, om. R* 7/8 nubilioris tirones R^a 8 fatigauit *R* dat.] *scr.* pp, *nam Theodosius tum fuit Thessalonicae*

VII, 13, 9 (380 Apr. 26).

IDEM AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ex opportunis regionibus supplementa numeris mansuetudo nostra decrevit agitari: in id delectos quosque viros atque ab omni suspicione pravitatis alienos iussimus destinari. In his, si male se gesserint, corrigendis non mediocrem fore denuntiamus severa animadversione sententiam, cum iudices supplicium existimationis extremum et ultio inexpiabilis exceptura videatur, ne his quidem provincialibus temperatura, quos in officium ministeriumque praedarum vel capiendi ubertas vel formido simulata deduxerit. P(RO)P(OSITA) VI KAL. MAI. ANTIOCHIA GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

R

1 aa. *R* neotereio R^a oportunis *R* supplimenta *R* 2 ueros R^a

VII, 13, 10 (381 Sept. 5).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui spurca amputatione digiti usum declinat armorum, non evadat illa quae vitat, sed insignitus macula ferat inpositum militiae laborem qui declinaverit dignitatem. Ipsis quin etiam provincialibus, qui ex horum ausis iuniorum saepe patiuntur penuriam praebendorum, haec optio inmobilis de-
q. 41 f. 3' cernatur, ut tempore | dilectus agitandi, ubi conmune coeperint conveniri, duos mutilos iuniores pro uno integro eminentiae tuae dispositionibus offerant. DAT. NON. SEPT. HADRIANOPOLI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

R

1 aaa.] aa. *R* spurcam *R* 1/2 digiti usum declinat] *sic fere Cuiacius*, digitudeclinaturus *R*: *possis temptare* digit[i rem publicum fraudat usum] declinaturus armorum 4 paenuriam *R* 5 delectus *R* conmune] in commune *Gothofredus*

[, 13, 11 (382 Mai. 15).

IDEM AAA. Quisquis mancipium iuris alieni in tirocinium militiae ⌜duxerit offerendum⌝, convictus ac proditus auri libram aerario nostro cogatur inferre ⌈. DAT. ID. MAI. TYRO METROPOLI, P(RO)P(OSITA) BERYTO ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.	IVST. ⌜scribi curaverit⌝ ⌈ mancipio scilicet domino, si factum ignoraverit, reddendo

R. — IVST. 12, 43, 2.

1 aaa] aa *R*, aa. eutropio pp *Iust. errore, cum leges ad Eutropium datae recte testatae omnes sint a. 380 vel 381* 2 tirocinio *Iust.* | 5 byrito *R* syagri *R: intellege edictum a praefecto praetorio missum esse Tyrum, inde Berytum ibique propositum.*

'II, 13, 12 (397 Iun. 17).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HYPERECHIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Publica suasit utilitas iuniores in arma conscribere, ideoque ne patrimonium quidem nostrum a praestatione praesenti inmune esse patimur. Igitur per omnes provincias, per quas res nostra distenditur, ex patrimonio sacro maturitate qua convenit praeberi volumus iuniores. DAT. XV KAL. IVL. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

R

1 hyperechio] *sic 10, 1, 14,* sperechio *R* 2 iunioris *R* 3 prestatione *R* per] rer *R* | 4 iunioris *R* 5 et ttico *R*ᵃ

VII, 13, 13 (397 Sept. 24).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Amplissimi ordinis petitionibus adnuit nostra clementia, ut pro tironibus pretia inferantur. Damus itaque optionem, ut quod conducibile senatui videtur eligendi habeat potestatem, id est aut tirones aptos officiis militaribus praestent aut pro singulis viginti quinque solidos numerent post initam videlicet sumptuum rationem et vestium et pastus. Quod si aurum dare maluerint, mox ad nostrum aerarium deferatur. DAT. VIII KAL. OCT. PATAVI CAESARIO ET ATTICO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

R

4 praestent aut] *Cuiacius*, praetentauit *R* quenque solidos nemerent *R* 6 nostram *R*ᵃ | deferetur *R*ᵃ

VII, 13, 14 (397 Nov. 12).

IDEM AA. MINERVIO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Aeternae urbis merita reverendam nobis amplissimi senatus efficient voluntatem. Ideoque pro tironibus in corporibus
1 postulatis pretia conferri iubemus ab amplissimo ordine. Quod in fundis etiam perpetuariis nostrae rei privatae servari praecipimus. DAT. PRID. ID. NOV. CAESARIO ET ATTICO CONSS.

R

2 effeciet *R*

II, 13, 15 (402 Dec. 6).

41 f. 4 | IDEM AA. DECIO P(RAEFECTO) V(RBI). Ad conlationem iuniorum eos tantum oportet adtineri, quos constat dignitates legitimas beneficiis consecutos, non tamen si iusta privilegia suffragantur. DAT. VIII ID. DEC. RAV(ENNA) ARCADIO A. V ET HONORIO A. V CONSS.

R

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A. 2 consecutus *R* si] *addidi, om. R*

VII, 13, 16 (406 Apr. 17).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. PROVINCIALIBVS. Contra hostiles impetus non solas iubemus personas considerari, sed vires, et licet ingenuos amore patriae credamus incitari, servos etiam huius auctoritate edicti exhortamur, ut quamprimum se bellicis sudoribus offerant, praemium libertatis, si apti ad militiam arma susceperint, pulveratici etiam nomine binos solidos accepturi: praecipue sane eorum servos, quos militia armata detentat, foederatorum nihilo minus et dediticiorum, quoniam ipsos quoque una cum dominis constat bella tractare. DAT. XV KAL. MAI. RAV(ENNA) ARCADIO A. VI ET PROBO VIRO CLARISSIMO CONSS.

R

3 quamprimum] *scripsi*, cumprimum *R* 7 xu] xiii *iungenda*

VII, 13, 17 (406 Apr. 19).

IDEM AAA. PROVINCIALIBVS. Provinciales pro inminentibus necessitatibus omnes invitamus edicto, quos erigit ad militiam innata libertas. Ingenui igitur, qui militiae obtentu arma capiunt amore pacis et patriae, sciant se denos solidos patratis rebus de nostro percepturos aerario, quibus tamen ternos ex summa supra dicta iam nunc solidos praeberi mandavimus, nam optimos futuros confidimus, quos virtus et utilitas publica necessitatibus obtulit. DAT. XIII KAL. MAI. RAV(ENNA) ARCADIO A. VI ET PROBO CONSS.

R

3 tapiunt R^a patratis] *scripsi*, paratis *R* 5 futurus *R* 6 xiii] xu *iungenda* acadio R^a

VII, 13, 18 (407 Mart. 22).

IDEM AAA. STILICHONI COM(ITI) ET MAGISTRO MILITVM. Iuniorum conlat[i]one, vel qui proxime in pretio ab honoratis pro rerum necessitate petiti sunt vel si umquam tale aliquid rei publicae ratio flagitaverit, inmunes haberi oportere decernimus, qui militiae
q. 41 f. 4' praerogativa ad tribunatus | praepositurasve pervenerint. DAT. XI KAL. APRIL. HONORIO VII ET THEODOSIO II AA. CONSS.

R

4 honorio uii] honorio iiii *R* (*cf.* 7, 20, 13)

VII, 13, 19 (408 Nov. 25).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Tirones in scholis loco semper posteriore ponantur. Nec enim patimur quemquam celsiorem gradum obtinere, nisi cui et laborum adsiduitas et stipendiorum prolixitas suffragatur. DAT. VII KAL. DEC. RAV(ENNA) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

R. — IVST. 12, 43, 3.

2 sholis R^a

VII, 13, 20 (410 Febr. 8).

[*IDEM*] AA. MACEDONIO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Tirones tricenis solidis aestimatos ab omnibus officiis iudicum Africae, exemplo praecedentis temporis, postulamus; quod simul etiam ab honoratis memoratarum provinciarum nec non Sardiniae Siciliae et Corsicae. Eos sane honores excipi ab his conveniet, quibus aut praesenti tempore publi-

1 machedonio *R* 2 temporis (-res R^b) ... 3 honoratis] *om.* R^a 2/3 postulamus quod] *scr.* postulamus postulamusque *similiterve* 4 eos sane honores excipi ab his] eo sane onere excipi *scr.* (*similiter Gothofredus*)

cum munus iniunctum est aut in Italiae sive urbis solo barbara vastitate depulsi sunt. DAT. VI ID. FEB. RAV(ENNA) VARANE V̄. C̄. CONS.

R

1 aut] aut qui *Gothofredus* solo] *scr.* solum 2 conss. *R*

,21 (416 [?] Ian. 30).

[*IDEM*] AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Tempore tironatus eorum procuratores, qui refugas occultandos putaverint aut non ipsi sponte produxerint, in iudicio praesententur ac poenas veluti rebelles ac decretorum temeratores conpellantur exsolvere. DAT. III KAL. FEB. THEODOSIO A. VII ET PALLADIO V̄. C̄. CONSS.

R

2 putauerit *R* 3 reuelles *R* 3/4 *reliquae leges ad Hadrianum praefectum datae annum* | *414 non excedunt*

,22 (428 Febr. 25).

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. VOLVSIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Mansura in saeculum auctoritate praecipimus proconsularis provinciae non eandem sacerdotalium, quae est de ceteris, in praebendis tironibus habendam esse rationem. Non inique si quidem ea potissimum ab hoc officio provincia videtur excepta, quae omnium intra Africam provinciarum obtinet principatum cuiusque maioribus sacerdotes fatigantur expensis, in quarum solacium indemnem esse convenit dignitatem. DAT. V KAL. MART. RAV(ENNA) FELICE ET TAVRO V̄V̄. C̄C̄. CONSS.

R

2 eadem *R* 5 cuiusque] *Cuiacius*, cuiuscumque *R*

f. 5

|XIIII. DE BVRGARIIS.

4,1 (398 Febr. 19).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: In burgariis eadem volumus observari, quae de mulionibus lex nostra praecepit, ut ii quoque, qui intra Hispanias vel in quibuscumque locis ausi fuerint burgarios vel sollicitare vel receptare, eodem modo teneantur, similisque eos, qui publicis vestibus deputatos sollicitaverint vel receperint, et de coniunctione et de agnatione et de peculiis et de cunctis rebus quas in illis deprehendimus poena cohibeat. DAT. XI KAL. MART. MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

R

2 hii *R* 6 depraehendimus *R* xi] xii *iuncta* 8, 5, 58.

XV. DE TERRIS LIMITANEIS.

5,1 (409 Apr. 29).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. GAVDENTIO VIC(ARI)O AFRIC(AE). Terrarum spatia, quae gentilibus propter curam munitionemque limitis atque fossati antiquorum humana

2 munitionemquae *R*

fuerant provisione concessa, quoniam conperimus aliquos retinere, si eorum cupiditate vel desiderio retinentur, circa curam fossati tuitionemque limitis studio vel labore noverint serviendum· ut illi, quos huic operi antiquitas deputarat. Alioquin sciant haec q. 41 f. 5' spatia vel ad gen|tiles, si potuerint inveniri, vel certe ad veteranos esse non inmerito transferenda, ut hac provisione servata fossati limitisque nulla in parte timoris esse possit suspicio. DAT. III KAL. MAI. RAV(ENNA) HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

R

2 retenentur *R*[a] tuitionemquae *R* 4 certa *R*

VII, 15, 2 (423 Mart. 7).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET CONS(VLI) ORDINARIO. Quicumque castellorum loca quocumque titulo possident, cedant ac deserant, quia ab his tantum fas est possideri castellorum territoria, quibus adscribta sunt et de quibus iudicavit antiquitas. Quod si ulterius vel privatae condicionis quispiam in his locis vel non castellanus miles fuerit detentator inventus, capitali sententia cum bonorum publicatione plectatur. DAT. NON. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

R. — IVST. 11, 60, 2.

2 quia] *Iust.*, qui *R* 6 non.] *R*, u non *Iust. (Cui.)*

XVI. DE LITORVM ET ITINERVM CVSTODIA.

Iust. 12, 44.

VII, 16, 1 (408 Dec. 10).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Hostis publicus Stilicho novum adque insolitum reppererat, ut litora et portus crebris vallaret excubiis, ne cuiquam ex Oriente ad hanc imperii partem pateret accessus. Huius iniquitate rei moti et ne rarior sit diversarum mercium commeatus, praecipimus hac sanctione, ut q. 41 f. 6 litorum desistat ac portuum perniciosa custodia et eundi | ac redeundi libera sit facultas. DAT. IIII ID. DEC. RAV(ENNA) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

R

2 repperat *R* 3 ad ahanc *R*[a] 4 desinat *scr.* hac] ac *R*[a]

VII, 16, 2 (410 Apr. 24).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes stationes navium portus litora, omnes abscessus provinciarum, abdita quin etiam loca et insulae tuae magnificentiae dispositione sollerti custodiantur indagine, ut nullus vel vi vel clam, vel aperto vel etiam occulto nostri possit imperii regiones inrepere, qui non aut interiectis prohibeatur obicibus aut, cum accesserit, ilico teneatur, nisi sacros apices a domino patruo meo Hon[o]rio ad me perferre apertissima ratione monstraverit: cum eadem diligentia observando, ut, si ad alium quemquam a memorato principe dixerit habere affatus, portitore detento sacrae litterae cum omnibus chartis signatae ad meam clementiam transmittantur. Hoc enim et tyrannici furoris et barbaricae feritatis occasio persuadet et inter me domnumque et patruum meum Honorium vicissim recurrente admonitione convenit. DAT. VIII KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) VARANE V̄ C̄ CONS.

R

2 addita *R* 3 costodiantur *R*[a] 4/5 ubicibus *R*[a] 7 abere *R* 8 sacraere littere *R*[a] | hoc] oc *R*[a] 9 tyrannci *[sic]* furores *R*[a] feretatis occ. persuadit *R*

II, 16, 3 (420 Sept. 18).

IDEM AA. EVSTATHIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Saluberrima sanctione ⸢decrevimus⸣, ne merces inlicitae ad nationes barbaras deferantur, et quaecumque naves ex quolibet portu seu litore dimittuntur, nullam concussionem vel damna sustineant, ⸢ gestis apud defensorem locorum praesente protectore seu duciano, qui dispositus est, sub hac observatione confectis, ut, et ad quas partes navigaturi sunt et quod nullam concussionem pertulerunt, apud acta deponant: quorum authenticum nauclerus sive mercator habebit scheda apud defensorem manente. DAT. XIIII KAL. OCT. CONST(ANTINO)P(OLI) D. N. THEODOSIO A. VIIII ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

IVST.

⸢censemus⸣

⸢ ita tamen, ut earum naucleri deponant, in quam provinciam ituri sunt, ut hoc manifestato nulla contra eos postea indignatio seu concussio procedat *fin.*

R. — IVST. 12, 44, 1.

1 eusthatio *R* 2 mercis *R* 3 notationes *R* 5 dimittuntur] *Iust.*, demittuntur *R* damno *R* 10 depunant *R*ª 11 scheda] schia *R*

41 f. 6'

II, 17, 1 (412 Ian. 28).

XVII. DE LVSORIIS DANVVII.

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. CONSTANTI MAGISTRO MILITVM PER THRACIAS. Nonaginta recenti fabricatione contextas, decem his adiectas ex veterum reparatione lusorias limiti Mysiaco, centum vero decem novas additis antiquarum instauratione quindecim Scythico, qui in latius diffusiusque porrigitur, sub hac deputari condicione sancimus, ut per singulos annos veterum renovatione curanda quattuor iudiciariae in Mysiaco limite et decem agrarienses, in Scythico vero quinque iudiciariae et duodecim agrarienses novae de integro constructae instrumentisque suis universis armatae ducis instantia apparitionisque eius periculo contexantur, ut hoc supplemento per septennium integri numeri constituti reparatio maturetur, sublimitate tua pro sua industria disponente, unde earum contextio vel constructio debeat procurari. Quod quidem iam recte credimus constitutum nobisque indicari praecipimus. Nam si memoratus lusoriarum numerus cum omni suo instrumento non fuerit apparatus, dux quidem, cuius tempore dispositio fuerit ista neglecta, triginta librarum auri, officium vero eius qninquaginta procul dubio multabitur, etiam sublimitatis tuae officio quinquaginta libras auri condemnationi subiciendo, si non per singulos annos aut conpletum numerum aut certe neglegentia praetermissum magisteriae potestati suggesserit. Illo nihilo minus observando, ut, istis secundum dispositionem tuae praestantiae ad belli aleam praeparatis adque in conflictus specula munitissimam stationem vel discursus opportunitatem deligentibus hae dumtaxat, quaecumque ex veteribus fuerint reformatae, transvectioni speciei annonariae secernantur. DAT. V KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) D. N. THEOD(OSI)O A. V. ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

R

1 trachias *R* 2 lusurias *R* 4 in *del.* sanccimus *R* 5 limete *R* 6 scytico *R* noue *R* 7 duces *R*ª 8 supplimento *R* 11 praecipemus *R*ᵇ, praeipemus *R*ª lusuriarum *R* 12/13 neclecta *R* 13 trigenta *R*ª 14 condemnatione *R* 15 singulus *R*ª 16 potestatis *R* obsseruando *R*ª 17/18 munitissimam stationem vel discursus opportunitatem deligentibus] *scripsi*, munitissima statione u. d. opportunitate delegintibus *R* 18 hae] *Gothofredus*, ac *R*ª, hac *R*ᵇ 19 ferint *R*ª 20 d. n.] p. dn. *R*ª

q. 41 f. 7 |XVIII. DE DESERTORIBVS ET OCCVLTATORIBVS EORVM.

Iust. 12, 45.

VII, 18, 1 (365 Mart. 26).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. EDICTA DVO PER ITALIAM ET ALPES. Unusquisque, apud quem desertor fuerit deprehensus, si plebeiae et humilioris condicionis est, metalli se sciat supplicio puniendum, qui autem superioris cuiuscumque loci dignitatisve sit, media se bonorum parte cognoscat esse multandum. In hac poena sit et officium uniuscuiusque iudicis, quod forte desertores in consortio sui probatos habet nec eos prodit. DAT. VII KAL. APRIL. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R

2 depraehensus *R* 3 poniendum *R*

VII, 18, 2 (379 Iul. 2/5).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Actor eius fundi, in quo alienigena vel idoneus militiae vel ante iam traditus latuerit, ultima flammarum animadversione consumatur. Hoc interim nos constituisse sufficiat, nam si parum profecerit in servos interminatio constituta, in dominos peccatum deinceps emendatura decernet. DAT. VI NON. IVL. AQVILEIA AVXONIO ET OLYBRIO VV CC CONSS.

R

4 domonus *R*ᵃ 5 decernet] *scripsi*, decernat *R*, decurrat *Gothofredus* ui] iii *iuncta 13, 1, 11* | auxonio] *R*ᵇ, uxonio *R*ᵃ

VII, 18, 3 (380 Apr. 29).

IDEM AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si temonarius prodiderit desertorem, protostasiae onere biennio relevetur. P(RO)P(OSITA) III KAL. MAI. ANTIOCHIAE GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

R

2 reuetur *R*ᵃ anthiociae *R*

VII, 18, 4 (380 Iul. 15).

IDEM AAA. AD SYAGRIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis latebram praebuerit desertori, possessionis, in qua latuerit, amissione multatus etiam graviorem sententiam pertimescat. Porro actorem flammis subiciendum esse non dubitet, qui in perniciem fortasse domini aut sceleris participatione confovit aut dissimulatione neglexit. At vero || si desertorem
1 servus prodiderit, libertate donetur; || si ⌈ mediocris loci ingenuus, immunitate potiatur. Neque solum ˹eos˺ loqui-
2 mur, | qui proxime signis felicibus adplicati militiae rudi-
q. 41 f. 7ʹ menta timuerunt, verum ⌈ qui stipendiis militaribus degenerem

IVST. 7, 13, 4
|| Si . . . donetur
IVST. 12, 45, 1
|| ⌈ quis autem desertorem prodiderit | ˹de his˺
⌈ etiam

1 aaa] aa *R* 3 dubitet] *scr.* dubites 4 aut sceleris] *requiritur* scelus aut 5 neclexit *R* | at] ad *R* 6 seruos *R* libertatem *R*

3 latebram praebuisse monstrantur. Desertor autem habebitur, quisquis belli tempore aberit a signis. Horum qui sponte processerit, peccati anterioris supplicium non timebit. Sin vero flagitiosa ignavia delitescat, per eum, in cuius domo fuerit, invigilantibus ˹forinsecus˺ quoque officiis publicis, ubicumque correptus severitati iudicis offeratur, degeneri morte
4 gladium subiturus. Si autem rector provinciae propositam severitatem vel gratia vel dissimulatione distulerit, patrimonii atque existimationis damno subiciatur et in officii primores capitaliter vindicetur. P(RO)P(OSITA) ID. IVL. ROM(AE) GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

˹extrinsecus˺

R. — IVST. 7, 13, 4. 12, 45, 1.

1/2 haberit *R*ᵃ sint *R*ᵃ, sit *R*ᵇ 3 anteriores *R* 6 iudiciis *R* 4 sin] degeniri *R* 7 siueritatem *R* 8 exestimationis *R* 9 primoris *R* indicetur *R*ᵃ u] ui *R*

5 (381 Ian. 16).

IDEM AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis forte desertorem agro tectoque susceperit atque aput se diu passus fuerit delitiscere, actor quidem vel procurator loci, qui hoc sciens prudensque conmiserit, capitali supplicio subiugetur, dominus vero, si huius rei conscius fuerit, praedii, in quo latuerit desertor, amissione puniatur. DAT. XVII KAL. FEB. EVCHERIO ET SYAGRIO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

R. — IVST. 12, 45, 1.

1 aa. neotberio *R* agro] gro *R*ᵃ 2 dilitiscere *R* auctor *R*ᵃ qui] *Iust.*, *om. R* 3 dominus] don(?) *scribere coepit, mox correxit R* 4 uius *R*ᵃ in] *Iust.*, iri *R* amisicne *R*

6 (382 Apr. 2).

IDEM AAA. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Desertorum iugiter pretia vindicamus, quos intra annui temporis metas inter ipsa traditionis exordia deseruisse constiterit. Ipsorum quippe est providentiae, quos huiusmodi munus amplectitur, militaturis potius
1 quam fugacibus instruere necessaria supplementa. Si vero in desertoribus occulendis actorum scelus atque conmissum sit, flammis scelera puniantur. Si dominum quoque conscientia talis involverit, praediis, quae latebram praestiterunt, sacro patrimonio vindi-
8 catis gravioris exitii dominum quoque | casus involvat. P(RO)P(OSITA) ROM(AE) IIII NON. APRIL. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

R

1 aaa.] aa. *R* ppo] *vide ad 6, 6, 1* 2 traditiones *R*ᵃ constitirit *R* 4 supplimenta *R* disertoribus *R* occulendi *R*ᵃ 5 scelus *R*ᵃ atque *delendum* 6 prestiterunt *R* 7 grauiori *R*

7 (383 Iul. 12).

IDEM AAA. CONSTANTIANO VIC(ARI)O DIOECESIS PONTICAE. Quisquis in fundo suo desertores vel latrones habere se meminerit, nisi eos ex die constitutionis emissae in sex menses prodiderit aut conprehensos etiam severitati iudiciariae obtulerit, sciat dissimulatione convictus fundum ipsum, in quo praedicti postea potuerint inveniri, fisci nostri viribus
1 esse nectendum. Quod si forte contigerit, ut inscio domino memorati latuisse videantur, pari constituti temporis dimensione servata actores capite damnentur. Quam con-

1 aaa.] aa. *R* constantiano] *reliquae constitutiones ad hunc vicarium datae*, constantino *R* 2 hebere *R* in] intra *Seeck* 3 conprehensus *R* in dissimulatione *requiritur* 5 contegerit *R* 6 conconstituti *R*

dicionem et circa actores rerum nostrarum volumus custodiri. DAT. IIII ID. IVL. CONST(AN-TINO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

R

VII, 18, 8 (383 [391?] Febr. 27).

IDEM AAA. AD FLAVIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quisquis desertorem vel a se receptum vel in suo latitantem cognoscit, nisi eum ex die publicati huius edicti intra duos menses adhibita inquisitione correptum ordinario iudici offerre curaverit, detectus in crimine pro qualitate ordinis atque personae incurrat in legem. Et si quidem potuerit corporali iniuriae subiacere, servata ex iure substantia et fustibus coerceatur vel metallo operi publico deputetur et nonnumquam se ulterius erigente censura exilio perpetuae relegationis plectatur. Quod si eiusmodi fortasse fuerit, ut iniuria corporali intuitu generis aut honoris excipiatur, non procrastinata auctoritate sententiae per singula capita eorum, quos contra interdictum retinere atque occultare non timuit, denos iuniores
1 maxime idoneos militiae offerat aut quinquaginta pondo argenti restituat. Quod si
q. 41 f. 8′ procurator possessionis sive actor vel etiam | colonus latebram desertori domino ignorante praestiterit, detectus in crimine capitali supplicio mancipetur. Ceteros quoque similis conscientiae exemplum triste deterreat illorum: tantummodo probationibus evi-
2 denter ostensis innoxiis relinquatur habitatio, quos iam dudum fiscus adaeravit. Oblati autem iudicibus, nisi in contigua quacumque provincia vel tuae praestantia potestatis vel ii dumtaxat ordinis militaris viri, qui possint de capite eorum ferre sententiam, degere videbuntur, interrogati et severitati necessariae subiaceant et ad sinceritatem tuam per ordinarii iudicis exsecutionem vel officia rectoris dirigantur cum prosecutione. ET CETERA. DAT. III KAL. MART. MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

R

1 aa. *R* 4 ordinis atque] *Gothofredus*, ātque (*sic*) ordinis *R*, atque ordine *Beck* 5 cohերceatur *R* 5/6 metalloperi *R*, metalli operi *Haenel* 6 ulterius] *Gothofredus*, alterius *R* 7 relelationis *R* 8 excipitur R^a proscrastinata R^b, proscarastinata R^a auctortate R^a 11 procuratur R^a 13 similis] *Cuiacius*, similes *R* 14 quos] *fortasse scr.* quam 15 contigua] *Gothofredus*, continua *R* 16 hii *R* ordinis militaris] *Gothofredus*, ordines militares *R* 17 et seueritati] esse ueritati R^a sinceritatem R^a 18 exsecutione *R* dtrigantur R^a. — *Constitutiones duae directae ad Flavianum ppo (cf. C. I. L. VI, 2783:* praef. praet. Italiae Illyrici et Africae iterum*) subscriptae a. 382 Aug. 18 (9, 40, 13) et 383 Febr. 27 (7, 18, 8 + 9, 29, 2) perperam interponuntur, ut exposuit Tillemontius (Gratian. not. 19. 21) inter constitutiones datas ad Syagrium a. 380—382 Aug. 30 et Hypatium a die 382 [Apr. 13?] Dec. 3—383 Mai. 7. Referendae igitur erunt ad praefecturam eius secundam a. 391 et 392. Alteram constitutionum illarum praeterea viri docti consentiunt spectare ad caedem Thessalonicensem a. 390 paenitentiamque de commisso scelere Theodosii eodem anno actam, quo ipso tempore (certe iam principio a. 391) Flavianum constat fuisse praefectum praetorio.*

VII, 18, 9 (396 Apr. 26).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. AD POPVLVM. Quisquis in domo patrimoniove suo vel qualibet abstrusa et longissime a se possessione discreta desertorem latere cognoscit, ad eos, quibus cura indagandi mandata est vel, si forte defuerint, ad rectorem provinciae protinus spontanea oblatione deducat veniam delicti veteris habiturus. Exactis enim quattuor mensibus, postquam edictum nostrum intra eam urbem, quam quisque habitat, fuerit publicatum, si quis noluerit moderationi praesentis oboedire praecepti, haec in eum poena inponetur, ut et qui occultatus fuerit eruatur et latebrae auctor pro uno desertore vel duas praeter eum auri libras vel duos iuniores militaris roboris ac staturae
1 cogatur fisco abscisa spe totius defensionis inferre. Et quoniam plurimos cognovimus,
q. 42 f. 1 priusquam victricibus aquilis sociarentur, vel illuc, unde electi fuerant, vel quo | placuerit

2 qualiuet *R* abstrusa] *Gothofredus*, obstrusa *R* longissimae *R* decreta R^a 4 habeturus *R* 8 uel duas praeter eum] *scripsi*, uel pro duas praeterea *R* 10 sociearentur R^a

abire, alios autem litterarum initiatos auspicio, quamquam necdum dicantur meruisse sub signis, praecipimus, ut post tempus definitum quicumque ex iunioribus fuerit retentus, praeter eum vel duos tirones per singulos vel duas auri libras malo coactus fisco
2 nostro adnumeret. Qui vero causarias vel honestas indepti sunt missiones, ab invidia et formidine desertionis amoveantur, etsi haec sunt tyrannico tempore consecuti, dummodo
3 eos eas meruisse vel peracto militi[ae] labore vel probata debilitate pateat. Si qui etiam ex s[er]vorum numero militiae se sociarunt, quos dominis suis legitima iudicum reformavit auctoritas, sine metu legis ab his, quibus recte docentur redditi, tenebuntur. DAT. VI KAL. MAI. MED(IOLANO) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R

2 pos *R* 6 eos eas] *scripsi*, eos (*om.* eas) *R* 7 nomerum *R*ᵃ

II, 18, 10 (400 Mai. 17).

IDEM AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O GALLIARVM. Protectores, qui ad inquisitionem vagorum per provincias diriguntur, nullas in retinendis fugitivis dumtaxat indigenis iniurias possessoribus parent, quia hoc illis tantum permittitur, ut desertores veteranorum filios ac vagos et eos, quos militiae origo consignat, ad dilectum iuniorum provocent. DAT. XVI KAL. IVN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

R

1 glliarum *R*ᵃ 1/2 inquiinqsitionem *R*ᵃ 4 filios *bis R* 4/5 prouocet *R* 5 stili- | chone *R*ᵃ auriliano *R*

II, 18, 11 (403 Febr. 24).

IDEM AA. ET THEODOSIVS A. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui desertores oberrare in provinciis fuerint conprehensi, eos et conprehendi protinus volumus et ad iudicem deduci, ut auditi, cum de crimine desertionis suae confessi fuerint, carceris custodiae deputentur: de quorum nominibus ad tuam sublimitatem subditis confessionibus referatur, ut instructi magistri militum, quid de his fieri oporteat, pro
42 f. 1' sui auctoritate constituant. || ⌜Sin vero⌝ inventi resis|tendum atque armis obtinendum putaverint, tamquam rebelles in ipsis temeritatis
1 suae conatibus opprimantur: ita tamen, ut provinciarum iudices sollicita cautione disquirant, ne sub falsarum tractoriarum nomine desertionis suae crimen defendere moliantur, ⌜ne⌝ subpositis aut con-
2 mentis epistulis evadendi habeant facultatem. || In desertorum quoque occultatores iuxta promulgatas leges severissime vindicetur. DAT. VI KAL. MART. RAV(ENNA) THEODOSIO A. I ET RVMORIDO CONSS.

IVST.
|| ⌜Si desertores⌝
⌜nec⌝
|| *fin.*

R. — IVST. 12, 45, 2.

2 conpraehensi *R* conpraeh endi *R* 5 magistri . . . 6 auctori *om. R*ᵃ 7 obnitendum | *Fornerius* 10/11 conmentis] *R Iust.*, conmenticiis *Gothofredus* 12 occultator *R*

II, 18, 12 (403 Iul. 25).

IDEM AAA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis militem profugum desertoremque castrorum in praedio suo susceperit, nisi eum ipse prodiderit aut conprehensum severitati iudiciariae potestatis obtulerit, sciat, si in dissimulando convictus fuerit, fundum ipsum, in quo praedictus postea potuerit inveniri, fisci nostri viribus sociandum.
1 Quod si forte contigerit, ut inscio domino in eius praediis habitarit, fundo a nexu huius

1/2 desertorumque *R* 2 conprehensus *R* 3 potestati *R* 5 nexu] *Cuiacius*, nixu *R*

legis exuto actorem conscium severo supplicio damnandum esse censemus. Quam condicionem etiam circa actores domus nostrae volumus custodiri. DAT. VIII KAL. AVG. RAVENNA THEODOSIO A. I ET RVMORIDO CONSS.

R

1 exuto] *Cuiacius et m. rec. in R*, ex•i(?)o *R* danandum *R*[1] 2 auctores *R*

VII, 18, 13 (403 Oct. 2).

IDEM AAA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Desertores modis omnibus adtinendos esse censemus. Universi igitur provinciales sciant opprimendorum sibi desertorum facultatem esse permissam: quibus ne sit tarditas poenae solacio, velox ubicumque iubemus esse supplicium. Quod ad notitiam primatium urbium vicorum castellorumque deveniat, quo scire possint etiam occultatores eorum ad subeundam poenam, quae divi genitoris nostri est constituta legibus, adtineri. DAT. VI NON. OCT. THEODOSIO A. I ET RVMORIDO CONSS.

R

3 traditas *R*

VII, 18, 14 (403 Oct. 2).

q. 42 f. 2 | IDEM AAA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Opprimendorum desertorum facultatem provincialibus iure permittimus: qui si resistere ausi fuerint, ⌜ velox ubicumque iubemus esse supplicium. Cuncti etenim adversus latrones publicos desertoresque militiae ius sibi sciant pro quiete communi exercendae publicae ultionis indultum: ||
1 hac tamen condicione servata, ut ab his iunioribus, qui proxima indictione praesenti tempore conferuntur, supplicio temperetur, quia per provinciales intra praescribtum legibus tempus ad ea signa, quibus destinati fuerant, redhibendi sunt, ne possessores redhibitionis damna
2 percellant propter eos, qui necdum paene auspicati militiam fugerunt. Sed ut in his patientiam tenemus, ita omnes, qui ultra memoratam indictionem et nostrae beneficia sanctionis castra et militiam deseruere, condemnationibus obnoxios esse praecipimus occultatoresque eorum ad subeundam poenam, quae divi genitoris nostri constituta est legibus, volumus retentari. DAT. VI NON. OCT. D̄. N̄. THEODOSIO A. I ET RVMORIDO VIRO CLARISSIMO CONSS.

⌜ in his IVST.

|| *fin.* IVST.

R. — IVST. 3, 27, 2.

5 ut] aut *R* 5/6 qui proximo tempore indictione praesenti offeruntur *malim* 6 quia] *Gothofredus*, qua *R* rouinciales *R*[a] prescribtum *R* 7 ne possessores redhibitionis] nec possessores redhibentes *scr.* 8 paene] *Cuiacius*, poenae *R* 11 quae] que *R* 12 ui] u *Iust.*

VII, 18, 15 (406 Mart. 24).

IDEM AAA. LONGINIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui relictis militaribus castris se ad depraedationes vel latrocinium contulerint, severitatem ⌜publicam⌝ non evadant. DAT. VIIII KAL. APRIL. RAV(ENNA) ARCADIO A. VI ET PROBO V̄. C̄. CONSS.

⌜iudicis⌝ IVST.

R. — IVST. 12, 45, 3.

1 longiano *R Iust. (Ambros.)*, longionario *Iust. (O)*

VII, 18, 16 (413 Iun. 12).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. GAISONI COMITI ET MAGISTRO MILITVM. ⌜Qui⌝ sine conmeatu aliquo annum in penatibus propriis

⌜si qui⌝ IVST.

2 sine] ne *R*[a]

vel in quibuslibet locis desidiosa quiete transegerit, decem sequentibus postponatur; in quo vero biennium talis culpa deprehenditur,
2 f. 2ᵃ viginti sibi antepositos congemiscat; tertius autem annus | triginta praelatos iure deflebit, ita ut quartus exempto matriculae ⌜nulli⌝ veniam derelinquat. ET CETERA. DAT. PRID. ID. IVN. RAV(ENNA) POST CONSVLATVM HONORII VIIII ET THEODOSII V AA.

⌜nullam⌝ IVST.

R. — IVST. 12, 42, 3.

1 transigerit *R* 3 congemescat ertius *R* 4 defleuit *R* 5 prid.] rid. *R*ᵃ 6 conss. | honorio *R* theodosio *R* aa.] augustis consulibus *R*

,18,17 (412 Febr. 29).

IDEM AA. CONSTANTIO MAGISTRO MILITVM. Omnes tribunos, qui per Africam vagorum et desertorum requirendorum sumpserunt officium, ne sub huiusmodi professione vastent provinciam, submoveri praecipimus. In futurum autem istud nequaquam vocabulum vel officium infaustum constituimus per Africam esse debere, ita ut, si quis ad condemnatam huius officii qualitatem praedae causa adspirare temptaverit, capitalis in eum severitas exeratur. DAT. PRIDIE KAL. MART. RAV(ENNA) HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.

R

3 istud] *Cuiacius (ed. 2),* itut *R* 5 praediae *R*

XVIIII. DE SATVRIANIS ET SVBAFRENSIBVS ET OCCVLTATORIBVS EORVM.

II,19,1 (399 Iul. 20).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Saturianorum
,42 f. 3 coniurationem armis sumus, ut oportuit, persecuti. | Sed aliquot ex eis inminentis poenae evitatione ad di[*ver*]sa semet latibula contulerunt, quorum occultatores huic severitati sciant se esse subdendos, ut hae possessiones, in quibus latebram conlocaverint, fisci nostri corporibus adgregentur, nisi protinus post edicti huius auctoritatem poenae ac legibus
1 fuerint restituti. Simili etiam se condicione retinendum esse cognoscat, si qui e Subafrensibus, qui in Saturianorum se coniurationem miscuerunt, quempiam praeviderit occultandum. Quisquis igitur huiusmodi hominem adversus salubris decreti auctoritatem existimaverit latebris subtrahendum, sciat sibi cum eo facinus esse commune, et si eiusmodi personae fuerint, quae multari rerum amissione non possint, proprii capitis luendum
2 esse supplicio. Nec hi sane poenae se exsortes futuros esse credant, qui deprehensos in quolibet rure tantorum scelerum machinatores silentio praetermiserint et non statim
3 sub publica testificatione, quibus in locis inventi fuerint, publicaverint. Id quoque observandum esse censemus, ut ad ea loca, quae a memoratis latronibus tenebantur, diligens dirigatur inspector, oblaturus primitus veteribus dominis, ut, si haec possidere desiderant, ne abductis maereant cultoribus, translatis aliunde familiis rura, quae huc usque infructuosa apud eosdem perditorum temeritas fecisse videbatur, exerceant, vel certe, si incon-

1 saturanorum *R* 2 aliquot ex eis] *scripsi,* aliquotiens *R* inmonendis *R* 3 di•••|sas *R* siueritati *R* 4 hae] haeae *R* 6 retenendum *R* 7 praeuiderit] crediderit *Gothofredus* 9 commone *R*ᵃ 11 supplicio] *Gothofredus,* supplicium *R* 12 rure] *Gothofredus,* iure *R* 13 sub publica] *Cuiacius,* sublica *R* 15 oblaturus] delaturus *malim* 16 ne] neue *R* mereant *R* aliunde] *Gothofredus,* abunde *R* 17 temeretas *R*ᵃ

venientia existimaverint, salva tributorum praestatione ad idoneos possessores transferant. DAT. XIII KAL. AVG. THEODORO VIRO CLARISSIMO CONS.

R

1 prastatione R^a, prestatione R^b 2 cons.] c̄s̄s *R*

q. 42 f. 3'

|XX. DE VETERANIS.

Iust 12, 46.

VII, 20, 1 (318 [324] Apr. 10).

IMP. CONSTANTINVS A. FLORIANO PRAES(IDI). Veteranis, qui ex die V nonarum Iuliarum, cum prima per Thraciam victoria universo orbi inluxit, et qui postea aput Nicomediam nostram missionem meruerunt, certa per edictum indulsimus, quae scribendi tabulis vel encauto et cerussa conscribere detur eis licentia. Edictum autem continens indulgentiam nostram ad devotionem tuam misimus, ut et tua dicatio et cuncti alii recognoscant, quid praestitimus memoratis. P(RO)P(OSITA) IIII ID. APRIL. LICINIO V ET CRISPO CAESARE CONSS.

R

1 ex *delendum* 2 traciam uicturia *R* urbi *R* 3 missione *R* scribendi] *fortasse* aereis *(cf. 11, 27, 1)*. 4 licentiam *R* 6 prestitimus *R* *immo data est a. 324* Crispo C. III et Constantino C. III conss.; *nam proelium apud Hadrianopolim commissum est die V non. Iul. a. 323 eodemque anno ad Hadrianopolim debellatum*

VII, 20, 2 (320 [?] Mart. 1).

IDEM A. cum introisset principia et salutatus esset a praefectis et tribunis et viris eminentissimis, adclamatum est: Auguste Constantine, ⸢dii te nobis servent⸣: vestra salus nostra salus: vere dicimus, iurati dicimus. Adunati veterani exclamaverunt: Constantine Aug̅, quo nos veteranos factos, si nullam indulgentiam habemus? Constantinus A. dixit: Magis magisque conveteranis meis beatitudinem augere debeo quam minuere. Victorinus veteranus dixit: muneribus et oneribus universis locis conveniri non sinamur. Constantinus A. dixit: Apertius indica; quae sunt maxime munera, quae vos contumaciter gravant? Universi veterani dixerunt: ipse perspicis scilicet. Constantinus A. dixit: iam nunc ⸢munificentia⸣ mea omnibus veteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorum ⸢ nullo munere civili neque in operi-
q. 42 f. 4 bus publicis conveniatur neque in nulla conlatione neque | a magistratibus neque vectigalibus. In quibuscumque nundinis interfuerint, nulla ⸢ proponenda dare debebunt. Publicani quoque, ut solent agentibus ⸢super conpellere, ab his⸣ veteranis amoveantur; quiete post labores suos perenniter perfruantur.
1 Fisco nostro quoque eadem epistula interdiximus, ut nullum omnino ex his inquietaret, sed liceat eis

IVST.
⸢deus te n. servet⸣
⸢magnificentia⸣
⸢ in
⸢ ad venditionem
⸢superpellere ab isdem⸣

---

3 seruen *R* 8 uicturiuus *R* 12 prspicis R^a 17 publicani] *Iust.*, publicanis *R* 19 post] postu *R* 21 eis] eius *R*

emere et vendere, ⌈ut integra beneficia eorum sub saeculi nostri otio et pace perfruantur⌈⌈et eorum senectus quiete pos[t]
2 labores perfruatur. Filios quoque eorum defendant decertationes, quae in patris persona fuerunt, quosque optamus florescere sollicitius, ne si contumaces secundum eosdem veteranos conprobari potuerint, decimentur his sententiis, cum praesidali officio adiungentur. Probabilius iussionem meam curabunt ergo stationarii milites cuiusque loci cohortis, et parentes eorum desperationem, et ad sanctimoniam conspectus mei sine ulla deliberatione remittere, ut sint salvi, cum senuas consecuntur poenas indulgentiae. DAT. KAL. MART. IN CIVITATE VELOVOCORVM CONSTANTINO AVG. VI ET CONSTANTINO CAES. CONSS.

⌈optimis negotiis pecuniam tractare et mercimonia agitare
⌈⌈sed etiam nullo munere civili, id est corporali sive personali, vel de portorio onere eos adfici concedimus *fin.*

R. — IVST. 12, 46, 1.

1 uindere *R* 2 perfruantur] *R Iust., scr.* perdurent *similiave* 3 *corrupta quae sequuntur adhuc medicos quidem neque tamen medicinam invenerunt; ego talia temptavi, Aesculapium ludens:* filios quoque eorum defendant [certationes] quae in patris persona [iuverunt: quos] optamus florescere sollicitius, ne, si contumaces secundum eosdem veteranos comprobari potuerint, decimentur [nostris] sententiis, cum [a] praesidali officio [adducentur] probabili [ei]us [studio] iussion[e] me[a]. curabunt ergo stationarii milites cuiusque loci cohortis [ad] parent[um] eorum desperationem [peccantes] ad sanctimoniam conspectus mei s. u. d. remittere, ut sint salvi, cum [consonas *(sic Gothofredus)* parentes] conse[qu]antur poenas indulgentiae 11 constantino caes.] constantio caes. *R; cum sequatur constitutio a. 325, intellegitur sine dubio a. 320, sed civitas Bellovacorum, quae videtur significari, ab eo anno abhorret, cum post a. 316 Constantinus in Gallia non videatur fuisse.*

VII, 20, 3 (320 Oct. 13).

IDEM A. AD VNIVERSOS VETERANOS. Veterani iuxta nostrum praeceptum vacantes terras accipiant easque perpetuo habeant immunes, et ad emenda ruri necessaria pecuniae in nummo viginti quinque milia follium consequantur, boum quoque par et frugum promiscuarum modios centum. Qui autem negotii gerendi habuerit voluntatem, huic centum follium summam inmunem habere permittimus. Praeter hos ergo, qui vel domi-
q. 42 f. 4' cillis | vel negotiis detinentur, omnes, qui vacatis et nullum negotium geritis, ne inopia laboretis, ad hoc remedium debetis concurrere. DAT. III ID. OCT. CONSTANTINOP(OLI) CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO CAES. CONSS.

R

1 praecceptum *R* 2 et] *Cuiacius,* e *R* 3 nummu *R*[a] milia] militia *R* 4 uoluptatem *R* 6 uacatis] *fortasse scr.* agro uacatis 7 debitis *R* constantinopoli *delendum* 8 constantio $\overline{\mathrm{caes}}$ *R*

VII, 20, 4 (325 Iun. 17).

IDEM A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Comitatenses et ripenses milites atque protectores suum caput, patris ac matris et uxoris, si tamen eos superstites habeant, omnes excusent, si censibus inditi habeantur. Quod si aliquam ex his personis non habuerint vel nullam habuerint, tantum pro suo debent peculio excusare, quantum pro iisdem, si non deessent, excusare potuissent, ita tamen, ut non pactione cum alteris facta simulato
1 dominio rem alienam excusent, sed vere proprias facultates. [Veteranos autem post emeritae [missionis epistulas tam suum quam uxoris caput excusare sancimus aut, si honestam mis-[sionem meruerint, suum caput tantummodo excusare ceteros.] Omnes veteranos de quo-
2 cumque exercitu una cum uxore sua unius capitis frui excusatione praecipimus. Ripen-

1 $\overline{\mathrm{pu}}$] *cum neque subscriptio neque argumentum constitutionis praefecto urbi conveniat, item in altera huic simili 12, 1, 10 magistratus deficiat, in tertia 15, 12, 1 et ipsa simili Maximus appelletur* $\overline{\mathrm{ppo}}$, *probabile est omnes datas esse, ut recte legitur 12, 1, 12, hoc anno ad vicarium Orientis* 2 suum] *malim* praeter suum patres ac tris et *R* 4 uell nullam *R*[a] hisdem *R* 6 rem] rum *R*[a] emeritae] *Cuiacius,* temeritate *R* veteranos autem .... 8 ceteros *comma est insiticium pugnans cum iis quae sequuntur* 7 suum] suo *R* capud *R* aut] at *Cuiacius*

sis autem veteranus, qui ex priore lege post viginti quattuor stipendia honesta missione impetrata unius excusatione capitis fruebatur, etiam si viginti stipendiis conpletis honestam missionem meruerit, ad exemplum comitatensium militum unum caput excuset. [Intra viginti etiam stipendia dimissus, quoniam inbecilli et debiles censibus non dedi-
3 [cantur, eodem beneficio utatur.] Alares autem et cohortales dum militant, propria capita excusent, veteranis quoque eadem excusationis solacia habituris. Qui quocumque
q. 42 f. 5 tempore in quibuscumque partibus meruerint missionem, si ex comi|tatensi militia senectutis vel debilitatis causa dimissi fuerint, indiscreto stipendiorum numero duo capita excusaturis, id est suum adque uxoris; et ripensibus indiscrete idem privilegium habituris, si se ob belli vulnera dimissos probaverint: ita ut, si quis eorum post quindecim stipendia intra viginti et quattuor annos ex militia decesserit, sui tantum capitis excusatione fruatur; uxorem enim ripensis, si militia decesserit post viginti et quattuor annos, excusari oportet. P(RO)P(OSITA) XV KAL. IVL. ANTIOCHIAE PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

R

1 ueteranos *R* 2 impetra *R* conpetis R^{a} 3 capud *R* 4 intra . . . 5 utatur *item videntur spuria* inuecilli *R* 5 utantur *R* halares *R* propri *R* 8 adimissi R^{b}, admisse R^{a} stipendiorum] *Gothofredus*, dispendiorum *R* 9 uxores R^{a} et] *sic R, non* R^{b} indiscretae *R* 10 dimissus *R* 12 *post* decesserit *verba* 11/12 sui tantum capitis excusatione *iterantur in R* 13 pp] *immo data; certe hoc anno Constantinus fuit in Oriente.* anthiociae *R*

VII, 20, 5 (328 [?] Dec. 29).

IDEM A. MAXIMO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Providendum est, ne veterani protectoria dignitate cumulati aut qui honores varios pro meritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur iniuriis, cum, si quis in hoc crimine fuerit deprehensus, rectores provinciarum ⌈ conveniat ad tuum iudicium referre atque ad tuum officium praedictos dirigere, ut factum pro sui qualitate possit facillime coherceri. DAT. IIII KAL. IAN. TREVIRIS IANVARINO ET IVSTO CONSS.

IVST.
⌈ pro iurisdictione sua examinantes factum pro sui qualitate eos coerceant *fin.*

R. — IVST. 12, 46, 2.

1 ā] āā *R* ppo] *Iust., om. R* ne] *Iust.,* de *R* 2 qui *om. Iust.* 7 triueros *R.* — *Eo anno Constantinus vix constitit Treveris*

VII, 20, 6 (342 [?] Iun. 24).

IMP. CONSTANTIVS A. AD HELPIDIVM CONSVL(AREM) PANNONIAE. Privilegia concessa veteranis, qui stipendia iusta meruerunt, prout se quisque in officiis conpetentibus militasse declaret, omnia conserventur, corporalium seu personalium munerum vacatione eisdem tribuenda. DAT. VIII KAL. IVL. SIRMIO CONSTANTIO A. VII ET CONSTANT. A. II CONSS.

R

3 personaliumumunerum R^{a} 4 *consules corrupti; fortasse scr.* Constantio A. III et Constante A. II, *id est a. 342; sequitur constitutio a. 352.*

VII, 20, 7 (353 [?] Aug. 11).

IDEM A. EVAGRIO P(RAEFECTO) V(RBI). Quosdam veteranos hoc nomine indignos latrocinia perpetrare conperimus, ideo-
q. 42 f. 5' que praecipimus, ut veterani, quibus bona mens est, | aut arva versent aut certe in optimis negotiis pecuniam tractent

IVST.
Veterani, qui ex neglegentia vitae neque rus colunt

1 idem (*id est* imp. Constantinus) *Iust.* pu] *R contra laterculum praefectorum,* pp *Iust.* (*O*) *recte fortasse collato rescripto a. 354 Sept. 22 (Iust. 2, 19, 11)* 4 uersint *R*

et mercimonia agitent. Qui vero neque rus colunt neque utilem vitam conmerciis exhibent, mox in ipsos capitaliter exsurgendum. Exui enim omnibus privilegiis debent, per quos publica quies perturbatur, ita ut, si levissimum aliquid deliquerint, omnibus subiciantur poenis. DAT. III ID. AVG. CONSTANTIO A. VI ET CONSTANTE II CONSS.

neque aliquid honestum peragunt, sed latrociniis sese dederunt, omnibus veteranorum privilegiis exuti poenis competentibus a provinciarum rectoribus subiciantur.

R. — IVST. 12, 46, 3.

4 quies] quiex *R* 5 delinquerit *R*

VII, 20, 8 (364 Nov. 17).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. Omnibus benemeritis veteranis quam volunt patriam damus et inmunitatem perpetuam pollicemur. Habeant ex vacantibus sive ex diversis, ubi elegerint, agros et ea lege habeant, ut sibi soli eorundem fructus cessuros esse cognoscant; nullum ex his agris stipendium, nullam annuam praestationem postulabimus: amplius addentes, ut etiam ad culturam eorundem agrorum et animalia et semina praebeamus, ita ut is, qui ex protectore dimissus erit, duo boum paria et centum modios utriusque frugis consequatur, alii vero, qui honestas missiones sive causarias consequuntur, singula paria boum et quinquaginta modios utriusque frugis accipiant. Super quibus praebendis ad conpetentes iudices scribta congrua destinata sunt. Si quos etiam veterani servulos familiasve ad agrum duxerint, inmunes perpetuo possideant. DAT. XV KAL. DEC. ROM(AE) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

1 uniuersor *R* 3 uagantibus *R* ea] *Beck*, a *R* solis *Haenel* 5 prestationem postulauimus *R* 6 his *R* protectore] *Cuiacius*, pro|tore *R* 7 pari *R*ᵃ 10 seruulus *R* 11 dat.] *scr.* pp.

VII, 20, 9 (366 Dec. 6).

IMPPP. VALENTINIANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD DAGALAIFVM MAGISTRVM MILITVM. Remotis iniuriis iussimus veteranis nostris vel adgnatis licere emere vendere negotiari:
[. 42 f. 6 quos secundum veterem consuetu|dinem parentum nostrorum ab omni munere universisque reditibus auri argentique, sed et portorii indemnes esse oportet. DAT. VIII ID. DEC. VERONAE GRATIANO NOB. P. ET DAGALAIFO CONSS.

R

2 emere] et mere *R* 3 consietudinem *R* 4 porturii *R* 4/5 ueronae] *locus prope Remos quaerendus ignotus est et fortasse corruptus;* uiroduni *Beinesius* 5 dalagaifo *R*

VII, 20, 10 (369 Dec. 23).

IDEM AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis praepositus fuerit aut fabricae aut classi aut laetis, identidem si praepositus Rom(anae) legionis vel cohortis gesserit tribunatum, aut quicumque his administrationibus, ad quas nonnisi cum certis fideiussoribus singuli quique veniunt, fortasse praefuerit, qui non vel intra palatium congruo labore meruisse vel armatam invenitur sudasse militiam, his privilegiis careat quae militaribus palatinisque tribuuntur. DAT. X KAL. IAN. TREVIRIS VALENTINIANO NOBILISSIMO PVERO ET VICTORE CONSS.

R

2 legionis] *Gothofredus*, largitionum *R* 5 que *R* 6 triueris *R*

VII, 20, 11 (373 [365 vel 368] Ian. 17).

IDEM AAA. AD IOVINVM MAGISTRVM MILITVM. Conmoneat tua sinceritas hac sanctione veteranos, ut loca absentium squalida et situ dissimulationis horrentia, de solida fructuum indemnitate securi, quantum vires uniuscuiusque patientur, exerceant. Namque decernimus, ut his, qui soli relicti terras sulcaverint, sine molestia praeiudicioque dominorum proventuum emolumenta quaerantur nihilque illis, qui messium tempus adsolent aucupari, agratici nomine deferatur. DAT. XVI KAL. FEB. VALENTINIANO ET VALENTE AA. IIII CONSS.

R

2 solida] *Cuiacius*, solidas *R* 5 prouentuum] *Gothofredus*, prouectuum *R* 6 *Iovinus magisterium cum deposuerit a. 369 (Ammianus 28, 3, 9) reliquae quoque constitutiones ad eum datae a. sint 365 et 367, haec referenda erit ad a. 365 vel 368.*

VII, 20, 12 (400 Ian. 30).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. STILICHONI MAGISTRO VTRIVSQVE MIL(ITIAE). Plerique testimonialibus fraude quaesitis fiunt veterani, qui milites non fuerint, nonnulli inter
q. 42 f. 6' exordia militiae in ipso aetatis flore discedunt. Quisquis igitur laetus Alamannus | Sarmata vagus vel filius veterani aut cuiuslibet corporis dilectui obnoxius et florentissimis legionibus inserendus testimoniales ex protectoribus vel cuiuslibet dignitatis obtinuit vel eas, quae nonnumquam comitum auctoritate praestantur, ne delitiscat, tirociniis
1 castrensibus inbuatur. Si quis praeterea vel prima stipendia vel nondum, ut oportebat, inpleta missionis colore deseruit, nihil impetrata valeant, nisi forte quempiam aut defessae aetatis aut corporis aegritudo aut gloriosorum vulnerum cicatrices causaria vel honesta missione defendunt, dummodo hos ista non adiuvent, qui aetate solida et integro
2 corpore haec occuparunt. Et quoniam plurimos vel ante militiam vel post inchoatam vel peractam latere obiectu piae religionis agnovimus, dum se quidam vocabulo clericorum et infaustis defunctorum obsequiis occupatos non tam observatione cultus quam otii et socordiae amore defendunt, nulli omnino tali excusari obiectione permittimus, nisi qui aut fractus senio aut membris debilis aut parvitate deformis indignus consortio viro-
3 rum fortium repperitur. Illius quoque sanctionis oportet admoneri, ut, si quis decurionum primipilariorum collegiatorum civilium apparitionum vel aliorum necessitatibus inretitus militiae sacramenta durasset, defendi castrensium stipendiorum excusatione non possit. DAT. III KAL. FEB. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO VIRIS CLARISSIMIS CONSS.

R

2 fiunt *R* 3 ipsa *R* laetus] *Gothofredus*, luctus *R* 4 dilectui] *Beck*, dilectus *R* florentissimis] *Gothofredus*, florentissimus *R* 5 testimoniales] *scripsi*, testimonialem *R* 6 prestantur *R* 7 portebat *R*[a] 8/9 defessae] *Cuiacius*, defensae *R* 10 adiubent *R* 11 inquoatam *R* 12 uel peractam] nec peractam *Gothofredus* vocabulo] *Gothofredus*, vocabula *R* 14 nisi] insi *R*[a] 15 fractus] *Cuiacius*, fructus *R* indignos *R* 19 stilichone *R*[a] auriliano *R*

VII, 20, 13 (409 [407] Mart. 22).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. STILICHONI COMITI ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE.
q. 42 f. 7 Oportet inter eos, qui ambitu ac suffragiis ad tribunatus praepo|siturasque perveniunt, et eos, qui labore periculis atque ordine militiae decurso huiusmodi dignitates acceperint, esse discretionem. Quare inmunes eos haberi decernimus, qui militiae praerogativa, ut dignum est, ad tribunatum praepositurámve perveniunt. Conmonendi autem sunt comites et duces militum, ut et ipsi eos relevatos esse cognoscant neque aliquid hoc nomine ab his flagitandum. De quibus ad omnes militares iudices paria scribta dereximus. DAT. XI KAL. APRIL. ROM(A) HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS.

R

2 tribunatos *R* 4 haber *R*[a] 5 dicnum *R* praepositura superueniunt *R* 6 et] ut *R*, aut *Cuiacius* releuatos] *Gothofredus*, rauelatos *(sic) R* 8 *scr.* Honorio VII et Theodosio II *ad* 7, 13, 18; *Stilicho interfectus est a. 408 neque a. 409 Romae Honorius fuit*

XXI. DE TESTIMONIALI EX TRIBVNIS ET PROTECTORIBVS.

21, 1 (313 [352—354] Aug. 10).

IMP. CONSTANTINVS A. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ferri non potest in titulos militaris laudis inrepere eos, qui nec aciem viderint nec signa perspexerint nec arma tractaverint. Ideoque si qui ex protectoribus vel ex praepositis vel ex tribunis epistulas reportaverint, non habeant privilegium, quod merentur qui ordine militiae sub armorum
f. 7' labore decurso ad hunc honorem pervenerint. | P(RO)P(OSITA) IIII ID. AVG. SIRMIO CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS. (?)

R

1 rufinus *R*ᵃ 1/2 titulos] *Gothofredus*, titulo *R* 2 inripere *R* 4 ordinem *R* 5/6 *de subscriptione vide ad 2, 9, 1*

21, 2 (353 Mai. 1).

IMP. CONSTANTIVS A. AD P(RAEFECTOS) P(RAETORI)O. POST ALIA: Si quis de paganis vel decurionibus ambierit ad honores protectoriae dignitatis, nec tempus nec stipendia ei post hanc legem conputanda sunt. Hoc et circa eos, qui ad praeposituras ambitu pervenerint, custodiri praecipimus. ET CETERA. DAT. KAL. MAI. CONSTANTIO A. VI ET CONSTANTE II CONSS.

R

2 dignitates *R* 3 conpotanda *R* ambitu] mbitu *R* 4 cete *R* mai.] matt. *R*. — *Propter diem vide ad 6, 27, 1*

21, 3 (396 Apr. 18).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). Quicumque ex protectoribus aut domesticis honorarias missiones meruerint, sub hac norma penes eos dignitas maneat, ut neque municeps curiam neque collegiatus obsequium propriae urbis effugiat neque negotiator a pensionis aurariae instituta summa militiae suffragio subtrahatur neque ab ullo postremo officio militia vel corpore talis se impetrati quisquam obiectione defendat, sed manente norma solvat omnia, quae ab illo vel condicione nascendi
1 vel iure proprii postulantur officii. De liberis etiam eorum censemus, ne de his editi
2 originis munus per privilegia emendicatae dignitatis effugiant. Quae quidem omnia officere illis aliquando non patimur, quos emeritos felicibus castris vel honesta interdum adversae valetudinis missio vel vulnerum laudabilis excusatio vel emensum sub signis tempus absolvit. DAT. XIIII KAL. MAI. MED(IOLANO) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

R

2 paenes *R* 3 municeps] *Reinesius*, municipis *R* proprie *R*ᵃ 4 effugiant *R* 7 editi] *Gothofredus*, edicti *R*

21, 4 (408 Nov. 22).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eos, qui testimoniales non suo merito, sed eorum contemplatione sunt adepti qui pro his nostram clementiam sunt precati, par severitas persequatur. Eos tamen esse in urbe sacratissima non vetamus, qui posuerunt illic larem adque domicilium. DAT. X KAL. DEC. RAV(ENNA) BASSO ET FILIPPO CONSS.

R

1 ppo] pp *R* 3 praecati *R* 4 posuenerunt *R*

q. 42 f. 8

|XXII, DE FILIIS MILITARIVM APPARITORVM ET VETERA[*NORVM*].

Iust. 12, 47 de filiis officialium militarium qui in bello moriuntur.

VII, 22, 1 (319 Febr. 16).

IMP. CONSTANTINVS A. AD OCTAVIANVM. Veteranorum liberos aptos militiae, quorum quidam ut desides recusant militarium munerum functionem, quidam adeo ignavi sunt, ut cum dispendio corporis militiae velint necessitatem evadere, iubemus, si ad militiam inutiles resectis digitis iudicentur, curialibus sine aliqua ambiguitate muneribus atque obsequiis adgregari. DAT. XIIII KAL. MART. SIRMIO, ACC(EPTA) VII ID. APRIL. REGIO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

R

1 octauianum] *Gothofredus*, optauianum *R: correctorem Lucaniae et Brittiorum*

VII, 22, 2 (326 Iul. [Mart.?] 30).

IDEM A. AD SEVERVM. Veteranorum filios propter privilegia parentibus eorum indulta
vacare non patimur, sed programmate per omnes civitates proposito diligenter quaesitos
ad alterutrum conpelli iubemus, ut aut decurionatus muneribus obtemperent aut militent,
observaturo devotionis tuae officio, ut qui probantur ab annis viginti usque ad viginti
1 et quinque annos aetatem agant. Si autem veteranorum filii, qui equestrem militiam
toleraverunt, inter equites probari voluerint, habeant facultatem, ita ut cum singulis
2 equis idoneis praedicto adgregentur obsequio. Quod si quis duos equos habeat vel
unum idoneum et servum unum, cum circitoria militet dignitate et binas annonas ac-
3 cipiat, qui gradus praebetur aliis post laborem. Singularum autem civitatum decuri-
onibus intimetur, ut veteranorum filios, qui praedictae aetatis sunt, si militare noluerint
vel minus inveniantur idonei, ad curialia vocare non morentur obsequia, si tamen patri-
q. 42 f. 8' 4 moniis | idonei esse noscuntur. Ex his autem, qui militare voluerint, si qui minus apti
sunt equestri militiae id efficiente calamitate membrorum et legionariae congrui esse
noscuntur, deducendi ad nos protectori qui ob hoc missus est consignentur. DAT. III KAL.
AVG. AQVILEIA CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

R

1 Severum] *scilicet praefectum urbi* 2 programmatae *R* 13 id efficiente] *Gothofredus*, deficiente *R* congrui esse] *Gothofredus*, congruisse *R* 15 *Severus cum urbi praefuerit 325 Ian. 4 — 326 Nov. 12, dies 326 Iul. 30 cum laterculo convenit; sed cum Constantinum constet mense Iulio Romae fuisse, recte opinor Gothofredus pro Iulio mense substituit Martium coniungens hanc subscriptionem cum altera 9,8,1.*

VII, 22, 3 (331 Aug. 4).

IDEM A. AD EVAGRIVM. Ii, qui ex officialibus quorumcumque officiorum geniti sunt, sive eorundem parentes adhuc sacramento tenentur sive iam dimissi erunt, in parentum ⌜locum procedant⌝. DAT. PRID. NON. AVG. BASSO ET ABLAVIO CONSS. | ⌜militiam vocentur⌝ IVST.

R. — IVST. 12, 47, 1.

1 Euagrium] *scilicet* ppo *(cf. 12, 1, 20)* hii *R* quorumcumque] *Iust.*, quorumque *R* | 3 non.] id. 12, 1, 20

22, 4 (332 [343] Apr. 11).

IDEM A. AD LEONTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Iam dudum sanximus, ut veteranorum filii, qui post sedecim annos militiae munus subire non possunt vel armis gerendis habiles non extiterint, curiis mancipentur. DAT. III ID. APRIL. PACATIANO ET HILARIANO CONSS.

R. — GEMINA(?) 12, 1, 35.

1 sancximus *R* 3 extiterit *R.* — *Subscriptio videtur emendenda esse ad 12, 1, 35*

22, 5 (333 Nov. 13).

IDEM A. ABLAVIO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). Veteranorum filii vel eorum, qui praepositi vel protectores fuerunt, vel ceterorum, qui quemlibet gradum militiae tenuerunt, si invalidi et inbecilli sint, curiis adgregentur, ita ut re familiari gaudentes et inaptos militiae curiarum societati coniungas. Quod etiam nos fecimus sub conspectu nostro his, quos deliciosis nutrimentis enervatos esse perspeximus. Qui igitur ex his patresfamilias sunt et idonei functionibus publicis, eligantur ad augendum curialium numerum, singularum civitatum ordinibus commonendis, ut quos norunt idoneos nominare non dubitent praeter eos, quos vigor et fortitudo defendendae rei publicae idoneos facit. Nam et duces singulorum limitum convenimus, ne deinceps veterani filius inutilis sacramento cingatur. Eos etiam, qui iam probati sunt, diligenter inspiciant, ut qui minus idonei
f. 1 | repperiuntur sacramento soluti ad gravitatem tuam mittantur. DAT. ET P(RO)P(OSITA) ID. NOV. DALMATIO ET ZENOFILO [*CONSS.*].

R

1 uel] el *R*ᵃ 2 gradu *R* 3 rei *R* 5 patrisfamilias *R* 6 idoneis *R* 7 commonendis] *Gothofredus*, commouendis *R* | 8 defendende *R* 9 sungulorum *R*ᵃ conuenimus] *expectes* commonuimus 12 nou.] aug. nou. *R*ᵃ

22, 6 (349 Febr. 2).

IMP. CONSTANTIVS A. ANTONIO DVCI MESOPOTAMIAE. POST ALIA: Observetur, ne veteranorum seu militum filii officiis praesidalibus adgregentur. DAT. IIII NON. FEB. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

R

2 fili *R*ᵃ liminio *R* 3 catulino *R*

22, 7 (365? 368? 370? 373? Apr. 13).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD PETRONIVM PATRICIVM. Quicumque castrensi stirpe progeniti diversorum se nexibus officiorum tradiderunt, manu iniecta retrahantur sciantque veterani, quibus quies post arma concessa est, liberos suos, quos militaribus aptos ministeriis insitum robur ostendat, offerendos esse militiae. Nam si quis militaris prosapiae degeneri mente officiorum se consortiis adgregavit, ita ut fractis viribus grandaevam praeferat senectutem aut debilitatis obtentu bellico operi inconveniens iudicetur, eundem ignaviae latebris vel sera indagatione protractum curiarum functionibus placuit mancipari. P(RO)P(OSITA) BERYTI IDIB. APRIL. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R. — GEMINA 7, 22, 9 (?). 12, 1, 83 (?)

1 et *om.* *R*ᵃ Petronium patr.] *mag. incertus (cf. Ammianus 26, 6, 7)* 3 uerani *R* quies] quiet *R* 4 offerrendos *R*ᵃ qui 12, 1, 83 5 degeneri (degenere *R*ᵃ) mente *om.* 12, 1, 83 officiorum se consortiis] se officio cohortis 12, 1, 83 adgregarit 12, 1, 83 ita ut fractis] et si infractis 12, 1, 83 5/6 grandeuam proferat *R* 6 inconu. op. 12, 1, 83 7 eundem *om.* 12, 1, 83 indagatione] 12, 1, 83, indagatio *R* protractum] retractum 12, 1, 83 7/8 placuit mancipari] mancipetur 12, 1, 83 8 byriti *R*

VII, 22, 8 (372 Febr. 15).

IMPPP. VALENTINIANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Filios veteranorum, qui armatae militia[e] paruissent, si in officiis publicis vel ministerio chartularum atque observatione rationum inveniuntur, sciat tua sinceritas esse revocandos. Etenim hi, quibus vel corporis robur vel statura defuerit, qui comitatensi digni possint esse militia, ripensi poterunt copulari. P(RO)P(OSITA) ROM(AE) XV KAL. MART. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

R

4 qui] *fortasse* ut cumitatensi *R*[a] 5 poterunt] *Gothofredus*, potuerunt *R*

VII, 22, 9 (380 Mai. 14).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. Quicumque castrensi stirpe q. 43 f. 1' progenitos diversis se officiis | indiderunt, etiam manu iniecta retrahantur, sciantque veterani liberos suos, quos militaribus aptos muniis insitum robur ostendat, aut offerendos esse militiae aut obnoxios nostrae legis laqueis iam futuros. SCRIPTA PETRO CONSVLARI PHOENICES DAMASCO PRIDIE ID. MAI. GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS.

R. — GEMINA 7, 22, 7 (?). 12, 1, 83 (?)

2 progeniti *malim* 3 quos *om*. *R* 4 nostra *R* 5 phoenicis *R* damusco *R*: *immo* damascum 5/6 *propter subscriptionem vide ad 12, 1, 83*

VII, 22, 10 (380 Iul. 8).

IDEM AAA. AD FELICEM COM(ITEM) OR(IENTIS). Non solum in diversis officiis militantes, sed etiam vacantes rebus propriis veteranorum ac militum filios armatae militiae volumus sociari. Nulla igitur sit excusationis occasio. DAT. VIII ID. IVL. THESSAL(ONICA) GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

R

3 thessall. *R*[a]

VII, 22, 11 (380 Sept. 8).

IDEM AAA. HAVE, NEOTERI, K(ARISSIME) N(OBIS). Si filii primipilarium reperti fuerint, qui ingressi legitimos annos nullis stipendiis fulciuntur, sed anno proximo, quo ad curiam fuerint lacessiti, semet militiae mancipaverint, ad curiam teneantur, ita ut ne officii quidem, cum transacto anno esse coeperint curiales, praepostera audiatur circa eius personam ac
1 sera petitio. Quod si in eadem domo duo filii erunt et latum adeo felixque patrimonium, quod possit duplicium necessitatum suscipere functiones, unum oportebit militiae, unum curiae vindicari. Quod servandum pari norma erit, si tres aut quattuor liberi vel etiam plures numero familiam eiusdem stirpis ornaverint, ut etiam ex numerosis fratribus unus ad curiam devocetur. DAT. VI ID. SEPT. SIRMIO GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

R

1 habe *R* neoteri] *scilicet praefectus praetorio* 4 curiales] *R*[a], curialis *R*[b] propostera *R*

VII, 22, 12 (398 Sept. 26).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. STILICHONI COM(ITI) ET MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE.
q. 43 f. 2 Quoniam filii veteranorum ad diversa officia se contulerunt, hac sanctione | praecipimus,

2 hanc *R*

ut ab his, qui nunc sunt in officiis occupati, nulli iuniores repetantur, ac deinceps post hoc edictum aditum veteranorum filiis militandi per civilia officia esse praeclusum. DAT. VI KAL. OCT. MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

B

1 ac] at *Gothofredus*

XXIII. DE OBLATIONE EQVORVM.

[, 23, 1 (369 Iun. 6).

IMPPP. VALENTINIANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quicumque honorariis codicillis habetur ex comite, tres protinus equos, qui digni sunt conprobari, curet offerre, quicumque autem eodem ex praeside factus indulto, duos pari devotione mox tradat. Ita enim promptius instruitur usus armorum. Quod munus in posterum ea lege novetur, ut quinto quoque anno, hoc est magis aliquando quam saepe, similis recurrat exactio. DAT. VIII ID. IVN. SIRMIO VALENTINIANO NOBILISSIMO PVERO ET VICTORE CONSS.

B

4 proptius *B*ᵃ 6 recurret *B* dat.] *immo pp. et hic et in altera* (13, 3, 7) *data hoc anno* XIIII k. Febr. Sirmio; *nam eo tempore Valentinianus fuit ad Rhenum. Habemus item legem aliam* (12, 6, 15) *ad eundem Probum hoc anno datam* pp. VII id. Ian. Savariae.

1.43 f. 2'

|XXIIII. DE OBLATIONE VOTORVM.

Iust. 12, 48.

'II, 24, 1 (395 Mart. 5).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. BASILIO P(RAEFECTO) V(RBI). Quando votis communibus felix annus aperitur, in una libra auri ⌜solidi septuaginta | ⌜et solidis obryziacis⌝ IVST. duo obryziaci⌝ principibus offerendi devotionem animo libenti suscipimus statuentes, ut deinceps sequentibus annis uniuscuiusque sedulitas principibus suis talia ingerant semper et deferant. DAT. III NON. MART. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

B. — IVST. 12, 48, 1.

2 *requiri videtur* in una libra auri principibus offerendi solidos septuaginta duos obryziacos 4 annis] *fortasse scr.* anni

LIBER OCTAVVS.

q. 43 f. 3

|I. DE NVMERARIIS, ACTVARIIS, SCRINIARIIS ET EXCEPTORIBVS.

actuarii R^a — scrimiariis R^a. — *Iust.* 12, 49 de numerariis, actuariis et chartulariis et adiutoribus scriniariis et exceptoribus sedis excelsae ceterorumque iudicum tam civilium quam militarium.

VIII, 1, 1 (319 [343] Iun. 9).

IMP. CONSTANTINVS A. AD LEONTIVM. Dudum sanximus, ut nullus ad singula officia administranda ambitione perveniat, vel maxime ad tabularios, nisi qui ex ordine vel corpore officii uniuscuiusque est. Hos enim officia sibi iniuncta tamdiu agere iubemus, quoad idoneos esse manifestum est aut aetate non inpediente conplere id posse monstrantur, ut administratione aput unum iugiter permanente fides quoque eius appareat. Si quis ergo ex suffragio ambitionis ad officia fisco obnoxia accesserit, multae nomine denas lib(ras) auri exigatur. P(RO)P(OSITA) V ID. IVN. HIERAPOL(I) CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS.

R

1 *immo* Constantius Leontium] *praefectum praetorio* sancximus *R* 7 *subscriptio emendanda est duce altera 12, 1, 35:* Leontio ppo . . . data V k. Iul. Hierapoli Placido et Romulo conss. (343); *certe a. 319 Constantinus non potuit consistere Hierapoli*

VIII, 1, 2 (331 [?] Iul. 1).

IDEM A. Ne ii, qui procul ab officio sublimitatis tuae sunt, nullum meritum per sedulitatem vel obsequia praeferentes locum possint laborantibus debitum inrepere, exceptores placet pro loco et ordine suo ad commentarios accedere et eorum administrationi subrogari ceteris propulsatis, ita ut inter exceptores, prout quisque locum tempore adipisci meruerit, ordine et merito consequatur. DAT. KAL. IVL. TREVIRIS BASSO ET ABLAVIO CONSS.

R

1 *post* a. *vacuum spatium R* hii *R* 3 pro] *om.* R^1, ꝓ R^2 4 ceteris] *Gothofredus,* et ceteris *R* 5 triberis *R.* — *Eo anno Constantinus vix constitit Treveris.*

VIII, 1, 3 (333 Mai. 5).

IDEM A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Utilitate suadente annonarios et actuarios condicionales esse praecipimus, annonis etiam adiuvari et capitationem eorum qui censiti sunt haberi inmunem. Ideoque tua sollertia conpetentia monebit officia, ut actuariis binas annonas, annonariis vero singulas protinus subministrent, capitationem

2 praecepimus *R* 3 censeti *R* 4 captationem *R*

|.43 f. 3v quoque | ipsorum tantum, qui ex his censiti sunt, faciat haberi inmunem, quoad in actu fuerint constituti, nam postea vel laus eos et dignitas honorabit vel, si in culpa fuerint deprehensi, poena comitabitur. EMISSA III NON. MAI. DALMATIO ET ZENOFILO CONSS.

R

1 censeti *R* 3 depraehensi *R*

VIII, 1, 4 (334 Mai. 19).

IDEM A. AD VERONICIANVM VIC(ARI)VM ASIAE. Vorax et fraudulentum numerariorum propositum, qui diversis ⌈ rectoribus obsequuntur, ita inhibendum est, ut ⌜et⌝ antea sanximus et nunc itidem sancimus, condicioni eos subdi tormentorum et eculeis adque lacerationibus subiacere ‖ nec ultra biennium hoc fungi obsequio. ET CETERA. DAT. XIIII KAL. IVN. OPTATO ET PAVLINO CONSS.

IVST.
⌈ obsequiis
⌜ ⌝ *om.*
‖ *fin.*

R. — IVST. 12, 49, 1.

1 ad benoricianum *R*, ueroniciano *Iust.* 2 obsecuntur *R*[a], obsequntur *R*[b] 3 est] es *R* | sanximus] *Iust.*, sancxerimus *R* 4 subdi tormentorum] *Iust.*, subditorum *R*

VIII, 1, 5 (357 Mai. 6).

IMP. CONSTANTIVS A. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Actuarii condicionales sollicite proprio fungantur officio nec ad quasdam inrepant dignitates, quibus eos perfrui divalia statuta prohibent. Hoc vitium corrigentes nos etiam iussimus utiliter a patre praecepta servari et litteris ad magistros peditum et equitum datis iussioni effectum praecipimus commodari. DAT. PRID. NON. MAI. ROM(A) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

R

4 magistrinpeditum *R*[a] 5 *scr.* praecepimus | *constat eo die Constantium constitisse Romae subscriptio eo firmatur, quod ex auctoribus*

VIII, 1, 6 (362 Ian. 17).

IMP. IVLIANVS A. AD AVXONIVM CORRECTOREM TVSCIAE. Numerarii, qui publicas rationes civitatum versutis fraudibus lacerare didicerunt, subiaceant tortori nomine artis ac fraudis. Verum cum quinquennio administraverint chartas publicas, unum integrum annum vacent, ut ad incusantium iurgia facilis adpetitu sit vita privata. Septimo porro anno, cum eosdem bene creditum munus administrasse claruerit, ex perfectissimis dimit-
.43 f. 4 tantur. Hic abolebit honor digni|tatis additae veterem vilitatem. DAT. XVI KAL. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

R

1 publicas] *Gothofredus*, publicarum *R* 7 ɔs̄pt *R*

VIII, 1, 7 (362 Mart. 1).

IDEM A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quamquam praecedente iussione omnes numerarios condicionales esse praecepimus, tamen etiamnunc eos, qui sumpserint chartarum notitiam et in eodem officio erunt, condicionales esse iubemus, ut scientes nullo se

2 numerarorios *R* 3 in eodem officio erunt] *scripsi*, eodem o. inherint *R*, eodem o. inhae- | serint *Cuiacius*

privilegio esse munitos ac facile per tormenta fraudium suarum tutelas detegi posse, nihil committant in damna rei publicae. DAT. KAL. MART. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

R

1 munitus *R* tutelas] *R*, sutelas *Cuiacius*

VIII, 1, 8 (363 Nov. 27).

IDEM A. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Iubemus omnes numerarios, non eos modo, quos plebe confusa vulgus abscondit, sed primos etiam et magistros eorum, officii sedis amplissimae, tum autem iudicum ceterorum, solutos penitus militaribus sacramentis condicionales etiam fieri, ne dignitas fraudibus faciat umbraculum, per quinquennium perinde inservire scriniis. Quippe admodum iniquum videtur pro alienis fraudibus rudes et nuper adscitos adiutores conpelli ratiocinia praestare adque his inminere periculum. DAT. EPISTVLA P(RAEFECTO) P(RAETORI)O V KAL. DEC. VIMINACIO IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

R

1 *Ioviani est, nisi fallit dies, Iuliano adscripta, quoniam solent compilatores eiusdem anni constitutionibus eandem inscriptionem praemittere* 2 confusa] *Cuiacius*, consusa *R* 3 amplissimae] *scr.* a. tuae paenitus *R* 4 fieri *delendum* faudibus *R* 7 epistula ppo *R*: *videtur scr. aut* a ppo *pro* ppo *aut* pp *pro* dat. epistula

---

VIII, 1, 9 (365 Febr. 16).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD CLEARCHVM. Numerarii qui appellari consueverant consularium ac praesidum, dumtaxat tabularii ⸢posthac nostra sanctione⸣ vocabuntur, scientes sese tormentis esse subiectos, nisi iudicibus vel his, qui provecti nostro

q. 43 f. 4' iudicio ad provincias venerint vel ⸢his, qui ibid[*em*] | diutius fuerint commorati, debitorum ac reliquorum⸣ modum frequenter ingesserint sub actorum testificatione: quos scire oportet cum his qui debitores sunt sese ad solutionem esse retinendos, nisi omnia debita ipsis

1 fuerint indicantibus persoluta. Triennii tamen spatio tabulariorum decet tempus omne concludi. || Denique cum peregrinos deligi adque ad singulas quasque provincias oporteat destinari, peractis triennii spatiis adque hoc tempore conpleto biennio post administrationem in provinciis residere debebunt, obsequia iudicum praestolantes, ut edant rationem torporis adque segnitiae ac subiaceant dispendiis, quae communicari isdem cum exactoribus convenit, si detrectasse fidem praetermissis suggestionibus monstrabuntur. DAT. XIIII KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

> IVST.
> ⸢post hanc nostram sanctionem⸣
> ⸢exactoribus debitorum aut rel.⸣
> || *fin.*

R. — IVST. 12, 49, 2.

1 Clearchum] *vicarium Asiae* 1/2 qui num. *Iust.* 2 praesidium *R* 3 scienscientes *R* sese] se *Iust.*, sesese *R* 7 quos *delendum* 9 indicantibus] *Iust.*, in iudicantibus *R* 10 delegi *R* 13 edant rationem] *Cuiacius*, edantionem *R* 14 hisdem *R* detrectasse] detrectase *R*[a] 15 *videtur esse a. 365, cum extet altera ad eundem magistratum data a. 364 Mai. 6 et locus quoque quadret.*

VIII, 1, 10 (365 Mai. 25).

IDEM AA. IOVIO MAGISTRO EQVITVM. Actuariis palatinorum et comitatensium numerorum senas annonas, senum etiam capitum, pseudocomitatensium etiam quaternas annonas et quaternum capitum ex horreorum conditis praecepimus ...... per decennium curam

---

1 *immo* Iouino 3 *post* praecepimus *quaedam exciderunt* deennium *R*[a]

eius officii sustinere, ut perspicue manifesteque fides eorum et industria comprobetur. Quod cum ad nos iuxta numerorum testificationem suggestione excellentiae tuae pervenerit, honore perfectissimatus in palatio nostro potientur, etiam maiorem gradum dignitatis postmodum adepturi. Post hoc vero beneficium qui fraudibus ac rapinis minime
q. 43 f. 5 | temperarint, in eos iudiciorum auctoritas exseratur. DAT. VIII KAL. IVN. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

B

2 testifcationem *B*ᵃ 2/3 peruenerit] *Gothofredus*, peruenerint *B* 3 etia *B*

VIII, 1, 11 (365 Dec. 12).

IDEM AA. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Super numerariis celsissimi officii tui aliter est nostra sententia quam divae memoriae Iulianus duxerat sanciendum. Ille lege proposita numerarios omisso cingulo, condicionis conscios vilioris necessitati publicae obsecundare praecepit: nos, qui malumus obsequia hominum esse voluntaria quam coacta, sumere cingulum et militiae ordinem tenere numerarios iubemus, cum, si in aliquo fraudium scelere fuerint deprehensi, nullo modo possint a corporali iniuria vindicari. DAT. PRID. ID. DEC. PARISIIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST. Numerarios amplissimae tuae sedis cingulum habere et militiae ordinem tenere iubemus *fin.*

R. — IVST. 12, 49, 3.

3 iulianus duxerat] *malim* Iuliani, 6 uoluntaria] uoluntt *scribere coepit, mox correxit B* | 7 numerarii *B*ᵃ cum] *expectes* licet 7 selere *B*ᵃ 8 depraehensi *B* 9 parisis *B*

VIII, 1, 12 (382 Mart. 30).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. OMNIBVS RECTORIBVS PROVINCIARVM. In provinciis singulis duo ⌈ tabularii collocentur, quo ad unum fiscalis arcae ratiocinium, ad alterum largitionales pertinere tituli iubeantur, scituri, quod, si ex alienis quicquam actibus ad alteram partem inlicita fuerit usurpatione translatum, is, qui iudicis culpam dissimulatione texerit, gravissimo sit supplicio subiugandus. DAT. III KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

⌈ numerarii qui et IVST.

R. — IVST. 12, 49, 4.

6 sygrio *B*ᵃ

VIII, 1, 13 (382 Sept. 14).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Numerarii nonnisi exacto triennii tempore divinam nostri numinis purpuram venerentur, capitali supplicio subiugandi, si in fraudem constituti vel statuta tempora subterfugere voluerint vel ambitu usurpare maioris militiae dignitatem. DAT. XVIII KAL. OCT. CONST(ANTINO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

B

1 aa *B* 4 et *bis B*ᵃ

VIII, 1, 14 (398 Iun. 28).

q. 43 f. 5ʳ | IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. SEVERO P(RAEFECTO) V(RBI). Ne diutius ad cunctorum perniciem actuarii numerariorum consortiis adiuventur, inl(ustris) auctoritas tua cunctos ex numerariis ⌞ab⌟ actuariorum societate praecipiat abstinere

⌞ ⌟ *om.* IVST.

adque ab eorum communione discedere. Quod si haec moniti custodire neglexerint, isdem
1 poenis se quibus actuarios non ambigant subiacere. || Actuarios vero cunctos intra quinquaginta dies urbis nostrae terminos conpellat excedere, scituros, quod, si ultra statutum tempus praesentes fuerint conprehensi, viginti librarum auri dispendium subituri sunt. DAT. IIII KAL. IVL. NICIAE HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS..

|| *fin.* IVST.

R. — IVST. 12, 49, 6.

1 hisdem *R* 2 actuarius *R* 4 conpraehensi *R* uiginti] xxti (*non* xxu) *R* 5 iul.] iun. *Iust. [Cui.]* css. *R*

VIII, 1, 15 (415 Mart. 16).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. HYPATIO MAGISTRO MIL(ITVM) PER ORIENTEM. Ex insinuatione magnificentiae tuae cognitis his, quae a scriniariis officii tui crudeliter perpetrantur, dum actuariis sua pravitate permixta freti, potestate chartarum, rationes eorum pro sua voluntate perscribunt, generali lege censemus, ut ad exemplum numerariorum, quorum ob fraudes haec dudum forma processit, a chartarum cura triennio finito pellantur numquam ad eam ulterius admittendi. Cum his, qui ante ab huiusmodi consortio quoquo pacto recesserunt, ita ad principatum officii, si maluerint, praestolentur ac pecunia, quam actuariis quolibet genere extorserunt, fisco vindicanda. Quod et in posterum observabitur, si quis ex scriniariis eiusdem officii aliquos cum actuariis contractus habuerit,
q. 43 f. 6 quoniam hoc collegium conmerciumque penitus convenit inhiberi. | DAT. XVII KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.

R

2 officiis *R*[a] 7 quoquo] *Gothofredus*, quoque *R* ita ad] *scr.* itaque ac] hac *R* 10 paenitus *R*

VIII, 1, 16 (417 Oct. 24).

IDEM AA. VITALIANO DVCI LIBYAE. Nemo ⌐de numerariis tui officii seu domesticis vel scriniariis sive adiutoribus⌐ post conpletum sui temporis actum ad eandem rursus sollicitudinem audeat adspirare, X auri librarum condemnatione proposita, si quis hanc violare voluerit sanctionem, eadem poena officio quoque ⌐proposita⌐, si per ambitionem vel avaritiam ex his aliquid temerari concesserit. DAT. VIIII KAL. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) HON(ORIO) A. XI ET CONSTANTIO II V. C. CONSS.

⌐de domesticis ducum vel comitum militarium officiis eorum connumeratus⌐ IVST.

⌐coercendo⌐ IVST.

R. — IVST. 1, 51, 6.

1 lybiae *R* 7 uiiii] *R*, uiii *Iust. (Hal.)*

VIII, 1, 17 (433 Iul. 3).

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. TAVRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui ad numerariorum gradum veniunt in officio tuae sedis excelsae, quamdiu eodem funguntur officio, domesticorum militiam non adfectent, ne in alio actu constituti alterius sacramenti privilegiis perfruantur. Completo sane triennii tempore eam tantummodo militiam consequantur, quae instituto antiquitus more defertur. Intra alterius autem triennii metas altiorem quamcumque militiam seu potius dignitatem nullam penitus adipiscendi habeant facultatem. ET CETERA. DAT. V NON. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODOSIO A. XIIII ET MAXIMO CONSS.

R

6 altiorem] *Cuiacius*, tiorem *R* paenitus *R*

II [= BREV. I]. DE TABVLARIIS, LOGOGRAFIS ET CENSVALIBVS.

logografis] *R*, locographis *HN*, olograf(*vel* ph)is *BGEXCPMLS*, *om. O.* — et censualibus] *R*, et consualibus *N*, id est scribis et cens. *E*, et cens. id est scribis (scriptis *S*) *BGCPMLS*, *om. O.* — *Iust.* 10, 71 de tabulariis, scribis, logografis et censualibus.

VIII, 2, 1 (341 Iun. 24).

q. 43 f. 6' | IMP. CONSTANTIVS A. AD CATVLLINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nullus omnino ex tabulariis vel scribis vel ˹decurionibus˺ eorumque filiis in quocumque officio militet, sed ex omnibus officiis, nec non et si intra nostrum palatium militent, necdum inpleto quinquennio reperti et retracti protinus ˹curiis˺ officiis˹que˺ municipalibus reddantur. DAT. VIII KAL. IVL. LAVRIACO MARCELLINO ET PROBINO CONSS.

IVST. ˹logographis˺ ˹ ˺ *om.*

R. — GEMINA 12, 1, 31. — IVST. 10, 71, 1.

1 imp. constantius a.] *R*, idem aa. (*praecedit* impp. constantius et constans aa.) *gem.* | 4 militant *Iust.* 5 lauriaco] *gem.*, lauriacc *R*

VIII, 2, 2 (370 Iun. 1).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD ARTEMIVM VI(CARI)VM HISPANIARVM. Si qui tabulariorum necessitate perfuncti vel adspirare coeperint ad curias vel vocari, non prius eos ordo suscipiat, quam fideliter dederint administratarum suo tempore chartularum aput acta rationem. DAT. KAL. IVN. TREV(ERIS) VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS.

R

1 *addi debuit* Gratianus 3 administrutarum *R*[a] 4 triu *R*

VIII, 2, 3 (380 Febr. 2).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Conperimus aliquantos relictis muneribus curiarum scribas, sed et logografos civitatum in nomen inrepsisse militiae. His retractis legem hanc tulimus, ne quis ex hoc hominum numero paria audeat usurpare, hoc admodum sufficiente numero militiae supplementis, qui ex vagis veteranorumque filiis vacantibusque potuerit fida pervestigatione conpleri. DAT. IIII NON. FEB. THESSALONICA GRATIANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS.

R

3 retractis] *Gothofredus*, retractus *R* 4/5 subplementis *R*[a] 6 thessallonica *R*[a]

VIII, 2, 4 (384 Sept. 17).

IDEM AAA. Quicumque decurionum sponte se censuali ministerio manciparit, condicionem habeat quam ipse delegit, depositurus sui ordinis penitus dignitatem, si eum necessitas quaestioni subdendum invenerit. DAT. XV KAL. OCT. CONST(ANTINO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

R. — IVST. 10, 71, 2.

2 paenitus *R*

VIII, 2, 5 [= BREV. VIII, 1, 1] (401 Mart. 25).

q. 43 f. 7 | IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Generali lege sancimus, ut, sive solidis provinciis sive singulis civitatibus necessarii fuerint tabularii, liberi homines ordinentur neque ulli deinceps ad hoc officium patescat aditus, qui sit obnoxius servituti. Sed et si quis dominorum servum suum sive colonum chartas publicas agere permiserit — consensum enim, non ignorantiam volumus obligari — ipsum quidem, in quantum interfuerit publicae utilitati, pro ratiociniis, quae servo sive colono agente tractata sunt, obnoxium adtineri, servum autem conpetentibus affectum verberibus fisco addici. ˹In praeteritum quoque decernimus cura dominorum praesentari eos, qui ratiocinia tractaverint, quorum˺ interfuit ab initio providere, ne publicis actibus privata servitia inmiscerentur, || ut temporis sui quisque rationem positus in quaestione depromat. DAT. VIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

IVST. ˹dominorum enim˺ || *fin.*

INTERPRETATIO. Sive in solida provincia sive per singulas civitates tabularii fuerint ordinati, hoc est, qui rationes publicas tractant, ingenui a provincialibus ordinentur, coloni vel servi ad hoc officium nullatenus admittantur, quia quibus fides publica committenda est, tales eligi debebunt, de quibus querella esse non possit. Quod si dominus colonum aut servum suum tabularium esse consenserit, pro consensu dominus hac multa feriatur, ut quidquid colonus ille vel servus detrimenti admiserit, hoc dominus sine mora restituat, colonus ille vel servus verberatus fisci viribus addicatur.

R BREV. *(HNBGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 10, 71, 3.

1 arc. et hon.] *BHN*^{b}*GOE*, hon. et arc. *N*^{a}, arc. et theodosius *CPMLS*, hon. et arc. et theod. *B* pfu *G*^{a}, pfo *G*^{b} generale *N* 2 necessarii] si n. *BG* 3 officio *L*^{a} paciscat *N* 4 obnoxiis *L* seruitutis *BG* et si quis] saliquis *(sic) G* dominiorum *N* suum *om. O* publicas *om. O* 5 praemiserit *L* consensu *PML* enim] ei *G* ignorantia *PML* obligare *L*^{a} 6 in *om. O* interfuerint *O* ut. pro rat.] utilitatis rationi *O* 7 adtenere *B*, deteneri *G*, obtineri *Iust. (KOI)* 8 affectum *om. O* fico *L*^{a} adici *N* preterito *G*, perpetuum *E* 9 curam *E*, curan *L*, coram *G*^{v} dominiorum *N* prestari *E*^{b} tractauerunt *L*^{a} 10 quorum] quo *L* prouidere] prouidentiae *G* actionibus *G* priuatam *N* 11 miscerentur *H*^{a} 11/12 ut (et *GE*) temporis (-ri *E*) sui q. rationem (ratione *HNG*) p. in quaestione (-nem *C*, inquesitione *N*, inquisitione *BGE*) depromat (-matur *HNL*) *om. O* 12/13 dat. uiii (iii *B*, ix *O*) k. apr. med. uinc. et frauito (fabrito *HB*) *libri* 14 fuerint *om. C*^{1}*PMLS* 15 uel] aut *N* 16 ad] aut *N* admittatur *L*, admittenda *N* talis *L* 17 elegi *HGE*, elege *L*, elige *N* debent *NE* quod] quo *L* aut] uel *edd.* suum *om. B* 18 concesserit *BE*, constituerit *G* consensum *C*, censum *L*, consu *H*^{a} ut *om. C*^{1}*PMS* quidquid] si quid *H* 19 detrimenti (detrimentum *BG*, *om. HN*) admiserit (amiserit *HG*) . . . seruus *om. G*^{a}

q. 43 f. 7'

|III. DE PRIVILEGIIS APPARITORVM MAGISTERIAE POTESTATIS.

Iust. 12, 54 de apparitoribus magistrorum militum et privilegiis eorum.

VIII, 3, 1 (364 Sept. 19).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD ARTEMIVM CORRECTOREM. POST ALIA: Qui sese in officiis magistrorum equitum ac peditum ˹militasse ac˺ militare monstraverint, ab omni nominationis iniuria excusentur. || Eligendi autem erunt susceptores e diversis officiis, etiam ex largitionalibus civitatum, qui utique extra palatium degunt. DAT. XIII KAL. OCT. AQVIL(EIA), ACC. XV KAL. NOV. SALERNI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

˹ ˺ *om.* IVST. || *fin.* IVST.

R. — IVST. 12, 54, 1.

1 *Lucaniae et Bruttiorum propter locum* 3 iniuriae excusentur *R*

IIII. DE COHORTALIBVS PRINCIPIBVS CORNICVLARIIS ET PRIMIPILARIBVS.

Iust. 12, 57.

4, 1 (315 [324] Apr. 28).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CONSTANTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quoniam iniquissime tyrannus constituit, ut, qui ex cohortali militia honestam missionem et vacationem rerum suarum meruerint, civilibus officiis et curiae necessitatibus inserviant, placet hac lege cessante eos, qui cohortali militia conpletis XX stipendiis discesserint, ad nulla deinceps civilia munera vel curiae devocari. Quam rem et circa officiales praesidum observari

f. 8 conveniet. DAT. | IIII KAL. MAI. CONSTANTINO AVG. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

R

1 niquissime *R*ᵃ 4 uiginti] xxti (*non* xxu) *R* 6 *cum in alia constitutione 15, 14, 1 ad Constantium data a. 324 tyrannus appelletur Licinius, ad eundem annum haec quoque referenda est.*

4, 2 (315 Mai. 10).

IDEM A. EDICTO SVO AD AFROS. Stationariis primipilarium, quorum manifesta sunt loca, coram mandatum est, ut, si extra modum aliquid extorserint, sciant se capite puniendos: praeterea ne carcerem habeant neve quis personam pro manifesto crimine apud se habeat in custodia neve quis amplius quam duos agasones ex provincia secum habeat vel de Numidia sibi adiungat neve ex aliis provinciis agasonem habeat vel qui alicuius iam stationarii minister fuit. P(RO)P(OSITA) VI ID. MAI. KARTHAG(INE) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

IVST.

Omnes stationarii neque superexactionem audeant neque carcerem habeant, neve quis personam licet pro manifesto crimine apud se habeat in custodia, sciens quod, si quid tale fuerit commissum, capite puniendus est *fin.*

R. — IVST. 12, 57, 1.

2 loca coram] lucra coram *Gothofredus: fortasse* coram *tollendum* 6 agason *R* 7 neue] nue *R*ᵃ 8 vel *videtur delendum* alicuius] *Gothofredus*, alicui *R*

4, 3 (317 Iul. 21).

IDEM A. AD BITHYNOS. Primipilaribus post emeritam militiam perfectissimatus vel ducenae vel centenae vel egregiatus dari dignitas potest. DAT. XII KAL. AVG. GALLICANO ET BASSO CONSS.

R

1 *Licinii est, nisi fallit dies.* bitynos *R*

4, 4 (349 Febr. 2).

IMP. CONSTANTIVS A. ANTONIO DVCI MESOPOTAMIAE. Iuxta suggestionem vicarii Mesopotamiae de his, qui officia praesidalia deserentes ad sacramenta militiae adspirasse noscuntur, iteranda statuti desideratur auctoritas, ideoque etiam nunc iubemus, ut retentis his qui veteranorum seu militum filii esse noscuntur ceteros gravitas tua officiis propriis restituere non moretur. ET CETERA. DAT. IIII NON. FEB. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

R

1 uicaria *R* 1/2 mesopotamiae *fortasse delendum, nam videtur intellegi vicarius dioecesis Asianae* 4 his *om.* *R*ᵃ

VIII, 4, 5 (354 [353] Mai. 6).

IDEM A. AD VIROS CLARISSIMOS P(RAEFECTOS) P(RAETORI)O. POST ALIA: Beneficiarios in eodem obsequio perseverare volumus. ET CETERA. DAT. PRID. NON. MAI. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTE C. II CONSS.

R

2 *propter diem vide ad 6, 27, 1*

VIII, 4, 6 (358 Mai. 22).

IDEM A. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Primipilaribus, qui ad pascendos milites sollemniter ad limitem destinantur, gravia sustinentibus detrimenta hoc modo credidimus
q. 43 f. 8' consulendum, | ut duces, qui multa eis extorquere firmantur, nomine munerum vel sportulae nihil amplius percipiant quam percipiebant patre nostro perennis memoriae regent[e] rem publicam, ita ut species a primipilaribus ipsa praestetur nec in nummum aurumve dirigatur, ne super inmensitate pretiorum necessitas conquerendi exsurgat. Hac igitur remota iniuria idonei mittantur, qui ex more susceptis omnibus alimoniis militaribus easdem pervehere contendant, actis apud rectorem provinciae conficiendis, per quae designabitur, quantus specierum modus in usum alimoniae militaris a primipilaribus praebeatur et quid ob munera ducibus mittenda vel sportulam, cuius habet notitiam officium praesidale. DAT. EPISTVLA PRAEFECTO, CVI HAEC SACRA FVERAT ANTELATA, XI KAL. IVN. MED(IOLANO) DATIANO ET CEREALE CONSS.

R

3 consulendum] consulen R^a 4 patre] *Gothofredus*, a patre *R* 5 prestetur *R* 6 inmenstate R^a praetiorum *R* conquirendi *R* 7 inuria R^a 11 *scr.* a praefecto *et sic intellege a. 358 Mai. 22, quo tempore imperator consistebat Sirmii, praefectum Mediolani epistulam dedisse ad magistratum aliquem ab hoc propositam praemissa constitutione imperatoris*

VIII, 4, 7 (361 Aug. 29).

IDEM A. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Beneficiarii vel || officiales rationalis, si exhibitione cursus seu primipili necessitate neglecta, interversa etiam ratione fiscali ad ⌜ecclesias putaverint transeundum, curialium retrahantur exemplo⌝. Si vero obnoxii ratiociniis vel necessitatibus non sint, sub notione iudicum officiis consentientibus, si id probabilis vitae studium postularit, transferantur nec cessionem metuant facultatum. Quod si clandestinis artibus putaverint inrependum, ⌜ad curialium similitudinem⌝ duas concedant liberis aut, si proles defuerit, propinquis e propria substantia portiones tertiam sibimet retenturi; sin vero propinquorum necessitudo defuerit, geminae portiones officiis, in quibus militant, relinquantur portione tertia tantummodo retentata. DAT. IIII KAL. SEPT. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

IVST.

|| *inc.*

⌜clericatus honorem p. tr. ad priorem condicionem retrahantur⌝

⌜ ⌝ *om.*

R. — IVST. 1, 3, 4.

2 rationalis] R^b, rationales R^a *Iust. cum Graecis (οἱ ταξεῶται ἢ οἱ καθολικιανοί)* 5 raciociniis R^a 11 sin] si *Iust.* 12 retenta *Iust.* 13 sept.] sspt R^a

VIII, 4, 8 (364 Mai. 13).

q. 44 f. 1 | IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Qui in proconsulum consularium correctorum vel praesidum officiis ita stipendia

2 praesidum] praedum R^1

merentur, ut rei publicae partes pro virili captu per vim laborum procurent, si cursui veredorum obnoxii vel pastui primipili militiam clariorem, aditu obstricti itineris, occupaverint, ita infulas adfectati honoris amittent, ut necessitatem vetustae procurationis agnoscant. Liberi vero eorum si ab ineunte aevo alterius gradus sacramenta meruerint, paternae necessitatis condicione non alias fatigentur, quam si adhuc eos loci, quamquam altioris, tamen eiusmodi docebitur retinere mensura, ut parva contumelia dignitatis paterni muneris subdantur inpensis.
1 Et quoad huiusmodi homines in his provinciis militabunt, quas aut primipili pastus aut necessitas veredariae non adigat functionis, XXV eos stipendia a nexu curialis nominationis absolvant; liberis eorum ea condicione obnoxiis municipum conplexui relinquendis, si militiae detrectaverint voluntatem. Subscribendarii vero, tabularii diurnarii logografi censuales, si et censu opulenti erunt et exercitatione quantulacumque eruditi, post emensum munus ea condicione curiis adgregentur, si, cum
2 in officiis essent vilioribus, nulla eos suppliciorum macula turpaverit. Et quoniam infinitum est viritim cuncta conplecti, hoc quasi generale conclusio legis amplectitur, ut quicumque alii sine defensione praedictorum privilegiorum in quibuslibet urbibus oppidis
44 f. 1' municipiis repperiantur, pro captu virium | et mediocritate censuum curialia officia suae sortis agnoscant. ET CETERA. DAT. III ID. MAI. HADRIANOPOLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

1 per uim] *scripsi*, sperui *R* 2 obstructi *Gothofredus* iteneris *R*ᵃ 4 alterius] *fortasse* altioris 6 mensura] *Gothofredus*, mensuram *R* 7 quoad] quoadi *R* *vel* *R*ᵃ 8 quas] *scripsi*, quos *R* 10 militiae] miliae *R* suscribendarii *R* 11 centuales *R*ᵃ 12 eruditi] *scripsi*, eruditionis *R*

III,4,9 (368? 370? 373? Mart. 25).

IDEM AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Secundum divi Iuliani statuta sportula duci in quinquaginta lib(ras) argenti non ab uno primipilari, sed ab universis pariter inferatur nihilque amplius duces sportulae sollemnis praetextu conentur exculpere. DAT. VIII KAL. APRIL. TREV(IRIS) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R

3 praetexto *R* 4 triū *R*

I,4,10 (365 Mart. 30).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARI)VM AFRICAE. Principes seu cornicularios stationes, quae personis suis merito deferuntur, non aliis vendere, sed ipsos potissimum his administratiunculis perfrui iubemus. Quod si post pastum primipili de his putaverint nundinandum, non alteri quam adiutoribus suis, et tamen his ipsis, qui numquam eiusmodi stationes egisse doceantur, habeant libertatem licentiamque vendendi. DAT. III KAL. APRIL. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R

1 corcicularios *R* 2 potissimum] *Cuiacius*, potissimus *R* 3 perfui *R*

I,4,11 (365? 368? 370? Oct. 2).

IDEM AA. FESTO CONSVLARI SYRIAE. Solita cohortalibus Syriae privilegia, quae a divo Diocletiano porrecta sunt adque concessa, nos quoque porreximus ac iubemus eos non ad sollicitudinem bastagae, non ad functionem navicularium devocandos, non invitos curiali-

3 uastagae *R*

bus coetibus adscribendos, verum peracto labore militiae, pastus primipili competenti sedulitate functione transacta praerogativam his recusationis offerimus. DAT. VI NON. OCT. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R. — IVST. 12, 57, 3.

2/3 *annum 373 excludit lex quae sequitur anni 372 itemque quae de Festo narrat Ammianus* | 29, 2, 22

VIII, 4, 12 (372 Mai. 16/7).

IMPPP. VALENTINIANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Officia rectorum provinciarum tuae magnificentiae litteris volumus admoneri,
q. 44 f. 2 ut susceptos in officio | proprio vel probatos cohortium nomine legionumve privilegiis aestiment inserendos. DAT. XVI KAL. IVN. MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

RT [incipit 4 dat. xui*].* — IVST. 12, 57, 4.

3 uel *fortasse del. (cf. 12, 1, 78)* legionumue (legionum uel *OI*) priuilegiis] *Iust.*, legionumue | uilegiis *R* 4 estiment *R* xui] xuii *iuncta* 12, 1, 78 arintheo *RT*

VIII, 4, 13 (382 Apr.[?] 3).

IMPPP. GRAT(IANVS), VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Primipilarium liberos sacramentis adque militiae, quae eorum maioribus fuerat, elabsos ad ultima quidem apparitionis et eandem necessitatem minime devocamus, variis tamen, quas tempus efflagitat, iuvare rem publicam statuimus expensis. DAT. III NON. APRIL. MED(IOLANO) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

RT

1/2 ppo] *vide ad 6, 6, 1* 3 elabsus *R* apparitione sed eandem *T* 4 uariis] *T*, au- | riis *R* 5 med.] *R*, *om. T*

VIII, 4, 14 (383 Iul. 6).

IDEM AAA. AD PROCVLVM COM(ITEM) ORIENTIS. Qui relicto principatus officio quod gerebat ad senatoriae dignitatis nomen ambiit, propriae redditus militiae plumbatis cohercendus est. DAT. PRID. NON. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

RT

1 qui relicto] *R*, qui(?) e(?)lectus *T* principalitus *R* 2 *fortasse* abiit 2/3 cohercen- | dus] *T*, coherendus *R* 3 constantinopoli *om. T*

VIII, 4, 15 (385 Iun. 12).

IDEM AAA. AD NEOTERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si apparitor diffugerit criminosus, edictum, quo revocari possit, adiecta condicione legibus subsequatur; cui nisi fuerit satisfactum, merito in latitantem a iudice pro qualitate peccati sententia proferetur: veniam enim talibus ⌈ nos promittimus non daturos, ut saltem huiusmodi oraculi sanctione perterriti, cum de indulgentia desperare coeperint, aut scelera nulla conmittant aut noverint crimina nec fugae latebris nec indulgentiis relaxanda. DAT. PRID. ID. IVN. MED(IOLANO) ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.

⌈ non promittimus nec indulgentiis crimina sublevamus *fin.* IVST.

RT. — IVST. 12, 57, 6.

1 impppp. grat. ual. theod. et arcadius aaaa. *Iust.* neotherium *RT* 2 condicione (-cionene *T*) legibus] *RT Iust.*, *scr. fortasse* condicione e legibus *vel* condicione legibus requisita | *similiterve* 3 proferatur *Iust.* 4 daturus *R* 5 indulgentiam *R* 6 crimena nec (ec *R*[a]) *R* 7 relixanda *R* 8 a. i] *R*, a. *T*

VIII, 4, 16 (389 Mai. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ordinariorum iudicum apparitores, qui vel speculatorum vel ordinariorum ad-
q. 44 f. 2v tigerint gradum, | nullo annorum numero, nulla stipendiorum contemplatione laxentur, priusquam primipili pastum digesta ratione conpleverint. Quod si ante debitum locum qui huic functioni habetur obnoxius vel aegri corporis labem vel defessae senectutis extrema ad inpetrandam quietem crediderit praetendenda, non prius otio condonetur, quam
1 omne quod primipilo debetur expenderit. Eos etiam, qui pro sceleribus suis soluto militiae cingulo addicuntur infamiae, ne integro peculio sub hac occasione laetentur, ita condignae ultioni volumus subiacere, ut functioni quoque, quae extrema militiae debebatur, nihil ex eorum facultatibus subtrahatur. DAT. III NON. MAI. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

RT. — IVST. 12, 57, 7.

2 uel spec.] uelut spec. *T* 3 contemlatione *R* 4 patum deges[t]a *T* 5 habetur] *T Iust.*, habeatur *R* 6 cre[di]derint *T* praetendanda *R* quam] *T Iust.*, *om. R* 7 *fortasse* pro primipilo 8 ne *om. T* 9/10 debetur *Iust.*

VIII, 4, 17 (389 [?] Iun. 27).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O PER ORIENTEM. Cum ante placuisset, ut a primipilaribus secundum dispositionem divi Gratiani species horreis erogandae comitatensibus militibus ex more deferrentur, limitaneis vero pretia darentur, nunc placuit, ut aurum ad officium inl(ustris) per Illyricum praefecturae cum certa taxatione, id est pro octogenis libris laridae carnis, pro octogenis etiam lib(ris) olei et pro duodenis modiis salis singuli solidi perferantur. DAT. V KAL. IVL. TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

RT

1 cynegio] *R*, epnecio *T* per] pro *R* orientem] *R*, or̄ *T* 3 deferentur *RT* praetia *T* ut] aut *R*[a] 4 certa] erta *R*[a] 5 octogenis] *scripsi*, octoginta *RT* libris laridae] libr(?)a(?)*a(?)**** a(?)**dae *T* modis *R* 6 *in subscriptione erratum est pariter atque* 11, 2, 5 — 12, 6, 23 — 16, 5, 16, *nam sepultus est Cynegius a. 389 XIIII k. Apr. (cf. chron. min. I, 245)*

VIII, 4, 18 (394 Mai. 30).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARC(ADIVS) ET HON(ORIVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ex his, qui de numero comitianorum vel ex apparitione culminis vestri consulari officio deputati sunt, nullus ambiendi et transfugiendi in alterius militiae ordinem habeat facultem. DAT. III KAL. IVN. HERACLEAE ARCADIO III ET HONORIO II AA. CONSS.

RT

2 numero] mero *R*[1] ex *om. T* 4 iun.] iul. *R*[a] *cum* 1, 13, 1 heracliae *R*, hera**** *T* iii] a. iii *R*, iiii *T*

VIII, 4, 19 (396 Febr. 26).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. EVTHYMIO VIC(ARI)O ASIAE. ⌐In¬ specie-
q. 44 f. 3 bus primipilaribus adaerandis eadem pretiorum taxatio | servetur, quae in venalibus publicis poterit repperiri. || Is enim, qui excedere praecepta nostra temptaverit, severa iudicis sententia cohercebitur. DAT. V KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

⌐ ¬ *om.* IVST.

|| *fin.* IVST.

RT. — IVST. 12, 57, 8.

1 eutymio *RT* uīco] *R*, uico *T* 2 aderandis *R* praetiorum *T* 3 benalibus *T* is] his *T* 4 cohercebitur] *R*[b], coherc*bitur *T* cohercibitur *R*[a]

VIII, 4, 20 (407 Mart. 17).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque ad chartas vel tabulas vel quodcumque aliud ministerium cohortalis optaverit, non ante accedere permittatur, nisi eius nomen matriculis receptum primitus fuerit, poena proposita his, qui contra statuta caelestia crediderint suscipiendos aliquos aut quodlibet eis officium iniungendum, ¦ et adtinendis his nihilo minus in officio, qui etiam post | fin. IVST. haec praecepta meditatione quadam futurae fraudis clam fortassis ita eorum ordinum actibus interfuerunt, ut obtentu non dati militiae nominis liberum sibi, cum id expedisset, praecogitarent abscessum. De his sane, qui huiusmodi artibus antehac usi evitanda officia rescribtorum impetratione crediderint, id statuimus, ut rescribtis, quae ad tuae sublimitatis iudicium emittuntur, nullis praeterea ad alios indices elicitis eos uti patiamur, vel, si obreptio aliqua fuerit impetrata, a nullo alio iudice suscipiantur. DAT. XVI KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) DD. NN. HONORIO VII ET THEODOSIO II AA. CONSS.

RT. — IVST. 12, 57, 10.

1 carthas *RT* 2 tabulas] ad tabulas *T* quocumque *T* 3 numen *T* 4 crediderit *T* 6 clam] olam *R* 7 obtentau *R*[a] expedissent *R* 8 de] *T*, he *R* usi] *T*, si *R* 9 crediderit *R* 11 impetranta *R*[b] 12 constantinopoli] *R*, *om.* *T* uii] uiii *T* ii] *T*, iterum *R*

VIII, 4, 21 (410 Apr. 4).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Polychronio, qui ex primipilaribus in memorialium scrinia inrepsit, condicioni propriae restituto generali lege decernimus omnes, qui ex huiusmodi condicione palatinis semet indecenter inseruerunt obsequiis, omissis adsignari natalibus adque omnes, quorum interest huius rei
q. 44 f. 3' sollicitudo, observare, ne quis desertis | adsuetis officiis ad palatina umquam sacramenta adspiret. DAT. PRID. NON. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) VARANE V. C. CONS.

RT

1 polycronio *RT* 2 inpepsit *R* 3 palatinis] *T*, pa¦tinis *R* 4 omissi *T* 6 conss. *RT*

VIII, 4, 22 (412 Febr. 29).

IDEM AA. SELEVCO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque post militiam provincialis officii vel certe adhuc militans ad maius privilegium militiae ditatus spoliis provincialium properavit, absolutus sacramento eius militiae originario solo adque status sui reddatur obsequiis. Neque isdem in futurum nulla adtemptandi maioris splendoris officii adque sacramenti potestas sit. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNA) DD. NN. HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.

*RT [finit 3 reddat**]*.

2 ditatus] *R*, ****cus *T* 3 sui] *Gothofredus*, suis *RT* 4 hisdem *R* nulla] ulla *Beck*

VIII, 4, 23 (412 Febr. 29).

IDEM AA. EVCHARIO PROC(ONSVLI) AFRICAE. Quia plurimi consuetam proconsularem ceterorumque iudicum fugientes militiam diversis palatinis seu inl(ustri)um potestatum officiis se sociasse dicuntur, decernimus omnes absolutos cingulo militiae ad propriam functionem reduci. In futurum sane praecipimus, ut, si quis conprehensus ad militiam palatinam adspirare aliquibus indiciis adprobetur, in aeternum mancipatui vel susceptioni societur, non ante ex eius officii conversatione removendus, quam vitae finis huiusmodi sententia eundem potuerit liberare. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNA) HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.

R

4 conprehensus (conpraehensus *R*)] *fortasse scr.* a provinciali 7 honorio] hononi *R*[a]

VIII, 4, 24 (412 Febr. 29).

IDEM AA. PROBO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quisquis in officio palatino apparitor vel exutus eodem munere ex proconsulari officio vel ordinarii iudicis potuerit repperiri, sublatis militiae privilegiis functioni propriae regionique reddatur. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNA) DD. NN. HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.

R

VIII, 4, 25 (412 [409?] Nov. 26).

…44 f. 4 IDEM AA. LIBERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque ex diversis officiis | omnium moderatorum officiales contra vetitum altioris militiae gradum indebite obtinuisse noscuntur, in propria revocentur officia. Universos igitur apparitores, quos extra conscientiam tuam vel stipendiorum meritum claruerit ad militiam convolasse, praecipimus revocari similique praeceptione diversorum iudicum officiales antiquae militiae restitui. ET CETERA. DAT. VI KAL. DEC. RAV(ENNA) HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.

R

Constitutiones tres haec et 12, 1, 170 et 14, 7, 2 omnino iungendae in inscriptione differunt, in subscriptione eo tantum, quod prima et tertia habent consules Honorio VIIII et Theodosio V, *secunda* Honorio VIII et Theodosio III; *utramque autem subscriptionem tuetur series constitutionum.*

VIII, 4, 26 (415 [?] Febr. 17).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis e grege cohortalinorum urguente criminis insectatione stipendiis fuerit exemptus, aut otio traditus quietis artibus inmoretur aut, si ad pristina sacramenta precum miseratione maluerit repedare, indultum nostrae maiestatis oraculum amplissimae tuae sedi offerat allegandum. || Sanctione hac edictis propositis divulganda, ut provinciarum iudices sciant, si quas caelestes praescribtiones super reddenda militia elicuerit provincialis apparitor, quas non ante praecelsa sedes tua libravit, auditionem huius legis intercessione depulsam. DAT. XIII KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO X ET THEODOSIO VI AVGG. CONSS.

|| *fin.* IVST.

R. — IVST. 12, 57, 11.

1 e] ex *Iust.* 3 praecum *R* 5 diuulganda] *Gothofredus,* diuulgandum *R* 5/6 praescribtiones] rescriptiones *Gothofredus* 7 sedis *R* depulsa *R* 7/8 *chronicon Alexandrinum ad a. 414 (p. 571 Bonn.) si recte tradit a. 414 d. III k. Ian. dedicatas esse Constantinopoli statuas tres* ἀπὸ Αὐρηλιανοῦ δὶς ἐπάρχου τῶν ἱερῶν πραιτωρίων καὶ πατρικίου, *ante eum diem Anthemius fungi desierit necesse est, finiuntque hac excepta leges ad eum datae 414 Mart. 3*

VIII, 4, 27 (422 Iun. 19).

IDEM AA. EVSTATHIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Pro singulis lib(ris) argenti, quas primipilares viris spectabilibus ducibus sportulae gratia praestant, quaterni solidi praebeantur, si non ipsi argentum offerre sua sponte maluerint. DAT. XIII KAL. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS.

R

1 eustatio *R*[a] 2 praetant *R*

VIII, 4, 28 (423 Mai. 18).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Valentinianae ceterarumque legum, …44 f. 4' quae diversa super temporibus usurpatae | militiae statuerunt, auctoritate cessante haec praecipimus observari: primum ut neque curialis || ⌜neque cohortalinus neque curialis aut cohortalini filius condicione deserta ad aliam⌝ audeat adspirare fortunam, cui maio-

IVST.

|| *inc.* | ⌜Sed nec ad aliam cohortalinus vel cohortalini filius⌝

1 ceterarumquae *R* 3 praecipimus] *Beck,* praecepimus *R*

rum suorum exempla praeiudicant. ‖ Dein, si quis memoratarum condicionum laqueis inretitus ad militiam armatam per subreptionem vel inlicitum patrocinium transierit et id curia, ex qua tiro ortus est, per decennium iugiter siluerit, ut is, qui in castris sine aliqua fortunae pristinae conventione incessanter stipendia meruerit designata sibi et strenue susceptis armis insudaverit, minime conveniatur ulterius, sed privilegia et praemia viri fortis expectet. ET CETERA. DAT. XV KAL. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO VV. CC. CONSS.

‖ *finit* IVST.

R. — IVST. 12, 57, 12.

5 sibi et] *scripsi*, est et *R*, et *Cuiacius*

VIII, 4, 29 (428 Iul. 10).

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ii, quorum nomina excellentiae tuae suggestio conprehendit, omnesque, qui ex primipilariis ex quacumque provincia quamlibet militiam contra licitum praesumpserunt, etiamsi obtinuisse eam speciali adnotatione nostrae indulgentiae videantur, spoliati cingulo ad priorem statum et condicionem pristinam revocentur, omni aditu cuiuslibet dignitatis ita huiusmodi condicioni praecluso, ut non solum impetratis iam beneficiis careant, verum etiam, si quid postmodum elicere temptaverint, id omne in inritum devocetur. Praeceptis enim vestris et publicis utilitatibus in perpetuum debent esse subiecti nec exsequendarum
q. 44 f. 5 necessitatum munia declinare. | DAT. VI ID. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) FELICE ET TAVRO CONSS.

R

1 hii *R* 3 militia *R* 8 pertuum *R*[a]

VIII, 4, 30 (436 Apr. 3).

IDEM AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: EODEM EXEMPLO EVBVLO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI. Si cohortalis apparitor aut obnoxius cohorti ad ullam ˹posthac˺ adspiraverit dignitatem, spoliatus omnibus impetrati honoris insignibus ad statum pristinum revocetur, liberis etiam in tali eius condicione susceptis
1 fortunae patriae mancipandis ‖. Si qui vero cohortalis vel subiectus cohorti ullam ante hanc legem gessit militiam aut coeptam dudum etiamnunc gerit aut causidicinam in foro amplissimae praefecturae Orientis adque Illyrici vel urbano profitetur iudicio, in
2 eodem latarum pridem constitutionum sanctio observetur. Post hanc vero legem ‖ ⌈ si quis ex his ausus fuerit ullam affectare militiam, nulla praescribtione temporis muniatur, ⌈ sed ad condicionem propriam retrahatur, ne ipse vel eius liberi post talem ipsius statum procreati quod cohorti debetur valeant declinare. DAT. III NON. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

IVST.
˹ ˺ *om.*
‖ *finit*
‖ *redit* ⌈ quod
⌈ praeter eam scilicet, quae ex quadraginta annis colligitur

R. — GEMINA (?) 12, 1, 188 (*inde a* 6 si qui). — IVST. 12, 57, 12.

6/7 si qui uero cohortalis uel subiectus cohorti] si qui decurio aut subiectus curiae *gem.* | 14 cohorti] patriae *gem.*

f. 5' | V [= BREV. II]. DE CVRSV PVBLICO ANGARIIS ET PARANGARIIS.

angariis *om. O* — perangariis *EL* — *Iust.* 12, 50.

,1 (315 Ian. 22).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CONSTANTIVM. Si quis iter faciens bovem non cursui destinatum, sed aratris deditum duxerit abstrahendum, per stationarios et eos, qui cursui publico praesunt, debito vigore correptus aut iudici, si praesto fuerit, offeratur aut magistratibus municipalibus conpetenti censura tradatur eorumque obsequio transmittatur, aut si eius fuerit dignitatis, ut nequaquam in eum deceat tali vigore consurgere, super eius nomine ad nostram clementiam referatur. Qui enim explicaverit mansionem, si forte boves non habuerit, inmorari debet, donec fuerint exhibiti ab his, qui cursus publici curam gerunt!, nec culturae terrae inservientes abstrahere. ACC. XI KAL. FEB. CARALIS CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

R

1 Constantium] *mag. incertus, nam constitutiones datae ad Constantium ppo annorum sunt 324—327* nouem *R*[a] 3 presto *R* 6 explecauerit mansionem *R*: *fortasse scr.* explicaverit iter, mansio ea 7 bobes non abuerit *R* 8 gerunt] *Gothofredus*, egerunt *R*

,2 (316 Mai. 14).

IDEM A. AD TITIANVM. Quoniam plerique nodosis et validissimis fustibus inter ipsa currendi primordia animalia publica cogunt quidquid virium habent absumere, placet, ut omnino nullus in agitando fuste utatur, sed aut virga aut certe flagro, cuius in cuspide infixus brevis aculeus pigrescentes artus innocuo titillo poterit admonere, non ut exigat tantum, quantum vires valere non possunt. Qui contra hanc fecerit sanctionem promotus, regradationis humilitate plectetur: munifex poenam deportationis excipiat. DAT. PRID. ID. MAI. SABINO ET RVFINO CONSS.

IVST.

Equos, qui publico cursui deputati sunt, non lignis vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus: poena non defutura contra eum, qui aliter fecerit.

R. — IVST. 12, 50, 1.

1 Titianum] *mag. incertus* 4 uiga *R*[a]

,3 (326 [339] Febr. 15).

: 6 | IDEM A. AD ACINDYNVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Praesidibus et rationalibus ceterisque, quibus propterea res publica et annonas et alimenta pecoribus subministrat, usurpandi ⌜agminalis seu⌝ paraveredi licentia derogetur. ⌈ Quibus illud quoque licere non patimur, ne quid de provincialibus citra ordinem poscant nisi hi tantum, quorum fides cognita est, cum usus necessitatis exegerit. Vestrae vero gravitatis ubi ratio exegerit, cursus publicus praesto est, quibus si a publico itinere aliqua militari via devertendum fuerit, ubi evectio non erit, publicis utemini agminalibus, sed modice et temperate tantum ad usum proprium necessariis. Quae res si neglecta fuerit, vobis aesti-

IVST.

⌜ ⌝ *om.*

⌈ Sed nec alia via eundi quisquam habeat facultatem, nisi per quam cursus publicus stare dignoscitur: excepta videlicet tua sublimissima sede, cui cursus publicus et

1 *non Constantini est, sed Constantii* acindynum] *scripsi*, acyndinum *R* 3 subministrat] *Iust. (Lat. plerique et Graeci)*, subministrant *R Iust. (I*[a]*)* licentia] *Iust.*, ligentia *R* 5 hii *R* 6 grauitatis] *R*, grauitati *Gothofredus*, cui *Iust.* 7 presto *R* 8 militari] *fortasse scr.* limitari 9 temporate *R*[a]: *fortasse scr.* temperate et

mationis vestrae notam incurrentibus praesides periculum sustinebunt, cum super hac re exploratores iam missi sint. Quae enim mala provincialibus inferantur, conici ex eo etiam potest, quod nostris itineribus, quos publica utilitas movet, magna atque anxia dispositione vix vicenorum agminalium numerus subministrari queat. P(RO)P(OSITA) XV KAL. MART. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

proficiscendi per eum licentia et ubi ratio exegerit praesto est.

R. — IVST. 12, 50, 2.

2/4 quae enim (mala *add.* R^b) potest quid nostris itineribus (p. q. u. i *del.* R^b) prouincialibus i. c. ex e. e. potest quod nostris itineribus *R* 5 magminalium R^a quaeat R^a 5 constantino] *immo* constantio, *ut ostendit nomen praefecti*

VIII, 5, 4 (326 Iun. 22).

IDEM A. MENANDRO. Certis nuntiis conpertum est, quod plures veluti sibi ac necessitatibus propriis petitas angarias taxato pretio distrahunt. Quamvis itaque raro posthac et non nisi merentibus evectiones praebendae sint, omnes tamen, qui ubique sunt cursus publici observatione districti, inquirant, si quis in hoc genere criminis possit intercipi,
q. 44 f. 6' ut emptor et venditor in insulam relegentur, illis etiam, | qui observare iussi sunt, pro
1 dissimulatione vel neglegentia idem supplicium luituris. Non inprobum tamen est, si is, qui angarialem habet copiam, ad tutelam vitae vel laborem adeundum itineris pro solacio sibi quendam sociaverit. Namque hoc factum meretur veniam nec latere poterit explorantes; illud poena superius dicta plectendum est. Super qua re proconsules rectores provinciarum praefectos vehiculorum adque omnes, qui cursui publico praesunt, admoneri conveniet. DAT. X KAL. IVL. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAESARE CONSS.

R

1 Menandro] *mag. incertus* 4 destricti *R* 5 uinditor *R* relegentur] *scripsi*, relegetur *R* 6 luiturius *R* 7 adeundum] *fortasse* adeundi 9 explorante R^a 10 praefectus R^a

VIII, 5, 5 (354 Iul. 25).

IDEM A. AD MVSONIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Iam dudum nostrae clementiae iussa exsistunt, ut rectoribus provinciarum evectionum faciendarum copia denegetur, quoniam cursui publico magna infertur pernicies, si haec licentia latius panderetur. Ideoque hoc ipsum repetimus quod ante placuerat ac iubemus eos auctoritatis tuae litteris commoneri, ut iussis parere festinent. DAT. VIII KAL. AVG. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.

R

1 musinianum R^a 5 viii] iii R^a

VIII, 5, 6 (354 Aug. 1).

IDEM A. MAGNO AGENTI VICARIAM PRAEFECTVRAM. Hoc interdicto prohibemus, ne quis agminales ac paraveredos aestimet postulandos: in eos enim, qui hoc temere praesumpserint, vindicari acrius oportebit iussione nostra cunctis provincialibus intimata. DAT. KAL. AVG. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.

R

VIII, 5, 7 (354 [360] Aug. 3).

IMP. CONSTANTIVS A. OLYBRIO PROC(ONSVLI) AFRICAE. Paraveredorum exactio patrimonia multorum evertit et pavit avaritiam nonnullorum. Ideoque praelata iussione

nostra provinciarum rectores excellentia tua commoneat, ut, exceptis agentibus in rebus, f. 7 qui ad movendum militem mitti | consuerunt, quisquis alius paraveredum exegerit, non ei cedat inpune, sed nec illi qui dederit. DAT. III NON. AVG. ANTIOCHIAE CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

RT [*incipit* 3 illi].

3/4 *scribendum esse* Constantio A. X et Iuliano C. III conss. *docuerunt tituli duo Africani dedicati ab hoc proconsule alter* (C. I. L. VIII, 1860) [pro salut]e dd. nn. Constanti . . . [et Iuliani] nobilissimi [Caesaris], *alter* (l. c. n. 5334) [inu]ictissimo princi[p]i n. Claudio Iuli[ano].

5, 8 (357 [356] Iun. 24).

IDEM A. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Evectiones ab omnibus postulentur, ‖ quacumque conspicui fuerint dignitate; non enim debet esse umquam efficax usurpatio, quae possit animalibus publici cursus inferre perniciem. ‖ Quod si quis putaverit resistendum et sine evectione iter facere detegitur, ⌈ ubi repertus fuerit, eundem iussimus detineri ac ⌈⌈ de eius nomine ad prudentiam tuam et ad ˫Musonium clarissimum˧ virum comitem et magistrum
1 officiorum referri. ‖ Statuimus raedae mille pondo tantummodo superponi, birotae ducenta, veredo triginta; non
2 enim ampliora onera perpeti videntur. Octo mulae iungantur ad raedam aestivo videlicet tempore, hiemali decem; birotis trinas sufficere iudicavimus. Adque haec cuncta regionibus praestitutos curare praecipimus poena eis proposita. DAT. VIII KAL. IVL. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSVLIBVS.

IVST.

‖ *fin.*

‖ *redit*

⌈ vel ultra tempus quod evectioni insertum est publico cursu uti conatus sit

⌈⌈ si quidem dignitate praeditus sit | ˫illustrem˧

‖ *finit*

RT. — IVST. 12, 50, 3.

1 a.] *R Iust.* a. et iul. c̄ *T ex subscriptione* 1/2 euectionibus *T* 3 esse] isse *T*ᵃ essecemquam *R* 4 publicis *R*ᵃ 5 putauerit seresistendum *R* 6 iter] ter *T* reppertus *T* 7 ac] et *Iust.* 8 com̄ et mag̅ *T* 9 redae *RT* 10 birote *R*, biroti *T* beredo *T* 12 raedam] *T*, redam *R* uidilicet *T* trina *RT* 13 praetitutos *R* praecipimus] *T*, praecepimus *R* proposita] p̄p̄ *T* 14 iul.] *R*, iun. *T* uiiii] uiii *T* caes. *om. T.* — *Mediolanum cum Constantius reliquerit a. 357 Apr. 28, aut in mense erratum est aut restituendus consulatus a. 356*

5, 9 (357 Dec. [?] 6).

IDEM A. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Miranda sublimitas tua nullos evectioni dies addendos esse cognoscat nec passim raedarum tractorias vel evectiones
1 birotum faciat. Et agentibus in rebus a tua sublimitate tribui vel fieri evectionem vetamus; sufficere namque posse confidimus, quae isdem a nobis vel magistri officiorum comitatus nostri iussis necessaria habita ratione praebentur. DAT. VIII ID. DEC. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAESARE II CONSS.

RT

1 a] *R*, ā et c̄ *T* 1/2 nullus euectione *T* 2 redarum *RT* 3 a tua sublimitate tribui] *T*, tua sublimitas ribui *R* 4 hisdem *RT* magistri] *scripsi*, magistris *R* 5 *fortasse* necessarii praeuentur *T* 6 caes. ii] c̄ u *T.* — *A Mediolano cum Constantius abierit a. 357 Apr. 28, aut in mense erratum est aut restituendum consulatus a. 356*

5, 10 (358 Oct. 27).

IDEM A. AD FLAVIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Nulli de cetero subiunctorio privato f. 7' animalia publica praebeantur nec rei huius|modi facultas mulionibus relinquatur, sed

1 idem ā] *R*, idem ā et c. *T* pronconsulem] pro *R*ᵃ, proc. *R*ᵇ, p̄p̄o *T* ceteros *T* subiunctorio] *fortasse scr.* subiunctoria 2 molionibus *R*

penitus conquiescat. DAT. VI KAL. NOV. SIRMIO POST CONSVLATVM CONSTANTI A. VIIII ET IVLIANI CAES. II.

RT

1 paenitus *RT* 1/2 dat. ui kal. nou. sirmio (*sic R*, sir *T*) post conss (*sic RT*) constantii (constii *T*) et iuliani (-no *R*) c̄ (caes. *R*) *libri: suspectam reddit subscriptionem altera* 11, 36, 14

VIII, 5, 11 (360 Nov. 16).

IDEM A. HELPIDIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne qua posthac legio amplius quam duas angarias et hoc eorum, si qui aegri sunt, causa usurpare conetur, cum ad destinata proficiscitur, ita tamen, ut pro singulis angariis bina tantum boum paria consequantur. Si qui post hanc legem amplius moverit, in maximam se reprehensionem sciat esse venturum. DAT. XVI KAL. DEC. INDICTIONE IIII.

RT

1 elpidio *T* posthac] *R*, post *T* legi *R* 3 censequantur *R* 4 reprachensionem *T* 5 xvi] *R*, vi *T* indictione iiii] *id est 360 Sept. 1—361 Aug. 31 De die vide ad 1, 7, 1*

VIII, 5, 12 (362 Febr. 22).

IMP. IVLIANVS A. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quoniam cursum publicum fatigavit quorundam inmoderata praesumptio et evectionum frequentia, quas vicaria potestas et praesidum adque consularium officia prorogare non desinunt, curam ac sollicitudinem huius rei nos subire conpulsi faciendarum evectionum licentiam cunctis abduximus. Exceptis igitur vobis nulli evectionem licebit facere de cetero. Sed ut necessitates publicae impleantur, vicariis denas vel duodenas evectiones manu mea perscribtas ipse permittam, praesidibus vero binas annuas faciat vestra sublimitas, quibus ad separatas provinciarum secretasque partes necessariis ex causis officiales suos dirigere possint. Sed his quoque nostra etiam mansuetudo evectiones singulas dabit, ut ad nos referre possint, cum id fieri necessitas quaedam exegerit. ACC. VIII KAL. MART. SYRACVSIS MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

RT

2 quorumdam *T* inmod. praes.] *R*, praesumptio inmoderata *T* 3 desinun T^a 4 nos] *R*, non *T* licentia *R* 5/6 necessitatis publice *T* 6 praescribtas *T* 7 uestrae *T*

VIII, 5, 13 (362 Iun. 20).

IDEM A. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ad suggestionem comitis adque
q. 44 f. 8 eorum, qui largitionibus praesunt, inlationi specierum lar|gitionalium conpetentes evectiones rectores provinciarum, cum absit vicarius, facere debent. Quod universis rectoribus tua sublimitas indicare non differat. ACC. XII KAL. IVL. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

RT

3 debet quod *R*, debent cum *T* 4 non] *R*, *om. T* xii] xvi T^a *(vel T)*

VIII, 5, 14 (362 Sept. 9).

IDEM A. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui contra adnotationem manus nostrae plures quam evectio continebit veredos crediderit usurpandos, capitalem rem fecisse videbitur, et si instantis| necessitatis gratia non retineatur, quis tamen ille sit

2 quam] *T*, *et ex coni. Pith.*, *om. R*

1 ad censurae tuae, tum ad serenitatis nostrae conscientiam referendum est. Et quamquam, quid sit parhippus, et intellegere et discernere sit proclive, tamen, ne forte interpretatio depravata aliter hoc significet, sublimitas tua noscat || parhippum eum videri et habendum esse, si quis usurpato uno vel duobus veredis, quos solos evectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoveat. || *inc.* IVST.
2 Nihil autem interesse debet nec ad crimen vocari, utrum agens in rebus suo. anne mulionis itineri subiugando, modo evectionis datae formam et licentiam non excedat. DAT. V ID. SEPT. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

RT. — IVST. 12, 50, 4.

1 tum] *T*, cum *R* 2 parippus *T* procliui *R*ª tamen ne] *R*, tamene *T* 2/3 interpraetatio *RT* 3/4 parippum *T* 4 uno] *R Iust.*, *om. T* solus *R* 5 ue] *R Iust.*, *om. T* 6/7 itineri (-ris *T Iust.*) subiugando (subiungat dum *Gothofredus*)] *sententia requirere videtur talia* suo an mulieris commodo prospiciat subiugando, *id est utrum celeritatis causa an propter viae difficultatem animalia subiunctoria requirat* 7 modo] *R Iust.*, ut *T*

III, 5, 15 (363 Oct. 26).

IDEM A. AD AVITIANVM VIC(ARI)VM AFRICAE. Mancipum cursus publici dispositio proconsulis forma teneatur, neque tamen sit cuiusquam tam insignis audacia, qui parangarias aut paraveredos in civitatibus ad canalem audeat commovere, quo minus marmora privatorum vehiculis provincialium transferantur, ne otiosis aedium cultibus provincialium patrimonia fortunaeque lacerentur. DAT. VII KAL. NOV. ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

RT

1 mancipum] *Gothofredus*, mancipium *RT* 2 audacia] *R*, adicia *T* 2/3 perangarias *T* 3 canale *T* conmouere *T* minus] *delendum*, nimirum *Gothofredus* 5 fortuneque *T* vii] *R*, vi *T* *post* antiochiae *addendum ad 11, 28, 1:* acc. XV k. Apr. Karthagine

III, 5, 16 (363 Nov. 25).

IDEM A. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In provincia Sardinia, in qua 44 f. 8' | nulli paene discursus veredorum seu paraveredorum necessarii esse noscuntur, ne provincialium status subruatur, memoratum cursum penitus amputari oportere decernimus, quem maxime rustica plebs, id est pagi contra publicum decus tolerarunt. Excellens igitur auctoritas tua officio praesidali necessitatem tolerandae huiusmodi exhibitionis inponat, aut certe, si hoc existimant onerosum, suis animalibus uti debebunt, quotiens
1 eos commeare per provinciam necessitas publica persuaserit. Sane angariarum cursum submoveri non oportet propter publicas species, quae ad diversos portus deferuntur. Proinde considerata rerum necessitate pro locorum situ atque itineris qualitate tantum numerum angariarum collocari oportere decernas, quantum necessarium esse adhibitae plenissime deliberationes suaserint. DAT. VII KAL. DEC. ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

RT [finit 4 maxim . . .*]*.

1 *Ioviani est, nisi fallit dies, Iuliano adscripta secundum usum compilatorum inscriptionem eandem per totum annum continuandi* 2 paene] *R*, bene *T* necessariis *T* 3 paenitus *R* 5 tolerandae] *fortasse* tollendae exhibitiones *R*ª 11 plenissimae *R* kal. *bis R* anthiochiae *R*ª

III, 5, 17 (364 Mart. [?] 14).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MENANDRVM. Vehiculis nihil ultra mille librarum mensuram patiemur inponi, ita ut veredarii sat habeant, quod his triginta libras equis vehere concessimus. Quidquid igitur supra mensuram exsuperare constiterit, ad

1 Menandrum] *mag. incertus* 2 ueredarii sat habeant] *Gothofredus*, ueredariis ut habeant *R*

1 dispendium eius, qui in legem conmiserit, fisco conveniet adscribi. Illud sane, ut
penitus enormium vehiculorum usus intercidat, sanciendum esse decernimus, ut, quisquis
opificum ultra hanc quam perscribsimus normam vehiculum crediderit esse faciendum,
non ambigat sibi, si liber sit, exilii poenam, si servus, metalli perpetua supplicia sub-
eunda. DAT. PRID. ID. MART. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

1 conueniet et adscr. *R* 2 paenitus *R* 3 praescripsimus *Cuiacius* 4 poena *R* sup|supplicia *R* 5 pirid. *R*. — *Eo tempore Valentinianus non fuit Mediolani*

VIII, 5, 18 (364 Mai. 13).

q. 45 f. 1 | IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quando praepositus largitio-
num species transmittendas necessarias esse suggesserit ac brevem diversarum specierum,
cui subvectio vehiculorum poscitur, designaverit, a praesidibus diversorum officiorum
1 evectio conpetens praebeatur. Illud etiam sublimitas tua observari omni cautione
praecipiat, ne amplius in singulis quibusque carpentis, quam bini aut ut summum terni
homines invehantur, quos tamen directarum rerum custodes vel prosecutores esse con-
stiterit. DAT. III ID. MAI. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

2 tranmittendas nenessarias *R* 4 cautioni *R*ᵃ 5 in] ine *R*ᵃ 6 *scr.* uehantur

VIII, 5, 19 (364 Iun. 23 [Mai. 25]).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Magnifica sedes tua evectionum facien-
darum arbitrium in publicis tantum causis usurpet. Verum ingenti procurabitur cautione,
ne parum considerata facilitas ita publicis incipiat visceribus imminere, ut fatigatione
nimia paenitentiam huius concessionis suscipere cogamur. DAT. VIIII KAL. IVL. PHILIPPO-
POLI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

1 magnificas *R*ᵃ 4 concessiones *R* uiiii k. iul.] *scr.* uiii k. iun. *ad iunctam 15, 1, 11* 4/5 philippopolim *R*, philippis 15, 1, 11; *cf. de loco ad 7, 4, 10*

VIII, 5, 20 (364 Sept. 12).

IDEM AA. AD FLORIANVM COM(ITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Iuxta divi Iuliani consul-
tissimam legem ad transferendas largitionum res necessarias conpetentia iudices evectio-
1 num subsidia perferant. Illud quoque adiectum est, ne quicquam oneris vehiculis
publicis cumulatius, quam ratio fiscalis posceret, superponeretur, si quidem non amplius
in singulis quibusque vehiculis, quam binos aut ut summum ternos sedere praeceptum
sit. DAT. PRID. ID. SEPT. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

3 perferant] *fortasse* praebeant 4 cumulatiu *R*ᵃ

VIII, 5, 21 (364 Sept. 29).

IDEM AA. AD ARTEMIVM. Conpetenti ratione prohibemus, ne hi, qui familiae praesunt,
q. 45 f. 1' novum rapinarum | aut fraudium genus exerceant, ut pro rotarum tritura ac ministeriis
pecuniam ab angariarum praebitoribus poscant. Pro rotis igitur et pro angariis praebi-

1 ad] ar *R*ᵃ *post* artemium *sp. vac. R: corrector Lucaniae et Bruttiorum (cf. 8, 3, 1)* 2 faudium *R*ᵃ 3 et pro angariis] *requiritur* et pro ministeriis angariarum

tores dispendia nulla patiantur. DAT. III KAL. OCT. AQVIL(EIA) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

II, 5, 22 (365 Febr. [?] 18).

IDEM. AA. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). ˹Cunctos iudices laudanda tua sinceritas monebit, ut minime quosque˺ transire patiantur, antequam seriem evectionis aspexerint ‖ et congrua subnotatione dimiserint. Sane cuiuscumque fuerit dignitatis qui nostra interdicta calcaverit, retentetur, dum super ipsius nomine ad mansuetudinem nostram querella dirigatur, cui vindicta non deerit. ‖ ˹In eos autem protinus ultio conpetens exserenda˺ est, quos sinceritas tua pro loco
1 graduque militiae ibidem coherceri posse crediderit. ‖ Praeterea illud adiungimus, ut parhippum vel avertarium nullus accipiat, nullus inpune praesumat, nisi eum nostrae serenitatis arbitrio aliqua necessitate cogente vir inl(ustris) magister officiorum textui evectionis addiderit. PROLATA LITTERIS SVB DIE XII KAL. MART. ROM(AE), ACC. IIII KAL. APRIL. VENABRI CONSVLATV VALENTINIANI ET VALENTIS AA.

IVST. ˹et tam iudices quam custodes publici cursus minime˺ ‖ *fin.* ‖ *redit* | ˹adversus ceteros vero protinus indignatio competens exercenda˺ ‖ *finit*

R. — IVST. 12, 50, 3.

2 sinceritis *R*ª 6 quaerella *R* 9 cohercere *R*ª 10 uel] uet *R*ª 12 prolata] *scr.* praelata 13 conss. *R.* — *Subscriptio perturbata: Volusianus vere urbi praefuit a. 365 (de mensibus non constat: vide ad 1, 6, 5), sed Venafri (quod videtur intellegi) vix potuit officio fungi, neque epistula praelata, id est proposita, Febr. 18 accipi Mart. 29*

III, 5, 23 (365 Mart. 10).

IDEM AA. MAMERTINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ad procurationem clavularii cursus eligendi sunt ex eo hominum genere, qui in provinciis codicillis comitivae et praesidatus aut rationum epistulis honorariis nixi ab omnium se civilium et publicorum officiorum ministerio removerunt. His tamen ab hac molestia segregatis, qui legationum reverentia, principalium beneficiorum iudiciis, honorem ipsis principibus tradentibus sunt adepti vel
45 f2 | 1 qui emeritis officiis palatinis missione | donati sunt. Locandi autem erunt per singulas mansiones vel quo longius sinceritas tua procurationem eorum existimaverit porrigendam. In quo negotio si quid neglectum secusve gestum fuerit, ad eorum, quidquid peccatum
2 erit, crimen invidiamque referetur. Quanto autem tempore unusquisque iuiuncti officii
3 sarcinam debeat sustinere, celsitudinis tuae arbitriis relinquimus sanciendum. Qui viri et evectiones commeantium exactissima cura inspicere debebunt et animalibus alimenta, quae fiscus noster suggerit, ministrare. DAT. VI ID. MART. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R

1 clabularii *R* 2 sint *malim* 3 ciuilium] culium *R*ª 6/7 singalas mansionis *R* 7 quo longius] *scripsi*, longius *R*, longius ut *Cuiacius* 8 neclectum *R* 9 officiis *R*

II, 5, 24 (365 Mart. 24).

IDEM AA. AD BVLEFORVM CONSVL(AREM) CAMPANIAE. Nonnullos id agere conpertum est, ut, si forte defecta fuerint animalia, quae vehiculis deputata sunt, veredorum numerum, qui alteri serviunt necessitati, ad raedas quibus utuntur usurpent. Hanc

1 nonnullus *R* 2 defecta] *Cuiacius*, detecta *R* 3 alteriu *R*ª redas *R*

... verum omnifariam ... conveniet, ut, si quis extiterit, qui ... excedat, ... fuerit dignitatis, tamdiu resistere ac ... animalia ... peragat, revertantur. DAT. VIIII KAL. ... IVSTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

... ACHVMI CORRECTOREM LVCANIAE ET BRITTIORVM. Conpertum est ... in publici cursus damna grassante ... Proinde ‖ si quis ⌈ iter faciens ... 'fuerit militans' ab itinere recto de... ...sibus', poena in eum conpetens pro... scientiam referatur. DAT. VIII KAL. ... IVSTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST. ‖ *inc.* | ⌈ per publicum cur[sum] 'vel militiae' ... *om.* ‖ *fin.*

... PRAEFECTVM P(RAETORI)O. Cursus mancipes clavularii ex ... ordinari, apertissima lege decrevimus. Quorum si prae... potuerit occurrere, curiales ad hoc munus sunt vocandi. ... ET VALENTE AA. CONSS.

... curialis *R* minus *R*

... CONSVLAREM PANNONIAE SECVNDAE. Neque plures parhippos ... evectionibus dandam conmeandi cuiquam facultatem gravitas ... ne admonitionem quidem adhibendam putamus, ut a nullo ... evectionis auctoritate moveatur. DAT. V KAL. IVN. MED(IOLANO) ... AA. CONSS.

... (28).

... PRAEFECTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quod iam Gallis prodest, ad Illyri... regiones convenit redundare, ut non amplius raeda quam mille ... angariae mille quingenta sufficiant, veredo ultra triginta nullus inponat. ... SIRMIO VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

5 subuectet] *R*, subuectet et ... *Gothofredus*, sufficiat *R* ... pp (*vide ad 7, 4, 16*).

Annum 365 excludit praefectura Probi per Italiam et Illyricum

III, 5, 29 (368 [367] Dec. 2).

IDEM AA. AD DOMNVM CONSVL(AREM) SICILIAE. Ii tantum parhippum praesumant, quibus nos ipsi in evectione quam facimus veredum cum parhippo tribui iusserimus. Si quis vero citra nostrae adnotationis indultum id licenter exegerit, severissimae subiaceat ultioni. DAT. IIII NON. DEC. TREVIRIS POST CONSVLATVM LVPICINI ET IOVINI VV. CC.

R

1 hii *R* 2 parhippo] parhippum *R* 4 triueris *R*: *post id excidisse videtur dies constitutionis acceptae anno 368 ante Sept. 23* conss. *R*

III, 5, 30 (368 Sept. 23).

IMPPP. VALENTINIANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Perspicue sanxeramus, ut in carpentis raedarum mensuram subditam nullus excederet, nemo amplius raedae quam mille pondo, angariae quam mille quingenta, veredo
. 45 f. 3 quam triginta auderet inpo|nere. Ideoque ad inl(ustres) magistros equitum et peditum scribta porreximus, ut per loca, quae huiuscemodi observationis excubiis munienda sunt, sollicitos protectores diligentesque constituant, quo idem et mensuram vehic[*u*]lorum et vim onerum semper inspiciant nihilque fieri contra haec iura patiantur. Quin etiam, quotienscumque aliquis fuerit inventus excessisse legem vel vehiculi enormitate vel ponderis, quemlibet locum, quamcumque ille protulerit dignitatem, quidquid ultra mensuram esse constiterit, aput se protector, qui insolentiam deprehenderit, retentabit, donec super eo, qui interdicta contempserit, ad clementiam nostram relatio dirigatur. DAT. VIIII KAL. OCT. VALENTINIANO ET VALENTE II AA. CONSS.

R

2 perspicuae (perspuae *R*[a]) sancxeramus *R* redarum *R*: *malim* ueredisue sumditam *R*[a] 3 redae *R* 5 per] pe *R*[a] 8 inomitate *R* 9 quamlibet *R* 10 depraehenderit *R*

VIII, 5, 31 (370 Aug. 15).

IDEM AAA. AD CATAFRONIVM VIC(ARI)VM ITAL(IAE). Nec mulionibus nec carpentariis nec mulomedicis cursui publico deputatis mercedem a quoquam sinceritas tua siverit ministrari, cum iuxta publicam dispositionem annonas et vestem, quam isdem credimus posse sufficere, consequantur. ET CETERA. DAT. XVIII KAL. SEPT. TREVIRIS VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS.

R

1 ne carp. *R*[a] 2 siuerit] *Gothofredus*, fuerit *R* 3 *malim* quas hisdem *R* 4 triueris *R*

VIII, 5, 32 (371 Dec. 11).

IDEM AAA. AD AMPELIVM. Evectionum copiam senatui, cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est. ⌈ Nam si adclamationibus populi Romani nostri aliisque antiquis et sollemnibus rebus concessa iugitas inlibata servatur, provincialibus etiam, quando e re esse censerent, evectionum copia non negata est, ut ad nos sumpta evectione contendant, quanto magis huius arbitrii his facultas est deferenda, quos collegii merito videre frequentius
q. 45 f. 3' cupimus? DAT. III ID. DEC. | TREVIR(IS) GRATIANO A. II ET PROBO CONSS.

IVST.

⌈ ita tamen, ut, cum a nobis evocatur aut a clementiae nostrae veneratione discedat. Si quis ergo posthac contra vetitum sibi cursum publicum illicita temeritate praesumpserit, motum in se nostrae mansuetudinis excitabit *fin.*

R. — IVST. 12, 50, 6.

1 ampelium] *scilicet* p̄ ū 6 censerent euectionum] *fortasse* censemus euectionem 7 quanto] quando *R* 9 triuer *R*

VIII, 5, 33 (374 Iul. 10).

IDEM AAA. AD CONSTANTIVM. Evectionum emittendarum etiam per ceteras provincias dumtaxat in translationem vestium tua sinceritas habeat facultatem, ut, si forte in itinere vicarius non fuerit, cum vestes eaedem transferuntur, tarditas nulla generetur: certe, ubi idem vicarius forte morabitur, aut dimittet tuas aut alias ipse renovabit. Et hoc quidem eo constituitur exemplo, quo aurum argentumque transfertur, in quo utique nullum evectionibus tuis adfertur obstaculum, quominus id, quod transmissum fuerit, ad loca
1 statuta perveniat. Eaedem autem vestes militares usque ad ea loca sunt transferendae, ubi ipsi milites sunt constituti, neque enim paulo deverticulo abducendi sunt ab excubiis
2 sibi pro publica utilitate commissis. Tales igitur vestes a provinciis dirigantur, quae, priusquam moventur, inspectione gravitatis tuae displicere non possint. DAT. VI ID. IVL. HONORE GRATIANO A. III ET EQVITIO V̄. C̄. CONSS.

RT [incipit 8 tarditas].

1 Constantium] *procons. Africae* emittendarum] et mittendarum *R* 3 non *videtur delendum* eadem *R* 4 demittet *T* alias] talias *T*ᵃ renouauit *R* 5 constituitur] *T*, constitur *R* quo . . . in quo *om. R*ᵃ 6 euectionis *T* 7 perueniant *T* eadem *RT* uestes] *R*, uestres(?) *T*ᵃ transferendae] *R*, ferendae *T* 8 paulo] *scr.* ullo 9 conmissi *T* uestes *om. T* 11 uc. *om. T*

VIII, 5, 34 (377 [379?] Febr. 27).

IDEM AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O Quia in omnibus aliis provinciis veredorum pars quarta reparatur, in proconsulari provincia tantum detur, quantum necessitas postulaverit et quidquid absumptum non fuerit, hoc nec pro debito habeatur nec a provincialibus postuletur. Non dubitamus autem plus quam quartam ad reparationem necessa-
1 riam non esse iumentorum. Praeterea in singulis mutationibus arbitramur ternis veredis muliones singulos posse
2 sufficere. Nam ut stabula inpensis publicis extruantur,
q. 45 f. 4 contra rationem est, cum provincialium | sumptu citius arbi-
3 tremur et utilius adparanda. Iam vero mancipum non ab ordine nec a magistratibus accipienda videntur obsequia, sed ab officio proconsulari qui missione donantur, vel ex aliis officiis, quos idoneos adque emeritos esse constiterit. Non enim inprobabilis haec dispositio est, cum et in suburbicariis regionibus haec consuetudo servetur. DAT. III KAL. MART. TREVIRIS GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS.

IVST.
In omnibus provinciis veredorum pars quarta reparetur.

Stabula autem ut impensis publicis extruantur, contra rationem est, cum provincialium sumptu, in quorum locis stabula constituta sunt, citius arbitremur apparanda et utilius tam publico quam his, quos stercus animalium pro suo solacio habere concedimus.

RT. — IVST. 12, 50, 7.

1 idem aaa.] *sic libri et Iust., requiritur* imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus p̄p̄o] *R Iust.*, n̄p̄o *T: fortasse scr.* procons. Africae quia] *scr.* quamquam 2 pars] pars pi *T*ᵃ reparetur *T* 4 absumptum] *T*ᵃ*R*, adsumptum *T*ᵇ fuerit] *T*, habuerit *R* 7 in singulis *R* 8 mulionis in singulos *T* 11 apparanda *T* pancipum *R* ab] ob *R* 14 meritos *T* 15 subur[bi]cariis *T*, cubicolariis *R* 17 triueris *R*, triū *T* 16/17 *subscriptioni vel inscriptioni quid obstet, adnotatum est ad 1, 15, 8*

VIII, 5, 35 (378 Apr. 20).

IMPPP. VAL(ENS), GRAT(IANVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD AVXONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. A nullo umquam oppido aut frequenti civitate, mansione denique adque vico

1 auxonium] *T*, ausonium *R* 2 adque] *R*, *om. T*

uno die ultra quinque veredorum numerus moveatur, ac si quis eorum, qui praepositi vocantur aut mancipes, publico denique cursui nomine aliquo praesunt, hunc quem praescribsimus modum patiatur excedi, severissime sinceritatis tuae auctoritate conpescetur: aut militans exauctorationem subibit aut decurio vel manceps relegatione annua plectetur. Ii autem, qui suprascribtum numerum supergredi molientur, cuiuscumque sint honoris aut nominis, ‖ ⌜quinque argenti
1 libris in unius veredi usurpatione multentur⌝ ‖. Si tamen necessitas maior coegerit, super sollemnem numerum iubemus admitti quos aut sacras litteras ferre constiterit aut habere in evectionibus adnotatum, ut aliqua de causa instantius ire iubeantur, quod vel spectabilis viri officiorum magistri vel sinceritatis tuae litteris oportebit adscribi, ut ex-
2 stet evidens causa, quae praescribtum legis excedat. In vehiculis etiam hac volum[us]
45 f. 4' | ratione moderari, ne supra assium numero raeda moveatur. Quod facinus sublimis auctoritas tua si contra vetitum cernat admitti, pro motu suo severitate cohibebit. DAT. XII KAL. MAI. TREVIRIS VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

IVST.
‖ ⌜poena quinque librarum auri minime defutura contra eos, qui statuta nostra neglexerint⌝.

RT. — IVST. 12, 50, 8. — LYDVS *de mag.* 3, 10 = 3, 40 *hanc videtur significare constitutionem, quamquam eam Arcadio tribuens contendit fuisse ἐν τῷ πάλαι Θεοδοσιανῷ, omissam esse ἐν τῷ νεαρῷ.*

3 seuerissimae *R* 4 exauctorationem] *T*, exauctoritatem *R* 5 hii *RT* autem] *R*, etiam *T* 9 aut h.] ita ut h. *T* 10 in uectionibus *R* ire *om. T*ᵃ iubereantur *T*ᵃ 11 specta-[**]libus *T* 11/12 exstet] *Gothofredus*, exsistet *R*, exisset *T* 12 uolumus] *T*, uolum** *R* 13 ne] *R*, *om. T* supra assium numero] *RT*, supra duum numerum *Gothofredus*, supra IIII axium numerum *ego* reda *RT* ficinus *R* 14 si *om. T* moto *R* seueritatem *T* 15 triueri *R*, tr** *T*

VIII, 5, 36 (381 Febr. 27).

IMPPP. GRAT(IANVS), VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SYAGRIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Mancipibus supra lustrale tempus cura non immineat mancipatus: nec intra triginta dies ..... amplius cuiquam liceat ex mutatione discedere. Quod si quis supra praescribtum numerum dierum ab statione, quam receperit, excesserit, capitali animadversione puniatur. Idcirco enim quinquennio devoluto eos honorem perfectissimatus manere praecipimus omniumque aliarum necessitatum immunitate fovemus, ut tempus procurationis inpositae sollerti fide et integritate succedant. DAT. III KAL. MART. TREV(ERIS) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

RT

2 supra inlustrale *R*, super lustrale *T* *ante* amplius *excidit numerus, puta* biduo 4 prescribtum *R* dierum *om. T* ab] *T*, enim ad *R* reciperit *R* 5 puniantur *T* quenquennio *R*ᵃ honoro(?)m *T* 6 praecepimus *malim* omniumque a. n. inmunitate (inmutate *R*) fouemus *om. T* 7 succedant] *requiritur* subeant *vel simile vocabulum* triu. *T*, *om. R*

VIII, 5, 37 (382 Mai. 14).

IDEM AAA. AD PALLADIVM P(RAE)F(ECTVM) AVG(VSTALEM). Eum, qui sagum hippocomorum notabili populatione voluerit usurpare vel scindere, cuiuslibet fuerit dignitatis, sine aliqua exceptione iubeas detineri, ut, cum de eius nomine relatio fuerit destinata, quid super eius contumacia statuendum sit, opportunius aestimemus. DAT. PRID. ID. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

RT

2 populatione] *fortasse* spoliatione *(cf. 8, 5, 50)* uolueris *T* dignitates *T* 3 nonine *T* destinari *T* 4 statuendaum *R*ᵃ oportunius *T* *dies dubius propter sequentem* 4/5 constantinopoli] *R*, *om. T*

VIII, 5, 38 (382 Apr. 24).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Proficiscente vicario triginta asini, veredi decem tantummodo moveantur, quinquaginta librarum auri dispendio eius officio, si haec fuerint contempta, non inmerito subiugando. Illud etiam similiter observetur, ne quis faciendae evectionis sibi vindicet facultatem. DAT. VIII KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

R T

1 uicario] uic̄ *T* 2 quinquaginta] *R, om. T* 4 *dies dubius propter praecedentem*

VIII, 5, 39 (382 Iul. 16).

q. 45 f. 5 | IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quisquis seu civili seu militari deposita dignitate aget otium, non prius usquam fiducia evectionum prodeat, quam editis causis nostra maiestate consulta utendi itidem cursus publici acceperit potestatem. Reliquos vero, etiamsi expresserint tali tenore copiam latius evagandi, a fructu furtivae impetrationis arcemus. DAT. XVII KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

R T [finit 5 conss.*]*.

1 xxxuiiii *praescr. T, ubi inter hanc constitutionem et 49 (in qua redit codex, sed constitutionum 50—54 numeris abscissis) una excidisse videtur, quoniam c. 55—59 ibi numeros praescriptos habent 54—58* 2 usquam] *R*, quam *T* edictis *R* 3 publicus *T* 4 expraesserint *RT* ternore *T* euangandi R^a, euandi *T* fructiuae *R* 5 aremus R^a xuii] *R*, xuiii *T* constp R^b, conspp. R^a anthonio *T*

VIII, 5, 40 (382 Iul. 23).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iudicibus faciendae evectionis copiam denegamus ⌜cum id nostro numini et vestris tantum sit potestatibus reservandum⌝. His enim tantum ambulandi facultatem iudices ex suo arbitrio praebituri sunt, quos in transmissione ⌜largitionalium titulorum⌝ prosecutores viderint constitutos, sciturі, si definitionem nostram excesserint, se quidem XXV auri libris, officium vero quinquaginta esse multandos.

1 ‖⌜Sane⌝ ut ⌜etiam⌝ agendi itineris possit esse moderatio, ⌜seni⌝ veredi, ⌜singulae etiam raedae⌝ per dies singulos ⌈ dimittantur. DAT. X KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

IVST. 12, 50, 9
⌜cum id tantum n. n. et tuae sedi nec non viro illustri magistro officiorum sit reservandum, cum neque praefecto urbis neque magistris militum neque ducibus neque vicariis nec cuiquam alii praeter memoratas duas potestates hoc a nobis concessum sit⌝

⌜publicarum functionum⌝

IVST. 12, 50, 8
‖⌜ ⌝ *om.* | ⌜ ⌝ *om.*
⌜deni⌝
⌜ ⌝ *om.*
⌈ ex utraque parte

R. — IVST. 12, 50, 8. 12, 50, 9.

8 transmissionem *scr.* 10 constitutus *R* 12 officia *Iust.* 15 possint R^a moderatiu R^a 16 redae *R*

VIII, 5, 41 (382 Sept. 20).

IDEM AAA. FILAGRIO COM(ITI) OR(IENTIS). ⌜Capitalis periculi⌝ acerbitate proposita evectionum

IVST.
⌜Gravissimae poenae⌝

2 aceruitate *R*

contractus ⸢asinorumque⸣ merces et ementis et distrahentis ⸢poena⸣ prohibemus. P(RO)P(OSITA) BERYTO, DAT. XII KAL. OCT. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

⸢animalium quoque publicorum⸣ ⸢coercitione⸣

R. — IVST. 12, 50, 10.

3 byrito *R* dat. *delendum*

5, 42 (382 Dec. 30).

IDEM AAA. CONSTANTIANO VICARIO DIOECESEOS PONTICAE. Reparationis conlatione ab officialium persona submota idoneos mancipes constitutos quinquennii tempus implere praecipimus. DAT. III KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

R

1 constantianos *R*ᵃ dioceseos *R*

5, 43 (384 Febr. [?] 1).

IDEM AAA. AD NEOTERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quibus ius ante non fuit evec-
f. 5' tionum abstinentia, quibus fuit faciendarum moderatione | rei publicae prospiciant. In-l(ustres) enim viri militiae equestris ac pedestris magistri, qui hac usurpatione caruerunt, multo in posterum patientius abstinebunt, cum et amantes rei publicae sint et circa communes utilitates nostris sibi animadvertant moribus esse vivendum. DAT. KAL. FEB. RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

R

2 abtinentiam *R*ᵃ prospiciant] *scripsi*, prociant *R*ᵃ, prosciant *R*ᵇ, prosint *Gothofredus* 5/6 ricomere et clearco *R*. — *Collatis reliquis constitutionibus datis ad praefectos praetorio a. 384 intellegitur mensem certe corruptum esse et hanc datam anno finiente*

5, 44 (384 Mart. 2)

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullus evectione utatur privatus, tametsi valuerit impetrare, || exceptis his, quos sublimissimae administrationis inlustravit indeptio et quos magistri equitum ac peditum pompa sublimat, qui tamen omnes in actu ipso positi rei publicae providerunt, non hi, quos honorarii tantum nominis suffragia prosequuntur, sub hac videlicet definitione, ut, cum semel ad propria vel optata pervenerint, utendae eiusdem evectionis non habeant facultatem nisi consulta iterum clementia nostra geminae isdem beneficium detulerit largitatis, etiamsi administratione deposita ad larem proprium revertuntur. DAT. VI NON. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

|| *fin.* IVST.

R. — IVST. 12, 50, 11.

3 sublimit *R*ᵃ 6 euectiones *R*ᵃ 7 hisdem *R* etiam|quadministratione *R* 9 clearco *R*

5, 45 (384 Apr. 10).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullus numerum amplius quam singulas vel binas angarias secundum prius nostrae praeceptum serenitatis usurpet. DAT. IIII ID. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

R

1 numero *Gothofredus* 3 clearco *R*ᵃ

VIII, 5, 46 (385 Apr. 9).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O.
Diversorum officiorum veterani mancipatum debitum cursui publico repraesentent, etiamsi
post contra vim legis aliquam indepti sint dignitatem aut per suffragium ad curiarum
q. 45 f. 6 honorarium patronatum aut ad societatem consortiumque Laurentum aut ad | decuriae
Herculeae suffragium adspirasse doceantu[r]. In his vero, qui non terrena, sed caelestia
privilegia quaesiverunt, hoc custodiendum esse sancimus, ut, si quemquam ex huiusmodi
genere hominum iam tenet religio sacrosancta eiusque operam non potest accipere mancipatus, facultates memorati cursus publicus consequatur. DAT. V ID. APRIL. MED(IOLANO)
ARCADIO A. I ET BAVTONE V. C. CONSS.

R

1 ualentianus *R* nynegio *R* 2 repraesent *R* 3 legis] *Cuiacius*, lelis *R* 5 suffragium] *aut delendum aut scr.* suffragio *similiterve* celestia *R* 7 sacrosancteiusque *R* accepere *R*[a] 8 *locus et inscriptio non congruunt*

VIII, 5, 47 (385 Iun. 17).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Raedae mille librarum onus inponi debet, carro sescentarum nec amplius addito eo, ut aurum ceteraeque species largitionales
non ad libidinem prosecutorum vel susceptorum, sed aptis oneri ac ponderi vehiculis
deferantur. Quibus utique non licebit sub capitalis exitii minis quicquam oneris privati
secus quam lex nostra praescribit inponere neque alios mercede subvehendos velut proposita licitatione conducere, exceptis his quos necessitas pro-
1 secutionis adiunxerit. Et ‖ quoniam veredorum quoque cura
pari ratione tractanda est, sexaginta libras sella cum frenis,
⌜triginta quinque vero⌝ averta non transeat, ea condicione,
ut, si quis praescribta moderaminis imperatorii libramenta
transscenderit, eius sella in frusta caedatur, averta vero fisci
viribus deputetur ⌈. DAT. XV KAL. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI)
ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.

IVST.
‖ *inc.*
⌜sexaginta itidem⌝
⌈ exceptis auri centenariis, quae necesse est ab hippocomis in solitis sacculis reportari.

R. — IVST. 12, 50, 12.

1 redae *R* 3 liuidinem *R* prosecutorum] *Cuiacius*, proseculorum *R* 6 conducere] *fortasse scr.* secum ducere 7 adiuncxerit *R* 11 frustra *R Iust.*

VIII, 5, 48 (386 Mart. 4).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si aurum sacrarum largitionum vel argentum ad comitatum nostrum destinatur, una raeda quingentis auri libris, mille vero
argenti, si vero privatarum, auri trecentis, quingentis vero argenti lib(ris) oneretur. Sint
q. 45 f. 6' praeterea duo palatini prosecutores singularum raedarum cum tribus servi[s,] | habentes
quinquagenarum librarum avertas et saga, quibus par erit eos pro itineris necessitate
muniri, ita ut, si quid ultra praescribtum nostrae serenitatis inventum fuerit, ad comita-
1 tum nostrum protinus dirigatur. Lineae vel amictoria, quibus hactenus onerari raedae
solebant, nec ulterius raedis, sed angariis vel navibus dirigantur et si alicubi repertae
fuerint huiusmodi species, thensauris eius urbis, in qua deprehensae fuerint, deputentur,
per angarias, ubi facultas fuerit, destinandae; reliquae vero delicatae vestes, sed et linteamen amictorum nostrorum usibus necessarium raedis sub mille librarum ponderatione
mittantur. DAT. IIII NON. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO N. P. ET EVODIO V. C. CONSS.

R

2 reda *R* quinquentis *R*[a] 4 redarum *R* 6 praescribtum] *Gothofredus*, perscribtum *R* 7 lineae] *fortasse scr.* lintea actenus *R* redae *R* 8 redis *R* 9 huiusmodis *R*[a] deprahensae *R* 11 amictorum] *R*, amictorium *Cuiacius* usibus] *R*[b], ubus *R*[a] redis *R* 12 constp] *R*[b], consp. *R*[a]

VIII, 5, 49 (389 [386] Sept. 3).

IDEM AAA. CAESARIO MAGISTRO OFFICIORVM. Ii qui provinciis praesunt inspectis evectionibus ex quacumque parte venientium ad vehiculorum vicem comites quattuor veredos cum parhippo, tribunos militum ternos movere permittant, ceteros domesticos protectores et agentes in rebus binis uti tantummodo patiantur. DAT. III NON. SEPT. VALENTIAE TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

RT [incipit 3 itum ternos].

1 hii *R* 4 uinis *T* ualentiae *R*ª: *recte sine dubio tres leges hanc et 11, 1, 22 et 12, 1, 119 Gothofredus iudicavit datas eodem die eodemque loco, in hoc concordantes, sed relatas primam ad a. 389, secundam tertiamque ad a. 386. Locus quaerendus in partibus Orientis (ut ostendunt magistratus Cynegius et Caesarius) secundum Gothofredi coniecturam probabilem est Melanthias inter Heracleam et Constantinopolim. Ibi recte consistere potuit Theodosius autumno a. 386, neque tamen a. 389*

VIII, 5, 50 (390 Iun. 17).

IDEM AAA. P(RAEFECTIS) P(RAETORI)O. Non patimur hippocomos per eos, qui veredis uterentur, indigna spoliatione vexari, si quidem nonnulli veredarii saga eorundem dicantur auferre ⸢. Quocirca per omnes iudices et curiosos miserabilis removeatur iniuria, scientibus cunctis, quod, si observata non fuerit nostra sanctio, non solum damna resarcire, verum etiam notam et multam qui neglexerit subire cogetur, ‖ ut his retentis, qui fuerint detecti hippocomis saga
q. 45 f. 7, abstulisse, super eorum n:ominibus ad nostram clementiam referatur. P(RO)P(OSITA) XV KAL. IVL. TREVIRIS VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

⸢ vel praecidere IVST.

‖ *fin.* IVST.

RT. — IVST. 12, 50, 13.

1 ppo] *RT*, floro pp. *Iust. (O), om. Iust. (KI)* hippocomos] ippocomos *T*, in hippocomos *R* ueredes *R* 2 nonnullis *R* ueredarii saga] ueredaris |...a *T* eorum *Iust.* 2/3 dicuntur *Iust.* 3/4 miserabiles remoueantur *T* 4 quod] ut *Iust. (KI), om. Iust. (O)* 5 nostri *R* 6 uerum *bis R* qui] *R*, que *T* necglexerit *R* 6/7 cogatur *T* 9 defertur *T* triueris *R*, triu. *T* 10 neotherio *T*

VIII, 5, 51 (392 Iul. 30).

IDEM AAA. POTAMIO PRAEF(ECTO) AVG(VSTALI). Publici cursus exhibitio antiqua ex consuetudine inducta curialibus viritim per curias debet pensata locorum hominum facultatum qualitate distribui. DAT. III KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS.

IVST.
Publici cursus exhibitio secundum locorum consuetudinem vel curialibus vel cohortalibus debet committi vel his, qui suo periculo ab eminentissima praefectura sub competenti cautela excipiunt.

RT. — IVST. 12, 50, 14.

1 praef. aug.] *R*, pffo augli *T* 2 consuetudine] *R*, ..nductione *T* 5 constantinopoli] *R*, *om. T* 6 ã] *om. T*

VIII, 5, 52 (393 Iul. 26).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Faciendarum evectionum licentiam in excidium publici cursus a comitibus Aegyptiaci limitis usurpatam sublimis magnitudo

2 excidium] *R*, exci... *T* a *om. T*

tua auctoritate huius legis inhibebit. DAT. VII KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) D. N. THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO V. C. CONSS.

RT

1 aug.] *T*, april. *R* 1/2 d. n. theod.] *R*, *om. T* 2 u. c.] *R*, *om. T*

VIII, 5, 53 (395 Mart. 18).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. DEXTRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quia conperimus quosdam animalia publica subtraxisse, ea per inquisitionem mulionum et mancipum volumus redhiberi, adque ideo per muliones et mancipes, nisi animalia perducta fuerint, diligenti inquisitioni et plenae cognitioni locus non negetur, et cum manifesta ratione deprehenderit inlicita usurpatione cursum publicum fuisse vexatum, in quadruplum superductorum animalium pretium inferri censemus. Et ne idem etiam in futurum admittatur, praecipimus, ut, ‖ si qui vel per unam mutationem veredum ⌜mulamve aut bovem⌝ superducendum esse crediderit, ⌜memoratam fisci viribus multam inferat⌝. DAT. XV KAL. APRIL. MEDIOLANO OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

IVST.
‖ *inc.*
⌜ ⌝ *om.*
⌜in quadruplum superductorum animalium pretium f. v. inferat.⌝

RT. — IVST. 12, 50, 15.

1 nonperimus *R*ᵃ 2 mulonum *T* 5 deprae- hendERIT *T* licita *T* fuisse] ***sses *T*ᵃ 5/6 superdictorum *R*ᵃ 6 **aetium *T* ne] *R*, *om. T* 7 quis *Iust.* uel *om. R*ᵃ | 8 unum *R*ᵃ mutationem] *R Iust.*, notationem *T* aut] *T*, at *R* 10 mediolano] *R*, med. *T* prouino *T*

VIII, 5, 54 (395 Apr. 26).

IDEM AA. DEXTRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Meminimus evectiones inl(us)tribus viris
q. 45 f. 7' honori potius quam usui detulisse. Ne igitur | cursus publicus pereat, hac lege sancimus, ne quis sibi deinceps cursum publicum privatus usurpet, nisi cum aut a nobis evocatur aut a clementiae nostrae veneratione discedit. Si quis ergo posthac contra vetitum sibi cursum publicum inlicita temeritate praesumpserit, motum in se nostrae mansuetudinis excitabit. ET CETERA. DAT. VI KAL. MAI. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

RT

1 meminimus] *R*, meminisse *T* uiris] *R*, *om. T* 2 honori] honeris *T* 3 priuatos *R* | aut a] alta *T*, aut *R* euacuatur *T* 4 beneratione discendit *T* 6 excitauit *T*

VIII, 5, 55 (396 Febr. 18).

IDEM AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). Duorum veredorum evectiones te praesumpsisse propria relatione signasti. Cuius facti veniam indulgemus, sed nihil tale posthac nec usurpari volumus nec licere. DAT. XII KAL. MART. MED(IOLANO) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

RT

1 liiii *praescr. T (vide ad c. 39)* florentio *T* p̄u] *R*, pp̄o *T* euectioneis *T* 2 ueniam] | *R*ᵇ, n(?)o(?)m(?)i(?)a *R*ᵃ indulgimus *T*

VIII, 5, 56 (396 Dec. 18).

IDEM AA. SIMPLICIO MAG(ISTRO) MILITVM. Sufficiunt iudicum potestatibus evectiones, quas a nostra serenitate vel sede inl(ustri)um praefectorum necessitatibus publicis ac-

1 lu *praescr. T (vide ad c. 39)*. simulicio *T* 2 a *om. T* sede] *R*, rede *T*

cipiunt servituras. Insignis igitur auctoritas tua statutis nostrae clementiae sibi faciendarum evectionum usurpatam licentiam negatam fuisse cognoscat. Tunc namque metu praeceptum custodire oportet iudices inferiores, cum cognoverint a potioribus custodiri. Si vero posthac eadem culpa permanserit, in officium auctoritatis tuae gravi supplicio vindicabitur. DAT. XV KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

RT

1 seruituras *R*   tua statutis] **a s***utis R^{a}*(?)*   2 usurpata *T*   tunc] *R*, tum *T*   namque] *T*, numque R^{b}, numqua R^{a} 3 oportet] *scr.* apparet   cognouerit *T*   3/4 custodiri] cusdiri *R*   4 si uero posthac] nuero *[sic]* posthac *R*, sintue ***|hac *T*   5 xu] *R*, u *T*

II, 5, 57 (397 Febr. 24).

IDEM AA. REMISTHEO DVCI ARMENIAE. Repetita lege sancimus, ne experientiae tuae post hoc prorsus sit licentia aut evectiones facere aut sine evectionibus nostris facultatem
45 f. 8 cursus publici vindicare. Cuius rei temeritatem si posthac laudabilitas tua credi|derit esse repetendam, scias a te X lib(ras) auri, X etiam ab officio, quod tuis iussionibus obsecundat, protinus exigendas, || his tantummodo utendi cursus publici ⌜facultate concessa⌝, qui legati de diversis gentibus ad nostram clementiam properare festinant. DAT. VI KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

|| *inc.* IVST.
⌜facultas concessa est⌝
IVST.

RT. — IVST. 12, 50, 16.

1 lui *praescr. T (vide ad c. 39)*   armoeniae *T*   2 prossus *T*   4 etiam] *R*, iam *T*   5 exigenda *R*   6 ligati *R*   gentibus] *Iust.*, generibus *R*, legibus *T*   7 ui] *T*, u *R*

III, 5, 58 (398 Febr. 18).

IDEM AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis mulionem mutationibus deputatum vel sollicitatione vel receptione subtraxerit, per singula capita humana X libras argenti inferre cogatur. Et ne sollicitatoribus et occultatoribus sit ullum in aliqua excusatione perfugium, nec mutari quemquam per conpensationis simulationem vel absolvi sub aetatis aut debilitatis alicuius obtentu licebit. Ideoque iudex, qui sibi hoc vindicaverit ut servum publicum liberet, unam lib(ram) auri per homines singulos, officium quoque eius, si legem supprimendo consenserit, simili poena multetur. Haec in futurum mansuetudo nostra constituit. In praeteritum autem hoc statuisse sufficiat, ut, si muliones publici repperti fuerint licet senes aut debiles, cum uxoribus suis et omni peculio adque agnatione retrahantur. ET CETERA. DAT. XII KAL. MART. MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

IVST.
Nemo mulionem mutationibus deputatum vel per sollicitationem vel per receptionem subtrahere audeat, decem libras argenti poenae nomine reformidans inferre *fin.*

RT. — IVST. 12, 50, 17.

1 luii *praescr. T (vide ad c. 39)*   6 in aliqua] in aliqua in *T*   7 simulationem] ****lationis *T*   debitatis *R*   9 legem] *R*, legem gesserit *T*   11 reperti *T*   13 xii] xi *7, 14, 1*   ā] āā *T*   et eutychiano] eucherio (*om.* et) *T*

III, 5, 59 [= BREV. VIII, 2, 1] (400 Nov. 17).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quispiam paraveredum aut parangariam non ostensa evectione, quae tamen pro publica facta sit necessitate, praesumpserit,

1 idem] *RTOE*, imp. constant (constantinus *B MS*) *BCPMLS*, impp. arcad. et honor. *HNG*   missale *NG*, mesale *L*   ppo] pf *C*   paraueredum] ueredum *O*   1/2 peran****|am *T*, parangaria *NL*, parangarium *O*   2 ostens *S*   uectione C^{1}, eiectione *L*, effectione *N*   tamen *om. O*   pro *om. OL*   factata *L*   necessitatem *N*

periculo curatoris sive defensoris et principalium civitatum ad ordinarium iudicem dirigatur, singulas lib(ras) auri per singulos paraveredos vel parangarias fisci viribus inla-
q. 45 f. 8' turus. | Qua in parte si rector provinciae adque officium eius conludium praebere voluerit, duplum ex suis bonis noverit exigendum. DAT. XV KAL. DEC. STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

Haec lex interpretatione non indiget.

RT [finit 2 fact.]. — BREV. *(HNBGOECPMLS)*.

1 periculum *N*, id periculo *G* curatris *L*, procuratoris *S* siue defensoris *bis S*[a] et *om. BG*[b] principaliumcipalium *R*, prouincialium *C*[1] ornarium *S* 2 singulas] singulis *S* sigulos *L* paraueredos] ueredos *OC*[1]*PMLS* 2/3 inlaturos *RHNGES* 3 quia *H* prohibere *C*[2], prehibere *Bern.* uoluerint *BGC* 4 bonis suis *G* noueri *M*[a], nouerint *C* exegendam *R*[a] dat. xu (xiiii *O*, u *leges iungendae*) k. dec. stil. et aur. (ii *ins. C*) *libri* 6 haec (ista *PMS*) lex (h. l. *om. H*) interpretatione (-nem *HS*) non *(om. B)* indiget (eget *NCP*, habet *S*) *HNBGCP(char. diverso) M. Contra sic est in E, item in Lugdunensi Voss. q. 47:* Interp. Si quis veredum aut paraveredum aut parangariam non ostensa publica evectione presumserit, singulas libras auri per singulos veredos sive paraveredos vel parangarias detentus a principalibus vel defensoribus et a iudice civitatis fisci viribus cogatur exsolvere et si iudex ille, defensor vel principales aliquo conludio quae sunt praecepta implere vel exigere fortasse neglexerint, de suo proprio quae exigere praesumptorem noluerunt, in duplum fisci viribus reddantur

---

VIII, 5, 60 (400 Nov. 27).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Animalia publica, dum longe maiore ac periniquo pretio pabula aestimantur, per mancipes adque apparitores aperte vexantur. Ne id contingat, sublimitas tua disponat, ut neque pabula mutationibus desint neque provinciales ultra, quam iustitiae sinit ratio, praegraventur. DAT. V K. DEC. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

R. — IVST. 12, 50, 18.

4 u] xu *Iust. (Cui.)* 5 auriliano *R*

VIII, 5, 61 (400 Dec. 9).

IDEM AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Macrobium inlicita praesumptione evectiones fecisse constitit, cum necessitas publica non flagitaret, quique multam temeritatis excepit. Ne autem idem in futurum contingat, sublimitas tua vicarios admonebit atque eorum officia interminatione proposita, ut ab huiusmodi usurpatione noverint abstinendum. DAT. V ID. DEC. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

R

2 quique] *scr.* itaque 5 aurilialno *R*

VIII, 5, 62 (401 [immo 396/7] Febr. 3).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Usurpationem cursus publici penitus iussimus amputari, scilicet ut excepta magnitudine tua praesumendi velocis et clavularii cursus nullus habeat potestatem. Quod si quis iudicum vel contemptus vel ignorantiae vitio scita nostri numinis temeranda censuerit, unium ..... quoque officium, quod ei paret, sciat se XXX lib(ris) auri esse multandum. DAT. III NON. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

RT [incipit 4 no[stri n. t. c. unumquod]que offi[ciu]m].

1 paenitus *R* 2 clabulariis *R* 3 ignorantie *R* 4 scita] si ita *R*[a] unium quoque *R*,]que *T*, eius quoque *Cuiacius: apparet plura excidisse, cum etiam inscriptio et subscriptio dissentiant* 5 parit *T* lib] *R*, libris *T* constp *om. T*

VIII, 5, 63 (401 Mart. 31).

IDEM AA. PROVINCIALIBVS PROVINCIAE PROCONSVLARIS. Quoniam multos perspeximus inlicita praesumptione paraveredos vel parangarias postulare, hac lege sancimus, ut nulli rn. 46 f. 1 deinceps usurpandi licentia concedatur nisi in causa | publica vel manifestis evectionibus destinato. Si quis contra fecerit, una lib(ra) auri multetur. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. APRIL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

RT

5 uicentio R^a, uinc̄ *T*

VIII, 5, 64 (403 Mart. 26).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEODOSIVS AAA. SEPTIMINO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Comperimus provinciales et pabula et pecuniam pro equorum cursualium sollemni ratione conferre et extrinsecus ⌈ paraveredorum onere praegravari.
1 Provinciarum igitur rectores procurent, ne umquam cursus publicus veniat in querellam et occasio deceptionis curiales ⌈ animalia indebita praestare conpellat. DAT. VII KAL. APRIL. RAV(ENNA) D̄. N̄. THEOD(OSI)O A. I ET RVMORIDO CONSS.

⌈ etiam IVST.

⌈ vel provinciales IVST.

RT. — IVST. 12, 50, 19.

1 arcadius] arcadius et R^a septimino] *R*, septimio *T*, septimo *Iust. (O)* 2 conperimus *T* ecorum *T*, eoquorum *R* cursualim *T* | 3 et *om. R* 5 quaerellam *R*, quaerelam *T* decepotiones *T* curialis *R* 6 prestare *R* 7 d. n. *om. T*

VIII, 5, 65 (404 Febr. 27).

IDEM AAA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Per stationes singulas idoneos mancipes volumus conlocari, amotis, ne deinceps usurpantium praesumptionibus atteratur . . . . DAT. IIII KAL. MART. ROM(AE) HONORIO A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

RT [finit 2 praesumptionibus].

1 per] *T*, pre *R* 2 ne] *T*, *om. R* *post* atteratur *videntur quaedam excidisse, puta* cursus publici curam male gerentibus 3 aristeneto *R*

VIII, 5, 66 (407 Aug. 2).

IDEM AAA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo ducum ingressus semel provinciam suam postmodum itineribus faciendis cursu adque angariis ipse sive suum utatur officium,
1 sed expeditionem militarem iumentis propriis exsequantur. De cohortalinis etiam officiis eadem lege sancimus, ne quis ex his per provinciam suam discurrens veredo uti conetur
2 in posterum, cum sacra prohibitum sanctione cognoscant. Quod si quis ducum vel apparitorum vel cohortalium temerario animo ea quae decernimus contemnenda putaverit, per singula animalia quibus usus fuerit singularum librarum auri inlatione multabitur. DAT. IIII NON. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) D̄D̄. N̄N̄. HONORIO VII ET THEOD(OSI)O II AA. CONSS.

R. — IVST. 12, 50, 20.

2 suum] *Iust.*, suam *R* 3 exequantur R^a

tern. 46 f. 1'

|VI. DE TRACTORIIS ET STATIVIS.

Iust. 12, 51.

VIII, 6, 1 (365 Ian. [?] 25).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nemini ex his, qui ex castrensibus muniis absoluti ad domum redeunt post labores, tractoria praebeatur a sacro separata iudicio, sed unusquisque in epistulis nostris, quibus ad aevi reliqui testimonium singulos sequimur, viaticum conficiendi itineris consequatur. Hanc igitur sanctionem sinceritas tua congrua auctoritate custodiat ac, si quando aliquis ex hoc genere hominum annonas poposcerit, imperialibus litteris sua subscribtione subiecta modum debitae praebitionis inpertiat. Sed ne quis, ut hactenus factum est, quas superfluas impetraverit, largiatur aut vendat, ne quis ad quaestum de hac erogatione capiendum ulterius nomen opponat. EMISSA SVB DIE VIII KAL. FEB. ROM(A) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

RT [incipit 5/6 ex ho[c] g[enere h. a. p. imperialibus] litteris*]*.

2 castris *malim* 4 prosequimur *Seeck* 6 subscribtione subiecta] *RT*[b], subiectione subscribtione *T*[a] 7 debetae *R*[a] actenus *RT* 8 hac] hae *R* 9 opponat] apponat *Haenel* | emissa] *T*, missa *R* sub die] s̄ud *T*: *annus recte se habet, sed post eum diem Rufinus successit Mamertino*

VIII, 6, 2 (392 Aug. 26).

IMPPP. THEODOSIVS, ARCADIVS ET HONORIVS AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Tractoriae cum stativis solitis bidui tantummodo tempus accipiant. Nulli vero penitus cum necessariis ⌈ praebeantur nisi his tantummodo, qui animalia atque equos sacro usui necessarios prosequuntur, ita tamen, ut his dimissis in tractoriarum corpore ⌜praefinitus⌝ quinque dierum numerus adscribatur, ut nullus ultra hoc temporis spatium ad residendum in quo libitum fuerit loco copiam nanciscatur. DAT. VII KAL. SEPT. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO A. II ET RVFINO CONSVLIBVS.

IVST.
⌈ sibi personis
⌜ ⌝ *om.*

RT. — IVST. 12, 51, 1.

3 paenitus *R* 4 adque *T* sacros *T* 4/5 prosecuntur *R*, persecuntur *Iust.* 5 praefinitis *T* 6 ultra] *R Iust. (I)*, intra *T Iust. (KO)* 7 uii] *R*, ui *T*

tern. 46 f. 2

|VII. DE DIVERSIS OFFICIIS ET APPARITORIBVS ET PROBATORIIS EORVM.

RT. — *Iust.* 12, 59 de d. o. et app. iudicum et pr. eorum.

VIII, 7, 1 (315 Mart. 8).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VERSENNIVM FORTVNATVM CONSVLAREM AQVARVM. Promotionis ordo custodiendus est, ut primus in officio sit, qui prior fuerit in consequendo beneficio principali. DAT. VIII ID. MART. THESSAL(ONICA) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

RT

1 āā *R* 3 thessall̄ *R*

VIII, 7, 2 (326 [346?] Nov. 3).

IDEM A. AD PHILIPPVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Officiales, quos ex diversis officiis ex protectoribus epistulas impetrasse constiterit, pristinae reddi iubemus militiae. DAT. III NON. NOV. ARELATO CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSVLIBVS.

RT

1 *Constantii, non Constantini* filippum *T* 3 arellato *T* *Subscriptio recte quadrare videtur in a. 353 Constantio A. VI et Constantio C. II conss., sed et constitutionum ordo obstet et quod constat praefectum administravisse per a. 346—351 ante a. 353. Fortasse est a. 346 Constantio IIII et Constante III AA. conss.*

VIII, 7, 3 (349 Mai. 27).

IMP. CONSTANTIVS A. AD SILVANVM COM(ITEM) ET MAGISTRVM MILITVM. POST ALIA: Universi officiales diversorum officiorum, qui ex protectoribus epistulas meruerunt, officiis pristinis militiaeque reddantur nec opponant quaesitae sibi vocabulum dignitatis. DAT. VI KAL. IVN. SIRMI LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

RT

1 constantinus *T* milae mil *T*, eq. et ped. *Th. 7, 1, 2* 3 militiaequae *T* 4 sirmi] *R*, sir̄ *T* catullino] *R*, catulno *T*. — *De anno vide ad iunctam 7, 1, 2*

VIII, 7, 4 (354 [353] Mai. 14).

IDEM A. AD V(IROS) C(LARISSIMOS) P(RAEFECTOS) P(RAETORI)O. POST ALIA: De cohortalibus adque magistrorum equitum et peditum officialibus iubemus, ut minime de cetero ad adorandam purpuram nostram veniant, nisi si sub armis militiam toleraverint et omnibus expeditionibus adfuerint. DAT. PRID. ID. MAI. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE II CAESARE CONSVLIBVS.

RT

1 ā] āā *R*ᵃ uū cc ppo *RT* 2 māgrum aequitum *T* 3 si] *R*, *om. T* 4 adfuerunt *T* ii] ī *R*, *om. T* *propter diem vide ad 6, 27, 1*

VIII, 7, 5 (354 [353] Mai. 18).

m. 46 f. 2' IDEM A. AD P(RAEFECTOS) P(RAETORI)O. POST ALIA: De chartulariis magistrorum | equitum et peditum si quis post XXV annos obnoxius curiae fuerit reppertus, habeat privilegium militiae. Omnes autem, qui probati fuerint quacumque ratione vel quocumque tempore, perseverent in militia, ii dumtaxat qui ministeriales et paedagogiani et silentiarii et decuriones exsistunt, ita ut post quindecim annos minime ab aliquo inquietentur. ET CETERA. DAV. XV KAL. IVN. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE CAES. II CONSS.

RT

1 cartularis *T* 1/2 aequitum *T* 2 obnoxios *T* repertus *T* 3 omnes] *T*, et omnes *R* probati fuerint . . . 4 perseuerent *T*, probauerint *(mediis omissis) R* 4 militiam *T* ii] hii *R*, *om. T: expectes* exceptis pedagogiani *T*, dagogiani *R* 5 decuriones] *RT*ᵇ, duceuriones *T*ᵃ existunt *T* ab *om. T* 6 constante] *T*, *om. R* ii] *T*, *om. R*. *propter diem vide ad 6, 27, 1*

VIII, 7, 6 (354 [353] Oct. 6).

IDEM A. AD P(RAEFECTOS) P(RAETORI)O. POST ALIA: De largitionalibus comitatensibus et officialibus rationalis rerum privatarum custodiri praecipimus, ut post viginti et quinque annos ad curiam minime revocentur. Hoc idem de officialibus praefectorum vicari-

2 rationalis] *Gothofredus*, rationales *R*, et rationales *T* praecepimus *R* ut] *R*, ut si quis *T* 2/3 uig. et quinque] *R*, xxv *T*

orum observari sanximus. De primipilaribus vero, quia cursum exhibent, anni decem observandi sunt. Officiales enim p(raefecti) u(rbi) propterea, quod non exhibent primipili pastionem, post viginti quinque annos minime persequantur. Quod sane ad logografos pertinet, prius promulgatam legem firmam esse volumus. DAT. PRID. NON. OCT. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE C. II CONSS.

RT

1 sanximus] *R*, san|c(?)imus *T* quia] *R*, qui *T* 2 enim] *R*, etenim *T* 3 uiginti quinque] *R*, xxu *T* minimer *T* persequantur] *requiritur* persequendi 4 *propter diem vide ad 6, 27, 1*

VIII, 7, 7 (358 [357] Mai. 27).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Instaurata necessaria sanctione id volumus de cetero custodiri, || ⌜ne ullus quemquam iudicum⌝ probare audeat vel provehere. Excipimus tamen officia ⌜ cursus publici sollicitudinem sustinentia, nec enim tanto muneri adminiculum denegari publica permittit utilitas. || Quae cum ita sint, ceteris officiis universis eique, quod paret laudabili prudentiae tuae, nullus nisi nostro existente statuto debebit adscribi. DAT. VI KAL. IVN. MED(IOLANO), ACC. VIII ID. IVL. DATIANO ET CEREALE CONSS.

IVST.
|| ⌜Nullus iudicum quemquam sine sacra probatoria⌝ | ⌜ provincialia
|| *finit*

RT. — IVST. 12, 57, 2.

1 constantius] *R*, constanus *T* et constans] *R*, et grat *T*: *delendum* 4/5 publicus sollicitudine *T* 6 publici *T* 7 sunt *T* officis *T* uniuersis *R* 9 iun.] *T*, ian. *R*. — *Utroque die cum Constantius fuerit Sirmii, fortasse pro* Med. acc. *scr.* acc. Med.

VIII, 7, 8 (365 Ian. 30).

tern. 46 f. 3 | IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Praefecturae cornicularios, qui annis singulis ⌜ex numero deputatorum⌝ exeunt, post transactos corniculos nostram adorare purpuram volumus, quo honore perfunctis, cum iam missionem tenuerint, liberum otium damus, ut ad susceptionem vel cuiuslibet necessitatis officium ⌜qui ex corniculario adoraverint⌝ minime devocentur. || Haec igitur missio ea habeat privilegia, quae veterum principum sanctiones habere constiterit. DAT. III KAL. FEB. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST.
⌜ ⌝ *om.*
⌜ ⌝ *om.*
|| *fin.*

RT. — IVST. 12, 52, 1.

1 et *om. R* 6 adorauerunt *T* 7 missio ea habeat priuilegia] *R*, missio ...| habeat ea priuilegia *T* ueteranum *T* 8 principium *R* sanctiones] *scr.* sanctione 9 ualentiniano *om. T*

VIII, 7, 9 (366 Apr. 7).

IDEM AA. AD GERMANIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui de ordinariorum officiis iudicum vel amplitudinis tuae, exceptis his, qui cornicularii honore perfuncti sunt vel his, qui secundum legem purpuram nostram adorarunt, inter protectores domesticos vel scholares militant, ad eius, quod declinare temptarunt, muneris functionem et ad necessitates constringantur mancipatus. DAT. VII ID. APRIL. REMIS GRATIANO ET DAGALAIFO CONSS.

RT

1 ornariorum *R*ᵃ 2 qui *om. T* 3 adorauerunt *T* protectoros *R*ᵃ 4 tem.|tauerunt *T* 4/5 necessitatem con...|gatur *T*

VIII, 7, 10 (369 Mai. 17).

IDEM AA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Probabile et celebrandum tuae sinceritatis examen lege firmamus, quod ex officio tui culminis iners vulgus eiecisti et indignos militia diversis iussisti inhaerere muneribus. Ideoque nulli eorum, quos in-l(ustris) praestantia tua propositis publicavit edictis, habendi vel adipiscendi gradum alterum sit facultas. Quin etiam si quis de his umquam interdictam adfectaverit dignitatem, iniecta manu a quocumque rectore retrahatur, ut a condicione sententiae non recedat. DAT. XVI KAL. IVN. CONPLATI VALENTINIANO N̄. P̄. ET VICTORE CONSS.

R T

1 *debuit addi* Gratianus 2 egecisti *T* 3 inherere *R T* 5/6 dignitatem ... retrahatur (retrahantur *R*) *om. T* 7 recedat] *R T*, recedant *Cuiacius* xui] *R*, xu *T* conplati ... uictore] *R*, constp ualano et ualente aa. ⁂ *T*

VIII, 7, 11 (371 Dec. 23).

m. 46 f. 3′ | IMPPP. VALENTINIANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. SEVERO MAG(ISTRO) MILITVM. Si quando praefectus praetorio vel vicarius aut rector provinciae significaverit eum, qui chartis ac ratiociniis publicis invenitur obnoxius, ad praepositturam castri ac militum transisse, retractus illi adsignetur officio, a quo ad necessitatem praestandi ratiocinii devocatur; ⌜tamen⌝ in reiecti vero locum is potissimum destinetur, cui meritorum adstipulentur insignia. DAT. X KAL. IAN. GRATIANO A. II ET PROBO CONSS., EMISSA AD MAGISTROS MILITVM ET COMITES ET DVCES OMNES. | ⌜ ⌝ *om.* IVST.

R T. — IVST. 12, 59, 1.

1 imppp grat ual et ualanus aaa. seu *T* 2 ppo uel ⁂| uic *T* 3 cartis *T* ratiociniis ... praepositturam] *R*ᵇ *T* *Iust.*, raram (*mediis omissis*) *R*ᵃ 4 retractatus *T* 5 tamen *del. cum Iust.* loco *R* his *T* 6 ii] *R*, u *T* emensa *R*

VIII, 7, 12 (372 Mai. 30).

IDEM AAA. AD IVLIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Nullum militem a quolibet numero ad stationes agendas per consulares Byzacenam et Tripolitanam provincias destinari iubemus, sed probati in obsequiis praesidalibus eius officii, in quo parent, vocabulo censeantur nec quicquam his sit cum armatae militiae nuncupatione commune. Sed et si quis forte ex his, qui in legionibus vel in numeris deputentur, gestandis armis idoneus sit, qui tamen pastui primipili neutiquam obnoxius detegatur, ei, cui adscriptus est, militiae indubitanter iungatur. DAT. III KAL. IVN. NASSONACI, ACC. VI KAL. DEC. MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

R T. — GEMINA(?) 8, 7, 13.

2 consulares] proconsularem *Krueger* 3 obsequeis *R* 4 conmune *T* 4—7 *requiruntur collata l. gemina talia:* sed si quis forte ex his sit qui in legionibus vel in numeris deputetur gestandis armis idoneus, qui tamen pastui primipili neutiquam obnoxius detegatur, ei, cui de more hactenus adscriptus est, militiae ind. iungatur 6 obnoxium *R* detegitur *T* 7 indubitantur *T* uingatur *R*ᵃ nassonaci] *R*, onnaci *T* arintheo *R T*

VIII, 7, 13 (372 Iun. 29).

IDEM AAA. AD ROMANVM COM(ITEM) AFRIC(AE). Numquam officiales iudicum in quolibet militum numero deputentur; probatos enim eius officii, in quo parent, appellatione congruit nominari. Si qui sane in quolibet numero ex apparitoribus praesidentium nunc repperientur adscribti neque pastui primipili deteguntur obnoxii, hique armis gestandis

1 in] *fortasse scr.* de 4 hique] *R*, hiiquae *T*

tern. 46 f. 4 pro statura ac robore | corporis idonei sunt, revocentur ad numeros, quibus de more hactenus deputati sunt. DAT. III KAL. IVL. MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

RT. — GEMINA (?) 8, 7, 12.

1 mori *T* 1/2 actenus *RT* 2 arintheo *RT*

VIII, 7, 14 (377 Ian. 25).

IDEM AAA. TATIANO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Nullus thensaurensis vel officialis comitis thensaurorum semel deprehensus eversor quocumque pacto aut repetat militiam suam aut aliam sibi requirat per ambitum dignitatem vel sese transferat ad aliam
1 quamcumque militiam. || Sed neque hi, qui nuper thensaurorum custodiam susceperunt, scriniarii etiam comitum thensaurorum vel ceteri thensaurenses alterius militiae sperent se occasione defendi vel ad honores aliquos dignitatesve transire, sed ea perpetuo tenendos esse militia, qua sunt a principio mancipati. DAT. VIII KAL. FEB. ANTIOCHIAE GRATIANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS.

|| *fin.* IVST.

RT. — IVST. 12, 23, 2.

1 idem aaa.] *sic libri et Iust., requiritur* imppp. Valens, Gratianus et Valentinianus tatiano] *Iust. (Russ.),* tatianus *T,* titiano *R* com s l] *R,* csl *T* 1/2 officiales comites *T* 2 depraehensus *RT* quacumque *R* 3 ambitu *T* sese] sene *T* 4 militiam] pac | militiam *T* hii *RT* thesaurorum *T* 5 thesaurorum *T* cetheri *T* 6 defensi *T* 7/8 anthiociae *R*

VIII, 7, 15 (381 Oct. 9).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SYAGRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Qui abhinc quinquennio desertis propriae apparitionis obsequiis in ordines indebitos evolarunt, pristinis officiis reddantur. ET CETERA. DAT. VII ID. OCT. SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

RT

1 pu] *immo* pp

VIII, 7, 16 (385 Sept. 18).

IDEM AA. ET ARCADIVS A. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Praeter eos, qui de officio eminentium potestatum numero stipendiorum et curriculis evolutis urbique praefecti, ⌜vicariae etiam potestatis⌝, serenitatis nostrae annis singulis adtingere purpuram venerarique praecepti sunt, nulli prorsus ⌜vel ex eo numero vel illorum certe⌝, qui provincialia officia peregerunt, tranquillitatis nostrae muricem adorare sit liberum omnium suffragiorum obrep-
tern. 46 f. 4' | 1 tione cessante. || Adeo autem unumquemque ea, quibus | vel sponte initiatus est vel suorum retinetur consortio maiorum, non sinimus civilium officiorum sacramenta defugere, ut etiam ad palatina hos adque agentum in rebus transire vetemus officia, nisi omnibus expeditis, quae eorum peragi poscit
2 ordo militiae. Si quis igitur ea, quae sunt salubriter cauta, violarit, non solum se ilico sciat esse retrahendum, verum etiam bonorum media parte multandum ac mancipatus statim muneri subiugandum, ita ut per hoc tempus, quod hac lege praescribtum
3 est, istius functionis muneri se norit esse subdendum. Omnes itaque iudices civilis

IVST.
⌜ ⌝ *om.*
⌜eorum⌝
|| *fin.*

1 idem aaa et arcad ā *T,* idem aa *R,* imp. grac. et ual. th. et arch. aaa. *Iust. (O)* 3 eolutis *R* 5 uenerariquae *T,* uerarique *R*[a] eo *om. R* 6 tranquillitates *R* 8 unumquemquem *T* 11 uetemus] uetamus ne (e *deletum*) *T* quae] que *T* pascit *T* 12 ea *bis in transitu a pagina ad paginam T* uiolaret *R* 15 numeri *T* ciuilis] *T,* ciuiles *R*

arbitrii tua magnificentia moneat curam his oportere inesse quam maximam, ne quis apparitionis propriae desertorem ad indebitam adspirare patiatur. Retrahi enim oportet contumacem ac legis laqueis inplicari. DAT. XIIII KAL. OCT. AQVIL(EIA) ARCADIO A. I ET BAVTONE V. C. CONSS.

RT. — IVST. 12, 53, 1.

1 maximam] *R*, maxime *T* 2 indebitum adspirasse *T* 3 centumacem *T* leges *R*ᵃ | inpleri *T* 4 uc *videtur afuisse a T*

VIII, 7, 17 (385 Dec. 10).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Exceptores omnes iudicibus ⌈ obsequentes, qui nec ˹militiam sustinent˺ neque a fisco ullas consequuntur annonas, absque metu ˹navare˺ coeptis operam, etiamsi decuriones sint, minime prohibemus, dummodo munia propriae civitatis agnoscant et peracto secundum morem exceptionis officio ad propriam sibi curiam redeundum esse non nesciant. DAT. IIII ID. DEC. AQVIL(EIA) ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.

IVST.
⌈ provincialibus
˹cohortalem militiam sustinere videntur˺
˹dare˺

RT. — IVST. 12, 49, 5.

1 idem aa. et archade a. *Iust. (O)* 4 metu] militia metu *T*ᵃ sunt *T* 5 propria *T* | 6 peractos secundum *T* 7 iiii] iii *11, 16, 17*

VIII, 7, 18 (386 Iul. 14).

IDEM AAA. ET ARCADIVS A. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nullus ex his, quos claruerit militia resolutos, indebita denuo sacramenta ⌈ suscipiat. Si quis autem id per obreptionem forte meruerit, quinque librarum auri multetur incommodo. DAT. PRID. ID. IVL. MED(IOLANO) HONORIO N. P. ET EVODIO CONSS.

IVST.
⌈ sine augustis adfatibus

RT. — IVST. 12, 59, 2.

militia resolutos] *T Iust.*, militare solutus *R* 5 n. p.] *T*, nb p *R* euuodio *R*

VIII, 7, 19 (397 Dec. 21).

ern. 46 f. 5 | IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Cuiuslibet iudicis apparitores, inter quos etiam praefectianos locamus, ad quamcumque aliam militiam vel palatinam vel militarem ambiendo transierint, retrahendi hos copiam illis, quos deseruere, tribuimus, ita ut vilissima quaelibet officia ac mancipatus quoque, si modo ab his cui nati sunt ordo exegerit, administrent.

1 || ˹In quorum idem servandum, quod in curialium, successione˺ decernimus, ut etiam si patres ˹haec fugerint˺, teneatur agnatio. ET CETERA. DAT. XII KAL. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ˹in successione curialium˺
˹decesserint˺

RT. — IVST. 10, 32, 48.

1 florentio *R*ᵃ hos] ho *R*ᵃ 2 iudices *T* 3 transirint *T* 4 deseruere] deseruet *T* | offici *T*ᵃ 7 in] ina *R* 8 fugerunt *T* 8/9 agnitio *vel* acnitio *T*

VIII, 7, 20 (415 Iul. 25).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. GRACCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Quicumque apparitores ob culpam vel neglegentiam fuerint iudicato discincti, ad nullam militiam adspirandi habeant facultatem nec ex rescribto his ullus aditus reseretur, quos congruit poenae gravissimae subiugari, si contra inhibita quoque sacratissimis constitutis adspirare ⌜praesumpserint⌝. DAT. VIII KAL. AVG. RAV(ENNA) DD NN HONORIO X ET THEODOSIO VI AA. CONSS.

| ⌜contempserint⌝ IVST.

RT. — IVST. 12, 59, 5.

1 graccoo *R* pu] *R*, ppo *T*, pu pp *Iust. (O)* 2 distincti *T* 3 poene *T*, poena *R* 5 praesumserint *R* dd nn] *T*, *om. R*

VIII, 7, 21 (426 Iun. 22).

IMPP. THEODOSIVS ET VALENTINIANVS AA. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo aliter ad tuae sublimitatis admittatur officium, nisi eum emissa ex sacris scriniis probatoria consecrarit. Quod et in ceteris officiis, quibus similis erat consuetudo militiae, diverso quidem modo, sed pari diligentia sublimitas tua iubeat custodiri, sed ‖ in his ⌜quoque⌝, id est virorum spectabilium proconsulis Asiae, com(itis) Orientis, praefecti Augustalis et vicariorum, quos etiam monuimus sub viginti interminatione librarum auri ⌈‖ ⌜Irenarchas quoque et⌝ actuarios,

tern. 46 f. 5' | ⌜et cornicularios⌝ tam classium urbis Constantinopolitanae quam thymelae equorumque currulium civitatum diversarum non aliter, nisi, ut consueverat, manus sanxerit principalis ⌈, praecipiat ordinari. ‖ ⌜Quin⌝ si quis talis sub tua fuerit iudicatione convictus, profecto inritis his, quae vetita contrectavit, etiam congruam indignationem incurret, ‖ his retentis in suo ordine et gradu militiae, qui qualitercumque ad praesentem diem admissi sunt. ET CETERA. DAT. X KAL. IVL. NICOMEDIAE DD. NN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

IVST. 12, 59, 6
‖ *inc.* | ⌜officiis⌝

⌈ nemo aliter admittatur, nisi eum emissa ex sacris scriniis probatoria consecrarit
‖ IVST. 12, 49, 7 | ⌜ir. q. et⌝ *om.* ⌜et corn.⌝ *om.*

⌈ sublimitas tua
‖ IVST. 12, 49, 7 = 12, 59, 6
⌜quod⌝

‖ *fin.*

RT [finit 4 diligent..]. — GEMINA (?) 8, 7, 22. — IVST. 12, 49, 7. 12, 59, 6. — BVRG. R. 30, 1.

2 probaturia *T* 3 consetudo *R*ᵃ 5 sed in his quoque *del.* 9 hirenarchas *R* 12 ciuitatium *R*ᵇ 13 cunsueuerat *R* sancxerit *R* 19 x *om. 8, 7, 22*

VIII, 7, 22 (426 Iul. 1).

IDEM AA. THEOFILO P(RAEFECTO) V(RBI). Nemo aliter ad tuae sublimitatis in posterum admittatur officium, nisi eum emissa ex sacris scriniis probatoria consecrarit. Actuarios quoque thymelae et equorum currulium, suarios etiam et optiones per omnes regiones urbis Constantinopolitanae et alia omnia, quae vel in militia vel gradibus actibusque nutum pro sollemnitate priscae institutionis desiderant principalem, non aliter, nisi, ut consueverat, manus sanxerit principalis, praecipiat ordinari. Quin si quis talis sub tua fuerit iudicatione convictus, profecto inritis his, quae vetita contrectavit, etiam congruam indignationem incurret, his retentis videlicet in suo ordine et gradu militiae, qui qualitercumque ad praesentem diem videntur admissi. DAT. KAL. IVL. NICOMEDIAE THEOD(OSIO) XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

R. — GEMINA (?) 8, 7, 21.

1 postero *R* 6 sancxerit *R* 8 incurrat *R*ᵃ

7, 23 (426 Iul. 1).

IDEM AA. ACACIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Comitum thensaurorum dioeceseos provectiones et ipsos thensaurenses vetus observatio principali dexterae reservavit, f. 6 nec aliter | voluit eos vel in iudicum suorum oboedientiam vel in committendis publicis necessitatibus habere progressum, nisi militiam eis emissa ex sacris scriniis probatoria condonasset. Quod ita esse decretum ad notitiam eorum, quibus hoc videtur esse conveniens, pervenire tua magnitudo constituet, non absque indignatione arbitrium principale passura quorundam temeraria usurpatione diminui; his retentis videlicet in suo ordine et gradu militiae, qui qualitercumque ad praesentem diem videntur admissi. DAT. KAL. IVL. NICOMEDIAE DD. NN. THEODOSIO XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

R

2 thensaurorenses *R*ᵃ 2 reeruauit *R*ᵃ 3 oboedientia *Seeck* uel *bis R* 9 th.] theodosio I *R*

VIII [= BREV. III]. DE EXECVTORIBVS ET EXACTIONIBVS.

et exactionibus (exactoribus *NGEC*²*S Iust.*) *om. O.* — *Iust.* 12, 60.

8, 1 (368? 370? 373? Apr. 21).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD FLORIANVM CONSVLAREM VENETIAE. Die solis, qui dudum faustus habetur, neminem Christianum ab exactoribus volumus conveniri, contra eos, qui id facere ausi sint, hoc nostri statuti interdicto periculum sancientes. DAT. XI KAL. MAI. TREVIRIS VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

R. — GEMINA 11, 7, 10.

2 cristhianum *R* 4 triueris *R*

8, 2 (379 Oct. 25).

f. 6' | IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD POTITVM VIC(ARIVM). Quisquis fuerit exhibitus, usque ad negotii terminum ab eo, cui primum traditus fuerat, observari eum apparitore decernimus; si qua praesumptione fuerit haec mansuetudinis nostrae posthabita praeceptio, primiscrinio qui iussa temeraverit quinque librarum auri condemnatione multando. DAT. VIII KAL. NOV. AVXONIO ET OLYB(RIO) CONSS.

R. — IVST. 3, 2, 1.

2 fuerat] fuit *Iust.* 3 apparitore *ante* 2 cui *Iust.* 4 qui iussa] quiusta *R*ᵃ 5 uiii k. nou.] *R*, k. iul. mediolani *Iust.* *[Hal.]*

8, 3 [= BREV. VIII, 3, 1] (386 Nov. 3).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium negotiorum conventionum quiescat intentio; debitum publicum privatumque nullus efflagitet; ne apud ipsos quidem arbitros vel in iudiciis flagitatos vel sponte delectos ulla sit agnitio iurgiorum. Et non modo notabilis,

1 idem] *ROE*, impp ualent. et ualens *CPMLS*, impp. grat (et *ins. G*) ual et theod *HNBG* ad principium (principum *EL*)] maximo *O* ppu *G*ᵇ diem *HG* quem] que *N* dominicum (-co *N*) rite] *RHNOE Iust.* 3, 12, 6 *cum l. gem.* 11, 7, 13, rite dom. *B*, dom. recte *GX*, dom. e ritu *C*, dom. merito *PMLS* 2 edixere *C*ᵃ, diximus *G*, dixerit *E* maioris *NES*, maior est *G* litum *N*, littum *S*, litigium *E* negotiarum *E*, et negotiorum *l. gem.* 11, 7, 13 conuentionum (conuentionumque *HBG*) *om. l. gem. 11, 7, 13* conquiescat *E* 3 efflagitet ... 4 flagitatos] efflagitatus *S* ne] nec *OCPML*, et ne *E* istos *G* uel in] *R*, uel e *E*ᵃ*CPM cum l. gem. 11, 7, 13*, uelle *N*, uel *HBGOL Pith. et sic l. gem. 2, 8, 18* 4 iudicus *L*, iudices *G Pith.* flagitatus *E*, flagitato *M*ᵃ, flagitos *B*ᵃ ponte *R*ᵃ dilectos *E*ᵗ, delictos *N*, electos *HBG*, edictos *E*ᵛ agnitio] adgnatio *R*ᵃ, agnatio *GPL* et *om. 2, 8, 18* notabiles *N*, notalibus *B*

verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instinctu rituve deflexerit. DAT. III NON. NOV. AQVILEIAE, ACC. VIII KAL. DEC. ROMAE HONORIO NOBILISSIMO PVERO ET EVODIO $\overline{V}$. $\overline{C}$. CONSS.

INTERPRETATIO. **Die solis, qui dominicus merito dicitur, omnium hominum actio conquiescat, ita ut nec privatum nec publicum debitum requiratur, nulla iudicia neque publica neque privata fiant. Quod qui non observaverit, reus sacrilegii teneatur.**

R. — BREV. *(HNBGO[om. int.]EXCPMLS).* — TRIGEMINA 2, 8, 18 *(ex parte suppleta).* 11, 7, 13. — THEODERICVS 154. — Cf. IVST. 3, 12, 6.

1 sacrilegos *N* a *om. PMLS* religiones *N* instinctu] *sic ll. gem.* 2, 8, 18. 11, 7, 3, instincto *C solus*, instituto *RHNBOE*, institutum *GPMLS* rituue] *sic* 2,8,18. 11,7,13 *et hic RB*, ritibi *N*, ritumue *PMS*, ritu uel *C*, ritum uel *L*, riue *E*, rito siue *H*, rituae se *O*, ritumque *G* deflixerit *E* 1/2 dat. *(sic NE,* $\overline{pp}$ *R et reliqui,* $\overline{pp}$ data G^t, populo data G^v*)* iii (iiii *G*) non. (k. *G*) nou. aquil. acc. ($a\overline{ug}$ $ca\overline{es}$ *B*, *om. G*) uiii k. dec. *(om. G)* rom. honorio nobilissimo puero *(sic R,* $\overline{np}$ *HB*, $i\overline{np}$ *S*, $n\overline{ep}$ *CPM*, $nu\overline{bp}$ *N*, uiiii *E*, uiii *Pith.*, ix *O*, *om. G)* et euodio (euuodio *RNBE*, ebod *H*, euocio *G*, theod. *Pith.*) uc (uucc *N*, aa. *Pith.*, *om. BOCPM*) *libri* 4 diem *BG* qui] que *N*, quod *L* dominico *N* dic. mer. *G* hominum *om. S* 5 ut nec] ueniet G^t debitum *om.* C^1 6 fiat B^a obseruauerint C^a

VIII, 8, 4 (386 Dec. 3).

IDEM AAA. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nullus apparitor amplitudinis tuae vel de officiis palatinis ad eam provinciam, ex qua oriundus est vel in qua conlocaverit larem, ⌈ obtentu publicae necessitatis vel executor privati negotii dirigatur. Etenim officii celsitudinis tuae primiscrinius tres libras auri fisci utilitatibus sine dilatione persolvet, si statuta fuerint temerata, apparitor vero, qui huic se muneri passus est deputari, ⌞solutus militia mancipum corpori sociabitur⌟. Haec vero poena etiam ceteris inrogata est, ut, si domesticus aut pro-
q. 47 f. 1 tector, strator vel agens in rebus vel palatinus | utriusque officii vel ad ⌞eam⌟ provinciam, in qua natus est, vel ad eam, in qua conlocarit larem, cum huiusmodi usurpatione perrexerit, matriculis quidem exemptus ipse, qui se voluit mitti, auri libram unam fisci viribus inferre cogatur, adiutores vero officiorum palatinorum ac numerarii comitum inlustrium virorum sive actuarii libram fisci viribus solvant, nisi statuta fuerint custodita. DAT. III NON. DEC. MEDI(OLANO) HONORIO NOBILISSIMO PVERO ET EVODIO $\overline{V}$. $\overline{C}$. CONSS.

IVST.
⌈ **vel qui iam in huiusmodi officio fuerit commoratus**
⌞**militia spoliabitur**⌟
⌞**eandem**⌟

R. — IVST. 12, 59, 3.

5 fisii R^a 10 strator] *fortasse scr.* stratorue palatinis R^a 12 *post* conlocarit *ins.* matriculis quidem R^a 14 cogetur *R Iust.* 16 euuodio *R*

VIII, 8, 5 (395 Mai. 16).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. DEXTRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Sive a palatinis petantur quae sunt sacris largitionibus inferenda sive quid res privata nostra desideret vel si quod subsidium publicarum necessitatum magnificentia tua per apparitionem suam arcae nomine deposcit, remota exigentium permixtione per rectorem provinciae instantibus officiis memoratis exactionem celebrari decernimus, qui ad se intellegit vel desidiae invidiam vel industriae gloriam pertinere. DAT. XVII KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CON[*SS.*].

RT [incipit 5 decernimus*].*

2 desiderit R^a 3 quod] quo R^a 6 xuii] *R*, xii *T*

VIII, 8, 6 (395 Iun. 15).

IDEM AA. AD PROVINCIALES ET AD PROCONSVLES. Ne per diversas provinciarum partes aut palatinus exactor accederet aut inl(ustri)um virorum apparitor vagaretur vel militaris terror inferret formidinem, hac lege sancimus, ut omnis memoratis intentio ad provinciae rectorem sit, cum eo agant, illo insistente disponente adque agnoscente suo periculo rem peragendam ⸢conpleant⸣ universa. DAT. XVII KAL. IVL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

⸢impleant⸣ IVST.

RT. — IVST. 12, 60, 1.

1 ad prouinciales et ad proconsules] *cum nusquam praeterea iungantur cum populo provinciisve magistratus, fortasse delenda sunt cum Iust. (O) verba* et ad proconsules prouinciarum] prouincias *T* accederet] accedat et *T*ᵃ 4 sint *T* insistente] *T*, insisten *R* adque] et *Iust.* 5 peragendam] *R T Iust. (Cui.)*, peragant et *Iust. (KOI)* conpleantur *T* 6 prouino *T*

VIII, 8, 7 (395 Iul. 14).

IDEM AA. ANDROMACHO P(RAEFECTO) V(RBI). Quicumque e palatio nostro cuiuslibet tituli ad ⸢provinciam⸣ conmearit conpulsor exactor admonitor portitorve
47 f. 1' praecepti, agens in rebus vel palatinus | vel apparitor inl(ustri)um potestatum, hoc tantum potestatis arripiat, quod mandatum curae suae specialiter adprobatur, nec, quod iniunctum alteri fuit, collegii iure praesumat, ne, dum hoc sibi invicem mutui officii licentia partiuntur, agant cuncti, quod singulis credebatur. ET CETERA. DAT. PRID. ID. IVL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

⸢provincias⸣ IVST.

RT. — IVST. 12, 60, 2.

1 e] *R*, ex *Iust. (K)*, a *T*, *om. Iust. (OI)* 2 prouincia *T* conmearit] *R*ᵇ, conmeauerit *Iust.*, mearit *T*, *om. R*ᵃ 3 apparitio *T* hoc] *R Iust.*, in hoc *T* 4 adripiat *T* nec] ne *T Iust. (O)* 5 inuicem *om. T*

VIII, 8, 8 (409 [412] Iul. 26).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Die sabbata ac reliquis sub tempore, quo Iudaei cultus sui reverentiam servant, neminem aut facere aliquid aut ulla ex parte conveniri debere praecipimus, cum fiscalibus commodis et litigiis privatorum constet reliquos dies posse sufficere. ET CETERA. DAT. VII KAL. AVG. RAV(ENNA) HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS.

RT. — GEMINA 2, 8, 26 *(ubi vide).* — IVST. 1, 9, 13.

2 sabbata] *RT* quod *T* sui] rei *T* nemi- nemimem *R* 3 aut ulla] ulla *R* *propter* *subscriptionem vide ad geminam*

VIII, 8, 9 (416 Sept. 22).

IDEM AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Sive ex praetoriano officio sive inl(ustris) comitivae sedis largitionum nec non et rei privatae nostrae vel ex quacumque apparitione ad quamcumque necessitatem profligandam quis fuerit destinatus, sciat intra anni metas debere collectis ratiociniis ad proprium iudicem remeare eique suam efficaciam ostendere, quid eius instantia exactum fuerit quidve in debitis habeatur vel penes quos resederit vel cuius culpa aut causa in eadem provincia fuerit derelictum. Quod si exacto spatio anni eius regionis visceribus praedator insidens deprehensus fuerit remorari, tunc absolutus cingulo militia abicietur, primoribus ⸢eiusdem⸣ militiae decem librarum auri multa proposita. ⸢Sin⸣ redire dissimulet, ⸢ ligatus ferreis nexibus cura provincialis officii

IVST.
⸢eius⸣ | ⸢si⸣
⸢ per vices officiorum

1 oficio *R* 3 profligandum *T*ᵃ 5 quiduae *T* habeatur] *T*, habetur *R Iust.* paenes *T* 7 praedatur *T* depraehensus *RT* 8 absolutos *T* cingulos *T*ᵃ

˹sub elogio˺ ad debitum mittatur examen nec ei liberum sit, ut q. 47 f. 2 hoc se privilegio | aut occasione defendat, quod sibi aliud negotium vel aliam necessitatem post iniunctam esse causetur, cum isdem licentiam auferamus in eadem provincia ˹iterare˺ exactionem. ET CETERA. DAT. X KAL. OCT. RAV(ENNA) $\overline{\text{D}}$. $\overline{\text{N}}$. THEODOSIO A. VII ET PALLADIO CONSS.

˹ ˺ *om.*

˹continuare˺

RT. — IVST. 12, 60, 3.

3 hisdem *RT* 5 $\overline{\text{dn}}$ *om.* *T*

VIII, 8, 10 (422 Iul. 11).

IDEM AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Nullam possessionem alterius pro alienis debitis publicis sive privatis praecipimus conveniri. ET CETERA. DAT. V ID. IVL. RAV(ENNA) $\overline{\text{DD}}$. $\overline{\text{NN}}$. HONORIO XIII ET THEODOSIO X AA. CONSS.

RT. — IVST. 12, 60, 4.

3 $\overline{\text{dd}}$ $\overline{\text{nn}}$ *om.* *R.*

VIIII. DE LVCRIS OFFICIORVM.

RT. — *Iust.* 11, 61 de lucris advocatorum et concussionibus officiorum sive apparitorum.

VIII, 9, 1 (335 Apr. 17).

IMP. CONSTANTINVS A. AD PACATIANVM. Ordines decuriarum scribarum librariorum et lictoriae consularis oblatis precibus meruerunt, ut in civilibus causis et editionibus libellorum officiorum sollemnitate fungantur, ita ut vetusta aetate servatum est, eo usque praerogativa veniente, ut militares intercessiones procul usque a liberalibus causis sese contineant. Rectores itaque quae iussimus observabunt. DAT. XV KAL. MAI. CONST(ANTINO)-P(OLI) CONSTANTIO ET ALBINO CONSS.

RT

1 Pacatianum] *scilicet* $\overline{\text{ppo}}$ ordinis *R* scribarum] *R*, scribatur *T* librarurum *R*ª 2 consolaris *T* praecibus *RT* editionibus] *R*ª*T*, edicionibus *R*ᵇ 3 eo] *T*, ut *R* 4 ut militares] *T*, ut (u *R*ª) mlititares *R* usque *del.* *Seeck* a *om.* *T* 5 contineat *R* oseruabunt *R*ª

VIII, 9, 2 (382 Aug. 1).

q. 47 f. 2' | IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Emolumenta ceteraque conpendia, quibus magnitudinis tuae apparitio sustinetur, neque his auferri sancimus, quibus pro eiusdem officii liberalitate conlata sunt, neque in eos veluti ex necessitate transferri futura aetate permittimus, quos huiusmodi largitate vel praemio opinantur indignos, modo ut nihil ab eo necessarii moris aut ordinis pandat antiquitas, sed volentium potius fuisse doceatur quam principatus ipsius adque administrationis officium. DAT. KAL. AVG. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

RT

1 $\overline{\text{pu}}$] *vide ad 6, 6, 1* 2 emolummenta *R*ª 3 auferri] auferri prae *T*ª qubus *R*ª 5 *post* ab eo *quaedam videntur excidisse ad hunc modum* ab eo [qui principatum tenet auferant, quod esse] necessarii moris 6 principiatus *R*ª 7 officium] *fortasse scr.* beneficium

X. DE CONCVSSIONIBVS ADVOCATORVM SIVE APPARITORVM.

RT. — *Iust.* 12, 61 *(v. ad 8, 9 rubr.).*

II, 10, 1 (314 vel 315 [immo 313] Nov. 8).

IMP. CONSTANTINVS A. PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Si quis se a ducenariis vel centenariis ⸢ac praecipue⸣ fisci advocatis laesum esse cognoscit, adire iudicia ac probare iniuriam non moretur, ut in eum qui convictus fuerit conpetenti severitate vindicetur. DAT. VI ID. NOV. TREVIRIS, ACC. XV KAL. MART. CARTHAGINE CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSVLIBVS.

| ⸢vel⸣ IVST.

RT. — IVST. 12, 61, 1.

1 proc̄] *RT Iust. (O)*, aeliano proc. *Iust. (Russ.)*: Aelianum *intellegi efficitur ex coniuncta* 10, 15, 1 uel] uel a *T* 2 praecipuae *T* fisi aduocatus *R* ac] et *Iust.* 3 conpetensti R^a, conpetente *T* saeueritate T^b *(sic)* 4/5 dat. ui id. nou. triueris *(sic R, def. T)* acc. xu k. mart. carth. const. a. iiii et licinio (c̄. *ins. T*) iiii *RT*, *id quod et ad a. 315. 316 et ad a. 316. 317 trahi potest; illud intellegendum. De vero anno 313 dixi ad 1, 12, 1*

II, 10, 2 (344 Iun. 29).

IMP. CONSTANTIVS A. EVBVLIDAE V(IRO) C(LARISSIMO) VIC(ARI)O AFRICAE.
47 f. 3 Praeter sollemnes et canonicas pensitationes multa a pro|vincialibus ⸢Afris⸣ indignissime postulantur ab officialibus et scholasticis, non modo in civitatibus singulis, sed et mansionibus, dum ipsis et animalibus eorundem alimoniae sine pretio ministrantur. || Nec latet mansuetudinem nostram saepissime scholasticos ultra modum acceptis honorariis in defensione causarum omnium et annonas et sumptus accipere consuesse, quibus, tantis conmodis fulti itinere, suam avaritiam explere nequeunt. || Provinciales itaque cuncti iudices tueantur nec iniurias inultas transire permittant. DAT. III KAL. IVL. LEONTIO ET SALLVSTIO CONSS.

| IVST. ⸢⸣ *om.* || *fin.* || *redit*

RT [finit 10 iii k.]. — IVST. 12, 61, 2.

1 constantinus *T* eubolidae *RT* uic̄o *RT* 2 multa a] multae *T* 3 scolasticis *R* 5 praetio *T* 6 scolasticos *R* 7 consuisse *T* 8 commodis *T* 9 iudices] tu... *T* permittat *T*

II, 10, 3 (400 Dec. 31).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AA. POMPEIANO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Quotiens conpulsor arguitur in depraedatione convictus, ⸢ non consulta clementia nostra poenam subeat legibus conpetentem. DAT. PRID. KAL. IAN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

| ⸢ etiam IVST.

R. — IVST. 12, 61, 3.

3 ian.] iun. *iunctae* 3/4 aurilianо *R*

II, 10, 4 (412 Aug. 8).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. EVCHARIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Universa conpulsorum genera ex Africanis provinciis constituimus esse pellenda, his videlicet restitutis, quae forsitan per temeritatem sustulerant. DAT. VI ID. AVG. RAV(ENNA) D̄D̄. N̄N̄. HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.

R

q. 47 f. 3' |XI [= BREV. IIII]. NE QVID PVBLICAE LAETITIAE NVNTII EX DESCRIBTIONE VEL AB INVITIS ACCIPIANT.

laetiae *M*ᵃ, laetitia *S* — nunciis *G* — ex descr. (discr. *E*) uel *om. O* — ab] a *R* — inuitiis *H*, inuicis *L* — excipiant *O* — *Iust.* 12, 63: publicae laetitiae vel consulum nuntiatores vel insinuatores constitutionum et aliarum sacrarum vel iudicialium litterarum ex descriptione vel ab invitis ne quid accipiant immodicum.

VIII, 11, 1 (364 Dec. 16).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD EVGRAMMIMVM. Cum anni exordia certis inchoanda consulibus nuntiantur, a tenuioribus, sportulae specie, conlationis necessitas separetur, ne scilicet discribtione facta pro capitatione aut iugatione quicquam isdem veluti legitimi muneris exprimatur.
1 Iubemus tamen, ut viri per provincias emerito iam honore pollentes, praeterea curiales, quos his gradus honore et in conlationibus honestate functionis convenit esse finitimos, arbitratu suo tribuant, quantum putaverint largiendum: porro tenuioribus ab hac sorte iniuriosae necessitatis alienis,
2 quod quidem interdicti severitate fieri vetamus in posterum, ut rectores provinciarum vicenis auri lib(ris), porro officia quadragenis constituamus esse multanda, si quicquam pauperes hac adscribtione praebuerint vel his extorqueri quicquam passi fuerint aut aeque, quos contra vetitum fecisse cognoverint, taciturnitate alicuius dissimulationis aboleverint. DAT. XVII KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

R

1 Eugrammimum (*scr.* eugrammium): *mag. incertus* 2 speciae *R*ᵃ 3 discribtione] *scripsi*, describtione *R* hisdem *R* 4 exprimitur *R*

VIII, 11, 2 (365 Ian. 11).

IDEM AA. PROVINCIALIBVS SALVTEM DICVNT. Si quando victoriae, si quando laetitiae publicae nuntiantur vel novorum consulum nomina perferuntur, conlationi nullus locus, nulla sit licentia; nihil quisquam exigat, nihil audeat postulare. Si quis vero honora-
q. 47 f. 4 torum | sponte quid offerre voluerit, id tantum recte dandum iudicamus. Ceterum quidquid expostulatum, quidquid fuerit indictum, rector quidem provinciae eius, in qua res ita gesta erit, duplum quod indixerit quodve dare coegerit ex suo fisci viribus pendet, officium autem quadrupli summam pro eadem necessitate persolvet. DAT. III ID. IAN. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AVGVSTIS CONSS.

R

1 si quando uict.] siq̄do uict. *R* 7 data *R*ᵇ, dato *R*ᵃ

VIII. 11, 3 (369 [365?] Febr. 13).

IMPPP. VALENTINIANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quando faustorum nuntiorum gaudia provincialibus intimantur quotiensque quid per terrarum orbem disseminatur, seu militum illustres victoriae seu strages hostium aut nostri triumphi perferuntur vel hi quos geremus aut deferimus consulatus, nulli pu-

1 aaa.] auggg. *R* *Mamertinus praefectus praetorio cum esse desierit a. 365 inter Oct. 31 et Dec. 12, si haec constitutio vere ad eum data est, tam inscriptio corrupta est quam subscriptio* 2 quotienscumque *Cuiacius* 3 urbem *R* uictoriae] *Gothofredus*, uictorias *R* 4 aut] *Cuiacius*, autem *R*

blica distributione et arbitrio iudicis munera, quae vocant sportulas, deputentur. Ceterum si quis iudicum vim decretorum nostrorum violaverit, eius rei, quae viritim distributa fuerit et coacta, duplicem poenam subibit aut officium quoque, quod ei paruerit, in quattuor partibus multa exaggerata constringat. Honorati vero et urbibus suis eminentes ex arbitrio suo, quantum mens tulerit, largiantur. MISSA A P(RAEFECTO) P(RAETORI)O DIE ID. FEB. MED(IOLANO) VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE V. C. CONSS.

R

3 aut *del.* quod] *Gothofredus*, quae *R* 4 suis] suite *R*ª 5 die] *fortasse* pridie

---

III, 11, 4 (383 Febr. 2).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quidquid nostrorum umquam nuntiari coeperit prosperorum, bella si desinent, si oriuntur 47 f. 4' victoriae, fastis si honor datus fuerit regalium | trabearum, conpositae pacis si erit efferenda tranquillitas, sacros vultus inhiantibus si forte populis inferemus, haec sine ⌈ pretio nuntiari excipique sancimus. Gerulum iubemus esse castissimum: indices nummarios esse prohibemus: iudices statuimus esse sollicitos, ne turpi conludio quaeratur ex miseris pretium gaudiorum. Quod si id sacrilega fuerit dissimulatione violatum, et accipientem pudoris fortunarumque manebit excidium et cogentem par poena multabit et officium triginta librarum auri vexatione quatiatur. DAT. IIII NON. FEB. CONST(ANTINO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

IVST. ⌈ immodico

R. — IVST. 12, 63, 1.

4 popullis *R*ª 7 praetium *R*ª 8 et cipientem *R*ª 9 trigenta *R* 10 iiii non.] *R*, | uii aioiū *Iust.* (*O*)

III, 11, 5 [= BREV. VIII, 4, 1] (389 Apr. 28).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. HAVE, TATIANE, K(ARISSIME) N(O)B(IS). Legem nostram, qua nihil ab invitis provincialibus gratulationis nomine exigendum esse decrevimus, volumus custodiri. DAT. IIII KAL. MAI. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

INTERPRETATIO. Quando gaudia publica nuntiantur, nihil invitis provincialibus gratulationis nomine exigatur.

R. — BREV. (*HNBGO[om. int.]ECPMLS*).

1 ualent (et *ins. S*) theod. et (*om. O*) arc.] ual. et theod. *HE* haue] habe *RG*ᵇ*CPMLS*, aue *H*, habi *NG*ª, abi *B*, *om. OE* tacione *G*ª, tatiano *BOC* k.] *RPMLS*, c *C*, kar *N*, ksme *H*, kme *BG*, *om. OE* nb] *R*, ñ *CPMLS*, nobis *NB*, *om. HGOE* 2 nostram *N* quam *BGE* | inuictis *M*ª, inuentis *N* gratulationes *L* 3 custodire *BG* dat. iiii (iii *NBE*) k. mai. med. timasio (timatio *B*, timotheo *G*) et pr. *libri* 4 *post* intp *repetit* legem . . . inuitis *E* 5 exigantur *N*

47 f. 5

|XII [= BREV. V]. DE DONATIONIBVS.

BVRG. R. 22, 4. — *Iust.* 8, 53.

III, 12, 1 [= BREV. VIII, 5, 1] (316 [323] Febr. 3).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Donatio, sive directa sit sive mortis causa instituta, sive condicionibus faciendi ac non faciendi suspensa, sive ex aliquo

1 ā] ad *B*, *om. O* pū] *RHPMS*, pfū urbis *G*, prepositum urbis *B*, ppo *NL*, ppm *E*, preposito *O*, pfp *C* 2 condicionis *Iust.* ac (an *E*) | non faciendi (-dis *E*)] non faciendiue *Vatic.*, *om. L* siue] ue *R*ª aliquo] alico *NL*, alio *BG*ᵗ*C*

notato tempore promissa, sive animo dantium accipientiumve sententiis, quantum ius
sinit, cognominata, sub hac fieri debet observatione, ut quas leges indulgent actiones
condiciones pactionesque contineat, hisque penitus cognitis
vel recipiantur, si conplacitae sunt, vel reiciantur, si sunt
molestae; || ita ut minorum defensores, si per eos donationum
1 condicio neglecta est, rei amissae periculum praestent. || In
conscribendis autem donationibus nomen donatoris, ius ac rem
notari oportet, neque id occulte ˫aut per inperitos˧ aut pri-
vatim, sed ut tabulae aut quodcumque aliud materiae tem-
pus dabit vel ab ipso vel ab eo, quem sors ministraverit,
2 ˫scientibus plurimis˧ perscribatur || et corporalis traditio
subsequatur ad excludendam vim adque inruptionem advocata
vicinitate omnibusque arbitris adhibitis, quorum postea fide
probabitur donatam rem, si est mobilis, ex voluntate tradi-
tam donatoris vel, si inmobilis, abscessu donantis novo domino
patefactam, || actis etiam adnectendis, quae aput iudicem vel
magistratus conficienda sunt ⸢. DAT. III NON. FEB. ROM(A) SABINO
ET RVFINO CONSS.

IVST.
|| fin.
|| redit
˫ ˧ om.
˫ ˧ om. | || fin.
|| redit
⸢ ubi hoc leges expostulant

INTERPRETATIO. Donatio aut directa est aut mortis causa conscribitur. Donatio directa est, ubi in praesenti res donata traditur. Mortis causa donatio est, ubi donator dum advivit, rem, quam donat, sibi reservat, scribens: si prius mortuus fuero quam tu, res mea ad te perveniat, ut postea ad illum, cui donat, non ad heredes donantis res donata perveniat, quod si prius moriatur cui res mortis causa donata est, res in iure permaneat donatoris. Est et alia donatio, ubi donator obligat illum cui donat, ut aliquid faciat aut non faciat, id est, si aliquid iubeat fieri, quod inpossibile iudicetur aut quod honestati contrarium videatur; aut si id ordinet

---

1 notato] notata *C*, notato ius *PMLS* promissa] *G*ª (promissa est *G*ᵇ) *Vat. Iust.*, permissa (-sam *N*) *R brev. (praeter G)* animi *N*, ex animo *Vatic.* donantium *NGE Pith.* et accipientium *G* 1/2 ius sinit] iussint *B*, ius sinet *NO*, iussione *H* 2 ha[c] *R* obseruationem *E* ut quas leges *cet.*] *libere mutata sic:* pactiones esse ualere uolumus, si cum legibus consentiant, *addens* et reliqua *(item inscr. et subscr.) auctor Consultationis* legis *G* indulgent] indulgentie *E*ᵇ acti[o]nes*R* 3 conditionis *N* pactionesque] factionesque *ROE*, que *HN* conteneant *N* hisque] in his quae *C* paenitu[s] *R* 4 recipiatur *N* sicut placitae *G* reici••antur *R*, reicia *L* 4/5 sunt (sunt s̄ *B*) mol.] m. s. *G* 5 minorum] mirum *N* definsores *R*ª si per] super *L* 6 conditione electa *S*, conditio non neclecta *E*ᵇ amissae] *HNGO Pith. cum l. gem. et Vatic.*, admissae *RCPMS*, ammissae *B* 7 ius] eius *PMLS*, huius *B*, prius *G* 7/8 ac (et *O*, aut *E*) rem notari] prenotari *G* 8/9 priuatim] per priuatim *E* 9 ut] aut *edd.* tabulae] tabula *H(?)P*² aut] et *O* quocumque *MS*, quoscumque *C* aliud] aliquid *NG* 9/10 tempus] ad tempus *G* 10 ipso] ipsum *N*, ipse *H* ministrauerit] instituerit *G*ᵛ 11 prescribatur *HC*, conscribatur *G* corporales *N* 12 ad] ut *L* adque] aque *L*ª inruptionem] *libri*, inreptionem *Gothofredus*, simulando inrepentes aut ui *Vaticana* aduocatam *HG*, aduocat *S* 13 uicinitatem *HG* arbitres *N*, arbitriis *HB*ª*G* corum *L* 14 donata res *H* obilis *H*ª, nobilis *E* 14/15 ex u. traditam (-ta *HB*) d. u. si *(om. E)* inmobilis (-les *R*ª, non mobilis *G*) *om. NLS* 15 abscessum *L*, ad discessum (dissessum *G*) *BG* donantes *E* 16 patefacta *HNBS* actis] uel actis *G* adnectendum *S*, abnectendis *E* quae] quae ea *G* iuditium *L* uel] et *O* 17 magistratos *HNES* 17/18 dat. iii (iiii *G*, ui *Consult.*, *om. O*) non. feb. rom. *(om. PMS Iust.)* sabino (sauino *GO*, sabiano *S*) et rufino conss. *libri;* proposita . . . . in foro divi Traiani *Vatican.* — *Valerius Maximus Basilius praefectus urbi cum fuerit a die 319 Sept. 1 ad 323 Sept. 13, scr. videtur, ut dixi ad Vaticana fr. (ubi vide)* Severo et Rufino 19 est *om. S* mortis] sibi reseruat mortis *G*ª conscribetur *N* 20 praesente *C* donata *om. O* aduiuet *N*, aduiueret *H (confirmat Violet) PM* 21 donat] donauit *G* sibi res.] si res. *N* scribens . . . . ut postea] ut post mortem suam *O* quam tu] quantum *N*ª, quandum *L* meas *H* 21/22 perueniat] pertineant *H* 22 donat] donata est *BG*, donat sibi reseruat *E* donantis] *G*ᵇ*O Pith.*, donantes *NE*, donanti *H*, donatis *G*ª, donatoris *BCPMLS* res donata *om. O* perueniat *ante* donantis *O* quod si . . . 23 donata est] si autem is cui donatur prius moriatur *O* 23 moritur *NBC* res] ea quae donata est res *BG* permanet *PMLS*, permaneant *H*, *post* donatoris *O* et *om. E*ª 24 ubi donator] quae donatur *BG* aut] uel *O* id est . . . 409, 3 donatio est] infirmatur enim donatio cum aliquid possibile et honestum precipitur et non fit si autem aliquid inhonestum et impossibile precipiatur si non fiat non ideo minus erit firma donatio *O* 25 iudicetur] indicitur *E*ᵛ quod honestati (-tis *E*)] honestati *N*

1 gr. ualent (ualens *ML*) et *(om. O)* theod. (thed *V*)] ual. et *(om. G)* th. et gr. *BG* aaa *om. B* cenegio *C,* quindio *B,* cinedio *PML,* cynedio *Pith.,* cenerio *S* 2 adultero *N* questionem $G^v E$, gestione BG^t maritis HC^a uxoris (-res *NBES*) *om. PML* quae] qui *L* 3 fuerit] *VOC,* fuerint *HNEPMLS,* fuerunt *BG* quo] quod *HNEGL,* qui *S* 4 amissum *B* sine] si *E* defensionem *E,* dispersione *H* 5 et *om. O* 6 parasset *NEC,* sperasse *H* 7 uoluntate *L* hab. occ. *O* 8 pari e. conditione *BG* in *om. GE* 8/9 interrogationem *BGPMLS* 9 seruare *H* 10 sectetur *PMLS* 10—12 dat. iii *(om. G)* id. (k. *BG Iust. [Hal.]*) dec. constantinopoli (-lim *H*) arcadio *(om. E)* a *(om. B)* i *(om. BG EPMS Iust.)* et bautone (bauto *PM*) u. c. *(sic O, om. reliqui) libri* 13 adulteriis *E* uxorem *H* maritis *NBGE,* maritus *H* sua *H* 14 et *om.* $NG^a E$ permittitur HE^b illud *E* quod *NE* amissum *NBGL* dicetur *S* haec] ac *C*

cipia praesentia aut in eadem domo fuisse probantur. Similiter et si mortem sibi ab uxore adultera maritus paratam fuisse conqueritur, utriusque familiae discussione quaeri licet. Similiter etiam familiae utriusque poena quaerendum est, si maritus mortem uxori qualibet ratione paraverit.

V. — BREV. *(HNBGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 9, 31. 9, 16, 8.

1 praesentia aut] praesentia ut *HN*, in praesenti aut *PMLS* eodem *PM*[1] ab *om. N* 2 patratam *P* quoqueritur *S*, conquiritur *E*, conqueratur *H(?) edd.* 3 etiam] eam *N* poenam *N*, poene *E* uxore *G*[a]

VIIII, 7, 5 [= BREV. VIIII, 4, 4] (388 Mart. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne quis Christianam mulierem in matrimonio Iudaeus accipiat neque Iudaeae Christianus coniugium sortiatur. Nam si quis aliquid huiusmodi admiserit, adulterii vicem commissi huius crimen optinebit, libertate in accusandum publicis quoque vocibus relaxata. DAT. PRID. ID. MAR. THESSAL(ONICAE) THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO CONSS.

INTERPRETATIO. Nec Iudaeus Christianam nec Christianus Iudaeam ducat uxorem. Quod si fecerit, cuiuslibet accusatione velut in adulteros vindicetur.

V. — BREV. *(HNBGO[om. int.]ECPMLS).* — GEMINA 3, 7, 2. — IVST. 1, 9, 6. — BVRG. R, 19, 4.

1 impp. ualent. (et *ins. BGS*) theod. et (e *L*, *om. BG*) arc. *(om. G)*] idem aug. *O* cynegio (quinegio *B*, quinedio *S*[1], cinedio *PMS*[2], cynedio *Pith.*, cinidio *L*) p̄p̄o (p̄u *Pith.*)] eidem preposito *O* 2 christiana *L* matrimonio] matrimonium *HBO Pith. Iust.* iudaeus *ante* in m. *BG* accipit *L*[a] iudaeae] iudae *M*[a], iudaeam *NE* 3 coniugio *E*, coniugem *N*, in coniugio *Pith.* quis (qui *GC*) aliquid] quid aliquis *B PMLS* modi .... 4 huius *om. E*[a] uice *BGPMLS* 3/4 commissi] admissi *O* 4 huius] eius *B*, huiusmodi *O* crimen] criminis *E*, crimin.. *G*, ui crimine (-nis *B*[b]) *B* libertatem *V HNBEC* accusanda *G* quoque] *VGC*, que *NPMLS*, *om. HO* relaxatam *HBC*, se relaxata *G* 5 dat. prid. *(sic rel. et N*[*], iii *HNB*, *om. G)* id. mart. thess. theod. a. (x *G*) ii (i *PM*) et cynegio (quinegio *B*, cinedio *PMS*, cinegio c̄ *N*[*] *[fortasse fuit* v̄ c̄*]) libri* 6 nec iud.] *NBG*, ne iud. *HECPMLS* christiam *M*[a] ne chr. *PM* ducat (accipiat *N*) ux.] ux. duc. *E* 7 fecerint *HG* accusationem *B*, accusationis *E* adulterio *B*

VIIII, 7, 6 [= BREV. VIIII, 4, 5] (390 Aug. 6).

IDEM AAA. ORIENTIO VICARIO VRBIS ROMAE. Omnes, quibus flagitii usus est virile corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia, nihil enim discretum videntur habere cum feminis, huiusmodi scelus spectante populo flammae vindicibus expiabunt. P(RO)P(OSITA) IN FORO TRAIANI VIII ID. AVG. VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

Haec lex interpretatione non indiget.

V. — BREV. *(HNBGOECPMLS).* — COLLATIO 5, 3 *dat plenam.*

1 orientio] *HNBCO Coll. Pith. (ex 3)*, orienti *G*, origenio *PMS*, originio *L*, orontio *V* uic (uc *HL*) urbis] uc uic orbis *N*, uc ū (uictori *G*[v]) uicario *G*, uiro claro urbis *S* romae] ciuium romān *B* omnis *E*, omnibus *PML* quibus] qui *E* flagitii usus] flagitiosus *E et ex 2 Pith.*, flagitiis usus *Pith.*, flagitiosum *BG Pith.* uirili *NOE* 2 constitum *H*, constitutos *O*, constitutam *G*[a] damnari *C* patientiam *HBGOEC* 2/3 nihil enim discretum (decretum *E Pith.*) uidentur (uidetur *B*) habere] nihilque discretum habere *Coll.* 3 huiusmodi scelus spectanto (expectante *HBCS et ex 3 Pith.*) populo flammae (*V*, flammis *brev.*) uindicibus (*V*[2] *brev.* [ultricibus *H et sic, ut vid. ex 3, Pith.*], uindices *V*[1]) expiabunt] experientia tua .... sp. pop. flammae uindicibus expiabit *Coll.* 4 p̄p (data *N*, p̄p̄o *[suprascr.* populo *et supra* id *data] G*) in foro traiani *(sic rel. et N*[*], traiana *N*, troianani *E*, troiani *B*, gratiani *PMS)* uiii (uii *B*) id. aug. ual. a. *(om. BGEC)* iiii (iii *GO*, uii *C*) et neoterio (neotherio *VC*, neuterio *vel* neutherio *reliqui) libri* 5 haec lex (h. l. *om. L*, lex *om. C*, lex ista *G*) interpretatione (-nem *ES*) n. indiget (eget *NCPS*) *char. dir. P*

II, 7, 7 [= BREV. VIIII, 4, 6] (392 Dec. 7).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Adulterii accusatione proposita praescribtiones civiles, quibus aut dos repeti fingitur aut ex ratione aliqua debitum flagitatur, quae occurrere adque perstrepere examini consuerunt, iussimus sequestrari nec earum obice aliquid negotio tarditatis adferri; sed accusatione fundata, hoc est cum, quo iure ⌈ quove tempore actio | ⌈ id est mariti vel extranei IVST. | fuerit intromissa, constiterit, discutiatur crimen, facti qualitas publicetur, cum et iurgia, quae magnitudine superant, praeponantur et civilis actio criminali iure postponatur, idem tamen, cum competere coeperit, habitura momenti, dummodo non obsit examini. DAT. VII ID. DECEMB. CONSTANTINOP(OLI) ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS.

INTERPRETATIO. Cum adulterium maritus accusator obiecerit, dotis aut donationis repetitio conquiescat, quia civilem repetitionem misceri criminali accusationi non oportet.

V. — BREV. *(HNBGO[rm. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 9, 32.

1 et *om. VO* rofino *L* 1/2 adulteri *EGP ML* 2 accusatione (-nem *E*)] occasione *BG* praeposita *C* praescribtiones (-nis *N*)] proscriptiones *PML*, perscriptiones (-nis *G*) *GS Pith.* ciuilis *N*, ciuilis (-li G^a) legis (lege G^v) *G* aut *om. L* fingetur *NC*, fingentur *PML*, fingeretur *BG* 3 aliquam *N* quae] qui *E* adque] aut quae *B*, eademque G^t perstrepere] *VBGC Iust.*, praestripere *N*, praescribere *Pith.*, prestare *H*, obstrepere *O*, repetere *PMLS* examini] examine *E Pith.*, exanimi G^t, per examine (-nem *H*, -na *S*) *HPMLS* consueuerunt *BE*, consuenerunt *N* 4 nec] nec enim *PMLS* earum *om. L* obici *NBG* negotio tarditatis (-tes *N*)] t. n. *O* 6 fuerit *om. HN B Pith.* constiterit *ante* 5 quo iure *Iust.*, *om. O* 7 magnitudinem *BGE*, magnitudo *C* superantur *Iust.* proponantur *BS*, ponantur *PML* et ciuilis] *brev. (in his Pith.) Iust.*, cum et ciuilis *V* criminali] *rel. et Pith.*, criminissoli V^1, criminata *PML* postponatur] *Iust.*, postponitur *V brev.* 8 cum *om. L* coeperint *H*, praeceperit E^v habitura] habitura a *N*, habituri *PML* dummodo] dum *O* non *om. H* 8/9 dat. uii (u *G*, uiii *H*) id. dec. (aug. *B*) const. *(hic finit G)* arc. a. (aa *post* ii *E*, *om. HBO)* ii *(om. H)* et rufino (probino *PMS*) uc (u uiro claro *S*, uiro cla *B*, uu cc *PM*, uic *C*) *libri* 10 adulterio *B* accusatus *B* dotes *N* aut] an *H*, ac *PMLS* donationes *N* repetio H^a 11 conquiescat q. c. repetitionem] ne *N* misceri] miscere cum *H* accusatione *HECLS*

II, 7, 8 [= BREV. VIIII, 4, 7] (393 Dec. 4).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui adulterii fuerint accusati et obtentu proximitatis intentata depulerint per commemorationem necessitudinis fidem crimini derogando, dum existimatur non debere credi, quod allegatur non potuisse committi, hi si postmodum in nuptias suas consortiumque convenerint, facinus illud, in quo fuerint accusati, manifesta fide atque indiciis evidentibus publicabunt. Unde si qui eiusmodi repperti fuerint, iussimus in eosdem severissime vindicari et veluti convictum facinus confessumque puniri. DAT. PRID. NON. DEC. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVND(ANTIO) V̄. C̄. CONSS.

INTERPRETATIO. Qui in adulterio accusantur et se propinquitatis aut amicitiarum excusatione defenderint, si fortasse quolibet tempore secretum crimen publica coniunctione prodiderint, eos velut manifestos adulteros puniri placet.

V. — BREV. *(HNBGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 9, 33.

1 aa *V* ppo] pu *Pith.*, *om. O* qui adulteri *HNOEC*, qui de (quid *L*) adulterio *PMLS*, qui (quis B^a) in adulterium *BG* 1/2 obtentum *L* 2 proximi aetatis *BG* intenta *EPMLS*, intimata *G*, obiecta *O* depulerit *C*, detulerint *S* cummemoratione *N*, commemorationis *BG*, commorationem *C*, omnem conmemorationem *H* necessitudines *BG* 2/3 criminis *HBG* 3 exaestimatur *N*, estimatur *BG* non debere credi *videntur esse delenda* alligatur *VB*, alligator *E* 4 hi (hii *HNC*) si postmodum] in his (in ipsum E^v) postmodum *E*, nisi postmodum *PMLS*, hi ipso modo *B(sic)* suas *(om. H)* consortiumque (consocerumque *PML*) *om. O* conuenerit *H*, conuenerunt L^a in] *brev.* (id *B*, *om. E*) *Iust.*, *om. V* quod *BGE* fuerant *O*, fuerit *E* 5 accusatum *E* manifeste *N* indiciu G^t quis B^a eius] huius *NBE* 6 uindicare *NBG* uelut *G* 7 poniri V^1 7/8 dat. prid. *(om. GE)* non. dec. constantinopoli (-lim *HG*) theod. a. iii (ii *B*) et ab. uc *(sic HNO*, uic *C*, uiro claro *S*, uucc *PM*, *om. VBG E) libri* 9 adulterium *BG* se] si *E*, *om. N* amicorum *B* 9/10 accusatione *L* 10 defenderit H^b, defit H^a conuictione *PML* crediderint *G* 11 manifestus *S*, manifesto *N*, manifestos et *E*

VIIII, 7, 9 (393 Dec. 30).

IDEM AAA. GILDONI COM(ITI) ET MAG(IS)TRO VTRIVSQVE MIL(ITIAE) PER AFRIC(AM). **Si quis adulterii reus factus accusatoris mariti forum declinare temptaverit, in hoc non possit eludere, nec praerogativa militari defensetur, ibi confestim audiendus, ubi fuerit accusatus.** DAT. III KAL. IANVAR. CONSTANTINOP(OLI) THEODOSIO A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

2 temptauerint V^1 3 militari *om.* V^2 4 et] ..... et *V*

VIII [= BREV. V]. SI QVIS EAM, CVIVS TVTOR FVERIT, CORRVPERIT.

eam *om. S* corripuerit *GE.* — *Iust.* 9, 10

VIIII, 8, 1 [= BREV. VIIII, 5, 1] (326 [?] Apr. 4).

IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM VIC(ARIVM) ITAL(IAE). Ubi puella ad annos adultae aetatis accesserit et adspirare ad nuptias coeperit, tutores necesse habeant conprobare, quod puellae sit intemerata virginitas, cuius coniunctio postulatur. Quod ne latius porrigatur, hic solus debet tutorem nexus adstringere, ut se ipsum probet ab iniuria laesi pudoris immunem. Quod ubi constiterit, omni metu liber optata coniunctione frui debebit; officio servaturo, ut, ‖ ⌜si violatae castitatis aput ipsum facinus haereat, deportatione plectatur⌝ adque universae eius facultates fisci viribus vindicentur, quamvis eam poenam debuerit sustinere, quam raptori leges inponunt. DAT. PRID. NON. APRIL. AQVIL(EIAE) CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

IVST.

‖ ⌜Si .... plectatur⌝] Si tutor pupillam quondam suam violata castitate stupraverit, deportatione subiugetur⌝

INTERPRETATIO. **Ubi primum puellae sub tutore viventes ad annos pervenerint nuptiales, et quicumque petitor accesserit, non prius puella iungatur, nisi virginitas illius quod a tutore servata sit, fuerit approbatum: nam si ab ipso tutore convincitur eius violata virginitas, statim exilio deputetur et res illius omnes fiscus usurpet.**

V. — BREV. *(HNBGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 10, 1.

1 basinum *B* uic] ūc *E*, uo G^t italiae] italiae post alia *Pithoeana* et *edd.* puella] *V*, puellae *brev.* (pullae *L*) 2 aetates *N* accesserit] *V*, accesserint *brev.* (aduenerint *H*) et] *CBGS ex coniectura, om. V et reliqui* adspirare] ac spirare *O* ad nuptias *post* coep. *C* coeperit] *V*, coeperint *brev.* 3 intaminata *B* quod] et *BG* latinus B^a, altius *N* 4 tutorem] curatorem G^t nexum N^a, nexos *B* ut] et *S*, *om. B* laesi] lese *S*, inlaesi *Pith.* 6 libero *Pith.* coniunctionem *E* 6/7 officio seruaturo (seruatorus *H*, seruatorum *BG*)] amator *O* 7 ut] et *H*, at B^bO si uiolatae] sibi late B^a, si ablate B^b aput] aut *Pith.* 8 deportione *E* plectetur *GC*, flectatur *PML* 9 facultatis *S*, facultatibus *N* 9/10 uindicetur *L*, indicentur *S*, adgregentur *N* 10 quamuis] quam *S* debuerat *BG* raptores *N*, raptoribus *BG* legis *L* 10/11 dat. prid. non. apr. (ag̅ *N*) aquil. constantino (constantio *PM*, const *C*) ā *(om. H)* uii (i *G*) et constantio *(sic VBEC*, constantino *NGPMS*, constante *HO)* caes. *(sic VHN, om. reliqui) libri*, dat. prid. non. decemb. constpl theodosio a. ii et abundantio u. c. conss. *ex 3 Pith. (adnotatur:* deest constitutio; *subscriptio pertinet ad 9, 7, 8). — Propter annum vide ad 9, 24, 1* 12 primum] primo *N*, *om. S* 13 puelle *BG* tutores *H* uirginitatis *H* quo *B* 14 seruata] seruatur *N* sit fuerit *(om. C)*] fuerit G^a, fuerit sit G^b adprobatum] *HECPMS*, adprobatur *N*, adprobata *BGL* conuentitur *N* 15 deportetur *PML* omnes *om. H*

VIIII [= BREV. VI]. DE MVLIERIBVS, QVAE SE SERVIS PROPRIIS IVNXERVNT.

de his quae seruis suis nubunt *O* quae] qui *PML* se *(om. LG)* seru. propr.] seru. pr. se *EC Iust.* coniunxerunt *HNBG*, iunxerint *C*. — *Iust.* 9, 11

II, 9, 1 [= BREV. VIIII, 6, 1] (326 Mai. 29).

IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Si qua cum servo ⌈ occulte rem ha-
bere detegitur, capitali sententia subiugetur tradendo ignibus verberone,
sitque omnibus facultas crimen publicum arguendi, sit officio copia nunti-
andi, sit etiam servo licentia deferendi, cui probato crimine libertas dabitur, ||
1 cum falsae accusationi poena immineat. Ante legem nupta tali con-
sortio segregetur, non solum domo, verum etiam provinciae communione
2 privata, amati abscessum defleat relegati. || Filii etiam, quos ex hac
coniunctione habuerit, exuti omnibus dignitatis insignibus in nuda maneant
libertate, neque per se neque per interpositam personam quolibet titulo voluntatis ac-
3 cepturi aliquid ex facultatibus mulieris. Successio autem mulieris ab intestato vel
filiis, si erunt legitimi, vel proximis cognatisque deferatur vel ei, quem ratio iuris ad-
mittit, ita ut et quod ille, qui quondam amatus est, et quod ex eo suscepti filii quolibet
casu in sua videntur habuisse substantia, dominio mulieris sociatum a memo-
4 ratis successoribus vindicetur. || His ita omnibus observandis et si ante
5 legem decessit mulier vel amatus, quoniam vel unus auctor vitii censurae occurrit. Sin
vero iam uterque decessit, suboli parcimus, ne defunctorum parentum vitiis praegrave-
tur; sint filii, sint potiores fratribus, proximis adque cognatis, sint relictae successionis
6 heredes. Post legem enim hoc committentes morte punimus. Qui vero ex lege dis-
iuncti clam denuo convenerint congressus vetitos renovantes, hi servorum indicio vel
speculantis officii vel etiam proximorum delatione convicti poenam similem sustinebunt.
DAT. IIII KAL. IVN. SERDICAE CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

IVST. ⌈ suo || *fin.* || *redit*

IVST. || *fin.*

1 ā *om. L* ad populo *L* occulte] *brev. Iust.*, occulta *V*, occultam $V^{rec.}$ rem *ante* occ. *O* 2 detegetur *N* capitali *post* sent. *PML* sententia] *VHNBGCPMLS Iust. (plerique)*, sentia *E*, sententiae *O Iust. (RML*^{b}*)* subiungetur G^{t}, subdatur BG^{v} uerberoni $G^{v}C$, uiruerone *PML*, uiruirone *S*, uerberibus E^{b}, *inc.* E^{a} 3 officii *HE* copiam *PMLS* 3/4 denuntiandi *H* 4 licentiam *PML* differendi *NEPML*, adferendi BG^{v} probatur *N* 5 falsa *H* accusatione NL^{a}, accusationis BG^{b}, *inc.* G^{a} legem] lege *S*, hanc autem l. *O* 5/6 nupta tali (nuptiali $V^{1}E$, nuptam tali|*N*, supra tali BG^{t}) cons.] tali cons. nupta *O* 6 non] et non *O* domo] domum G^{a}, domi *B*, domus *O*, domini *N* uirum *C*, uero *L* communio *PML* 7 amati] iamanti (?) E^{v} *(manu rec.)* abscensum V^{1}, abscessu *BS* defleant *B* se legati *G* quos ex hac] ex hac quos *C* 8 condicione *H* habuerint *O*, habeant C^{a}, habuit *Iust.* dignitatibus (?) E^{a} nudam *NG* maneat *N* 9 libertatem *G* per se neque *om. N* interposita *C*, subpositam E^{t} quolibet] quocumque *O* uoluntates *N* 9/10 acceptori *N*, acceptaturi *PM* 10 mul. ab int.] eius *O* 11/12 amittit *NPM*, amittat *C* 12 ita] ia *E*, *om. GOC* ut et] *NOEC*, ut eo G^{t}, et eo G^{v}, ut *H*, et *PMLS* quod *om. N* quondam amatus] condam amatus *XS*, condemnatus *HC Iust. (praeter C)*, non damnatus G^{v}, quidem amatus G^{t} eo] eius *E* quodlibet *L* 13 in sua *om. H* uideantur *Iust.* substantiam *PMLS* dominio (dominium *G*, dominum *PML*) mul.] m. d. *Iust.* sociati *HS* a] e *N* 13/14 memorati *S* 14 successionibus *L* his ita (itaque *H*)] hi ista *E* 15 decesserit *O*, discesserit *H*, discessit *GC*, recessit *PMLS* uel] uer (?) *E*, aut G^{v} amatus] amatores G^{t} quoniam] quod *L*, quo non *S* uel] uer (?) E^{a} uitii] ui *O*, uiuae G^{v} occurret *PMLS*, occurrat *G*, occurrerit *HE* si *HL* 16 discesserint *HG* soboli] iam s. *G* parcemus *G* ne] nec *L* parentibus *H* 16/17 praegrauentur *G* 17 sint filii] sin filii *C*, sin filiis *N*, sint filiis G^{v}, sine filiis G^{t} potioribus *EL*, potentiores *S* proximis (-mi *N*) *om. H* cognati *G* successiones *NE* 18 heredes] $\overline{hb}$ *PMS*, $\overline{hb}$ *L* enim] autem *O* committentis *NPML* ponimus *L*, puniuntur *C* lege] le H^{a} 18/19 deiuncti *H* 19 clam] dum *C* conuenerent *N* congressos *E* uetitus *N*, uetatur G^{t} hii *VHNEC*, hi *P*, his *L* iudicio *HN*, in iuditio *L* 20 speculantes *HNGEL* officio *G* dilatione *G* coniuncti HG^{a} poena *E (id Iust. [L])* 21 dat. iiii (iii $G^{b}E$ *C Iust. [L Hal.]*, *om.* G^{a}) k. (id. *Iust. [L]*) iun. (ian. *Iust. [Hal. L]*) serd. constantino (-tio *PM*) a. uii (*om. G*) et constantio *(sic VGOECPM*, constantino *reliqui)* c̄ *(sic VNOC, om. reliqui) libri*

INTERPRETATIO. Si qua ingenua mulier servo proprio se occulte miscuerit, capitaliter puniatur. Servus etiam, qui in adulterio dominae convictus fuerit, ignibus exuratur. In potestate habeat huiusmodi crimen quicumque voluerit accusare. Servi etiam aut ancillae si de hoc crimine accusationem detulerint, audiantur: ea tamen ratione, ut, si probaverint, libertatem consequantur, si fefellerint, puniantur. Hereditas mulieris, quae se tali crimine maculaverit, vel filiis, si sunt ex marito suscepti, vel propinquis ex lege venientibus tribuatur.

V. — BREV. (*HNB[finit* 451, 7 defleant*]GO[om. int.]EXCPMLS*). — IVST. 9, 11, 1.

2 adulterium *N* dominae] domini eae *L*, dominae suae *H* coniunctus *G* 2/3 potestatem *G* 4 accusationem ... ratione] accusatione *N* libertate *N* 5 qui *H* crimen *N* maculauerint *M*[a] 6 filii *HG* sint *C* propinqui *S*

X [= BREV. VII]. AD LEGEM IVLIAM DE VI PVBLICA ET PRIVATA.

publicae *L* et] seu *Iust.* — *Iust.* 9, 12

VIIII, 10, 1 [= BREV. VIIII, 7, 1] (317 [?] Apr. 17).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CATVLLINVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Qui in iudicio manifestam detegitur commisisse violentiam, ‖ non iam relegatione aut deportatione insulae plectatur, sed supplicium capitale excipiat nec interposita provocatione sententiam quae in eum fuerit dicta suspendat, quoniam multa facinora sub uno violentiae nomine continentur, cum aliis vim inferre ˹temptantibus˺, aliis cum indignatione repugnantibus verbera caedesque crebro deteguntur admissae. ˹Unde˺ placuit, si forte quis vel ex possidentis parte vel ˹ex˺ eius qui possessionem temerare temptaverit interemptus sit, in eum supplicium exeri, qui vim facere temptavit et alterutri parti causam malorum praebuit. DAT. XV KAL. MAI. SERDICAE GALLICANO ET BASSO CONSS.

IVST.
‖ non iam ... suspendat] et non iam ... suspendat *post* 13 praebuit
˹certantibus˺
˹ ˺ *om.*
˹ ˺ *om.*

INTERPRETATIO. Convictus in iudicio de evidenti violentiae crimine capite puniatur nec sententiam iudicis qui damnatus est qualibet appellatione suspendat: et si fortasse homicidia ab utraque parte conmissa fuerint, in illum vindicetur, qui ut alium per caedem expelleret, violenter ingressus est. Hic addendum de iure de ordine uiolentiae.

V (cum Solms.). — BREV. (*HNGO[om. int.]EXCPMLS*). — Laudatur 11, 36, 14. — IVST. 9, 12, 6. — BVRG. 8, 1.

1 catullinum] *V et plerique,* catolinum *L*, catellinum *N* 1/2 procos.] procl *L*, pr̄ *C*, pū *V*, ppm̄ *E* 2 manifesta *N*, manifeste *G* 3 iam non *HPMLS* 3/4 relegationem *H XC* 4 aut deportatione (-nem *H*)] aut deportationis *XC*, deportationis *PMLS* plectetur *Iust.* 5 supplicio *N* capitalem *E* 6 procuoctionem *C*, procatione *M* sententia *NGCPMLS* quae *om. H* in eo *HC* dictata *N* 7 suspendat] suspendatur *O*, appellatione s. *H* quoniam] quod *L*, quo non *S* 7/8 sub unis nominis uiolentie continet[u]r *H* 8 aliis] auis *N* 10 repugnantibus] *V*, regnantibus *G*[v], resistentibus *brev. (praeter G*[v]*) Iust.* cedensque *S* crebro *om. H*[a] 10/11 detegentur *C*, detegantur *O* 11 admissae] ammisisse *G*[t] si] *brev. (praeter E),* ut si *VE* forte *om. H* 12 possidentis] possidentes *N*, possidentibus *EPMLS* partem *PMLS* ex *om. S* 13 possessionem] porcionem *G*[t], passione *G*[v] temere *G*, temeritate *N* temptaueuerit *L* eum] quem *H* suppl. exseri (exiri *N*, exuri *G*, exerceri *Iust.*) *post* temptauit *O* 14 temptauerit *V*[1] *(cum Solms.) GE* et] ut *H* alterutri] alter utrique *G*, ad alterutri *S* causa *HEPMLS* 14/15 dat. xu k. mai. (mar. *C*) serd. (serdiciae *N*, syrdicae *E*, aquileiae *Iust. [Hal. L]*) gallicano (gallico *PMS*) et basso (ii *ins. PMS*) *libri: eadem subscriptio fortasse* 8, 12, 2, *ubi vide* 16 iudicium *G* de *om. H*[a]*N Pith.* crimine] cr. reus *H* puniantur *NG* nec] ne *N* 17 qui] que *N* homicida *M*[a] 18 uindicantur *N* ut alium] ad alium ut *PMLS* expellerit *E*, pelleret *P*[1]*M*, pellere *L*, repelleret *S* 19 adgressus *E*[b] hic ... uiolentiae *solus (post subscr.) E*

II, 10, 2 (317 Mart. [?] 10).

IDEM A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quis per violentiam alienum fundum invaserit, capite puniatur. Et sive quis ex eius parte, qui violentiam inferre temptaverit, sive ex eius, qui iniuriam repulsaverit, fuerit occisus, eum poena adstringat, qui vi deicere possidentem voluerit. DAT. VI ID. MART. ROM(AE) GALLICANO ET BASSO CONSS.

V

4 dat.] *immo* pp *ut in aliis multis legibus datis ad praefectum urbi in die erratum est, nam Bassus praefecturam iniit a. 317 Mai. 15*

II, 10, 3 [= BREV. VIIII, 7, 2] (319 Oct. 6).

IDEM A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quis ad se fundum vel quodcumque aliud adserit pertinere ac restitutionem sibi conpetere possessionis putat, civiliter super possidendo agat aut impleta sollemnitate iuris crimen violentiae obponat, non ignarus eam se sententiam subiturum, si crimen obiectum non potuerit conprobare, quam reus debet excipere. Quod si omissa interpellatione vim possidenti intulerit, ante omnia violentiae causam examinari praecipimus et in ea requiri, quis ad quem venerit possidentem, ut ei quem constiterit expulsum amissae possessionis iura reparentur eademque protinus restituta ⌈ violentus poenae non inmerito destinatus in totius litis terminum differatur, ut agitato negotio principali, si contra eum fuerit iudicatum, in insulam deportetur bonis omnibus abrogatis. || Quod si pro eo, quem claruerit esse violentum, sententia proferatur, omnium rerum, de quibus litigatum est, media pars penes eum resideat, cetera fisci viribus vindicentur. P(RO)P(OSITA) PRID. NON. OCTOB. ROM(AE) CONSTANTINO A. V ET LICIN(IO) CAES. CONSS.

⌈ si criminalis quaestio agitetur IVST.

|| fin. IVST.

INTERPRETATIO. Si quis adversarium suum ita apud iudicem crediderit accusandum, ut se asserat violentiam pertulisse, ad probationem rei eum convenit adtineri: quod si probare non potuerit quem dixerat violentum, eandem poenam suscipiat, quam ille quem inpetit convictus potuisset excipere. De reliquo haec lex praetermittenda est, quia in quarto libro sub titulo unde vi, quae tamen temporibus posterior inventa est, habetur exposita.

VT [incipit 5/6 olentiae causam*]*. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 9, 12, 7 — BVRG. R. 8, 2.

1 p̄ ū] *VH Burg.*, p̄f̄ū *GC*, pp̄m̄ *E*, p̄p̄ō *NL*, p̄ō *PM*, praeposito *S* se] re *M* quocumque G^{a}, quidcumque *N* 2 asseret *M* pertenuisse *G* possessiones *ECL*^{a} putet *G* ciuiliter] •• ciuiliter *V* 2/3 possidendum *E*, possidendam *G* 3 aut] ut *HO* impleat sollemnitatis *G* uiolentia *E* 3/4 eam se *(om. G)*] se eam *HN*, se etiam *O* 4 quam] eam quam *O*, quem *E* deberet *O* 5 accipere *C* si *om. G* obmissa *ES*, amissa *G* uim] *bis E*^{a}*(?)*, uenerit G^{t} 6 praecepimus *NC* et] ut *H* re quaeri *O* quis] si quis *Pith.* ad quem] ad(*vel* t)que *NH*^{a}, aut quem *G* uenerit] nerit H^{a} 7 amissae] amisisse *H* possessiones *N* eamdemque G^{a}*LS* 8 uiolentus] uiolator (-tur L^{a}) *PMLS* poena V^{1}*H* non *om.* G^{a} 9 in] ut in *G*, *om. Pith.* lites *N* terminos *HO*, terminus *Pith.* deferatur *HGOL*^{a}*S* 10 si] et *G* 11 insula *NG* deputetur *N* 11/12 abrogatis (-tus *S*) *om. N* 12 claruerint *N* 13 uiolatum *PML* sentia *T* proferatur] *TNGO*, proferetur *VHC(?)PMLS*^{1}, profertur *ES*^{2} 14 litigatum ... cetera *om.* G^{a} mediam *N* penes] paenes *V*, poenis *S* resedeat *NEM*, resident *H(?)* caetera *V*, et cetera *E*, ceterum *N* uilibus *S* uindicetur *THS* 15 pp. (dat. *NG Iust. [L Hal.]*) prid. non. oct. rom. const. a. u et *(om. G)* lic. c. (ūc̄ *G*, *om. HEPMS*) *libri*. — *Basso successit in praefectura urbi Maximus secundum laterculum hoc anno k. Sept.; sed potuit constitutio ad Bassum emissa a successore proponi* 16 accusandam G^{a} 17 uiolentia *N* protulisse *S* ad] a *L* adtinere *C* quod] ut *H* 18 quam] qua *L*, quamquam *N* inpetet *H*, inpeciit *G* coniunctus *G* 19 haec] uero haec *E*, *om.* H^{a} praetermissa *PMLS* quia] quam *N* libro] l. est *E* 20 unde] *NE*, de *HCPMLS*, *om. G* est inuenta *HGEC*

VIIII, 10, 4 [= BREV. VIIII, 7, 3] (390 Mart. 6).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD ALBINVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Servos, qui fecisse violentiam confessionibus testium aut propriis docebuntur, si id inscio domino conmiserint, postremo supplicio deditos luere perpetrata censemus. Quod si illi metu atque exhortatione dominorum violentiam admiserint, palam est secundum legem Iuliam dominum infamem ⌜pronuntiandum⌝ loci aut originis propriae dignitate non uti, servos vero, quos furoribus talium paruisse constiterit, metallis ⌜per⌝ sententiam dedi. Viles autem infamesque personae et hi, qui bis aut saepius violentiam perpetrasse convincentur,
1 constitutionum divalium poena teneantur. Iudicem vero nosse oportet, quod gravi infamia sit notandus, si violentiae crimen aput se probatum distulerit omiserit vel inpunitate donaverit aut ⌜molliore⌝ quam praestituimus ⌜poena perculerit⌝. DAT. PRID. NON. MART. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO V. C. CONSS.

IVST.
⌜pronuntiatum⌝
⌜post⌝
⌜molliorem⌝
⌜poenam protulerit⌝

INTERPRETATIO. Servi si inscio domino confessi vel convicti fuerint violentiam commisisse addicti tormentis gravibus puniuntur. Si vero iubentibus dominis violentiae crimen admiserint, domini, qui inlicita praeceperunt, notantur infamia et nobilitatis vel honoris sui dignitatem tenere non possunt. Servi autem, qui talibus dominorum furoribus paruerunt, in metallum detruduntur. Ceterum non liceat iudicibus discussionem violentiae differre vel dimittere vel donare: qui si probaverint violentiam et non statim vindicaverint, noverint se periculum subituros. Viles autem personae, quae bis aut frequenter admisisse violentiam comprobantur, constituta legibus poena supra scripta omnimodis feriantur.

VT. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 12, 8. — BVRG. R. 8, 3. — THEODERICVS 77.

1 ualentinianus *om. O* $\overline{\text{pu}}$] *VT*, pp̄o *$HG^{a}L$*, pfp *C*, p̄o *PM*, pp *ex 2 Pith.*, pp̄m *NE*, pp̄u *G^{b}* 2 seruus *$NE^{a}CPML$*, serui *$G^{t}E^{b}$*, rei *G^{v}* fecisse se *C* test. aut propriis (probriis *M^{a}*)] pr. a. t. *G* id] *T brev.* (ad *N*, *om. O*) *Iust.*, *om. V* 3 commiserit *HN* posttremo *V* deditus *$HNE^{a}P^{a}ML$* luere] soluere *Pith. (cum Par. 4403 A)* censuimus *$GE^{b}C$*, censuemus *N* illi] *V brev. Iust.*, hii *T* 4 atque] aut *O* exuratione *N*, exoratione *$E^{a}M$*, ex ordinatione *G* amiserint *GS* est] et *S* 5 domino *N* 5 pronuntiandum] *VT brev. (praeter O)*, pronuntiatum *O Iust.* loci] in loci *PML* aut] ut *T* 5/6 orignis *L* 6 propria *G* dignate *H^{a}*, dignitatem *NPMLS* uti] ut si *N* seruus *N* furori *O* 6/7 paruissi *N* 7 per sententiam] praesentiam *E^{v}*, deportandos *O* dedi uiles] dedi uilis *L*, dedi biles *CS^{a}*, dedebiles *N*, dediti uiles *G*, debilis *HE^{a}*, debiles *OE^{b}* infamisquae *HN* 8 hii *HNEC* qui bis aut] quibus aut *HNEC*, qui *GO* conuincetur *HC*, conuincitur *E*, conuicitur *L^{b}*, conuincur *L^{a}*, conuincuntur *GPMS* 9 constitutione diualium *PMLS*, constituiinsi diiualium *N* teneatur *HN* iudices *H(?)* oportet] o. et *G* 10 infumi *N* notandos *E* se reprobatum *N* 11 amiserit *C* impunitate] in unitate *PL*, inmunitate *M*, inponitae *N* donauerit] dampnauerit *G^{t}* molliori *O*, molliorem *GC Iust.*, meliorem *E* quam *om. L* 11/12 praestituemus *N* 12 poenam *GC Iust.*, pona *L* perculerit] *brev. (praeter EC)*, pertulerit *VE*, protulerit *C Iust.*, *****lerit *T* 12/13 dat. prid. (*rel. et Iust.[L]*, iiii *PM*, ui *Iust. [Hal.]*, *om. T*) non. mart. med. ual. a. (*post* iiii *E*, *om. $V^{a}TGO$*) iiii (iii *G*, *om. T*) et neoterio (*sic OCS*, neotherio *VT*, neuterio *HNPM*, eotherio *E*, netherio *G*) ūc (uu cc *T*, *om. reliqui*) *libri* 14 si *om. N* domini *N* confessi] uel c. *PMLS* uiolentiae manumississe *N* 15 addici *N*, addictis *C* grauioribus *HG* puniantur *HGE* uiolentiae] uiolentiam et *PMLS* 16 praecipiunt *PMLS*, precepuerunt *H* infamiae *GE* uel lionoris *N* dignitate *E* 17 talium *H* metallo *G* 17/18 detrudantur *H*, detraduntur *G* 18 deferre *NEC* uel don. uel dim. *G* 19 si] se *G*, sibi *N*, re *C^{b}* uiolentiam] u. protulisse *G* periculo *NS* subiturus *N* uilis *HN* 20 quae] et quae *E* bis *om. G* admisisse (ammissae *G^{a}*) uiol.] u. a. *C* constitutae *ECPMLS*, constitutionem *N*, constitutam *H* legis *PMLS* 21 poenam *HC* supra (super *C*) scriptae *CPML*, supra scriptae legis *(sic) E*, supra scriptam *H*, statuta *S* omnis modis *H*, omnibus modis *C*

XI [= BREV. VIII]. DE PRIVATI CARCERIS CVSTODIA.

priuatis *VG*, priuata *N*. — *Iust.* 9, 5 de privatis carceribus inhibendis

II, 11, 1 [= BREV. VIIII, 8, 1] (388 Apr. 30).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. ERYTHRIO PRAEF(ECTO) AVGVSTALI. Si quis posthac reum privato carceri destinarit, reus maiestatis habeatur. DAT. PRID. KAL. MAI. THESSAL(ONICAE) THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO V. C. CONSS.

Ista lex interpretatione non indiget.

V (cum Solms.) T. — BREV. (*HNGOECPMLS*).

1 ualent] constantinus *N* et arc *om. L* erytrio *VT*, acrotrio *HN*, histerio *G*, hetreo *E*, etmeterio *C*, emeterio *PMS*, eutropio *O*, cynidio *L*, cliterio *Pith.* praef. augustali] pu augustali *N*, ppo a *E*, pfu autal *C*, pu *PM*, publio *S*, pfu l G^a, pfo l G^b, po *Pith.*, preposito augustali *O*, uc conss. *L* 2 posthaec *HN* reum] re *N* priuatum *GS* carcere *G et ex 4 Pith.* destinarit] distinaret *N*, d *(sic)* H^a, destinauerit *GE* mai. reus *O* 2/3 dat. prid. k. mai. (mar. *G*) thess. theod. a. *(hic finit T)* ii (u *V*) et cynegio (cynedio *PMS*) uc (uucc *PM*, uiro claro *S*, i *N*, *om. GOC*) *libri* 4 ista lex (*om. H*) interpretatione (-nem *PM*) non indiget (eget *CM*, egit *N*) *HNGCP (char. div.) MS*, *om. EL*

XII [= BREV. VIIII]. DE EMENDATIONE SERVORVM.

Iust. 9, 14

I, 12, 1 (319 Mai. 11).

IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM. Si virgis aut loris servum dominus adflixerit aut custodiae causa in vincla coniecerit, dierum distinctione sive interpretatione depulsa nullum criminis metum mortuo servo sustineat. Nec vero inmoderate suo iure utatur, sed tunc reus homicidii sit, si voluntate eum ⌜vel⌝ ictu fustis aut lapidis occiderit vel certe telo usus letale vulnus inflixerit aut suspendi laqueo praeceperit vel iussione taetra praecipitandum esse mandaverit aut veneni virus infuderit vel dilaniaverit poenis publicis corpus, ferarum ⌜vestigiis⌝ latera persecando vel exurendo ⌜admotis⌝ ignibus membra aut tabescentes artus atro sanguine permixta sanie defluentes prope in ipsis adegerit cruciatibus vitam ⌜linquere⌝ saevitia immanium barbarorum. DAT. V ID. MAI. ROM(AE) CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

IVST.
⌜ ⌝ *om.*
⌜unguibus⌝
⌜oblatis⌝
⌜relinquere⌝

V (cum Solms.) T. — IVST. 9, 14, 1.

1 Bassum] *praefectum urbi* 2 uincla *VT* interpraetatione *VT* 6 tetra *T* 10 saeuitiam *T* 10/11 uarbarorum *V (em. m. rec.)* 11 dat. u id. mai. *(sic V Iust. [L]*, m *** *T*, mart. *Iust. [Hal.])* rom. const. a. u (uii *Iust. [L]*, *om. Iust. [Hal.]*) et lic. c *(sic T, om. V Iust.)* *libri: diem confirmat laterculus praefectorum*

I, 12, 2 [= BREV. VIIII, 9, 1] (326 Apr. 18).

IDEM A. MAXIMILIANO MACROBIO. Quotiens verbera dominorum talis casus servorum comitabitur, ut moriantur, culpa nudi sunt, qui, dum pessima corrigunt, meliora suis adqui-

---

1 idem] imp. constantinus *brev.* maximiliano] *VTN*, maxiliano *O*, maximiano *PMLS Pith. (ex 2)*, ad max. aemilianum *C*, ad maximum (et *add. G*) *HGE* macrobio] VG^aO, macrobium HG^b, macropio *N*, macrouio *T*, marcrobrio *E*, magroirio *Pith. (ex 2)*, nirotio *PML*, nirutio *S*, *om. in sp. vac. C: mag. incertus* dominiorum *N* tales *NS*, tali P^a, si talis E^v, uel E^t casus] causa *H* 2 ut *om.* G^a moriatur *V*, morientur *S* culpa nudi] culpaldi *E* corriguntur *G*, corrigantur *E*

rere vernulis voluerunt. Nec requiri in huiusmodi facto volumus, in quo interest domini incolume iuris proprii habere mancipium, utrum voluntate occidendi hominis an vero simpliciter facta castigatio videatur. Totiens etenim dominum non placet morte servi reum homicidii pronuntiari, quotiens simplicibus quaestionibus domesticam exerceat potestatem. Si quando igitur servi plagarum correctione iuminente fatali necessitate rebus humanis excedunt, nullam metuant domini quaestionem. DAT. XIIII KAL. MAI. SIRMIO CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. Si servus, dum culpam dominus vindicat, mortuus fuerit, dominus culpa homicidii non tenetur, quia tunc homicidii reus est, si occidere voluisse convincitur. Nam emendatio non vocatur ad crimen.

VT. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS (om. int.).*

1 uernullis *V*[1] uoluerint *G*[a] nec] *TV marg. (in scholiis manu 2: alibi nec) NGOE*[t]*CPMLS*, nam *V*[t]*E*[v], nam et *H* requiri] *V*[2]*T brev.*, requirere *V*[1] facta *O* domini *om. S* 2 incolumi (-lomi *S*) *HPMLS*, incolomis *G* uolum(*vel* n)tatem *HN* homines *NG*[a]*E*, hominem *H* 3 castigatione *O* totiens] quotiens *H*[b], quoti *H*[a] etenim] enim *HNO* morte (-ti *L*) *om. O* 4 pronuntiare *N* quastionibus *M*, questiobus *H*[a] exercet *O*, exercitata *N* 5 si *om. H* placarum *S* correptione *OEPMLS* imminente *T*, inminenti *H*, inminentes *G*[b], inmente *N*, imminentem *E* fa*tali *V* 6 excluduntur *G* nulla *N* 7 metuunt *L* quaestione *N* 7/8 dat. xiiii *(sic VTO,* iii *H, om. reliqui)* k. mai. (mart. *H NGEC Pith.*) sirmio (serm. *PM*, fir̄ *C*, *om. VTO*) constantino (et constantino *H*, -tio *CPMS*) a. *(om. C; reliqua om. HG)* uii (u *NECPMS, hic finiunt NCPMS)* et constantio *(sic TE,* constantino *H*, constante *VO)* c̄ *(om. E) libri* 8 culpan (-pa *E*) dom.] dom. culp. *G* mortus *H* culpam *NPML* 10 prouocatur *C*

XIII [= BREV. X]. DE EMENDATIONE PROPINQVORVM.

Iust. 9, 15

VIIII, 13, 1 [= BREV. VIIII, 10, 1] (365? 368? 370? 373? Nov. 30).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SENATVM. In corrigendis minoribus pro qualitate delicti senioribus propinquis tribuimus potestatem, ut, quos ad vitae decora domesticae laudis exempla non provocant, saltem correctionis medicina conpellat. Neque nos in puniendis morum vitiis potestatem in inmensum extendi volumus, sed iure patrio auctoritas corrigat propinqui iuvenis erratum et privata animadversione conpescat. Quod si atrocitas facti ius domesticae emendationis excedit, placet enormis delicti reos dedi iudicum notioni. DAT. PRID. KAL. DECEMB. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Propinquis senioribus lege permittitur errorem vel culpas adulescentium propinquorum patria districtioue corrigere, id est ut, si verbis vel verecundia emendari non possunt, privata districtione verberibus corrigantur. Quod si gravior culpa fuerit adulescentis, quae privatim emendari non possit, in notitiam iudicis deferatur.

V (cum Solms.) T. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 15, 1.

1 aā *om. OL* senatu *E* minoribus] moribus *E*[t] 2 delictis *E* propinquis *om. G*[a] tribuemus *N* ad] a *L*[a] decorem *OC*, decus *G*, decorationis *E*[b] 3 domesticae] ad d. *G* laudes *N* saltim *TGPMLS* correctionis *om. H*[a] medicina] digna** *G*[t] compellet *C*, compellant (*ex* -lint) *G*[t], composcat *G*[v] 4 in *om. E* inmenso *H* patri *E* 5 auctoritas] ut a. *PMLS* corrigat] porrigatur ut *O* iouenis *V*[1] *(cum Solms.)*, iuuenes *GPML* erratum] *VEC Iust.*, errata *O*, et ratam *N G*[a]*(?)*, et iratum *H*, et rata *G*[b]*PMLS*, *def. T* et] ex *H*, *om. OL* priuatam *E*, priuita *P* animaduertione *M*, animaduersio *O* 6 atrocitas] auctoritas *H* excedet *PML*, excedat *O*, excludit *H* placit *N* innormis *E* reus *PML* 6/7 dedi (de *E*[a], reddi *G*) iudicum (-cium *NGECPMLS*) notioni (-ne *CL*[a])] iudicibus exhibere *O* 7 dat. prid. k. dec. ual. et ual. aa *(om. VHOE) libri* 8 senioribus] uel s. *G* errores *G*, terrorem *S* uel culpam (-pas *H*) .... 9 patria *om. M*[a] 9 destrictione *CPM* id est] idcirco *PMLS*, *om. C* uerecundiam *N*, uerecundiae *E* emendare *EPMLS* 10 possint *edd.* destrictione *CPM*, discussione *G* uerb.] uel uerb. *E*[b] corrigatur *N* adolescentibus *N* 11 quam *G* emendare *S* in] ad *G* notitia *N*

XIIII [= BREV. XI]. AD LEGEM CORNELIAM DE SICARIIS.

ad l. corneliam (iuliam G^b, ad l. c. *om.* G^a) de sic.] de parricidio *O.* — *Iust* 9, 16

IIII, 14, 1 [= BREV. VIIII, 11, 1] (374 Febr. 7).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O.

Si quis necandi infantis piaculum adgressus adgressave sit, ⌜erit capitale istud malum⌝. P(RO)P(OSITA) VII ID. FEB. ROM(AE) GRATIANO A. III ET EQVITIO V. C. CONSS.	⌜sciat se capitali supplicio esse puniendum⌝ IVST.

INTERPRETATIO. Sive vir sive mulier infantem necaverit, rei homicidii teneantur.

V (cum Solms.) T. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 16, 7.

1 ualens] et u. *L* et *(om. O)* grat.] et theod *N* ppo] pfu *GC*, ppm *NE* 2 si quis] quisquis *Pith. (cum Par. 4403 A)* negandi *NGS* infantis (-tes *NEPML*)] infantis instanter *G* adgressus *om. N* 3 sit] fuerit *G*, erit *Pith.* erit (sit *G*, fiat *Pith.*) c. istud (istum *N*) malum] capitale supplicium sustinebit *H* 3/4 prop. (data *N*, data pro populo *adscr. G*) uii (uiii *T GE*, prd *H*) id. feb. rom. *(om. N)* grat. a. *(om. S)* iii (iiii *GOE*) et equitio (aequitio *T*, equisio *G*, aetio *PMS*) uc *(sic O solus) libri* 6 negauerit *NGS* re P^a, reum *N* teneatur *NE*

IIII, 14, 2 [= BREV. VIIII, 11, 2] (391 Iul. 1).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD PROVINCIALES. Liberam resistendi cunctis tribuimus facultatem, ut quicumque militum vel privatorum ad agros nocturnus populator intraverit aut itinera frequentata insidiis adgressionis obsederit, permissa cuicumque licentia dignus ilico supplicio subiugetur ac mortem quam minabatur excipiat et id quod intendebat incurrat. Melius est enim occurrere in tempore, quam post exitum vindicari. Vestram igitur vobis permittimus ultionem et, quod serum est punire iudicio, subiugamus edicto: nullus parcat militi, cui obviari telo oporteat ut latroni. DAT. KAL. IVL. TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

INTERPRETATIO. Quotiens ad faciendam rapinam aliquis aut iter agentem aut domum cuiuslibet nocturnus spoliator adgreditur, huiusmodi personis, quae vim sustinent, damus etiam cum armis licentiam resistendi, et si pro temeritate sua occisus fuerit ille qui venerit, mors latronis ipsius a nemine requiratur.

VT. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS Berol. Lat. fol. 270 f. 14 inde a* 4 supplicio*).* — IVST. 3, 27, 1. — Cf. LEX VISIGOTH. 6, 4, 2.

1 impp. ualent theod (ualens *H*) et arcad (ualentinian *N*, gratianus *G*)] idem aug. *O* liberum *H* 1/2 resistendis *N*, resistenti *P* 2 tribuemus *N* 2/3 nocturnos *E* 3 populatur E^aM^a, cupulatur *N* intrauerit a. it. fr. insidiis] intra *N* adgressionis (-ne *G*)] seu adgr. *E*, *om. O* adsederit *GC* 4 cuicumque] unicuique *O*, ubicumque *G* dignos N^b, digno *O* subiugitur *N*, subdatur *O* ac] hanc *N*, ut *P MLS* 4/5 accipiat *O* 5 est enim] *VHGO ES*, enim est *TNCPML Ber. Iust.* incurrere *G* in *om. N* post *om. H* 6 exitium *HO* uindicare *GE Iust.* permittemus *N* et] ut *G* quod] V^1 *brev. Iust.*, quos V^2 serum] seruum *N*, uerum *PMLS* punire] puniri *GE*, poni *H* 7 iuditii *C*, iudicis *G*, iudiciis *Ber.* subiungamus *G*, subiugemus *O* edicto] ethictu *H*, edictum *E* nullus] n. ergo *O* parceat *C*, parat *L* obuiari (-re *H Iust.*) telo] obuiare titulo *N*, obuiare ab eo G^t, obuiaret cum mori *Ber.* oportet *O* latro *H* 7/8 dat. (uii *ins. Pith. cum Paris. 4419 aliisque epitomatis*) k. iul. (iun. *Iust. [PL]*) tatiano (tasiano *E*, datiano *NPMS Ber. Pith. [ex 2]*, ticiano *GO*) et symm. *libri* 9 quociciens *Ber.* aut iter] iter *N* 10 expoliator *GE Ber.* quae (qui NGE^bC) . . . 11 armis *om.* E^a 11 cum] dum *Ber.* [1] licentia *L* pro] prae *N* fuerit] fuer H^a

VIIII, 14, 3 (397 Sept. 4).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quisquis cum
militibus vel privatis, barbaris etiam scelestam inierit factionem aut factionis ipsius sus-
ceperit sacramenta vel dederit, de nece etiam virorum inlustrium, qui consiliis et con-
sistorio nostro intersunt, senatorum etiam, nam et ipsi pars corporis nostri sunt, cuius-
libet postremo qui nobis militat cogitarit, eadem enim severitate voluntatem sceleris qua
effectum puniri iura voluerunt: ipse quidem utpote maiestatis reus gladio feriatur bonis
eius omnibus fisco nostro addictis, filii vero eius, quibus vitam imperatoria specialiter
lenitate concedimus, paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est
hereditarii criminis exempla metuantur, a materna vel avita, omnium etiam proximorum
hereditate ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint
perpetuo egentes et pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos umquam
honores, nulla prorsus sacramenta perveniant, sint postremo tales, ut is perpetua egestate
1 sordentibus sit et mors solacio et vita supplicio. Denique iubemus etiam eos notabiles
2 esse sine venia, qui pro talibus umquam aput nos intervenire temptaverint. Ad filias
sane eorum, quolibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, sive testata sive
intestata defecerit, volumus pervenire, ut habeant ⌜ingrate⌝ potius filiae alimoniam quam ⌜integre⌝ emolumentum ac nomen heredis. Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate

⌜mediocrem⌝ IVST.
⌜integrum⌝ IVST.

3 sexus minus ausuras esse confidimus. Emancipatio, quae a praedictis sive in filios
4 post legem dumtaxat latam sive in filias fuerit conlata, non valeat. Dotes donationes,
quarumlibet postremo rerum alienationes, quas ex eo tempore qualibet fraude vel iure
factas esse constiterit, quo primum memorati de ineunda factione ac societate cogitave-
5 rint, nullius statuimus esse momenti. Uxores sane praedictorum recuperatas dotes, si
in ea condicione fuerint, ut, quae a viris titulo donationis acceperint, filiis debeant reser-
vare, tempore quo usus fructus absumitur omnia ea fisco nostro se relicturas esse cognos-
cant, quae iuxta legem filiis debebantur: Falcidia etiam ex his rebus filiabus tantum,
6 non etiam filiis deputata. Id, quod de praedictis eorumque filiis cavimus, etiam de
7 satellitibus consciis ac ministris filiisque eorum simili severitate censemus. Sane si
quis ex his in exordio initae factionis studio verae laudis accensus ipse prodiderit factio-
nem, et praemio a nobis et honore donabitur. Is vero, qui usus fuerit factione, si vel
sero, tamen incognita adhuc consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantum ac venia
dignus habebitur. DAT. PRID. NON. SEPTEMB. ANCYRAE CAESARIO ET ATTICO CONSS.

VT [finit 2 militibus uel]. — IVST. 9, 8, 5.

3 de *om.* V^1 5 cogitarit *collocari debuit ante* 3 uirorum uoluntate *V* 8 debent V^1 *Iust. (DCM)* 9 metuentur *Iust.* 12 his *V Iust.* aegestate *V* 16 ingratae *V* 17 integre emolumentum] V^2, integre molumentum V^1 24 acceperunt *Iust.* 27 eorumque] *Iust.*, eorum *V* 30 a] *Iust.*, *om. V* 32 dat. V^1, data V^2

XV [= BREV. XII]. DE PARRICIDIS.

de parricidiis *V*, de parricidio *brev.* (parrucidio *N*, sicariis *O*) — *Iust.* 9, 17: de his qui parentes vel liberos occiderunt.

VIIII, 15, 1 [= BREV. VIIII, 12, 1] (318 Nov. 16).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VERINVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Si quis in parentis aut filii aut omnino affectionis eius, quae nuncupatione parricidii continetur, fata properaverit,

1 ā *om. O* uirinum *N Ber*, uerrinum *O* uic] ūc *E Ber.*, ūo G^t, uiro claro *S* africae *om. N* parentis] *VO Ber* [2], parentes *brev. (praeter O)* filii] *VOC*, fili *N*, filiis *HPMLS Ber.(?)*, filios *G*, filia *E* 2 aut *om.* G^a omnino] omni *PMLS Ber.* [1] affectionis eius] affectioni istius *PMLS* nunc cupatine *L* continentur *E Ber.* [1] facta *NGE*^{b}*S*

sive clam sive palam id fuerit enisus, ⸢neque gladio neque ignibus neque ulla alia sollemni poena subiugetur, sed insutus culleo et inter eius ferales angustias conprehensus serpentum contuberniis misceatur et, ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare vel in amnem proiciatur, ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, ut ei caelum superstiti, terra mortuo auferatur. DAT. XVI KAL. DECEMB. LICINIO V ET CRISPO CAES. CONSS; ACC. PRID. ID. MART. KARTHAGINE CONSTANTINO A. V. ET LICINIO C. CONSS.

⸢poena parricidii punietur IVST.

INTERPRETATIO. Si quis patrem matrem, fratrem sororem, filium vel filiam aut alios propinquos occiderit, remoto omnium aliorum genere tormentorum, facto de coriis sacco, qui culleus nominatur, in quo cum missus fuerit, cum ipso etiam serpentes claudantur: et si mare vicinum non fuerit, in quolibet gurgite proiciatur, ut tali poena damnatus nullo tempore obtineat sepulturam.

V (exsecta ex Solms.). — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS Berol. [cf.* 9, 14, 2*]).* — IVST. 9, 17, 1.

1 id] ad *HE* enisus] inisus *HN*, inuisus *PMLS* gladium *ES* ullam aliam *N* 2 poena] poenam *E*, pompa *O* subiungetur *N*, subiungitur *Ber.* [1], subiugentur *E* sed] uel *Ber.*, *om. EC* insuatur *Ber.* culleo] *V et rel.*, colleo *HN* 3 feralis angustia *E* conpraehensus *V*, comprehensum *G* serpentium *O Iust.*, serpentem *NG* et ut] ut se *G* religionis *GEC*[a] 4 tul. uel] tuleritue *N* in amnem] amnem V^1 proiciantur *S* omni (omnia *NC Ber.*) elementorum (clement. *N*) usu (usui *S*)] usu.. clementorum ... *G* 5 ei] e *N* suprestiti *HS Ber.* [1], superstite *GE* offeratur *Ber.* [1] 5/7 dat. xui (xuii *Iust.* *[Hal.]*, xu *NG Ber.*, xi *V*) k. dec. (sept. *O*) [lic. u et cr. c. conss.] ([ ] *V solus, hic finiens*) acc. prid. (iii *PMS*, *om. O*) id. mart. (mai. *Ber.*) karth. *(om. G)* const. a. u *(om. GE)* et licinio c̄ (lic. c̄ *G*, c. lic. *C*, liiixano *Ber.*, lic. *reliqui*) *libri* 8 uel filiam] filiam *edd.* aut] uel *ECPMLS Ber.* aliquos *G* 9 occidit *PML* remotu. G^a, remotis G^b aliorum] malorum *G* generi G^a, generibus G^b, generum *S* culleus *GCPMS*, culluus *L*, colleus *H*, coleus *N* 10 nominatur] appellatur *PMLS* quo cum missus] quo commissus *ES*, quoquo missus *N* 11 gargite *H* 11/12 sepultura *EL*

XVI [= BREV. XIII]. DE MALEFICIS ET MATHEMATICIS ET CETERIS SIMILIBVS.

maleficiis *NGE*, malefici *ML* et *(om. HCPMLS)* math. (matamaticis *N*) et ceteris *(sic brev. Iust.*, his *V)* sim. *om. O.* — *Iust.* 9, 18.

[II, 16, 1 (319 Febr. 1 [Sept. . . . .]).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM. Nullus haruspex ⸢limen alterius accedat nec ob alteram causam, sed huiusmodi hominum quamvis vetus amicitia repellatur, concremando illo haruspice, qui ad domum alienam accesserit et illo, qui eum suasionibus vel praemiis evocaverit, post ademptionem bonorum in insulam detrudendo: ⸢superstitioni enim suae servire cupientes poterunt publice ritum proprium exercere⸣. Accusatorem autem huius criminis non delatorem esse, sed dignum magis praemio arbitramur. P(RO)P(OSITA) KAL. FEB. ROM(AE) CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS.

⸢nullus sacerdos, nullus eorum, qui huic ritui adsolent ministrare IVST. *(cf. 9, 16, 2)* ⸢ ⸣ *om.* IVST.

V (fuit in Solms.). — IVST. 9, 18, 3.

1 ad Maximum] *scilicet praefectum urbi* 1/2 aruspex *V* 3 sed] V^2 *Iust.*, se V^1 amicitia quamuis uetus *Iust.* 5/6 illo in insulam detrudendo post adempt. bonorum qui eum euocauerit suasionibus uel praemiis *Iust.* 6 adeptionem *V* 10 *in mense erratum est, cum Maximus inierit a. 319 k. Sept.*

VIIII, 16, 2 (319 Mai. 15).

IDEM A. AD POPVLVM. ⌜Haruspices et sacerdotes et eos, qui huic ritui adsolent ministrare⌝, ad privatam domum prohibemus accedere vel sub praetextu amicitiae limen alterius ingredi, poena contra eos proposita, si contempserint legem. Qui vero id vobis existimatis conducere, adite aras publicas adque delubra et consuetudinis vestrae celebrate sollemnia: nec enim prohibemus praeteritae usurpationis officia libera luce tractari. DAT. ID. MAI. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CONSS.

> ⌜**Nullus haruspex, nullus sacerdos, nullus eorum qui huic ritui adsolent ministrare⌝** *fin.* IVST. *(cf. 9, 16, 1)*

V. — IVST. 9, 18, 3. — *Scholia Vaticana:* similis superiori, sed hic addit dicens vel qui eis ministraverit: sed hoc inrisive dicit, ut tempta conducta publica secundum ritum pristinum sacrificare.

1 aruspices *V* 5 contemserint *V* extimatis *V*

VIIII, 16,3 [= BREV. VIIII, 13, 1] (321/4 [317–319] Mai. 23).

IDEM A. ET CAES. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Eorum est scientia punienda et severissimis merito legibus vindicanda, qui magicis adcincti artibus aut contra hominum moliti salutem aut pudicos ad libidinem deflexisse animos detegentur. Nullis vero criminationibus inplicanda sunt remedia humanis quaesita corporibus aut in agrestibus locis, ne maturis vindemiis metuerentur imbres aut ruentis grandinis lapidatione quaterentur, innocenter adhibita suffragia, quibus non cuiusque salus aut existimatio laederetur, sed quorum proficerent actus, ne divina munera et labores hominum sternerentur. DAT. X KAL. IVN. AQVIL(EIAE) CRISPO ET CONSTANTINO CAESS. CONSS.

INTERPRETATIO. Malefici vel incantatores vel inmissores tempestatum vel hi, qui per invocationem daemonum mentes hominum turbant, omni poenarum genere puniantur.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMLS Berol. [cf.* 9, 14, 2; *om. interpr.]).* — IVST. 9, 18, 4. — Cf. LEX VISIGOTH. (Chindasuindi) 6, 2, 3.

1 idem] imp. constantinus *brev.* et c̄ (consul *S*) *om. OL* p̄. ū] *VHPMS Ber. Iust. (L)*, p̅f̅u̅ *GC*, p̅p̅o̅ *L*, p̅p̅ *E Iust. (C)*, p̅m̅ *N* 1/2 eorum est sc. p. et s. merito (marito *G*) l. uindicanda (-dam *NE*, -dum *G*)] *VHNGOEC*, eorum licentiam (-tia *S*) puniendam (-da *S*) et seuerissimi *(sic S*, esse uerissimis *PML)* m. l. uindicandam *PMLS* 2 qui] quia *E* 2/3 hominum (mores *ins.* E^b) moliti (molliti *E*, molesti *G*) salutem] sal. h. mol. *Iust.* 3 pudicus *NG* ad libidinem] aut libidine *E* deflixisse *E*, defixisse *Ber. Pith. (inde Cui. 1586)*, defluxisse *G*, deflexis *PML* animos] animus *NG*, animo *PMLS*, *post* pudicos *Iust.* deteguntur *O*, detegitur *G*, detegantur E^b nullis uero] nullos uir a E^b 3/4 criminibus *H* 4 remedi V^1, remedio *C* humanis] VHG^vO, humanitatis (-tes *N*) NG^tECPML *Ber.*, humananitatis *S* 5 maturiis *M*, maturae *O* uindemiae *O* metuerentur (meterentur *NE Pith.*, mitterentur *Ber. Pith.*) *om. O* imbris *O* ruentis] *VO Iust. (C)*, ruente *Ber.* [2], uentis *Iust. (reliqui)*, rore ue *C*, rore ne *X*, rore•• *E*, rore *HNG* (*ante* lap.) *PMLS Ber.* [1] grandinis (gradinis *L*, grandinum *H*) lapidatione (-nis *H*)] l. gr. *G* quaterentur] quererentur *HGE*, qua parentur P^2 6 innocenter (innocentes *HGEC*) adhibita (addebita G^v) suffragia *post* 4 locis *Iust.* non] nunc *E* cuiusquam *GE*, cuiuscumque *PMLS* existimatio] *VHOEC*, exaestimatio *N*, aestimatio *GPMLS* ledderetur *V* 7 quorum] corum *L* proficerint *H*, profecerint *NE*, fecerint *O* laboris *S* sternerentur] exterminarentur *HE*, tererentur *L* 7/8 dat. x *(om. HO*, xi *N*)* k. iun. (iul. *E Pith.*) aquil̅ (aquilino *V*) crispo (crispino *PMS*) et constantino (constantio *VS*) c̅c̅ (cac̅s̅ *V*, ā *C*, *om. reliqui*); *intellegitur aut* Crispo II et Constantino II *(a. 321) aut* Crispo III et Constantino III *(a. 324). Bassus praefectus urbi fuit per a. 317—319* 9 uel inc.] inc. *H* emissores *E* hi] *G*, hii *NEC*, ii *H(?)*, *om. PMLS* 9/10 inuocatione *N*, inuocationes *H* 10 omne *E* poenarum] ferarum *S*

II, 16, 4 [= BREV. VIIII, 13, 2] (357 Ian. 25).

IMP. CONSTANTIVS A. AD POPVLVM. Nemo haruspicem consulat aut mathematicum, nemo hariolum. Augurum et vatum prava confessio conticescat. Chaldaei ac magi et ceteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliantur. Sileat omnibus perpetuo divinandi curiositas. Etenim supplicium capitis feret gladio ultore prostratus, quicumque iussis obsequium denegaverit. DAT. VIII KAL. FEB. MEDIOL(ANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque pro curiositate futurorum vel invocatorem daemonum vel divinos, quos hariolos appellant, vel haruspicem, qui auguria colligit, consuluerit, capite punietur.

V. — BREV. (*HNGO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 9, 18, 5. — Cf. LEX VISIGOTH. (Chindasuindi) 6, 2, 1.

1 imp. constantius ā] *V Iust.*, imp. constantius (-tinus *HNGM*) ā *(om. O)* et iulianus (-nos *E*, -num *L*) c̄ (clarissimi *H*, consul *S*, *om. L*) *brev.* nemo] ne *L* auspicem H^a, auruspicem *EC* 2 nemo] aut *N* hauriolum V^1, auriolum E^a augurum] aut augurum (-rem G^b) *G* et] aut *E* uatem G^b confessionis (-ons H^a) *H* conticiscat *GCPM* chaldei *V* chaldaei . . . 3 maleficos ob *om.* E^a 2 ac (aut *GE*) magi et (ac *C*)] magi hac *H* 3 ceteris *G* maleficos] m. appellamus *N* ob fac. magn.] facinorum magnitudine *G* nec] ne *O* hac *N* 4 sileat] sed sileat *GE* supplicio *NE* 5 feret] OC^b *Pith. Iust.*, fere EC^a*PML*, ferre *HNG*, ferat *S*, facit *V* ultare V^1 prostatus M^a, prostractus L^b iusso *G* obsequio *N* 5/6 dat. uiii (uii *GPM*) k. feb. (ian. *G*, sept. *Pith.*) med. *(om. G)* constantio (-tino *NGEPMS*) a. *(om. HO)* uiiii (uiii *Iust. [Hal.]*, *om. GO*) et iul. c (cc *E*, clariss̄ *H*, *om. OS*) ii *(sic V N*OCPMS, om. HNG Iust. [Hal.]) libri* 7 inuocatorum *G* demoniorum *C* 8 auruspices *H*, auruspicem *E* aguria *N* collegit *NE*, colligent *H* consolauerit *H* puniatur *H*, puniantur *N*

II, 16, 5 (357 Dec. [?] 4).

IDEM A. AD POPVLVM. POST ALIA: Multi magicis artibus ⌜ausi⌝ elementa turbare vitas insontium labefactare non dubitant et manibus accitis audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos. Hos, quoniam naturae peregrini sunt, feralis pestis absumat. DAT. PRID. NON. DECEMB. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

⌜usi⌝ IVST.

V. — IVST. 9, 18, 6.

1 idem ā] *V Iust. (CM)*, idem ā et c̄ *Iust. (LR)* 4 a. *om. V* ii *om. V.* — *A Mediolano cum Constantius abierit a. 357 Apr. 28, aut in mense erratum est aut restituendus consulatus a. 356*

II, 16, 6 (358 Iul. 5).

IDEM A. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Etsi excepta tormentis sunt corpora honoribus praeditorum, praeter illa videlicet crimina, quae legibus demonstrantur, etsi omnes magi, in quacumque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt, tamen quoniam qui in comitatu nostro sunt ipsam pulsant propemodum maiestatem, si quis magus vel magicis contaminibus adsuetus, qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur, aut haruspex aut hariolus aut certe augur vel etiam mathematicus aut narrandis somniis occultans artem aliquam divinandi aut certe aliquid horum simile exercens in comitatu meo vel Caesaris fuerit deprehensus, praesidio dignitatis cruciatus et tormenta non fugiat. Si convictus ad proprium facinus detegentibus repugnaverit pernegando, sit eculeo deditus ungulisque sulcantibus latera perferat poenas proprio dignas facinore. DAT. III NON. IVL. ARIMINI DATIANO ET CEREALE CONSS.

V. — IVST. 9, 18, 7.

1 idem a.] *V Iust. (M)*; idem a. et c. *Iust. (CRL)* 2/3 etsi omnes (*V*, homines *Iust.*) magi] magi etsi omnes *malim* 5 contramanibus *Iust. (C)*, certaminibus *Iust.* (R^a*M*) 6 etiam] *Iust.*, et *V* 9 ad *delendum* sit *om.* V^1 10 aeculeo *V* 11 iii] uii *Iust. (Hal.)*, uiii *Iust. (L)* non.] kal. *Iust. (Hal.)*

VIIII, 16, 7 [= BREV. VIIII, 13, 3] (364 Sept. 9).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SECVNDVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ne quis deinceps nocturnis temporibus aut nefarias preces aut magicos apparatus aut sacrificia funesta celebrare conetur. Detectum enim adque convictum conpetenti animadversione mactari perenni auctoritate censemus. DAT. V ID. SEPTEMB. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque nocturna sacrificia daemonum celebraverit vel incantationibus daemones invocaverit, capite puniatur.

V. — BREV. (*HNGO[om. int.]ECPMLS*). — Cf. LEX VISIGOTH. (Chindasuindi) 6, 7, 3. — *Ad hanc legem respicit Zosimus 4, 3, 2. 3:* (Valentinianus) *τὰς νυκτερινὰς ἐκώλυσε θυσίας ἐπιτελεῖσθαι, τοῖς μυστικῶς πραττομένοις ἐμποδὼν διὰ τοῦ τοιοῦδε νόμου γενέσθαι βουλόμενος· ἐπεὶ δὲ Πραιτεξτᾶτος ὁ τῆς Ἑλλάδος τὴν ἀνθύπατον ἔχων ἀρχὴν ... τοῦτον ἔφη τὸν νόμον ἀβίωτον τοῖς Ἕλλησι καταστήσειν τὸν βίον, εἰ μέλλοιεν κωλύεσθαι τὰ συνέχοντα τὸ ἀνθρώπειον γένος ἁγιώτατα μυστήρια κατὰ θέσμον ἐκτελεῖν, ἐπέτρεψεν ἀργοῦντος τοῦ νόμου πράττεσθαι πάντα κατὰ τὰ ἐξ ἀρχῆς πάτρια.*

1 aa *om. O* secundinum *E* ppo] *VHG*ᵃ, ppu *G*ᵇ, pu *PML Pith.*, publium *S*, pfu *C*, ppm *E*, propositum *N* 2 nocturni *N* preces] speties *S* apparatos *NE* 3 deiectum *C* enim] *brev., om. V* adque] aut *H* animaduertione *PM*, anima aduersione *N*, aduersione *G*ᵇ 4 mactare *V*, aptari *G*, macinam *E*ᵃ, machinam *E*ᵇ peerenni *V* censuimus *HG* 4/5 dat.u (*sic V et rel.*, ui *O*) id. sept. diuo iouiano (iuu. *G*ᵗ, datiano *PMS*) et uarroniano (uaroniano *C*, barruniano *N*, arboniano *Pith.*, iuliano ā *Pith.*, matroniano *G*, uarrone *PMS*) *libri* 6 celebrauerint *NG* 7 inuocauerint *NG* puniantur *NGE*ᵃ

VIIII, 16, 8 (370? 373? Dec. 12).

IDEM AA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cesset mathematicorum tractatus. Nam si qui publice aut privatim in die noctuque deprehensus fuerit in cohibito errore versari, capitali sententia feriatur uterque. Neque enim || culpa ⌜dissimilis⌝ est prohibita discere quam docere. DAT. PRID. ID. DECEMB. CONSTANTINOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

|| *inc.* IVST. | ⌜similis⌝ IVST.

V. — IVST. 9, 18, 8.

5 aa.] *Iust. (L Hal.), om. V.* — *Praefecturam cum per a. 365 et a. 368 alii administraverint, constitutio est aut a. 370 (ut 7, 13, 3) aut a. 373.*

VIIII, 16, 9 (371 Mai. 29).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD SENATVM. Haruspicinam ego nullum cum maleficiorum causis habere consortium iudico neque ipsam aut aliquam praeterea concessam a maioribus religionem genus esse arbitror criminis. Testes sunt leges a me in exordio imperii mei datae, quibus unicuique, quod animo inbibisset, colendi libera facultas tributa est. Nec haruspicinam reprehendimus, sed nocenter exerceri vetamus. DAT. IIII KAL. IVN. TREVIRIS GRATIANO A. II ET PROBO CONSS.

V

4 inuiuisset *V*, lubuisset *Pith.* 6 iiii] *scr.* xiiii *ad iunctam* triberos *V*

VIIII, 16, 10 (371 Dec. 6).

IDEM AAA. AD AMPELIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quia nonnulli ex ordine senatorio maleficiorum insimulatione adque invidia stringebantur, idcirco huiusmodi negotia urbanae praefecturae discutienda permisimus. Quod si quando huiusmodi inciderit quaestio, quae

iudicio memoratae sedis dirimi vel terminari posse non creditur, eos, quos negotii textus amplectitur, una cum gestis omnibus praesentibus adque praeteritis ad comitatum mansuetudinis nostrae sollemni observationi transmitti praecipimus. DAT. VIII ID. DEC. GR(ATI)-ANO A. II ET PROBO CONSS.

V

III, 16, 11 (389 Aug. 16).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBI). Quicumque maleficiorum labe pollutum audierit deprehenderit occupaverit, ilico ad publicum protrahat et iudiciorum oculis communis hostem salutis ostendat. Quod si quisquam ex agitatoribus ⌈ seu ex quolibet alio genere hominum contra hoc interdictum venire temptaverit aut clandestinis suppliciis etiam manifestum reum maleficae artis suppresserit, ultimum supplicium non evadat geminae suspicionis obnoxius, quod aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, severitati legum et debitae subtraxerit quaestioni aut proprium fortassis inimicum sub huius vindictae nomine consilio atrociore confecerit. DAT. XVII KAL. SEPT. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

⌈ id est aurigis IVST.

V. — IVST. 9, 18, 9.

1 pu] pp *Iust.* 6 maleficae] *Iust. (reliqui)*, maleficiae *V Iust. (C)* suppresserit] *V*, oppresserit *Iust.* suspicionis] *V Iust.*, suspiciosi *edd.* 8 huius] *V*, huiusmodi *Iust.* 9 xuii] *V*, xui *Iust. (L)*, xu *Iust. (Hal.)* sept.] *V*, dec. *Iust. (L Hal.)*

III, 16, 12 (409 Febr. 1).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. CAECILIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Mathematicos, nisi parati sint codicibus erroris proprii sub oculis episcoporum incendio concrematis catholicae religionis cultui fidem tradere numquam ad errorem praeteritum redituri, non solum urbe Roma, sed etiam omnibus civitatibus pelli decernimus. Quod si hoc non fecerint et contra clementiae nostrae salubre constitutum in civitatibus fuerint ⌜deprehensi⌝ vel secreta erroris sui et professionis insinuaverint, deportationis poenam excipiant. DAT. KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

IVST. ⌜comprehensi⌝

V. — IVST. 1, 4, 10.

2 nisi] si non *Iust.* 4 quod] qui *Iust.* 5 fecerit *V*[1] 6 depraehensi *V*

XVII. DE SEPVLCHRI VIOLATI.

de sepulchri violati] *V*, de sepulchris violatis *V (rec.) edd.* — *Iust.* 9, 19 de sepulchro violato.

III, 17, 1 (340 Iun. 25).

IMP. CONSTANTIVS A. AD TITIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si ⌜quis⌝ in demoliendis sepulchris fuerit adprehensus, si id sine domini conscientia faciat, metallo ⌜adiudicetur⌝; si vero domini auctoritate vel iussione urgetur, relegatione plectatur. Et si forte detractum aliquid de sepulchris ad domum eius villamque pervectum ⌜post hanc legem⌝ repperietur, villa sive domus aut aedificium quodcumque erit fisci viribus vindicetur. DAT. VII KAL. IVL. MED(IOLANO) ACINDYNO ET PROCVLO CONSS.

IVST. ⌜seruus⌝ ⌜addicetur⌝ ⌜ ⌝ *om.*

V (fuit in Solms.). — IVST. 9, 19, 2.

1 titianum] *Iust. (reliqui)*, tatianum *V Iust. (C)* 2 scientia *Iust.* 4 plectetur *Iust.* detractatum *V*[1] 5 prouectum *Iust.* 7 aquindino *V*

VIIII, 17, 2 (349 Mart. 28).

IDEM A. AD LIMENIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Factum solitum sanguine vindicari multae inflictione corrigimus atque ita supplicium statuimus in futurum, ut nec ille absit a poena, qui ante commisit. Universi itaque, qui de monumentis columnas vel marmora abstulerunt vel coquendae calcis gratia lapides deiecerunt, ex consulatu scilicet Dalmatii et Zenofili, singulas libras auri per singula sepulchra fisci rationibus inferant investigati per prudentiae tuae iudicium. Eadem etiam poena, qui dissiparunt vel ornatum minuerunt, teneantur et qui posita in agris suis monumenta calcis coctoribus vendiderunt una cum his, qui ausi sunt comparare — quidquid enim attingi nefas est, non sine piaculo comparatur — sed ita, ut ab utroque una libra postuletur. Sed si ex praecepto iudicum monumenta deiecta sunt, ne sub specie publicae fabricationis poena vitetur, eosdem iudices iubemus hanc multam agnoscere; nam ex vectigalibus vel aliis titulis aedificare debuerunt. Quod si aliquis multam metuens sepulchri ruinas terrae congestione celaverit et non intra statutum ab excellentia tua tempus confessus sit, ab alio proditus duas auri libras cogatur inferre. Qui vero libellis datis a pontificibus impetrarunt, ut reparationis gratia labentia sepulchra deponerent, si vera docuerunt, ab inlatione multae separentur: at si in usum alium depositis abusi sunt, teneantur poena praescribta.
1 Hoc in posterum observando, ut in provinciis locorum iudices, in urbe Roma cum pontificibus tua celsitudo inspiciat, si per sarturas succurrendum sit alicui monumento, ut ita demum data licentia tempus etiam consummando operi statuatur.
2 Quod || si aliquis contra sanctionem clementiae nostrae sepulchrum laesurus attigerit, XX libras auri largitionibus nostris cogatur inferre. Locorum autem iudices si haec observare neglexerint, non minus nota quam statuta in sepulchrorum violatores poena grassetur. DAT. V KAL. APRIL. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

IVST.
|| Si quis sepulchrum laesurus attigerit, locorum iudices si hoc vindicare neglexerint, non minus nota quam viginti librarum auri in sepulchrorum violatores statuta poena grassetur, ut eam largitionibus nostris inferre cogantur.

V. — IVST. 9, 19, 3. — *Scholia Vaticana ad v. 14:* libellis episcopo datis.

1 sanguinem V^1 9 ex] *Gothofredus*, et *V* 12 multam] multa *V* (*corr. m. rec.*) 16 at] $V^{rec.}$, aut *V*

VIIII, 17, 3 (356 . . . .).

IDEM A. ET IVLIANVS CAES. AD ORFITVM. Quosdam comperimus lucri nimium cupidos sepulchra subvertere et substantiam fabricandi ad proprias aedes transferre. Ii detecto scelere animadversionem priscis legibus definitam subire debebunt. P(RO)P(OSITA) IN FORO TRAIANI CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. CONSS.

V. — *Scholia Vaticana:* plus hic fieri iussit, ut non multam, sed poenam animae patiantur.

1 orfitum] *praefectum urbi* 2 hii *V*

VIIII, 17, 4 (357 [356] Iun. 13).

IDEM A. AD POPVLVM. Qui ˹aedificia manium˺ violant, domus ut ita dixerim defunctorum, geminum videntur facinus perpetrare, nam et sepultos spoliant destruendo et vivos polluunt fabricando. Si quis igitur de sepulchro abstulerit saxa vel marmora vel columnas aliamve quamcumque materiam ˹fabricae˺ gratia sive id fecerit venditurus, decem pondo auri cogatur inferre fisco: sive quis propria sepulchra defendens hanc in iudicium querellam detulerit sive quicumque alius accusaverit vel officium nuntiaverit.

IVST.
˹sepulchra˺
˹fabricandi˺

4 sepulcho V^a 6 fisco inferre *Iust.*

Quae poena priscae severitati accedit, nihil enim derogatum est illi supplicio, quod sepulchra violantibus videtur inpositum. Huic autem poenae subiacebunt et qui corpora sepulta aut reliquias contrectaverint. DAT. ID. IVN. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

V. — IVST. 9, 19, 4.

1 accedit] *Iust.*, accidit *V* 3 iun.] nou. *Iust.* (*Vindob. Hal.*) constantino *V* uiiii] uiii *Iust.* (*L Hal.*) 4 ii *om. Iust.* (*L Hal.*). — *A* | *Mediolano cum Constantius abierit a. 357 Apr. 28, aut in mense erratum est aut restituendus consulatus a. 356*

, 17, 5 (363 Febr. 12).

IMP. IVLIANVS A. AD POPVLVM. Pergit audacia ad busta diem functorum et aggeres consecratos, cum et lapidem hinc movere et terram sollicitare et cespitem vellere proximum sacrilegio maiores semper habuerint. Sed et ornamenta quidam tricliniis aut porticibus auferunt de sepulchris. Quibus primis consulentes, ne in piaculum incidant contaminata religione bustorum, hoc fieri prohibemus poena ˹manium vindice˺ cohibentes. ||

˹sacrilegii˺ IVST.
|| *fin.* IVST.

1 Secundum illud est, quod efferri cognovimus cadavera mortuorum per confertam populi frequentiam et per maximam insistentium densitatem; quod quidem oculos hominum infaustis incestat aspectibus. Qui enim dies est bene auspicatus a funere aut quomodo ad deos et templa venietur? Ideoque quoniam et dolor in exsequiis secretum amat et diem functis nihil interest, utrum per noctes an per dies efferantur, liberari convenit populi totius aspectus, ut dolor esse in funeribus, non pompa exsequiarum nec ostentatio videatur. DAT. PRID. ID. FEB. ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

V. — IVST. 9, 19, 5. — *Graece inde a* 6 secundum *inter opera Iuliani ep. 77 (ed. Hertlein vol. 2 p. 601 v. 15 sq.; cf. Hermae vol. 8 p. 172).*

2 et terram] *Iust.*, terram V sollicitare] *V*, euertere *Iust.* (*Lat.*) proximam *V* 3 habuerunt *Iust.* et] *Iust.* (*C et Graeci*), *om. V Iust.* (*RM*) quidam] *V cum Iust.* (*Graec.*), | quaedam *Iust.* (*Lat.*) 4 auferri *Iust.* 5 bustorum] *V cum Iust.* (*Graec.*: τῶν τάφων), defunctorum *Iust.* (*Lat.*) 6 eferri *V* 9 quomodo] *expectes* quomodo inde

---

II, 17, 6 (381 Iul. 30).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. PANCRATIO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnia quae supra terram urnis clausa vel sarcofagis corpora detinentur, extra urbem delata ponantur, ut et humanitatis instar exhibeant et relinquant incolarum domicilio sanctitatem. Quisquis autem huius praecepti neglegens fuerit adque aliquid tale ab huius interminatione praecepti ausus fuerit moliri, tertia in futurum patrimonii parte multetur. Officium quoque, quod tibi paret, quinquaginta librarum auri affectum despoliatione maerebit. Ac ne alicuius fallax et arguta sollertia ab huius se praecepti intentione subducat || atque apostolorum vel martyrum sedem humandis corporibus aestimet esse concessam, || ab his quoque, ita ut a reliquo civitatis, noverint se atque intellegant esse submotos. DAT. III KAL. AVG. HERACL(EAE) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

IVST.
|| Nemo apostolorum vel martyrum sedem humandis corporibus existimet esse concessam *fin.*

V. — IVST. 1, 2, 2.

6 tibi] sibi *V rec.* 6/7 dispoliatione *V* 7 maerebit] *Gothofredus*, maerebitur *V* 9 humanis *Iust.* (*Lat.*) aestimet] *V Iust.* (*RM*), existimet *Iust.* (*C*) 11 iii] *Iust. cum iunctis*, iiii *V*

VIIII, 17, 7 (386 Febr. 26).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Humatum corpus nemo ad alterum locum transferat; ‖ nemo martyrem distrahat, nemo mercetur. Habeant vero in potestate, si quolibet in loco sanctorum est aliquis conditus, pro eius veneratione quod martyrium vocandum sit addant quod voluerint fabricarum. DAT. IIII KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) HONORIO N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

IVST. 1, 2, 3	IVST. 3, 44, 14
‖ Nemo martyres distrahat, nemo mercetur *fin.*	‖ Nemo humanum corpus ad alterum locum sine Augusti adfatibus transferat *fin.*

V. — IVST. 1, 2, 3. 3, 44, 14.

4 habeat *V* 7 iiii] *V*, iii *Iust. (utroque loco)*

XVIII [= BREV. XIIII]. AD LEGEM FABIAM.

Iust. 9, 20. — ad legem (lege *L*) fabiam (fauiam *E*, fabia *L*) *om. O* *add.* hoc est (de his *O*) qui filios inuolant alienos *HNGOECPMLS*

VIIII, 18, 1 [= BREV. VIIII, 14, 1] (315 Aug. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD DOMITIVM CELSVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Plagiarii, qui viventium filiorum miserandas infligunt parentibus orbitates, metalli poena cum ceteris ante cognitis suppliciis tenebantur. Si quis tamen eiusmodi reus fuerit oblatus, posteaquam super crimine patuerit, servus quidem vel libertate donatus bestiis ⸢primo quoque munere⸣ obiciatur, ⸢liber autem sub hac forma in ludum detur gladiatorium, ut, antequam aliquid faciat, quo se defendere possit, gladio consumatur⸣. Eos autem, qui pro hoc crimine iam in metallum dati sunt, numquam revocari praecipimus. DAT. KAL. AVG. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

> ⸢pr. q. munere⸣ *om.* IVST.
> ⸢ingenuus autem gladio consumatur⸣ *fin.* IVST.

INTERPRETATIO. Hi, qui filios alienos furto abstulerint et ubicumque transduxerint, sive ingenuus sive servus sit, morte puniatur.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — COLLAT. 14 fin. (?). — IVST. 9, 20, 16. — BVRG. R. 4, 1.

1 impp. constantinus et constans aug. *G* domitium] domicianum (et *ins. G*) *GE* celsum *om. L* uic̄ (uc̄ *HG*) afr.] coss. *L* 2 infigunt *N* orbitatis *NEL* 2/3 cum c. ante (antem *L*) c. suppliciis *om. O* 3 tenebantur] *VH(?)NE*, teneantur *OGCPMLS Iust.* tamen] autem *G* huiusmodi *G* obligatus *H* posteaquam] postea *S* 4 crimina *E* patuerit] patuerint *E*, aparuit *G*[v] seruis *E*[a] uel *om. G* 4/5 libertatem *E* 5 primum *N* munere] pro munere *E*[b] 6 super hanc formam *(om. G*[a]*) G* 7 gladiatorum *PML*, gradiatorium *S* aliquid] aliud *PMLS* faciat *post* 8 possit *O* 8 quo] quod *HGE* iam] aetiam *H* 9 metallo *G* reuolare *N* praecepimus *NL* 9/10 dat. k. aug. const. ā *(om. G)* iiii et lic. iiii (iii *O*, *om. PMS Iust. [Hal.]*) *libri.* — *Vide ad 1, 22, 1* 11 hii *HNECL* furtim *G* 12 ingenuus siue seruus sit] i. sit seu seruus *G*, ingenui siue serui sint *edd.* punietur *C*, moriatur *H*, puniantur *edd.*

XVIIII [= BREV. XV]. AD LEGEM CORNELIAM DE FALSO.

Rubr. Burg. 32, 2. — ad legem corneliam] de lege cornelia *G*, *om. O* falso] falsariis *Burg.*, falsis *Iust.* — *Iust.* 9, 22.

I, 19, 1 [= BREV. VIIII, 15, 1] (316 Ian. 30).

IMP. CONSTANTINVS A. MECILIO HILARIANO CORRECTORI LVCANIAE ET BRITTIORVM. Si quis decurio testamentum vel codicillos aut aliquam deficientis scribserit voluntatem vel conscribendis publicis privatisque instrumentis praebuerit officium, si falsi quaestio moveatur, decurionatus honore seposito quaestioni, si ita poposcerit causa, subdatur. Sed non statim desinit esse decurio, qui in huiusmodi facto fuerit deprehensus. Quantum enim ad municipales pertinet necessitates, decurio permanet, quantum ad rem gestam et veri-
1 tatem reserandam, uti decurionatus honore non poterit. Nec vero is, qui ante fuerit tabellio, ad eludendam quaestionem super his, quae ante conscribsit, factus decurio defendi hac poterit dignitate, quoniam scribturae veritas, si res poposcerit, per ipsum debet probari auctorem. DAT. III KAL. FEB., ACC. KAL. AVG. SABINO ET RVFINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis curialis voluntatem morientis aut quodlibet publicum documentum scripserit et de falsitate accusatur, seposita primitus dignitate, si necesse fuerit, subdatur examini: qui si convincitur, a curia non expellitur, sed curiae dignitate privabitur, id est ut honoratus esse non possit. Tabellio vero, qui admanuensis nunc dicitur, etiamsi ad curiae pervenerit dignitatem, si de falsitate accusatus fuerit aut convictus, subdatur examini, ut per ipsum, per quem confecta est, scripturae veritas adprobetur.

V. — BREV. *(H[deficit 9 in* dignitate*]N)[deficit* 8 conscripsit*]GO[om. int.]EXCPMLS).* — IVST. 9, 22, 21.

1 mecilio] *O cum titulo Africano C. I. L. VIII, 1179*, mechilio *VHC*, micilio *N*, michilio *G*, necilio *PMS*, militio *E*, *om. L* chilariano *L*, helariano *E* correctore *V* lucaniae (luū *E*, locariae *N*, luciae *S*) et brittiorum (brittorum *N*, britiorum *CPMS*, brittoni *E*)] coss̄ *L* 2 quodicillos *L* deficientes *NL*, deficienti *H* 2/3 inscribendis *N*, conscribentis *E* 3 praebuerit] que *(del. E*[b]*)* prebuerint *E* 4 deposito *G*, posito *L* quaestioni (-nis *H*, -ne *G*[t]) si *(om. E*[a]*)*] questionis *C*[a] subducatur *G*[t] 5 desinet *OPMLS* factum *E* deprehensus *om. Iust.* quandum *N*, et quantum *G* 6 municipiales *O* pertinet] *post* necessitates *O* necessitates] dignitates *G*[t]*E*[t] permanet et *H*, permaneat *OPMLS*, permaneat et *GEC* gestam *om. H* 6/7 et ueritatem] meruit ueritatem (-te *G*[b]) *G* 7 reserandam] *NPMLS Iust. (Paris. 4517)*, reseruandam (-da *G*[b]) *HGOEC Iust. (CR)*, seruandam *V* uti] ut id *C*, ut *(sequentia deficiunt) X*, uti id est *H* nec] ne *L* qui *bis C* 7/8 fuerit tabellio (abellio *N*) ad eludendam (erudendam *N*) q. s. h. q. ante *om. G*[a] 8 conscripserit *OE* factus] facultas *G* 9 hanc p. dignitatem *G* quoniam] quod *L*, quae non *S* res repoposcerit *G* 10 dat. iii (iiii *O*) k. feb. acc. k. (febr. *ins. PM*) aug. (mai. *Pith.*, septemb. *Pith.*, acc. k. aug. *om. GO*) sabino (sauino *O*) et rufino *libri* 11 quolibet *LS* 12 de *om. M*[a] reposita *G* 13 expelletur *S edd.* curia *L* 14 admanuensis nunc] *sic libri nostri*, uel cancellarius *add. epitome Aegidiana et edd.* (*Pith. adnotat:* est in uno) etiamsi] etsi *G* 15 falsitate] facultate *G* fuerit *om. L* aut *om. E*[a] 16 comprobetur *G*

I, 19, 2 (326 [320] Mart. 25).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Cum in praeterito is mos in iudiciis servaretur, ut prolatis instrumentis, si ea falsa quis diceret, a sententia iudex civilis controversiae temperaret eoque contingeret, ut imminens accusatio nullis clausa temporibus petitorem possessoremve deluderet, commodum duximus, ut, etsi alteruter litigantium falsi strepitum intulisset, petitori tamen possessorive momentum prolatorum instrumentorum conferret auctoritas, ut tunc civili iurgio terminato secunda falsi actio sub-

---

5/6 strumentorum *V*

1 deretur. Volumus itaque, ut primum cesset inscribtio. Sed || ubi falsi examen inciderit, tunc ⌜ad morem pristinum quaestione civili per sententiam terminata⌝ acerrima fiat indago argumentis testibus scribturarum conlatione aliisque vestigiis veritatis. Nec accusatori tantum quaestio incumbat nec probationis ei tota necessitas indicatur, sed inter utramque personam sit iudex medius nec ulla quae sentiat interlocutione divulget, sed tamquam ad imitationem relationis, quae solum audiendi mandat officium, praebeat notionem,
2 postrema sententia quid sibi liqueat proditurus. Ultimum autem finem strepitus criminalis, quem litigantem disceptantemque fas non sit excedere, ⌜anni⌝ spatio limitamus, cuius exordium testatae aput iudicem coupetentem actionis nascetur ⌜auspicium:⌝ capitali post probationem supplicio, si id exigat magnitudo commissi, vel deportatione ei qui falsum commiserit imminente. P(RO)P(OSITA) VIII KAL. APRIL. IN FORO TRAIANI CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⌜ad .. terminata⌝ *om.*
⌜compendioso⌝
⌜auspicio⌝

V. — IVST. 9, 22, 22.

6 indigatur V^1 7 quae (que *V*) sentiat *post* 8 diuulget *Iust.* 11 quem . . . 12 excedere *post* limitamus *Iust.* 13/14 nascetur auspiciis testatae actionis apud iudicem competentem *Iust.* 16/17 constantino a. ui et constantino c̄ *Iust. (Hal.)* *propter praefectum videtur scr. esse* Constantio A. VI et Constantino *(a. 320)*

VIIII, 19, 3 (367 Iun. [?] 9).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD FESTVM P(RO)C(ONSVLEM) AFRIC(AE). Serenitas nostra prospexit inde caelestium litterarum coepisse imitationem, quod his apicibus tuae gravitatis officium consultationes relationesque complectitur, quibus scrinia nostrae perennitatis utuntur. Quam ob rem istius sanctionis auctoritate praecipimus, ut posthac magistra falsorum consuetudo tollatur et communibus litteris universa mandentur, quae vel de provincia fuerint scribenda vel a iudice, ut nemo stili huius exemplum aut privatim sumat aut publice. DAT. V ID. IVN. TREV(IRIS) LVPICINO ET IOVINO CONSS.

V

1 *aut* p̄c *aut* p̄u *V* 7 *in mense erratum est, nam ad Aug. 28 Valentinianus remansit Ambianis*

VIIII, 19, 4 [= BREV. VIIII, 15, 2] (376 Apr. 16).

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VALENTINIANVS AAA. AD MAXIMINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Damus ⌜copiam iurgantibus⌝, si aput iudicem proferatur scribtura, de qua oritur aliqua disputatio, ⌜spatium ut habeat qui perurgeat profitendi⌝, utrum de falso criminaliter ⌜an de scribturae
1 fide statuat civiliter experiri⌝. Quod si expetens vindictam falsi crimen intenderit, ⌜erit in arbitrio iudicantis, an eum sinat etiam sine inscribtione certare. Iudicis enim potestati com-

IVST.
⌜licentiam litigantibus⌝
⌜spatium . . . profitendi⌝ *om.*
⌜statuat qui dubitet de instrumenti fide experiri an civiliter⌝
⌜erit . . . 469, 9 austeritas⌝] tunc quaestione civili per sententiam terminata criminis fiat indago

1 ualens] ualent̄ *GEC* et *om. L* ualent̄] ualens *GEC* 2 āāā *om. O* maximinum] *V recte,* maximum *brev. Iust.* pfu *GC*, p̄u *Pith.*, pp̄m *E* 3 iugantibus V^1 4 aliqua] alia *G*, *post* qua *E* 5 ut *om. G* perurget *O*, perurgebat *G*, perurguat *S* 6 criminanter *PMS* 7 fidem *PML* ciuiliter] deuilitate G^t si *om. G* 8 criminis *G* intenderet *L* erit *om. C* 9 iudicancantis L^a etiam *om. O* 10 scriptione *LS* certari *GC* iudices *E*

mitti oportet, ut de eo qui obiecta non probaverit sumat propositum antiquo iure supplicium. Rationi quoque huiusmodi plenissime suffragatur antiquitas, quae nequissimos homines et argui voluit et coherceri legibus variis, Cornelia de veneficiis sicariis parricidiis, Iulia de adulteris ambitusve criminibus ceterisve ita promulgatis, ut possit etiam sine inscribtione cognosci, poena tamen accusatorem etiam sine sollemnibus occuparet. De qua re et divus Antoninus rescribsisse docetur, id in iudicis potestate constituens, quod nosmet in legibus iusseramus. Removebitur itaque istius lenitate rescribti praecepti superioris austeritas,˺ ut, si quis ˹deinceps˺ tabulas testamenti chirografa testationesque nec non etiam rationes privatas vel publicas, pacta et epistulas vel ultimas voluntates, donationes venditiones vel si quid prolatum aliud ˹insimulare˺ conabitur, habeat ˹praetermissis sollemnibus˺ accusandi facultatem, ˹pro iudicis motu
2 sententiam relaturus˺. Civilis autem inquisitionis inter utrasque confligentium partes ˹aequali motu ingruit et recurrit humanitas, cum is˺ qui praeerit quaestioni intentiones ⌈ falsas ˹aut˺ convicta crimina ⌈ ex legibus poenis competentibus possit ulcisci. P(RO)P(OSITA) ROMAE XVI KAL. MAI. VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSS.

IVST.
˹om.˺

˹instituere˺
˹pr. soll.˺ *om.*
˹pro .. rel.˺ *om.*

˹aequali . . . is˺] lenior examinatio procedat, cum iudex
⌈ actoris
˹et˺ | ⌈ reorum

INTERPRETATIO. De falso potest et criminaliter et civiliter agi. Civiliter, cum aliquis in quibuslibet scripturis non falsi crimen obiecerit, sed veritatem scripturae quaerere velle se dicit. Nam si ad iudicem venerit accusator et falsi crimen intenderit, iudex tribuat accusatori spatium, ut deliberet, utrum criminaliter agere an civiliter velit. Qui si reversus ad iudicem in obiecto falsitatis crimine perseveret, in potestate iudicis erit, utrum inscriptionem celebrari velit an obiectum crimen sine inscriptione discutere. Quod cum iudex de obiectione falsitatis audierit, seu inscriptione habita seu omissa aut in accusatum, si falsitas adprobatur, aut in accusatorem, si falsa obiecerit, proferatur ex lege sententia.

VT [incipit 469, 15 pro iudicis*]*. — BREV. *(GOECPMLS)*. — IVST. 9, 22, 23. — BVRG. R. 32, 1.

1 summa *G* proposito G^{b} 1/2 supplicio *G* 2 ratione *EC* 3 argui] *O*, acui *VEPMLS*, accui *G*, *om. in sp. vac. C* uoluet *V* uariis *om. L* ueneficis C^{b}*PMLS* *recte puto* parricidis *requiritur* 4 adulteris] *VC*, adulteriis *EGPMLS*: *malim* adulterii ambitusue] *VOC*, ambitus se *E*, ambitus uel *PMLS*, ambitus *G* ceterisue] *VC*, ceteris uel *G*, et ceteris *PMLS* possint *G* 5 inscribtione (scriptione *PMLS*) . . . sollemnibus *om.* G^{a} agnosci *E* poena tamen] quae poena *O* occupare *G*P^{a}*ML*, accupari *S* 6 et etiam *G*, *om. CL* autonius *VGE* iudiciis *G*, iudices *E* potestatem *G* 7/8 remouetur *GO*, remouedi *(?)* E^{a} 8 istius leb**ate*(?)* E^{v}, ob istius lenitatem *G* rescriptio G^{a}*E* praeceptio *S* 10 testamenta *O* testationisque *C* 11 uel publicas] publicasque *O* pacti *S* 13 uenditiones] uenditionesue (uindictionesue *E*) uel *ECPML*, uinditionis suae uel *S*, quo uel (*om.* uenditiones) *G* probatum *PML* 15 motum *L*, motus T^{a}*E*, mot *(sic)* T^{b} 16 ciuilis] *T*E^{a}*C*, ciuiles *V*E^{b}*GPMLS*, ciuili *O* 16/17 inquisitionis] *C Iust.*, inquisitiones *VTGEPMLS*, inquisitione *O* 17 utrasque] uerasque *PML* 17/18 confl. partes (p. c. *Iust.*) aeq. motu (metu E^{a}) ingr.] partes ingr. confl. aeq. motu *G* 18 et *om. E* recurret *PM* 19 his *VT* praeterit T^{a} *(vel T)* E^{v} 20 conuicta] (cumuincta *L*) *VT brev. Iust.*, conficta *Haenelius* poenis] poenisque *T* 21 poscit *GS* 21/22 $\overline{\text{pp}}$ (dat. *N**) rom. (*post* mai. *Iust. [Hal.]*, *post* aa. *N**) xui (xu *N*G*) k. mai. ual. u *(om.* C^{a}*)* et *(om. G)* ual. (ual. ii *T*, *om. G*) aa. *(om. E) libri* 23 et *(om. PM)* cr. et ciu.] et ciu. et cr. *O* ciuiliter *om. O* in *om. edd.* 24 falso *GE* crimine *E* dicet *PML* 25 si] et si *GEC* ad] a *E* et] et si *GE*, ex *PML* 26 iudicem] inuicem *G* 27 obiectu *C*, obiecti *PMLS* cr. fals. *O* perseuerit *L*, perseucrauerit *G* potestatem *G* inscriptione *PMLS* celebrare *OPMLS* uelit *om. S* 28 obiectum] nqn obiectum *S* inscriptione] scriptione *S* iudex . . . 30 sententia] iudex uel sine uel cum scriptura audierit in accusatum uel accusatorem proferet sententiam competentem *O* de obiectione] obiectionem *G* 29 accusatione *G* si] sua *S* approbatur a. in a. si falsa *om.* E^{a} accusatore *PML*, accusatores *S* 30 falsa] *C*, falsum *PMLS*, falsitas *G* ex] *GC*, *de PMLS*

XX [= BREV. XVI]. VICTVM CIVILITER AGERE CRIMINALITER POSSE.

uictum c. agere (arege G^{a}) criminaliter (et cr. *edd.*) posse] item de eadem re *O*. — *Iust* 9, 31 quando civilis actio criminali praeiudicet et an utraque ab eodem exerceri potest

VIIII, 20, 1 [= BREV. VIIII, 16, 1] (378 Ian. 12).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD ANTONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. A plerisque prudentium generaliter definitum est, quotiens de re familiari et civilis et criminalis competit actio, utraque licere experiri, ⌈ nec, si civiliter fuerit actum, criminalem posse consumi ⌈. Sic denique et per vim possessione deiectus, si de ea recuperanda interdicto unde vi erit usus, non prohibetur tamen etiam lege Iulia de vi publico iudicio instituere accusationem; et suppresso testamento cum ex interdicto de tabulis exhibendis fuerit actum, nihilo minus ex lege Cornelia testamentaria poterit crimen inferri; et cum libertus se dicit ingenuum, tam de operis civiliter quam etiam lege Visellia criminaliter poterit perurgueri. Quo in genere habetur furti actio et legis Fabiae constitutum. Et ⌐cum una excepta sit causa de moribus, sescenta⌐ alia sunt, quae enumerari non possunt, ut, cum altera prius actio intentata sit, per alteram quae supererit iudicatum liceat retractari. Qua iuris definitione non ambigitur etiam falsi crimen, de quo civiliter iam actum est, criminaliter esse repetendum. DAT. PRID. ID. IAN. TREV(IRIS) VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

IVST.
⌈ sive prius criminalis sive civilis actio moveatur ⌈ et similiter e contrario

IVST.
⌐plurima⌐

INTERPRETATIO. Sunt causae permixtae civiles pariter et criminales, et possunt hae causae ita dividi, ut prius civiles, deinde criminales agantur, si voluerit accusator: ita ut, si quis de re sua fuerit violenter expulsus, et rem ablatam civili primitus maluerit actione repetere, momentum sibi restitui petat, et si de eius proprietate is qui expulsus est civiliter fuerit superatus, criminali postmodum actione servata recepto primitus momento potest postmodum inpetere violentum. De testamento etiam, si quis commendatum a testatore testamentum in fraudem

---

1 ualens (ualentinianus *G*) grat. et ualentin. (ualens *G*) *VGECPM*, ualest et uales et graus *L*, grat ualent *O*, grat ualanus et theod *T* 1/2 ppo] pfu *GC*, ppm *E* 2 prelisque G^{a}, pluris E^{v} generaliter . . . . 3 actio utraque] [g]enera utraque *(med. om.) T* 3 ciuili et criminali *PMLS* accitio *L* utrasque *G* licite G^{t} 4 nec si] nei si L^{a}, ne sisi L^{b}, nec sic *E* actum] accusatum GE^{v} 4/5 criminale *V*, criminaliter $G^{v}E$ 5 sic *om. O* per uim] operum G^{t} 6 possessionem *E* recipienda *PMLS* 6/7 interdictum *E*, interdictio *G* 7 ui erit] fuerit *PMLS* perhibebitur *C* 8 legem iuliam *G* iudicio] iudicio ius *G* instruere $G^{a}E^{t}$ accusatione *L*, actionem *O* 9 interdictio M^{a}, terdicto G^{a} de *om.* G^{a} exibendis *T*, exhibendi *L* cornelia] iulia G^{v} 10 testamentarium *O* inferre $L^{a}S$ *Iust. (praeter N)* opere *O*, operibus *G* 11 lege (de lege *C*) uisellia] lege bisellia *T*, lege uissellia G^{v}, lege iusellia *C*, legibus illi a *E*, lege uis ac G^{t} criminanter *PMLS* perurgueri] purgare G^{a} quod *G* 12 actio] ac *P* et] ex *PML* una] ea *PMS*, et *L* 13 excepta sit] exceptasset *S* minoribus G^{t} sescenta] *sic TV*, sexaginta *G*, suis certa *E* numerari *OPMS Iust.*, numerare *L*, denumerari *G* 14 ut] et *GEC* prior *GE* intentata] $V^{2}O$, intemtata V^{1}, intenta *GEC*, intestata *PMS*, intesta *L* 15 retractare *E* qua] quia *GO*, quae *E* ambitur *G* etiam *om. T* 16 iam *om. O* repetendam G^{a}, reputatum *E* 16/17 dat. prid. *(om. PMS)* id. (k. *EFPMS Iust. [Hal.]*) ian. treu. (triu. *TCP*, treberis *M*, tiberis *S*, triurum *N**) ual. ui (uii *O*, u *T Iuvt. [Hal.]*) et ual. ii *(om. GO)* aa. *libri* 18 et cr.] ac cr. *PMLS* et *om. G* possunt (post sunt *S*) . . . 19 criminales *om.* G^{a} hae (haec *ELS*) causae *om. O* 19 ciuilis *O* criminales agantur] *GCS*, criminalis agatur *OPML* si] sic *L* 20 fuerit *om. G* primitus] prius *O* 23 fraude *CPMLS*

heredis fortasse subpresserit, et id heres scriptus iudicio restitui petit, testamento per iudicium momenti beneficio restituto potest postmodum de subpresso testamento criminalem proponere actionem. Et reliquis similibus causis similis actio tribuetur.

VT. — BREV. *(GOEFCPMLS).* — IVST. 9, 31, 1.

1 heredes *GE* suppresserint *GE* et id (si *E*) . . . 2 restituto] eo heredi per iudicium momenti restituto *O* iudicio] in i. *E* petet *PML* testamentum *G* 2 restitutum *GE* potest] p. etiam *C* 2/3 criminalis proponi actio *O* 3 et reliquis (actionibus uel *ins. G*) s. c. s. a. tribuetur (tribuatur *G*)] sic et de reliquis *O*

XXI [= BREV. XVII]. DE FALSA MONETA.

Iust. 9, 24.

, 21, 1 (319 Mart. 18).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VERINVM. Quicumque adulterina fecerit numismata, poenam pro discretione sexus et condicionis suae diversitate sustineat, hoc est ut, si decurio vel decurionis sit filius, exterminatus genitali solo ad quamcumque in longinquo positam civitatem sub perpetui exilii condicione mittatur ac super facultatibus eius ad nostram scientiam referatur; si plebeius, ut rebus amissis perpetuae damnationi dedatur; si servilis condicionis, ultimo supplicio subiugetur. DAT. ET PP. XV KAL. APRIL. CONSTANTINO A. V. ET LICINIO CAES. CONSS.

VT

1 Verinum] *vicarium Africae (cf. ad 2, 19, 1)* nomisma[ta] *T* 2 uel] uel si *T* 5 perpetuae] perpetuae metalli *Seeck* 6/7 dat. et pp̄ *(sic T,* acc. *V)* xu *(om. T)* k. (id. *T)* april. const. a. u et licinio c̄ *libri: sed est potius a. 323—325 (vide ad 2, 19, 1)*

, 21, 2 (321 Nov. 20).

IDEM A. AD IANVARINVM. Quoniam nonnulli monetarii adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercent, cuncti cognoscant necessitatem sibi incumbere huiusmodi homines inquirendi, ut investigati tradantur iudiciis, facti conscios per tormenta ilico prodituri ac sic dignis suppliciis addicendi.
1 Accusatoribus etiam eorum immunitatem permittimus, cuius modus, quoniam dispar ⌜census⌝ est, a nobis per singulos statuetur. || Servos etiam, qui hoc detulerint, civitate Romana donamus, ut eorum domini pretium a fisco per-
2 cipiant. || Si quis autem militum huiusmodi personam susceptam de custodia exire fecerit,
3 capite puniatur. Appellandi etiam privato licentia denegetur; si vero miles aut promotus ⌈ huiusmodi crimen incurrerit, super eius nomine
4 et gradu ad ⌜nos⌝ referatur. || Si dominum fundi vel domus conscium esse probabitur, deportari eum in insulam oportebit, cunctis eius rebus protinus confiscandis; si vero eo ignaro crimen commissum est, possessionem aut domum debet amittere, in qua id scelus admissum est. Actor fundi vel servus vel incola vel colonus, qui hoc ministerium praebuit,

IVST. 9, 24, 1	IVST. 7, 13, 2
⌜patrimonium⌝	
	|| Servi, qui monetarios adulterinam monetam clandestinis sceleribus exercentes detulerint, civitate Romana donantur, ut eorum domini pretium a fisco percipiant || *fin.*
⌈ in gradu ⌜competentes iudices⌝ || *fin. (sequuntur adnotata ad* 9, 21, 4*)*	

1 Ianuarinum] *mag. incertus (cf. 9, 34, 1)* adulterinam monetam] *Iust.*, adulterina moneta (mone.. *T*) *VT* 2 exercet *T* 4 digni *T* 8 qui de hoc detulerit *T* 9 praetium *T* 18 si *om. T* 19 commissum] *V*, admissum *T*

cum eo qui fecit supplicio capitali plectetur, nihilo minus fundo vel domo fisci viribus vindicanda. Quod si dominus ante ignorans, ut primum repperit, scelus prodidit perpetratum, minime possessio vel domus ipsius proscribtionis iniuriae subiacebit, sed auctorem ac ministrum poena capitalis excipiet. DAT. XII KAL. DEC. ROM(AE) CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

VT. — IVST. 7, 13, 2. 9, 24, 1.

3 iniuria *T* 4/5 dat. xii (*V, Iust. 7, 13, 2 [A]*, xii *Iust. 7, 13, 2 [PL] Iust. 9, 24, 1 [Hal. L]*, *def. T*) k. dec. rom. (cp *Iust. 9, 24, 1 [Hal. L]*) | crispo ii et constantino ii cc (crispo et constantino cc. ii *T*) *libri*

VIIII, 21, 3 (326 Iul. 6).

IDEM A. AD ⌜TERTVLLVM⌝ PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Si quis nummum falsa fusione formaverit, universas eius facultates fisco ⌈ addici praecipimus, ⌜atque ipsum severitate legitima cohercerí⌝, ⌜ut in monetis tantum nostris cudendae pecuniae studium frequentetur⌝. DAT. PRID. NON. IVL. MED(IOLANO) CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

IVST.
⌜Tertullianum⌝
⌈ nostro
⌜atque . . . coerceri⌝ *om.*
⌜in mon. etenim t. n. c. p. st. frequentari volumus, cuius obnoxii maiestatis crimen committunt⌝ (*cf. adnotata ad 9, 21, 9; sequuntur adnotata ad 9, 21, 5*)

VT. — IVST. 9, 24, 2.

1/2 proc. africae] pū afric *V*, pp *Iust.* 2 formauerit] *V*rec. *T Iust.*, firmauerit *V* 4/5 cohercerí] *sic VT*

VIIII, 21, 4 (329 Mai. 4).

IDEM A. HELPIDIO. ⌜Pridem statutum fuit, ut, si ignorante quoque domino in fundo eius vel domo figuratus clam nummus cuderetur, sedem flagitii suo fiscus dominio vindicaret. Nunc discretionem fieri placet, ut⌝, si dominus in proximo constitutus sit, cuius incuria vel neglegentia punienda est, ⌜praeceptum prius valeat⌝, sin vero longissime ab ea domo vel possessione afuerit, nullum sustineat detrimentum. ⌈ Viduas autem ac pupillos speciali dignos indulgentia credidimus, ut viduae nec in proximo constitutae domo sua vel possessione careant, si nulla aput ipsas tam gravis conscientiae noxa resideat, ⌜pupilli⌝ vero etiam si conscii fuerint, nullum sustineant detrimentum, quia aetas eorum, ⌜si tamen fuerint inpuberes⌝, quid videat ignorat. Tutores tamen eorum si in proximo sint, quoniam ignorare eos, quid in

IVST. 9, 24, 1
(*praecedit Th. 9, 21, 2*)
Pridem . . . placet ut] Domus vero vel fundus, in quo haec perpetrata sunt

praec. prius valeat] etsi ignoret, fisco vindicetur, nisi dominus ante ignorans ut primus reppererit, scelus prodiderit perpetratum: tunc enim possessio vel domus ipsius proscriptionis iniuriae minime subiacebit

⌈ actore videlicet fundi vel servis vel incolis vel colonis qui hoc ministerium praebuerunt cum eo qui fecit supplicio capitali plectendis

⌜impuberes⌝

⌜si t. f. impuberes⌝ *om.*

1 Helpidio] *fortasse* agenti uicem praefectorum 3 domi•• | eius *T* 14 indulgentiam *V* | 23 eos quis in] e••|in *T*

re pupilli geritur, non oportet, haec poena expectabit, ut ⌜ex⌝ rebus	⌜de⌝
eorum, si idonei fuerint, tantum fisco inferatur, quantum ⌜pupillo	⌜a pupillo f. inferendum⌝ *fin.*
fuerat auferendum⌝. ‖ Quibus ita	

emendatis in omnibus capitulis lex pridem lata servabitur. DAT. IIII NON. MAI. CONSTANTINO A. VIII ET CONSTANTIO IIII CONSS.

VT. — IVST. 9, 24, 1.

6 in *om. V* iiii *om. T*

II, 21, 5 [= BREV. VIIII, 17, 1] (343 Febr. 18).

IMP. CONSTANTIVS A. LEONTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. ⌜Praemio⌝ [⌜et praemio⌝ IVST.] accusatoribus proposito quicumque solidorum adulter potuerit repperiri vel a quoquam fuerit publicatus, ilico omni dilatione submota flammarum exustionibus mancipetur. DAT. XII KAL. MART. ANTIOCHIAE PLACIDO ET ROMVLO CONSS.

INTERPRETATIO. Praemium accipiat, quicumque adulterum monetarium prodiderit et is qui proditus est, si de monetae adulteratione convictus fuerit, ignibus concremetur.

VT. — BREV. *(GO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 24, 2 *(praecedit Th. 9, 21, 3).*

1 constantinus *GOE* p̄p̄o] praeposito *PML*, pfu *G*ᵃ, pfo *G*ᵇ 2 sol. adulter (adulterum *Pith.*, adulterium *G*, alter *S*)] a. s. *O* poterit *Iust.* repperiri] *sic TV*, repperire *E*ᵗ, inueniri *G*, inuenire *E*ᵛ *Pith.* quoquam] quodam *G*ᵗ 3 publicatum *ECPMLS* 3/4 dat. xii (xui *PM*, uiii *S*) k. mart. ant. (anthioc̄ *T*) placido (placedo *G*) et romulo (rūm̄ *M*, rufino *S*) *libri* 6 si] et si *E* conuinctus *L*

II, 21, 6 (349 Febr. 12).

IDEM A. LIMENIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Comperimus nonnullos flaturarios maiorinam pecuniam non minus criminose quam crebre separato argento ab aere purgare. Si quis igitur post haec fuerit in hac machinatione deprehensus, capitaliter se fecisse cognoscat, verum et eos, qui domum agrumque praebuerint, relatis in largitionibus facultatibus esse plectendos: nostra scilicet super eorum nominibus edocenda clementia. P(RO)P(OSITA) PRID. ID. FEB. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

VT [finit 1 mai. . .*].*

1 fraturarios *T*

II, 21, 7 (369 Mart. 11).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD ARCHELAVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quidquid ex auro hominum privatorum in monetis publicis reppereris figuratum, id omne nostris scias largitionibus vindicandum, si quidem ipse se dignum condemnatione iudicavit, quisquis aurum proprium non coactus monetis fiscalibus sponte credidit inferendum. DAT. V ID. MAR. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO N̄. P̄. ET VICTORE CONSS.

V

1/2 com. s. l.] *cf. ad 4, 13, 6*

II, 21, 8 (374 Mai. 21).

IDEM AAA. TATIANO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Solitae moderationis arbitrio superiorem sententiam mitigamus, qua omne aurum, quod a privatis pro figuratione monetis dicebatur inlatum, fisci iusseramus commodis vindicari, ut pro omni summa, quae

brevibus tenetur inserta, binae per singulas libras omissa frustratione unciae conferantur. DAT. XII KAL. IVN. ANTIOCHIAE GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

V

VIIII, 21, 9 (389 Iun. 27).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. HAVE TATIANE K(ARISSIME) N(O)B(IS). Falsae monetae rei, quos vulgo paracharactas vocant, maiestatis crimine tenentur obnoxii. DAT. V KAL. IVL. CONSTANTINOP(OLI) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

V. — Cf. IVST. 9, 24, 2 *et inde adnotata ad 9, 21, 3.*

1 haue] *V rec.*, habe *V* 2 *scr.* crimini tenentur] V^2, tentur V^1, teneantur *Gothofredus* | 3 constantinopoli] *eo tempore Theodosius fuit Romae*

VIIII, 21, 10 (393 Iul. 12).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis super cudendo aere vel rescribto aliquo vel etiam adnotatione nostra sibi eripuerit facultatem, non solum fructum propriae petitionis amittat, verum etiam poenam quam meretur excipiat. DAT. IIII ID. IVL. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVND(ANTIO) CONSS.

VT [incipit 2 solum]. — IVST. 9, 24, 3.

2 eripuerit] *V Iust. (C)*, arripuerit *Iust (LR)* 3 iiii] *V*, iii *Iust. (L)*, *deficit T*

XXII [= BREV. XVIII]. SI QVIS SOLIDI CIRCVLVM EXTERIOREM INCIDERIT VEL ADVLTERATVM IN VENDENDO SVBIECERIT.

si q. s. circ. exteriorem (-re G^a, ext. circ. *G*) inc. uel (ul *G*) ad. in uendendo (-dum *C*, uidendo *E*, ueniendo G^a) subiecerit] si falsam monetam subiecerit *O*

VIIII, 22, 1 [= BREV. VIIII, 18, 1] (317 [c. a. 343?] Iul. 26).

IMP. CONSTANTINVS A. LEONTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes solidi, in quibus nostri vultus ac veneratio una est, uno pretio aestimandi sunt atque vendendi, quamquam diversa formae mensura sit. Nec enim qui maiore habitu faciei extenditur, maioris est pretii aut qui angustiore expressione concluditur, minoris valere credendus est, cum pondus idem existat. Quod si quis aliter fecerit, aut capite puniri debet aut flammis tradi vel alia poena mortifera. Quod ille etiam patietur, qui mensuram circuli exterioris adroserit, ut ponderis minuat quantitatem, vel figuratum solidum adultera imitatione in vendendo subiecerit. DAT. VII KAL. AVG. GALLICANO ET BASSO CONSS.

---

1 imp. const. a.] idem aug. *O*: *potius Constantii* leontio ppo (pfu G^a, pfo G^b)] eidem preposito *O* in *om. PMLS* 2 ac *om. O probabiliter* existimandi *G* atq. uend. sunt *E* 2/3 diuersae *GO* 3 mensura] uentura G^tE^v enim] en M^a maior *E Pith.* habitu] ambitu *OE* faciei] facie *E*, faciendi *G* extenditur] tenditur *PMLS*, tendetur *C* maior *G* 4 minoribus G^t, minus G^v ualere] *brev.*, habere *V*, ****ri *T* cum] quam E^t 5 quod] quos G^a, quo G^b, *om. O* aliter fecerit] aliquid defecerit *G* punire *L* 5 aut fl. tradi *collocandum ante* aut capite 6 poena mortifera quod (quo *V*, quam G^v)] poena mortiferata ut *S*, plena morte ferat ut *PML* et ille *O* 6/7 adroserit] *VTGO*^{t}*EC*, abraserit *PMLS*, adraserit *Pith.*, arraserit O^v 7 adulterae *GC*, adulteram *E* emendationi *G*, emendationem *E* 8 dat. uii (ui *G*, *om. PM*) k. aug. (iun. *G*) gall. et basso *libri: sed collatis reliquis ad Leontium datis magis est ut sit Constantii data c. a. 343*

INTERPRETATIO. Quicumque solidum circumciderit, adulterum subposuerit aut falsam monetam fecerit, capite punietur.

VT. — BREV. *(GO[om. int.]ECPMLS).* — Cf. LEX VISIGOTH. (Recessuindi) 7, 6, 2.

1 adulterum] aut a. *S edd.* 10 puniatur *GE*

XXIII. SI QVIS PECVNIAS CONFLAVERIT VEL MERCANDI CAVSA TRANSTVLERIT AVT VETITAS CONTRECTAVERIT.

II, 23, 1 (356 [352] Mart. 8).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quicumque vel conflare pecunias vel ad diversa vendendi causa transferre detegitur, sacrilegii sententiam subeat et capite plectatur. Portus enim litoraque diversa, quo facilior esse navibus consuevit accessus, et itineris tramites statuimus custodiri per idoneos officiales ac praepositos a praesidibus et nonnullis praeditis dignitate, ut cognita veritate provinciarum rectores obnoxios legibus puniant. Officia quoque inmenso periculo subiacebunt.
1 Nec vero aliquis negotiatorum plus mille follibus pecuniae in usu publico constitutae animalibus propriis sumptuum gratia portare debebit. Aut si ampliorem modum quisquam vehere detegatur, facultates eius fisci dominio vindicentur et ipse adficiatur exilio.
2 Nam pecunias navibus vectas non omnes iudicamus mercatores debere promere, quippe in usu tantum publico pecunias constitutas permittimus convehi itidemque eas solas species emi, quae mercatoribus more sollemni ad diversa portantur. Pecunias vero nulli emere omnino fas erit nec vetitas contrectare, quia in usu publico constitutas pretium
3 oportet esse, non mercem. Placet denique, ut, si quis forsitan nummus praeter eum, qui in usu publico perseverat, aput aliquem mercatorem fuerit inventus, fisci dominio cum omnibus delinquentis facultatibus vindicetur. Et si forte cum mercibus ad quascumque provincias venerint naves, cuncta solita licentia mercabuntur praeter pecunias, quas more solito maiorinas vel centenionales communes appellant, vel ceteras, quas vetitas esse cognoscunt. ACC. VIII ID. MAR. CONSTANTINA CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. CONSS.

VT [finit 3 facilior]. — *Summarium cod. Vaticani hoc est descriptum diligenter ab Huelseno:* praecipit duas res (duas res *librarius postea scripsit supra* praecipit), ut neque pecunias vendendi c̄ in alienis ab aliquo conflentur proū ēt ut sit custodia itinerum vel litorum, ut nulli viatori liceat amplius a mille follibus portare neque centenales nummos vel maiorinas: quod si qui inventus fuerit, confiscatis rebus eius capite puniatur. Altero capite naves iubet pro commercio tantum entecae portare pecunias (*cf. schol. ad 9, 42, 7:* enthicis] pecunia ad commercium data); aliae vero quae plus ab entecis hebeant (= evehant), proibeantur. Haec lex a Papiani res(ponsis) *[nota ℟ = res passim usurpatur in scholiis his]* descendit.

1 constantius] constantinus *VT* iulianus] *immo* constantius, *vide infra ad subscr.* 2/3 sententia *V* 7 puplico V^1 19 *anno 356 cum constet Taurum obtinuisse praefecturam praetorio per Italiam et Africam, probabile est tam inscriptionem quam subscriptionem similiter corruptam esse, ut factum esse vidimus ad 2, 9, 1, et scribendum:* imp. Constantius A. et *(Constantius)* C. ad Rufinum ppo — Constantio A. V et *(Constantio)* C. conss.

II, 23, 2 (395 Apr. 12).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. DEXTRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Centenionalem tantum nummum in conversatione publica tractari praecipimus maioris pecuniae figuratione

submota. Nullus igitur decargyrum nummum alio audeat commutare, sciens fisco eandem pecuniam vindicandam, quae in publica potuerit conversatione deprehendi. DAT. PRID. ID. APRIL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROB(INO) CONSS.

VT [incipit 475, 1 impp.].

2 cone(*vel* u)ruatione T^a depraehendi *T*

XXIIII [= BREV. XVIIII]. DE RAPTV VIRGINVM VEL VIDVARVM.

de rapto *E*, de raptibus *G* uirg. uel uid.] feminarum *O*. — *Iust.* 9, 13 de r. u. seu viduarum nec non sanctimonialium

VIIII, 24, 1 [= BREV. VIIII, 19, 1] (320 Apr. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Si quis nihil cum parentibus puellae ante depectus invitam eam rapuerit vel volentem abduxerit patrocinium ex eius responsione sperans, quam propter vitium levitatis et sexus mobilitatem atque consili a postulationibus et testimoniis omnibusque rebus iudiciariis antiqui penitus arcuerunt, nihil ei secundum ius
1 vetus prosit puellae responsio, sed ipsa puella potius societate criminis obligetur. Et
quoniam parentum saepe custodiae nutricum fabulis et pravis suasionibus deluduntur, his primum, quarum detestabile ministerium fuisse arguitur redemptique discursus, poena immineat, ut eis meatus oris et faucium, qui nefaria hortamenta protulerit, liquentis plumbi
2 ingestione claudatur. Et si voluntatis adsensio detegitur in virgine, eadem qua raptor
severitate plectatur, cum neque his impunitas praestanda sit, quae rapiuntur invitae, cum et domi se usque ad coniunctionis diem servare potuerint et, si fores raptoris frangerentur audacia, vicinorum opem clamoribus quaerere seque omnibus tueri conatibus. Sed his poenam leviorem inponimus, solamque eis parentum negari successionem praecipimus.
3 Raptor autem indubitate convictus si appellare
4 voluerit, minime audiatur. || Si quis vero
servus raptus facinus dissimulatione praeteritum aut pactione transmissum detulerit in publicum, Latinitate donetur aut, si Latinus sit, civis fiat Romanus: || parentibus, quorum maxime vindicta intererat, si patientiam praebuerint ac dolorem conpresserint, deportatione plectendis.

> **|| Si quis servus raptus virginis facinus dissimulatione praeteritum aut pactione transmissum detulerit in publicum, libertate donetur. || IVST.**

---

1 ad] a *L* 1/2 depactus *GC* 2 inuita *L* eam] meam G^a, ea *S* uolentem] uiolenter eam *G* aduxerit M^a, adduxerit *GE* patrocinio *L* 3 mobilitatem (u[?]obilitatem *T*, mouilitate *PMLS*) a. consili a (consilii a *T*, consilio *G*)] consiliique mobilitatem *O* postulationis *EC* 4 testimonio G^b, testimonium G^a omnibusque] V^2TGOC, omnibus V^1PMLS iudicariis *C* paenitus VT^a arcuerunt] *T*, arguerunt *V brev.* ei (eis *G*, enim *S*) secundum] eisdem *T* 5 puella *om. O* alligetur *PMLS* 6 quoniam] quod *L* saepe (*om.* E^a) cust.] c. s. *O* deludentur *PML* his] hisqui *G* 7 quorum GE^a detestabile] *V (m. rec.) et reliqui*, detestabilem V^1EL misterium *L* arguitur] TGE^v, arguetur *OPMLS Pith.*, argui *C*, arguimus *V*, arguerit E^t redemptique] temptique *G* discussi *GC*, decursus *Pith.* 7/8 immineat ut] inmineant T^a, inmineat T^b, inmi.... (?) E^v 8 et] ex *E* qui] que *O* protulerit] VC^b, protulerint $TOEC^aPMLS$, protulerunt *G* 9 ingessione *C*, ingressione *E* claudantur *PMLS* uirginem GOM^a(?) qua] qui *S* 10 hiis *C* inpunitas *T*, inpunitio *G* quae] que *T*, qui G^a 11 domi se usque] domus eiusque *E*, domi reosque *Pith.* coniunctiones G^a seruare] segregare *G*, *post* domi se *O* fores] forte *PMLS* 11/12 raptoris (raptores *EGS*) frangerentur (effrangerent *G*) aud.] a. fr. r. *O* 12 quaerere] que rerum E^t seque (sed quae *E*) omnibus] omnibusque se *O* tuere *G* sed *om. G* 13 solaque *L* his *E* eius parentium G^a denegari *G* praecepimus L^a 14 raptor] si raptor *E* indubitate] in dubietate E^bPMS, indubitanter *G Pith.* coniunctus *G* 16 raptum *E* 17 actione E^t 18 latinitati *PMS* aut si] ausi *L* ciues *E* 19 uindicata *H* 20 intererat] intererant *PMLS*, intereat HG^v, intercurrat G^t si *om.* E^a tribuerint G^t ac dolorem] haec dolore *G* conprehenserint *G*

5 Participes etiam et ministros raptoris citra discretionem sexus eadem poena praecipimus subiugari, et si quis inter haec ministeria servilis condicionis fuerit deprehensus, citra sexus discretionem eum concremari iubemus. DAT. KAL. APRIL. AQVIL(EIAE) CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTIO C. CONSS.

INTERPRETATIO. Si cum parentibus puellae nihil quisquam ante definiat, ut eam suo debeat coniugio sociare, et eam vel invitam rapuerit vel volentem, si raptori puella consentiat, pariter puniantur. Si quis vero ex amicis vel familia aut fortasse nutrices puellae consilium raptus dederint, aut oportunitatem praebuerint rapiendi, liquefactum plumbum in faucibus et in ore suscipiant, ut merito illa pars corporis concludatur, de qua ortamenta sceleris ministrata noscuntur. Illae vero, quae rapiuntur invitae, quae non vocibus suis de raptore clamaverint, ut vicinorum vel parentum solacio adiutae liberari possent, parentum suorum eis successio denegetur. Raptori convicto appellare non liceat, sed statim inter ipsa discussionis initia a iudice puniatur. Quod si fortasse raptor cum puellae parentibus paciscatur et raptus ultio parentum silentio fuerit praetermissa, si servus ista detulerit, Latinam percipiat libertatem, si Latinus fuerit, civis fiat Romanus. Parentes vero, qui raptori in ea parte consenserint, exilio deputentur. Qui vero raptori solacia praebuerint, sive viri sive feminae sint, ignibus concrementur.

VT [finit 376, 11 coniunctionis d . .*]*. — BREV. *(H[redit* 476, 16 seruus*)GO[om. int.] ECPMLS)*. — IVST. 7, 13, 3. — BVRG. R. 9, 1. 2. 3 cf. G. 9, 5: Romana puella, si sine parentum suorum voluntate . . . se Burgundionis coniugio sociaverit, nihil se de parentum facultate noverit habituram. — THEODERICVS 17—19.

1 participis LS^a raptores *GE*, raptori *H*, rectoris *S* cetera G^t discriptionem (-ne G^t) G^tE^t poenam G^a 1/2 praecipimus (praecepimus *L*) subiugari] s. pr. *O* 2 deprachensus *V* 2/3 citra (cetera G^t) s. discretionem (-ne *PML*, discritionem *E*, discriptionem G^t, disciptione G^v) eum *om. O* 3 concremare L^a, cremari *G* iubemus *om. O probabiliter* 3/4 dat. (prid. *ins. Iust.*) k. apr. (iun. *PM*) aquil. *(om. G)* constantino (constancio *G*) a. *(om. GE)* ui (ii *C*, *om. GE*) et constantino (*sic G Iust.*, constantio *VEC*, constante *HN*OGPMS*) c̄ (*sic VC*, aug. *N**, *om. HOGE PMS) libri* 5 quisquam nihil *E* ante] aliud GE^v *Pith. [ex 2)*, alium ante *S* 6 sociari *G* uel inuitam] inu. *PMLS* uolentem] u. adduxerit *H*, uiolenter *G* consenserit *HE* 7 qui *HC* uel] aut *edd.* nutricis *PML* consilio P^aML 8 raptos *L* et] aut *H* 9 ore] horem *L* 10 illa E^aL quae rap.] qui rap. *L* inuitae . . . 12 denegetur *om. C* de raptu (-tum *L*) reclamauerint *HPML* 11 adiuta *E* possint *GL*, possit *HE* ei *HE* 12 appellari *GPML* discursionis *PM* 13 cum *om. L* par. puell. *G* 14 praet. fuer. *G* ista] sta *H*, ita *G* recipiat *S* 15 ciues *EC* in exilio *G* 16 solacium *G* praebuerunt *E* uir *E*

III, 24, 2 (349 Nov. 12).

IMP. CONSTANTIVS A. AD TATIANVM. Quamvis legis prioris extet auctoritas, qua inclytus pater noster contra raptores atrocissime iusserat vindicari, tamen nos tantummodo capitalem poenam constituimus, videlicet ne sub specie atrocioris iudicii aliqua in ulciscendo crimine dilatio nasceretur. In audaciam vero servilem dispari supplicio mensura legum inpendenda est, ut perurendi subiciantur ignibus, nisi a tanto facinore saltem poenarum acerbitate revocentur. DAT. II ID. NOV. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

V. — Cf. THEODERICVS 61.

1 Tatianum] *mag. incertus: de Titiano hoc anno* p̄po *cogitavit Gothofredus* 6 aceruitate *V*

II, 24, 3 [= BREV. VIIII, 19, 2] (374 Nov. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRAT(IANVS) AAA. AD MAXIMINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui coniugium raptus scelere contractum voluerit accusare, sive propriae familiae dedecus eum moverit seu commune odium delictorum, inter ipsa statim exordia insignem

1 ualent. ualens et grat.] *sic H*, ualens grat. et ualentinianus *VECPMS*, ualent. grat. et ualens *GL*, grat. et ualent. *O* maximinum] *V recte (cf. ad 9, 19, 4)*, maximum *brev.* 1/2 p̄p̄o] pf̄u *GC*, pp̄m̄ *E* 2 scelere] scelus *H* 3 deditus *L*, decumus *C*, discussus *E* eum mouerit] commouerit *G* siue *G* commune odium] communio domini *C* ipsam *L* insignium G^v

recenti flagitio vexet audaciam. Sed si quo casu quis vel accusationem differat vel reatum et opprimi e vestigio atrociter commissa nequiverint, ad persecutionem criminis ex die sceleris admissi quinquennii tribuimus facultatem. Quo sine metu interpellationis et complemento accusationis exacto nulli deinceps copia patebit arguendi nec de coniugio aut subole disputandi. DAT. XVIII KAL. DEC. GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

INTERPRETATIO. Si accusationem raptus vel per metum vel per voluntatem per quinquennium quisque distulerit, a die raptus expleto quinquennio accusandi ultra non habeat potestatem, sed post quinquennium nec de tali coniunctione raptoribus aliquit opponatur et filii omnes legitimi habeantur.

V. — BREV. *(HGO[om. int.]EXCPMLS).* — BVRG. R. 9, 24, 3. — THEODERICVS 20.

1 uexit *EPMLS Pith.* audacia *GEPMS* quo (quod *L*) casu] occasu *G* uel *om. O* 1/2 uel reatum *om. O* 2 opprimere G^b, opprimii *E* e] et *E* nequiuerit *GE* ad] a *EPML* persecutione *EL* 3 tribuemus *PML* quo] *VHO*, quod *GECPMLS* sine] si *E* 4 complementa *E* copiam *L*, contra *O* 5 aut subole] auctae (autae L^a, actae $M^a L^b$) subolis *PMLS* dat. xuiii (xuiiii *G*, uiii *E*) k. dec. grat. a. *(om. GE)* iii (iiii *H*, *om. GE*) et equitio (aetio *PMS*) *libri* 6 uoluntate *L* 7 quisquam *EC* ultra] *HGEX*, ultro *PMLS*, amplius *C* 8 de *om. E* coniunctionem *E*

XXV [= BREV. XX]. DE RAPTV VEL MATRIMONIO SANCTIMONIALIVM VIRGINVM VEL VIDVARVM.

xxu] xu V^1 rapto *EPML* uel (de *ins. GPML*) m. sanctimonialium (sanctaemon- *L*) uirg. uel (et *CPML*) uid.] sanctimonialium *O.* — *Iust.* 9, 13 *(vide ad* 9, 24 *rubr.)*

VIIII, 25, 1 [= BREV. VIIII, 20, 1] (354 Sept. 22).

IMP. CONSTANTIVS A. AD ORFITVM. Eadem utrumque raptorem severitas feriat nec sit ulla discretio inter eum, qui pudorem virginum sacrosanctarum et castimoniam viduae labefactare scelerosi raptus acerbitate detegitur. Nec ullus sibi ex posteriore consensu valeat raptae blandiri. DAT. XI KAL. SEPTEMB. CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE C. CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque vel sacratam deo virginem vel viduam fortasse rapuerit, si postea eis de coniunctione convenerit, pariter puniantur.

V. — BREV. *(HN*GO[om. int.]ECPMLS).*

1 constantinus *HGECLS* ā *om. O* Orfitum] *praefectum urbi* 2 sacrum sanctarum *L* castimonia *HG*ᵗ*ECPMLS Pith. (ex 2)*, sanctimonia G^v 3 labefactacre V^1 scelerosi] *HGOEC*, sceleros V^1, scelerosa V^2*PMLS* aceruitate V^1 illus *L*, ullum *E* posteriori *G* 3/4 consensu (-sum *E*) ual. raptae (rapta *S*)] r. c. u. *O* 4 dat. xi (x *O*) k. sept. (feb. *Pith.*) constantio (constantino *N*GOEPM*) ā *(om. VS)* uii (ui *G*) et constante (-tio *PM*) c̄ *(sic VOC, om. N*GEPMS) libri. Subscriptionem firmat laterculus praefectorum.* 5 uel sacr.] sacr. *PMLS* deo] domino *C* 6 conuenerint *G*

VIIII, 25, 2 [= BREV. VIIII, 20, 2] (364 Febr. 19).

IMP. IOVIANVS A. AD SECVNDVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis non dicam rapere, sed ⌜vel attemptare⌝ matrimonii iungendi causa

IVST. ⌜att. tantum⌝

---

1 secundum] senatum *Pith.* pfu *GC*, ppm *E* 2 sed] *brev. Iust., om. V* uel *om. GE* matrimonium G^a, in matrimonium G^b, matrimonio *Pith.* iuudi H^a causa] causam (-sa G^b) quod si *G*

sacratas virgines ⌜vel viduas⌝ ausus fuerit, capitali ⌜sentententia⌝ ferietur. DAT. XI KAL. MAR. ANTIOCHIAE IOVIANO A. ET VARRONIANO CONSS.

⌜ ⌝ *om.* | ⌜poena⌝

Haec lex expositione non indiget.

V. — BREV. *(HGOEXCPMLS)*. — IVST. 1, 3, 5. — BVRG. 9, 4.

1 sacras *E* uel uiduas] *O*, uel inuitas *VHGEPMS*, uolentes uel inuitas *XC*, uel uiduas uolentes uel inuitas *L*, *om. Iust.* sententia ferietur (feriatur *GOS*)] *citat constitutionem lex Romana Burgundionum tit. 9, 4 sic:* Quod si devota deo puella raptor abduxerit et (r. a. et *Ott. 7277*, de coniunctione viri *deteriores*) illa consenserit, filii ex *(om. dett.)* tali condicione (contubernio *dett.*) nati punitis his secundum (iuxta *dett.*) legem Theudosiani ad Secundum praefectum praetorii (praeter *Ott.*, urbis *dett.*) data qui (si *ins. dett.*) taliter coniunxerint (-rant *dett.*) in hereditate non succedent (veniant *dett.*), quibus etiam (si *ins. dett.*) principali beneficio praestatur (praestitur *vel* praestetur *dett.*) vita *(sic Ost.*, vitatur *dett.)*, filios in potestate *(sic Ott.*, filios legitimos *dett.)* habere non possunt nec eorum hereditate (successione *dett.*) quoquomodo *(sic Ott.*, non potunt *dett.*) vindicare, sed facultas ipsa proximis parentibus adquirenda. *Conveniunt haec cum supra relatis, modo verba* punitis his *referas, ut oportet, ad parentes. Eadem autem librarius Theodosiani L eiusve archetypi cum de filiis acciperet, post verba* sententia ferietur *interpolavit haec:* filii ex tali contubernio nati punitis his iuxta legem in hereditatem non veniant, quibus etiamsi principali beneficio praestetur vitatur *(sic L^a*, vetetur *L^b)* et facultas eorum proximis heredibus adquirendam. *Ea pro genuinis haberi potuisse eo magis mirum est, quod evidenter apparet adhibitum esse ab interpolatore exemplar legis Burgundionum ex deterioribus aliquod* 2 dat. xi (xu *G*) k. mart. ant. iou. ā *(om. GECS Iust.)* et uarroniano *libri* 3 haec (ista *E*) l. expositione (-nem *PM*, interp̄ *HE*) non indiget (eget *CS*, egit *E*)] *sic P (char. div.) et reliqui, om. G*

VIIII, 25, 3 (420 Mart. 8).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Si quis dicatam deo virginem prodigus sui raptor ambierit, publicatis bonis deportatione plectatur, cunctis accusationis huius licentia absque metu delationis indulta. Neque enim exigi convenit proditorem, quem pro pudicitia religionis invitat humanitas. DAT. VIII ID MART. RAV(ENNAE) THEOD(OSIO) A. VIIII ET CONSTANTIO III V. C. CONSS.

V. — SIRM. 10 integra.

1/2 si quis dicatam] quisquis dedicatam *Sirm.* 2 deportatione] *V^{rec}*, deuortatione *V* | 3 licentiae *V^1* enim *om. Sirm.* 5 iii] ii *V*

XXVI. AD LEGEM IVLIAM DE AMBITV.

Iust. 9. 26.

VIIII, 26, 1 (397 Febr. 16).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD CAESARIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis ad inlustrem palatii nostri ambierit dignitatem atque ad eos honores ascendere ambitione temptaverit, qui non nisi probatis nobis viris nostro iudicio deferuntur, cuiuslibet ille sit loci ordinis dignitatis, amissis bonis et fisco nostro protinus vindicatis deportationis multetur exilio. Neque aliud inter coeptum ambitum atque perfectum esse arbitretur, cum pari sorte leges scelus quam sceleris puniant voluntatem. DAT. XIIII KAL. MAR. CONSTANTINOP(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

4/5 multetur] ..ltetur *V^a*

VIIII, 26, 2 (400 Mai.(?) 31)

IDEM AA. POMPEIANO P(RO)C(ONSVLI) AFRIC(AE). Nullus omnino principatum ⌈ ⌜ceteraque⌝ officia repetere audeat, cum publicae disciplinae semel gesta sufficiant, ac si quispiam promotorum denuo ad ⌜id⌝ munus ⌈ inrepserit, quod docebitur ante gessisse || affectus gravissimis suppliciis poenam deportationis excipiat, ita ut primates officii, quorum interest ambientibus obviare, hanc propositam poenam non dubitent. DAT. PRID. KAL. IVN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

IVST.
⌈ vel numeratum seu commentariensis gradum | ⌜vel cetera⌝
⌜ ⌝ *om.* | ⌈ etiam per sacras litteras
|| *fin.* *(sequitur 9, 26, 3)*

V. — IVST. 9, 26, 1.

1 proconsuli] pū *V*, *om. Iust.* 5/6 ante docebitur *Iust.* iun.] iul. *Iust. (Hal. L)*

VIIII, 26, 3 (403 Mai. 30).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. STRATEGIO VIC(ARIO) AFRIC(AE). Non absque publicae dilacerationis incommodo officia peracta repetuntur. Quare huius praecepti auctoritate censemus, ut ad eadem rursus officia subrepticiis nemo supplicationibus admittatur, sed || cassatis quae hoc modo sunt impetrata ad solutionem debiti primitus ⌜artentur⌝ et qui contra fecerint poenam ⌜in futurum⌝ deportationis ⌈ excipiant. DAT. III KAL. IVN. RAV(ENNAE) THEODOSIO A. I ET RVMORIDO CONSS.

IVST.
|| *inc.* *(praecedit Th. 9, 26, 1)*
⌜artetur⌝
⌜ ⌝ *om.* | ⌈ ad instar legis Iuliae ambitus

V. — IVST. 9, 26, 1.

5 ad *om.* *V*

VIIII, 26, 4 (416 Mart. 15).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis proconsularem aut vicariam potestatem vel consularitatis fasces aut vexilla praesidalia atque in discussionibus comitivas vel officia principatus contra definitionem nostram iterare temptaverit, fisco eius omne patrimonium sociari decernimus. DAT. ID. MART. RAV(ENNAE) D. N. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO V. C. CONSS.

V

2 aut uex.] a.t uex. *V* 3 itirare *V*

XXVII [= BREV. XXI]. AD LEGEM IVLIAM REPETVNDARVM.

[ad lege]m iuliam [rep]e[tun]darum *V*, ad l. i. repetundarum *G*, de repetundarum *(rel. om.)* *O*. — *Iust.* 9, 27.

VIIII, 27, 1 [= BREV. VIIII, 21, 1] (380 Ian. 15).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iudices, qui se furtis et sceleribus fuerint maculasse convicti, ablatis codicillorum insignibus et honore exuti inter pessimos quosque et plebeios habeantur. Nec sibi posthac de

1 impp. grati *evanuit in V* et *om.* *O* neoterio] *OS*, neotherio *VC*, neutherio *P*, neuterio *HGEML* 2 se] si *E* et (e *L*) sceleribus *om.* *H* fuerint (uoluerint *PMLS*) maculasse (conmaculasse *H*)] m. f. *O* coniuncti *L* 2/3 insignibus et] *VHGC Iust.*, insignibus *O*, insignibusque (-queo *L*) *PMLS* 3 quoque *HC Pith.* sibi] si *C* posthanc de *G*, post hanc diem *E*

eo honore blandiantur, quo se ipsi indignos iudicaverunt. DAT. XVIII KAL. FEB. THESSA-L(ONICAE) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

Ista lex tam evidens est, ut expositione non egeat.

V. — BREV. *(HGOECPMLS)*. — IVST. 12, 1, 12.

1 eo *om. OPMLS* plandiantur *C* quo] quod *G*, quos *CS* ipsos *GC Pith.* 1/2 dat. xuiii (xuii *O*, xu *G*) k. feb. thess. grat. (a. *ins. H*) u et theod. i *(sic VHGOES, om. N*CPM)* aa. *libri* 3 ista (sta *H*) l. t. e. est ut expositione (-nem *EPM*, interpretatione *C*) non egeat (indigeat *L*, indiget *H*, egit *E*) *P (char. div.) HGOECLMS*

I, 27, 2 (380 Iun. 17).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ii, qui in re publica versati sinisterius sunt, perpetuo sibi omnes dignitates vel legitimas vel honorarias sciant esse praeclusas. Quocirca iubemus, ut inlustris magnificentia tua nullum omnino, qui superiore tempore male usae administrationis crimen excepit, ad provincias patiatur accedere, sed de his ad nos referat. DAT. XV KAL. IVL. THESSAL(ONICA) GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

V. — THEODERICVS 8.

1 idem a *evanuerunt in V* hii *V* 2 legimas *V*[1] 4 malae *V*

I, 27, 3 (382 Iun. 12).

IDEM AAA. MATRONIANO DVCI ET PRAESIDI SARDINIAE. Ut unius poena metus possit esse multorum, ⌜Natalem quondam ducem sub custodia protectorum ad provinciam quam nudaverat⌝ ire praecipimus, ut non solum quod eius non dicam domesticus, sed manipularius et minister accepit, verum etiam quod ipse a provincialibus nostris rapuit ⌜ac⌝ sustulit, in quadruplum invitus exsolvat. DAT. PRID. ID. IVN. CONSTANTINOP(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

IVST.

⌜ducem qui male egit ad pr. q. nud. cum custodia competenti⌝

⌜aut⌝

V. — IVST. 9, 27, 1.

1/2 sardiniae] (i)sauriae *Seeck*

I, 27, 4 [= BREV. VIIII, 21, 2] (382 Aug. 23).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Sciant iudices super admissis propriis aut a se aut ab heredibus suis poenam esse repetendam. DAT. X KAL. SEPTEMB. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

INTERPRETATIO. Omnes iudices sciant quidquid male rapuerint, si ipsi non reddiderint, a suis heredibus esse solvendum.

V. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 9, 27, 2.

1 florentio *O* pfup *C*, pfu *G* amissis *HG* probris *PML Pith.*, probriis *Pith.* 2 a] ab *C*, ad *E* suis *om. E*[a]*S* esse] in se *PMLS* 2/3 dat. x k. sept. antonio (antonino *O*, antemio *PMS*) et syagrio *libri* 4 quidquid] quod quidquid *HECPMLS Pith. (ex 3)* rasrediderint *G* 5 soluendum]

VIIII, 27, 5 (388 Apr. 4).

IDEM AAA. HAVE MARCELLINE K(ARISSIME) N(O)B(IS). Omnes cognitores et iudices a pecuniis atque patrimoniis manus abstineant neque alienum iurgium putent suam praedam. Etenim privatarum quoque litium cognitor idemque mercator ⌜parem capitis ac vitae, quae peculatus reos consuevit involvere⌝, cogetur subire iacturam. DAT. PRID. NON. APRIL. MED(IOLANO) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

⌜statutam legibus⌝ IVST.

V. — IVST. 9, 27, 3.

1 haue] *Vrec.*, habe *V* marcellino *Iust.*: *mag. incertus*

VIIII, 27, 6 (386 Iun. 22).

IDEM AAA. ET ARCAD(IVS) A. EDICTVM AD PROVINCIALES. Iubemus hortamur, ut, si quis forte honoratorum decurionum possessorum, postremo etiam colonorum aut cuiuslibet ordinis a iudice fuerit aliqua ratione concussus, si quis scit venalem de iure fuisse sententiam, si quis poenam vel pretio remissam vel vitio cupiditatis ingestam, si quis postremo quacumque de causa inprobum iudicem potuerit adprobare, is vel administrante eo vel post administrationem depositam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum adprobet, cum probaverit et victoriam reportaturus et gloriam. DAT. X KAL. IVL. CONSTANTINOP(OLI) HONORIO N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

V. — IVST. 9, 27, 4.

5 administrante] *Vrec.*, administrantem *V*

VIIII, 27, 7 (390 Iun. 4).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. SEVERINO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Unusquisque procurator praepositus gynaecei tabularius susceptor colonus vel quicumque se a comite domorum meminerit esse concussum, cum ipse cui pecuniam numeraverit administratione decesserit, intra anni spatia ad iudicium spectabilitatis tuae quidquid dederit repetiturus ⌜adcurrat⌝, ut prosit pensionibus quidquid ille reddiderit. Sin vero ex tempore depositae administrationis praestituti temporis curricula transfluxerint, nulla vox advocationis emergat, sed ipsos procuratores praepositos colonos tabularios susceptores obnoxios ad solutionem ⌜iubemus⌝ artari. DAT. PRID. NON. IVN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

⌜occurrat⌝ IVST.

⌜volumus⌝ IVST.

V. — IVST. 9, 27, 5.

1/2 com. r. p.] *aut hic emendandum* com. s. l. *aut probabilius vice versa* 1, 10, 4 2 cynecaei *V* 9 *scr.* tabularios susceptores colonos 10 iun.] iul. *Iust. (Hal.)* 11 neotherio *V*

XXVIII. DE CRIMINE PECVLATVS.

Iust. 9, 28

VIIII, 28, 1 (392 Sept. 10).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Pridem fuerat constitutum, ut hi iudices, qui peculatu provincias quassavissent, multae dispendio subiacerent. Sed quoniam nec condigna crimini ultio est nec

IVST.

Iudices, qui tempore administrationis publicas pecunias subtraxerunt, lege Iulia peculatus obnoxii sunt et capitali animadversioni eos subdi iubemus, his nihilominus, qui ministerium eis ad hoc ad-

par poena peccato, placuit tam severam animadvertendi esse censuram, ut, cum vix par poena his possit flagitiis inveniri neque condignis tantum nefas cruciatibus expiari, capitale hoc esse praecipiamus adque animadversione severissima coherceri. DAT. IIII ID. SEPTEMB. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

hibuerunt, vel qui subtracta ab his scientes susceperunt, eadem poena percellendis *fin.*

V. — IVST. 9, 28, 1.

5 seuerissima] $V^{rec.}$, suerissima *V*

II, 28, 2 (415 Mart. 5).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. Non est sanctitatis negotium rapinis et praedis fidem adhibere, quando quidem haec scelera velut contagium quoddam funestae pestis debeant declinari. || Nec enim crimen dissimile est rapere et ei, qui rapuerit, rapta servare. DAT. III NON. MAR. CONSTANTINOP(OLI) HONORIO X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

IVST.
|| Crimen non dissimile est rapere et ei qui rapuerit rapta scientem delictum servare.

V. — IVST. 9, 12, 9.

2 sanctitatis] *scr.* sanctitatis tuae 4 dissimile] *Iust.*, difficile *V* 7 ui] u *Iust. (Hal.)*

XXVIIII [= BREV. XXII]. DE HIS, QVI LATRONES VEL ALIIS CRIMINIBVS REOS OCCVLTAVERINT.

latrones uel (in *ES*, uel in *C Pith. [ex 3] Iust.*) al. cr. *om. O.* reus G^a occultant *E*, occiderint *C* — *Iust.* 9, 39.

II, 29, 1 (374 Mart. 23).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. SIMPLICIO VIC(ARI)O. Eos, qui secum alieni criminis reos occulendo sociarunt, par ˹atque ipsos˺ reos poena expectet. P(RO)P(OSITA) ROM(AE) X KAL. APRIL. GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO V. C. CONSS.

˹ipsos et˺ IVST.

V. — IVST. 9, 39, 1.

1/2 secum alieni criminis reos occulendo] *V*, se cum alieni criminis reo *(sic C,* reos *LRT)* occultando eum *Iust. (etiam Graeci)*

II, 29, 2 [= BREV. VIIII, 22, 1] (383 [391?] Febr. 27).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD FLAVIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: ˹Latrones˺ quisquis sciens susceperit vel offerre iudiciis supersederit, supplicio corporali aut dispendio facultatum pro qualitate personae et iudicis aestimatione plectatur. || Si vero actor sive procurator latronem domino ignorante occultaverit et iudici

IVST.
˹et latrones˺

|| *fin.*

1 ual. grat. *PMS* et *om. OC* 2 ad flauianum ppo (ppm *E*, pu *Pith.*)] *V et brev. reliqui,* simplitio uicario *(quae est inscriptio legis praecedentis in brev. omissae) O solus* latronis *L* 3 suscipere *C* offerri E^a*PMLS* iudicis G^a, indici HG^bE^b supersederit] suppresserit GE^v 4 corporali *om.* H^a aut] au *H* dispendium G^a facultatem *H* qualite H^a 5 et] ex *H Pith. (inde Cui. 1586)* iudicis] iuris *PML* extimatione *HG*, existimatione *EPML* si uero] siue *S* siue] uel *G*

offerre neglexerit, flammis ultricibus concremetur. DAT. III KAL. MAR. MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis sciens in domo sua latronem susceperit aut eum occultare voluerit aut eum iudici tradere fortasse neglexerit, si ingenua et vilior persona est, fustigetur: si vero melior, damno ad arbitrium iudicis feriatur. Si vero actor aut procurator inscio domino hoc fecerit, incendio concremetur.

V. — BREV. (*HGO[om. int.]ECPMLS*). — IVST. 9, 39, 1.

1/2 dat. iii (iiii *G*) k. mart. merobaude (-do *P MS*) ii (*om. E*) et sat. *libri. Cf. ad 7, 18, 8* 3 si quis] quisquis *C* aut e. o. uoluerit bis *G* 4 tradere] presentare *G*ᵛ, *om. C* si ing. et] si non ing. sed *G*ᵛ fusticetur *C*, fistigetur *L* 5 damnum *HG* auctor *S*

XXX. QVIBVS EQVORVM VSVS CONCESSVS EST AVT DENEGATVS.

equorum] *Vrec.*, et quorum *V*

VIIII, 30, 1 (364 Sept. 30).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Exceptis senatoribus atque honoratis, sed et his, qui provincias administrant, veteranis etiam, qui sub armis militia functi sunt, et decurionibus ceteris omnibus per Picenum atque Flaminiam nec non etiam Apuliam et Calabriam, Brittios et Lucaniam atque Samnium habendi equi vel equae copiam praeclusam esse sancimus. Ii vero, qui minime animos ab huius modi usurpatione deflectunt, abactorum supplicio teneantur. DAT. PRID. KAL. OCTOB. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

4 flamminiam *V* 5 hii *V*

VIIII, 30, 2 (364 Oct. 5).

IDEM AA. AD BVLEFORVM CONS(VLAREM) CAMPANIAE. POST ALIA: Ut omnes latronum conatus debilitati conquiescant, pastoribus rei nostrae, id est lanigerarum ovium pecudumque custodibus, nec non etiam procuratoribus et actoribus senatorum habendi equini pecoris licentiam denegamus, sub hac videlicet interminatione, ut ii, qui nostrae mansuetudinis statuta temptaverint violare, abactorum supplicia tolerare cogantur. DAT. III NON. OCTOB. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

4 hii *V*

VIIII, 30, 3 (365 Iun. 21).

IDEM AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum omnifariam urbicarias regiones ab omni crimine et adsiduis abactorum rapinis quietas esse cuperemus, eo usque intentio nostra prospexit, ut istis in locis equo vehi his tantummodo liceret, quos ab huius modi sceleris suspicione locus aut dignitas vindicavit. Sed postea sanximus, ut suarii equis quidem uterentur, verum ad periculum suum pertinere cognoscerent, si quid in his regionibus sceleris esset admissum. Nunc quia advertimus, a suariis, qui propriis officiis occupantur, hanc necessitatem alienam esse debere, excellentia tua ita his sedendorum

---

3 equo *Vrec.*, aequo *V*

equorum potestatem datam esse cognoscat, ut nullo prioris sanctionis timore teneantur per ea sane loca, quae neque abactoribus neque aliis criminationibus infamata sunt. DAT. XI KAL. IVL. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

2/3 *annus recte traditur, dies dubius propter fines incertos inter Mamertinum et Rufinum*

III, 30, 4 (365 Dec. [?] 16).

IDEM AA. AD VALENTINVM CONS(VLAREM) PICENI. Palatini utendorum equorum per Picenum ad itinerum necessitatem habeant facultatem. DAT. XVII KAL. IAN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

3 *mense Decembri eius anni Valentinianus non fuit Mediolani*

III, 30, 5 (399 Dec. 1).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. BENIGNO VIC(ARIO) VRB(IS) ROMAE. Pastores Valeriae provinciae vel Piceni uti equinis animalibus non iubemus. Alioquin, si interdictus usus animalium vindicetur, conscios usurpationis huius seu dominos vel procuratores relegationis poena retinebit. DAT. KAL. DECEMB. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

V

2 *scr.* non uti eq. an.

XXXI. NE PASTORIBVS DENTVR FILII NVTRIENDI.

III, 31, 1 (409 Ian. 21).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEODOS(IVS) AA. CAECILIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Nemo curialium plebeiorum possessorumve filios suos nutriendos pastoribus tradat. Aliis vero rusticanis, ut fieri solet, nutriendos dari non vetamus. Si vero post istius legis publicationem quisquam nutriendos pastoribus dederit, societatem latronum videbitur confiteri. DAT. XII KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

V

XXXII. DE NILI AGGERIBVS NON CORRVMPENDIS.

Iust, 9, 38 rumpendis *Iust.*

III, 32, 1 (409 Sept. 22).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis posthac per Aegyptum intra duodecimum cubitum fluminis Nili ulla fluenta de propriis ac vetustis usibus praeter fas praeterque morem antiquitatis usurpaverit, flammis eo loco consumatur, in quo vetustatis reverentiam et propemodum ipsius imperii adpetierit securitatem: consciis et consortibus eius ˹Oasenae˺ deportationi constringendis, ita ut numquam supplicandi eis vel recipiendi civitatem vel dignitatem vel substantiam licentia tribuatur. DAT. X KAL. OCTOB. CONSTANTINOP(OLI) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

˹ ˺ *om.* IVST.

V. — IVST. 9, 38, 1.

2 ulla] *V*, ualla *Iust.* 3 usibus] *V*[rec.], uisibus *V* 5 deportatione *Iust.*

XXXIII [= BREV. XXIII]. DE HIS, QVI PLEBEM AVDENT CONTRA PVBLICAM COLLIGERE DISCIPLINAM.

de his qui pl. a. c. p. colligere (collige L^a) disc.] de plebem excitantibus *O.* — *Iust.* 9, 30 de seditiosis et his qui plebem audent contra publicam quietem colligere.

VIIII, 33, 1 [= BREV. VIIII, 23, 1] (384 Dec. 20).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. FLORENTIO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTA)LI. Si quis contra evidentissimam iussionem suscipere plebem et adversus publicam disciplinam defendere fortasse temptaverit, multam gravissimam sustinebunt. DAT. XIII KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis populum ad seditionem concitaverit, damnis gravissimis subiacebit.

V. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 30, 1.

1 impp. gr. ualent (ualens *G*(et th.] idem *O* florentino *PMLS* praef.] ppo *HEL*, po *PM*, pfp *C*, pfū G^a, pfo G^b 2 si quis] si qui *C*, qui *PMLS* uidentissimam *H* iussionem] iusticiam G^t aduersum *HOCPMLS* 3 disciplina *L* defendere] d. se G^b temptauerint G^a*ECPMLS* grauissima *L* sustinebunt] *VHG*^{a}*ECPMLS Iust. (L)*, sustinebit G^b*O Iust.* *(reliqui)* 3/4 dat. xiii (xiiii *O Iust. [Hal.]*, xui *PMS*, xuiii *Iust. [L]*) k. ian. (iun. *C*, iul. *G*, mai. *O*) constantinopoli (-lim *H*, constantinopolim imperatore *G*, constantino *E*) richomere (*sic V*, ricomere *HOEC*, riccomere N^*, ricimere *PM*, ricemeri *S*, retemero *G*) et clearcho (*sic vel* clearco *plerique*, clyarco N^*, pegrearco *E*) *libri* 5 damnum gravissimum G^b subiacebit] sustinebit *G*

XXXIIII [= BREV. XXIIII]. DE FAMOSIS LIBELLIS.

Iust. 9, 36

VIIII, 34, 1 [= BREV. VIIII, 24, 1] (319 Mart. 29).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VERINVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Si quando famosi libelli repperiantur, nullas exinde calumnias patiantur ii, quorum de factis vel nominibus aliquid continebunt, sed scribtionis auctor potius requiratur et repertus cum omni vigore cogatur his de rebus, quas proponendas credidit, conprobare, nec tamen supplicio, etiamsi aliquid ostenderit, subtrahatur. P(RO)P(OSITA) IIII KAL. APRIL. KARTHAG(INE) CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

INTERPRETATIO. Qui famosam cartham ad cuiuscumque iniuriam et maculam conscripserit in secreto aut in publico adfixerit inveniendamque proiecerit, illum, contra quem proposita est carthula, non nocebit nec famae eius aliquid derogabit. Sed si inveniri potuerit qui huiusmodi carthulam fecit, constringatur, ut probet quae conscripsit: qui si etiam quae scripsit probare potuerit, fustigetur, qui infamare maluit quam accusare.

V. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).*

1 uerinum] ualerinum *E*, ualerianum *G* uic] uc *E*, uirum clarum *S* famosi libelli] fabelli G^t 1/2 repperiuntur *E* 2 patiuntur *E* hii *VHEC*, hi *rel.* uel] et *GC* nominibus] omnibus *L*, moribus *G* aliqua *E* 3 inscriptionis *HG*, inscriptione *E* 4 de *om. G* conponendas *S* supplicio] tale s. *L* 5 pp (dat. N^*G) iiii (*VHN***GEC*, iii *OPMS Pith. [ex 2]*) k. apr. (iun. *PMS*) karth. (cartagini *H*) const. a. u et lic. c. (*VHC Pith. [ex 2], om.* N^**GOE PMS) libri* 7 qui] si quis *GE* iniuriam et] iniuriam uel *H*, iniuriae *PMLS* scripserit *PMLS* 8 aut] et *GECPMS* publico] supplicio G^v adflixerit *S* illum] illi *edd.* proposita] posita *G*, composita *C* 9 necque *C* aliquis G^t derogauit *EPML* inuenire *L* 10 facit *PML* scripsit *GPMLS* qui] quae *H* si *ante* quae *G*, *ante* probare *PMLS* etiam] etiam et *G* scripsit] conscripsit *G* 11 potuerit] *GCL*, non potuerit *HEPMS* fusticetur *CL*, fustigentur *H* qui] quia *HS*, qu (*sic*) *G*

IIII, 34, 2 (320/6 [313] Febr. 25).

IDEM A. AD AELIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Licet serventur in officio tuo et vicarii exemplaria libellorum, qui in Africa oblati sunt, tamen eos quorum nomina continent metu absolutos securitate perfrui sinas solumque moneas, ut ab omni non solum crimine, sed etiam suspicione verisimili alieni esse festinent. Nam qui accusandi fiduciam gerit, oportet conprobare, nec occultare quae scierit, quoniam praedicabilis erit ad dicationem publicam merito perventurus. P(RO)P(OSITA) V KAL. MAR. CARTHAG(INE) CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO C. CONSS.

V

1 helianum *V* uicarii] $V^{rec.}$, uicariis *V* 6 a. uii *est 11, 36, 3* constantio c̄ *V — propter* | *subscriptionem vide ad 1, 12, 3. 11, 36, 3*

IIII, 34, 3 (320 Dec. 4).

IDEM A. AD IANVARINVM AGENTEM VICARIAM PRAEFECTVRAM. Ut accusatoribus patientia praebenda est, si quem persequi in iudicio volunt, ita famosis libellis fides habenda non est nec super his ad nostram scientiam referendum, cum eosdem libellos flammis protinus conducat aboleri, quorum auctor nullus existit. P(RO)P(OSITA) PRID. NON. DEC. ROM(AE) CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO CAES. CONSS.

V

4 actor V^{1} 5 constantio c̄ *V*

IIII, 34, 4 (328 Oct. 21).

IDEM A. AD DIONYSIVM. Famosa scribtio libellorum, quae nomine accusatoris caret, minime examinanda est, sed penitus abolenda. Nam qui accusationis promotione confidat, libera potius intentione quam captiosa atque occulta conscribtione alterius debet vitam in iudicium devocare. P(RO)P(OSITA) TYRO XII KAL. NOV. IANVARINO ET IVSTO CONSS.

V

1 *mag. incertus (cf. Gothofredus in prosopographia)* 2 paenitus *V*

IIII, 34, 5 (338 Iun. 18).

IMP. CONSTANTIVS A. AD AFROS. Libellis quos famosos vocant, si fieri possit, abolendis inclytus pater noster providit et huiusmodi libellos ne in cognitionem quidem suam vel publicam iussit admitti. Non igitur vita cuiusquam, non dignitas concussa his machinis vacillabit; nam omnes huiusmodi libellos concremari decernimus. DAT. XIIII KAL. IVL. VRSO ET POLEMIO CONSS.

V

1 libellos V^{1}

IIII, 34, 6 (355 Oct. 31).

IDEM A. AD POPVLVM. Nemo prorsus de famosis libellis, qui neque aput me neque in iudiciis ullum obtinent locum, calumniam patiatur. Nam et innocens creditur, cui defuit accusator, cum non defuerit inimicus. DAT. PRID. KAL. NOV. MED(IOLANO) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

VT [incipit 3 t inimicus*]*.

2 obtinet *V*

VIIII, 34, 7 (365? 368? 370? 373? Feb. 16).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD EDICTVM. ⸢Famosorum infame nomen est libellorum, ac si quis vel colligendos vel legendos putaverit ac⸣ non statim ⸢chartas⸣ igni consumpserit, ⌈ sciat, se ⌈⌈ capitali sententia subiugandum. Sane si quis devotionis suae ac salutis publicae custodiam gerit, nomen suum profiteatur et ea, quae per famosum persequenda putavit, ore proprio edicat, ita ut absque ulla trepidatione accedat, sciens quod, si adsertionibus veri fides fuerit opitulata, laudem maximam ac praemium a nostra clementia consequetur. ⌈ DAT. XIIII KAL. MAR. CONSTANTINOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST.
***(praecedit Th. 9, 34, 9)* ⸢sin vero⸣**

⸢easdem chartulas vel corruperit vel⸣ | ⌈ sed vim earum manifestaverit
⌈⌈ quasi auctorem huiusmodi delicti

⌈ Sin vero minime haec vera ostenderit, capitali poena plectetur. huiusmodi autem libellus alterius opinionem non laedat.

VT. — IVST. 9, 36, 2.

1 ad edictum] *VT*, edictum *Iust.* 3 uel legendos *om. T* 4 carthas *T* 5 sententia] *V Iust. (LC)*, sententiae *T Iust. (RT)* 6 deuotiones *T*ᵃ 8 prosequenda *V* 12 xiiii] *VT*, xvi *Iust. (L Hal.)*

VIIII, 34, 8 (368 Nov. 9).

IDEM AA. AD FLORIANVM COM(ITEM). Iam pridem adversus calumnias firmissima sunt praesidia comparata. Nullus igitur calumniam metuat. Contestatio vero, quae caput alterius contra iuris ordinem pulsat, depressa nostris legibus iaceat; intercidat furor famosorum, saepe ut constituimus, libellorum. ET CETERA. DAT. V ID. NOV. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

VT

1 com.] *rerum privatarum* 2 praedia *V*¹ contestatio] *V*, contes|....ne *T* 3 depraes.. *T* intercedat *T*

VIIII, 34, 9 [= BREV. VIIII, 24, 2] (386 Ian. 19).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O.

Si quis famosum libellum sive domi sive in publico vel quocumque loco ignarus ⸢offenderit, aut discerpat⸣ priusquam alter inveniat aut nulli confiteatur inventum ||, nemini denique, si tam curiosus est, referat, quid legendo cognoverit. Nam quicumque obtulerit inventum, certum est ipsum reum ex lege retinendum, nisi prodiderit auctorem, nec evasurum poenam huiusmodi criminibus constitutam, si proditus fuerit cuiquam rettulisse, quod legerit. DAT. XIIII KAL. FEB. CONSTANTINOP(OLI) HONOR(IO) NOB. P. ET EVODIO CONSS.

⸢repperererit, aut corrumpat⸣ IVST.

|| *fin.* IVST. *(sequitur Th. 9, 34, 7)*

1 theod.] et theod. *S* et *om. O* cy(*vel* i)negio] cynigio *H*, cy(*vel* i)nedio *CPMS Pith.*, cynidio *L* pfū *G*ᵃ, pfo *G*ᵇ 3 loco] locum *E*, in publico l. *G* offenderit aut discerpat] inuenerit aut disrumpat *Pith. (cum Paris. 4403 A)* 4 priusquam] qui priusquam *E* 5 tamen *HELS Pith.* curiosum *E* quid] qui *G*ᵃ, que *G*ᵇ 6 ex] *malim* ea 7 tenendum *PML* criminis *G* 7/8 constitutum *S* 8/9 dat. xiiii (xiii *C*, xii *O*, xui *Iust.* [*L*¹*Hal.*], iiii *E*, iii *S*) k. feb. constantinopoli (-lim *HG*) honorio (*om. G*) n̄ p̄ (*sic T*, nob p *VPM*, nō p̄ *H*, nb p *N**, nobili p *S*, publico plebis *G*, uiiii *E*, *om. OC*) et (*om. G*) euodio (euuodio *N***G*, eubodio *P*, ebodio *ES*) *libri*

INTERPRETATIO. Si quis carthulam famosam in cuiuscumque iniuriam vel infamiam in publico propositam viderit et legerit et non statim discerpserit, et cuicumque, quae in ea legit, fortasse rettulerit, ipse velut auctor huius criminis teneatur.

VT. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 36, 2.

1 falsam *G* in] ad *G* iniuria uel infamia *HPMLS* 2 publicum *E* proposita *E* et non] non *L* discerpserit] decerpserit *L*, scisserit *H* et] sed *edd.* quae] quid *PML*, quod *S*, quoque *H* eam *H* 2/3 legit (legerit *E*) fort.] fort. repperit *H*

IIII, 34, 10 (406 Apr. 28).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Universi, qui famosis libellis inimicis suis velut venenatum quoddam telum iniecerint, ii etiam, qui famosam seriem scribtionis inpudenti agnitam lectione non ilico discerpserint vel flammis exusserint vel lectorem cognitum prodiderint, ultorem suis cervicibus gladium reformident. DAT. IIII KAL. MAI. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

VT

2 uniuersis *T* qui|.....lis (*om.* famosis) *T* 3 iniecerint] *Vrec.*, iniegerint *V* hii *V*, *deficit T* agnita *V* 4 discerperint *V* (*em. m. rec.*) lectorem] *V*, rectorem *T*, *scr.* auctorem 5 ui] *V*, iii *T*

XXXV [= BREV. XXV]. DE QVAESTIONIBVS.

de quaestionibus imperatorum *GE.* — *Iust.* 9, 41.

IIII, 35, 1 (369 Iul. 8).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRA(TIA)NVS AAA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nullus omnino ⌜ob fidiculas perferendas inconsultis ac nescientibus nobis vel militiae auctoramento vel generis aut dignitatis defensione nudetur⌝, excepta tamen maiestatis causa, in qua sola omnibus aequa condicio est. || Ii quoque citra consultationis modum subiciantur quaestioni, qui evidentibus argumentis subscribtiones nostras finxisse prodentur, qua in re ne palatini quidem nominis adsumptionem huius esse volumus quaestionis exortem. DAT. VIII ID. IVL. VAL(ENTINI)ANO NOB. P. ET VICTORE CONSS.

⌜ob . . . nudetur⌝] cui inconsultis ac nescientibus nobis fidicularum tormenta offerentur, militiae vel generis aut dignitatis defensione uti prohibeatur IVST.

|| *fin.* IVST.

VT. — IVST. 9, 8, 4.

2 nullus] *Iust.*, nullas *VT* perferendas] ferendas *T* 5 qua] *T Iust.*, quo *V* 6 condicio] *Vrec. T*, concidio *V* hii *V*, *def. T* 8 suscribtiones *T* 9 adsumptionem] *scr.* adsumptione quem 10 nob p] bp *V*[1], np *T*

IIII, 35, 2 (376 Sept. 17).

IDEM AAA. AD ANTONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O GALL(IARVM). Decuriones sive ob alienum sive ob suum debitum exortes omnino earum volumus esse poenarum, quas fidiculae et tormenta constituunt. Quod quidem capitale iudici erit, si in contumeliam ordinis exitiumque temptetur. Maiestatis tantummodo reos et quae nefanda dictu sunt conscios aut molientes ex ordine municipali maneat tam cruenta condicio. || De-

|| *fin.* IVST.

1 idem aaa.] *sic VT similiterque Iust., requiritur:* impp. Valens, Gratianus et Valentinianus antoninum *T* 2 earum] *Vrec.*, earumum *V* 2/3 fidiculae] offidiculae *T* 3 iudicium erit *T* 4 reus *T* dictu] *Iust.*, dicto *V*, interdicto *T* 4/5 conscios] ....|cio *T*

bitores vero et quos allectos aut susceptores memorant a summo usque ad infimum ordinem curiales exortes talium volumus esse poenarum. Habet severitas multa, quae sumat
1 ad sanciendam publici officii disciplinam, ut abstineat tam cruentis. Plumbatarum vero ictus, quos in ingenuis corporibus non probamus, non ab omni ordine submovemus, sed decemprimos tantum ordinis curiales ab immanitate huiusmodi verberum segregamus, ita ut in ceteris animadversionis istius habeatur moderatio commonentis. DAT. XV KAL. OCTOB. TREV(IRIS) VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSS.

VT. — IVST. 9, 41, 16.

1 uero *om. T* 3 disciplinam] *Vrec.*, disciscipli- nam *V* abstineant *V* cruentis *om. T* | 5 inmanitate *T*, immunitate *V* 6 *scr.* commonentes 7 triu. *T*

VIIII, 35, 3 (377 Ian. 4).

IMPPP. VALENS, GR(AT)IANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD GRACCHVM P(RAEFECTVM) V(RBI).
Severam indagationem per tormenta quaerendi a ⌜senatorio⌝ nomine | ⌜ ⌝ clarissimo IVST. submovemus. DAT. PRID. NON. IAN. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS.

VT. — IVST. 12, 1, 10.

1 p u] *T*, pum *Iust. (O)*, ppo *V* 2 ....|cationem *T* nomine] ordine *T* 3 triū *T*

VIIII, 35, 4 [= BREV. VIIII, 25, 1] (380 Mart. 27).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. ALBVCIANO VIC(ARIO) MACED(ONIAE).
Quadraginta diebus, qui auspicio caerimoniarum paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminalium quaestionum. DAT. VI KAL. APRIL. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

INTERPRETATIO. Diebus quadragesimae pro reverentia religionis omnis criminalis actio conquiescat.

VT. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 3, 12, 5.

1 grat. ualent. et theod.] ualent. grat. et theod. *PMLS*, idem *O*, ualent. ualens et grat. *Iust.* arbuciano *T*, licinio *O*, albucinio *E*, luciano *Iust.* uic] uc *E*, uiro claro *S* 2 quadragesime *E* caerimonialium *T* paschale] pascae *T*, phaschae *G* omnes *EL* 3 inhibeatur (inhibeat *PMS*, inhabeat *L*) cr. qu.] cr. qu. inh. *O* 3/4 dat. ui (uii *G*, xiii *E*) k. apr. thess. (constpl *E*, *om. S*) grat. a. (*sic VO*, *om. THGECPMS Iust.*) u (ui *V*, *om. HE*) et theod. (honorio *G*) a. i (*sic V*, i aa. *TC*, aa *H*, a *E*, uucc *PM*, uiris claris *S*, *om. GO*) *libri* 5 crimines *L* actio] quaestio *G*[1]

VIIII, 35, 5 (389 Sept. 6).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O.
Sacratis quadragesimae diebus nulla supplicia sint corporis, quibus absolutio expectatur animarum. DAT. VIII ID. SEPTEMB. FORO FLAMINI TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

VT

2 quadragesimae] *Vrec.*, quadragissimae *V*

VIIII, 35, 6 (399 Aug. 21).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD MESSALAM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nihil sibi deflectens a iustitia indignatio cognitorum, nihil venalis exigentium terror in eas, quae aut ⌜innocentiae auctoritate⌝ securae aut principalitatis sunt honore munitae, intellegat licere per- | IVST. ⌜innocentia⌝

4/5 principali *Iust.*

sonas ad inferendas iniurias corporales. Habeat hanc mercedem laboris multorum munerum testimoniis commendata devotio ⌈. ET CETERA. DAT. XII KAL. SEPT. THEODORO V. C. CONS.

⌈ idem est et si munia decurionatus quis deposuit: nam et ipse propter pristinam dignitatem quaestionem non patitur.

VT. — IVST. 9, 41, 17.

2 munerum] uirorum *T* 3 xii] xuii *iuncta* (12, 1, 161) 4 theodosio et rumoridio *Iust.* | *(Hal.)* conss. *T*

I, 35, 7 (408 Apr. 27).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AD ANTHEMIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Provinciarum iudices moneantur, ut in ˫Isaurorum latronum quaestionibus˧ nullum quadragensimae nec venerabilem pascharum diem existiment excipiendum, ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quae per latronum tormenta quaerenda est, cum facillime in hoc summi numinis speretur venia, per quod multorum salus et incolumitas procuratur. DAT. V KAL. MAI. CONSTANTINOP(OLI) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

˫qu. latr. et maxime Isaurorum˧ IVST.

VT. — IVST. 3, 12, 8.

3 quadragesimae *T* 4 ne] *V Iust. (PL)*, nec *Iust. (CRM)*, neue *T* 5 facillime in] fac..... *T* | nominis *T* speretur] *T Iust.*, speratur *V*

XXXVI [= BREV. XXVI]. VT INTRA ANNVM CRIMINALIS QVAESTIO TERMINETVR.

Rubr. est in T ut intra (infra *G*) a. cr. quaestio (*sic VT brev. (praeter E) Iust.*, actio *E edd.*) terminetur (conquiescat *G*) *libri cum Burg. R. 31, 5.* — *Iust.* 9, 44 ut intra certum tempus criminalis quaestio terminetur.

I, 36, 1 [= BREV. VIIII, 26, 1] (385 Iul. 12).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEODOSIVS ET ARCAD(IVS) AAA. DESIDERIO VIC(ARI)O. Quisquis accusator reum in iudicium sub inscribtione detulerit, si intra ˫anni˧ tempus accusationem coeptam persequi supersederit vel, quod est contumacius, ultimo ˫anni˧ die adesse neglexerit, quarta bonorum omnium parte multatus aculeos consultissimae legis incurrat, scilicet manente infamia, quam veteres iusserant sanctiones. DAT. IIII ID. IVL. TREV(IRIS) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

˫certum˧ IVST.

˫ ˧ *om.* IVST.

INTERPRETATIO. Quicumque inscriptione praemissa cuiuscumque criminis reum accusare voluerit, ab eo die, quo inscripsit, intra annum peragat propositas actiones. Qui si distulerit, infamis effectus, bonorum suorum quarta parte multabitur.

VT [finit 1 quisquis a . .]. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 44, 1.

1 ualent. theod. et arc. (arc. et theod. *GEC*)] idem *O* desiderato *G* uic] ūc *G*, uiro claro *S*, ūc cons̄ *E*, consulari *O*, uic. asiae *edd.* quisquis] quis *E* 1/2 accusatus *G* 2 iuditio *GE* sub inscriptione] *HOEC Pith. Iust. (plerique)*, sub (su *PML*) scribtione *VGPMLS Iust. (C)* detulerint *V (em. m. rec.)* si *om. PML* anni *om. G* 3 coeptam] certam *G* persequi] *brev. Iust.*, prosequi *V* 4 ultimum *L* anni *om. O Iust.* diem *L* 4/5 quartam b. o. partem *G*ᵃ 6 infamia *om. G*ᵃ iusserunt *GCPML*, inserant *E*ᵗ 6/7 dat. iiii (iii *OPMS Pith. [ex 2]*, ui *Iust. [L]*, *om. E*) id. (k. *Pith. [ex 2]*) iul. (ian. *Pith. [ex 2]*) treu. (treueris *GOE*, treuer *C*, triu. *PMN**, triueris *H*) arc. a. i [iu *Iust. [L]*, u *C*, *om. GE PM*) et bautone *libri: aut Maximi est imperatoris Galliarum errore recepta constitutio aut aliter erratum* 8 scriptione *PML* 9 scripsit *PML* propositam actionem *L* qui] quod *PML* 10 infamia *G* quartam *G*ᵃ, quarte *P* partem *G*

VIIII, 36, 2 [= BREV. VIIII, 26, 2] (409 Ian. 21).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. CAECILIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA:

Noverint iudices cuilibet culmini honorive praesidentes necessariis utrique parti, si petantur, dilationibus non negatis ˹a die inscribtionis intra anni curricula˺ criminales causas limitandas, quo emenso subeat accusator, quia destitit, poenam ˹sibi˺ legibus constitutam; et si persona vilior fuerit, cui damnum famae non sit iniuria, poenam patiatur exilii, nisi ˹forsitan˺ intra ˹anni˺ metas consensus partium abolitionem popōscerit. In iudicum autem debet esse diligentia, ut, si nulla rationabilis a reo vel accusatore dilatio postuletur, urgeant talium causarum notionem non exspectatis ˹anni˺ moris. || Si vero accusator vel reus propter documenta forsitan sibi necessaria annum voluerint custodiri, dare adsensum debet patientia cognitoris, in alteram partem severiorem formatura sententiam. ET CETERA. DAT. XII KAL. FEB. RAVENN(AE) HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

IVST.
˹praecedentibus scilicet inscriptionibus intra certum tempus˺
˹ ˺ *om.*
˹forte˺ | ˹statuti temporis˺
˹ ˺ *om.* | || *fin.*

INTERPRETATIO. Iudices, qui inscriptione praemissa criminalia negotia audire coeperint, a die inscriptionis, si indutias aut accusator aut reus petierit, intra annum praestare debebunt, ut haec actio intra anni curriculum finiatur. Quod si accusator intra annum quae proposuit probare distulerit, absoluto reo poenam suscipiat lege superiori conprehensam. Quod si talis persona sit, ad cuius deformitatem infamia non pertineat, exilio deputabitur. Tamen si inter accusatorem et reum ita iudice praesente convenerit, ut pro instructione utriusque partis anni integri indutiae tribuantur, debet a iudice non negari: futurum, ut pars, quae post indutias fuerit superata, districtiori sententia feriatur.

V. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 44, 2.

1 ciciliano *HEL*, celliano *G* p̄fu G^a, p̄fo G^b 2 nouerit L^a cuiuslibet culminis *HG* honerisue *G*, honoreue *H*, honoriue uel *E* 2/3 presedentis *E* 3 necessaria *G* partis G^a 4 non] habeat accusator non *G* negantis *S* 5 curricula] circulum *G* 6 subeat] *Iust.*, habeat *V brev.* quia destitit] qui astitit *HO*, qui asstitit *G*, qui adstetit *E*, qui adstitit S^2 7 sibi *om. O Iust.* 8 uilior] lior *C* fuerit] non f. *O* damnum famae] damnum infamiae *GPMS* iniurie G^a, iniuriam M^aS 9 exilio *L* forsitan] *om. G* 9/10 anni metas *om. in sp. vac. C* 10 consensus] *Iust.*, consensu (-sum *E*) *V brev.* abolitione G^v, obliuione G^t poposcerint *H* 11 iudicium G^aECPML, iuditio G^bS debent esse E^a, esse debet *GO* diligentiam G^a ut] aut *EC* si *om. PML* 12 rationalis *PML* a reo] ab eo *S* uel] uel ab *PMLS* 13 urgueant *PML*, urguant G^a, urguent *C* talium] aliam *G* 14 non exspectatis (-ta *G*, spectatis *E*) anni (annis *PML*) moris (mores *HE*, moras G^a, mora G^b) *om. O* 15 forsitan sibi *(om. PML)*] s. f. *O* 16 uoluerit *O* custodire *GECS*, custodia *PML* debit *M* pacienciam G^a alteram] uictam *O* 17 formaturam HG^a sententia *E* 17/18 dat. xii (xiii *GEC*, x *PMS*) k. feb. (oct. *Pith.*) rau. *(om. OPMS)* hon. uiii (ix *O*) et th. iii (iiii *H*, *om. E*) aa. *libri* 20 accusatur *G* petierint *G* 20/21 praestare (praesentare G^t) d. ut h. a. i. anni curriculum (curricula *H*, circulum *GEC*) finiatur (finiat *H*), q. si acc. (aut reus petierit *ins.* H^b) intra annum (i. ann. acc. *G*) *om. L* 22 obsoluto S^b, obsolito S^a legi *L* superius *GC* comprehensa *G* 23 deformitate *E* deputabitur] deputetur *H(?) edd.* tamen si *(om. G)*] si tamen *E* intra *S* 24 ita] ita ut *G* iudicem praesentem G^t, iudici praesenti G^v instructione] inscriptione *G* partes *E* 25 futurorum *G* quae *om. S* 26 fuerit] si fuerit *S* separata *E* destrictiori *CPM*

XXXVII [= BREV. XXVII]. DE ABOLITIONIBVS.

add. abolitio est obliuio *(om. GPML)* obiecti (obiectio G^a) criminis *(ins.* absolutio *G) HGECPMLS.* — *Iust.* 9, 42.

, 37, 1 [= BREV. VIIII, 27, 1] (319 Nov. 26).

IMP. CONSTANTINVS A. AD IANVARINVM P(RAEFECTVM) V(RBI). ⌜Si post strepitum accusationis exortae abolitio postuletur, causa novae miserationis debet inquiri, ut, si citra depectionem id fiat, postulata humanitas praebeatur; sin aliquid suspicionis extiterit, quod manifestus reus depectione celebrata legibus subtrahatur, redemptae miserationis vox minime admittatur, sed adversus nocentem reum inquisitione facta poena conpetens exeratur⌝. DAT. VI KAL. DEC. SERDICAE CONSTANTINO A. V ET LICIN(IO) C. CONSS.

⌜Abolitio praesentibus partibus causa cognita non a principe, sed a competenti iudice postulari debet, id est si per errorem seu temeritatem seu calorem ad accusationem prosiluerit: hoc enim accusator explanans abolitioni locum faciet. Sin autem per depectionem vel pecuniis a reo corruptus ad postulandam abolitionem venit, redemptae miserationis vox minime admittatur, sed adversus nocentem reum inquisitione facta poena competens exseratur⌝ *(sequuntur sumpta aliunde).* IVST.

INTERPRETATIO. Si quem paenituerit accusasse criminaliter et inscriptionem fecisse de id, quod probare non poterat, si ei cum accusato innocente convenerit, invicem se absolvant. Si vero iudex eum, qui accusatus est, criminosum esse cognoverit et inter reum et accusatorem per corruptionem de absolutione reatus convenerit, is qui reus probatur remoto conludio poenam excipiat legibus constitutam.

V. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 42, 2.

1 ā *om. G* 1/2 ianuarianum *HE*, ianuarium *GCLS Pith.* 2 p̄ ū] *VPMS*, pfu *GC*, ppm *E*, preftm *H*, pu coss *L*, procos. Achaiae *(collata 9, 1, 2) Gothofredus: cf. 9, 34, 3* 3 accusationi *L* extortae *H* 4 causam *PMS*, cause *H* 5 si citra] si certa *E*, secreta (-tam G^a) *G* 6 depactionem G^aO, depectione (-nem *E*) *HE*, despectione G^b 7 sin (si in *E*, in *S*) .... 10 subtrahatur *om. G* 8 quod] quo *L* 8/9 manifestos reos *S* 9 depectione] pactione *O* 13 poenam G^a exequatur *G* 13/14 dat. ui (xui *Iust. [Hal.]*, *om. E*) k. dec. serd. (syrdice *E*) const. a. *(om. PMS)* u *(om. G)* et lic. c. *(sic VC, om. reliqui) libri* 15 quem] quis *PMLS* accusasse] *GECPM*, accusari se S^a, accusare *H(?)L*, *inc.* S^b criminanter *PML* inscriptionem (-ne *E*)] scriptionem *S* id] eo *HG* 16 poterat] poterit *H*, potuerit *edd.* innocentem *E* conuerit H^a, conuenerint *P* 17 reum] eum *HC* accusator *PM* 18 per *om. PML* corruptione *L*, correptione *C* concludio *L* 19 excipiat] *HG*, suscipiat *PMLS*, accipiat *C* *post* constitutam *add.* hic inserendum lex sine expositione *E (cf. l. seq. in fine)*

, 37, 2 [= BREV. VIIII, 27, 2] (369 Oct. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. ⌜Accusator, qui se laqueo legis adstringit, agnoscat nullum sibi fore ad latebram abolitionis recursum, postquam aliquid iniuriae merito inscribtionis inlatae tolerarit inscribtus, id est si vel

IVST.

⌜Fallaciter incusantibus accusationis abolitio non dabitur. Sin autem sincera mente accusationem instituerit et reus aliquid iniuriae inscriptionis illatae toleraverit, id est si vel carcerem sustinue-

---

1 et *om. O* 2 ppo] *VH*, po *PM*, pu *L*, pfu *GC*, ppm *E* 3 asstrinxit *G*, constringit *Pith. (cum Par. 4403 A)* cognoscat *H* 4 forte G^aEL, portae G^b, foro *Pith.*, *def. H* absolutionis *Pith. (ex 2)* 4/5 concursum *PMLS Pith.* 5/6 scribtionis *V* 6 toleraret *EPMLS*, tolerari *G* scriptus *PMLS* id est] idcirco *PML* si uel] siue *G*

XXXVIII [BREV. XXVIII]. DE INDVLGENTIIS CRIMINVM.

VIIII, 38, 1 (322 Oct. 30).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Propter Crispi atque Helenae partum omnibus indulgemus praeter veneficos homicidas adulteros. ACC. III KAL. NOV. ROM(AE) PROBIANO et IVLIANO CONSS.

V

1 ppo] *V*; *scr.* p u *Crispum uxorem duxisse nomine Helenam eamque a. 322 peperisse non video, cur in dubium vocetur, quamquam de femina ea eiusque partu praeterea memoria non extat. Subscriptio, si constitutio data est ad Maximum praefectum urbi, convenit cum laterculo praefectorum*

VIIII, 38, 2 (354 [immo 353] Sept. 6).

IMP. CONSTANTIVS A. AD CERealem P(RAEFECTVM) V(RBI). Omnia penitus amputentur, quae tyrannicum tempus poterat habere tristissima. Universos ergo praecipimus esse securos exceptis quinque criminibus, quae capite vindicantur. DAT. VIII ID. SEP. LVGDVNI CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE C. CONSS.

V

1 paenitus *V* 3 lugduni] *Miraeus*, lygduni *V*[rec.], lygdunae *V* 4 a. uii] *scr.* a. ui *propter praefectum*

VIIII, 38, 3 (367 [369] Mai. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ob diem paschae, quem intimo corde celebramus, omnibus, quos reatus adstringit, carcer inclusit, claustra dissolvimus. Adtamen sacrilegus in maiestate, reus in mortuos, veneficus sive maleficus, adulter raptor homicida communione istius muneris separentur. DAT. III NON. MAI. ROM(AE) LVPICINO ET IOVINO CONSS.

V

3 maiestatem *Gothofredus* 5 iouiano *V: pro* Rom. *scr.* Remis: *annus mutandus propter seriem praefectorum*

VIIII, 38, 4 (368 Iun. 6).

IDEM AAA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Paschae celebritas postulat, ut, quoscumque nunc aegra exspectatio quaestionis poenaeque formido sollicitat, absolvamus. Decretis tamen veterum mos gerendus est, ne temere homicidii crimen, adulterii foeditatem, maiestatis iniuriam, maleficiorum scelus, insidias venenorum raptusque violentiam sinamus evadere. LECTA VIII ID. IVN. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE II AA. CONSS.

V

3 mos .... 3/4 foeditatem] *V*[2], morem *(mediis omissis)* *V*[1]

VIIII, 38, 5 (371 Mai. 19).

IDEM AAA. AD SENATVM. Indulgentia, patres conscribti, quos liberat notat nec infamiam criminis tollit, sed poenae gratiam facit. || In uno hoc aut in duobus reis ratum sit: qui indulgentiam senatui dat, damnat senatum. DAT. XIIII KAL. IVN. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS. || *fin.* IVST.

V. — IVST. 9, 43, 3.

3 xiiii] xii *Iust. (Hal. R)*

I, 38, 6 (381 Iul. 21).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD ANTIDIVM V̄. C̄. VIC(ARI)VM. Paschalis laetitiae dies ne illa quidem gemere sinit ingenia, quae flagitia fecerunt; pateat insuetis horridus carcer aliquando luminibus. Alienum autem censemus ab indulgentia, qui nefariam criminum conscientiam in maiestatem superbe animaverit, qui parricidali furore raptus sanguine proprio manum tinxit, qui cuiusque praeterea hominis caede maculatus est, qui genialis tori ac lectuli fuit invasor alieni, qui verecundiae virginalis raptor extitit, qui venerandum cognati sanguinis vinculum profano caecus violavit incestu, vel qui noxiis quaesita graminibus et diris inmurmurata secretis mentis et corporis venena conposuit, aut qui sacri oris imitator et divinorum vultuum adpetitor venerabiles formas sacrilegio eruditus inpressit. || His ergo tali quoque sub absolutione damnatis || *inc.* IVST. indultum nostrae serenitatis eo praecepti fine concludimus, ut remissionem veniae crimina nisi semel commissa non habeant, ne in eos liberalitatis augustae referatur humanitas, qui inpunitatem veteris admissi non emendationi potius quam consuetudini deputarunt. RECITATA XII KAL. AVG. ROM(AE) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

V. — IVST. 1, 4, 3.

2 gemere] *scripsi*, temere V^1, timere V^2, tenere *Cuiacius* 9 quis|acrioris V^1, quis a|acrioris V^2 10 quoque] *om. Iust. (praeter R)* absolutione] *V Iust.* (R^a?), astrictione *Iust. (reliqui)*

I, 38, 7 (384 Mart. 22).

IDEM AAA. AD MARCIANVM VIC(ARIVM). Religio anniversariae obsecrationis hortatur, ut omnes omnino periculò carceris metuque poenarum eximi iuberemus, qui leviore crimine rei sunt postulati. Unde apparet eos excipi, quos atrox cupiditas in scelera compulit saeviora: in quibus est primum crimen et maxime maiestatis, deinde homicidii veneficiique ac maleficiorum, stupri atque adulterii parique immanitate sacrilegii sepulchrique violatio, raptus monetaeque adulterata figuratio. DAT. XI KAL. APRIL. MED(IOLANO) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V

3 postulat *V* 4 maximum *Cuiacius* 7 clearch *V*

I, 38, 8 [= BREV. VIIII, 28, 1] (385 Febr. 25).

IDEM AAA. AD NEOTERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nemo deinceps tardiores fortassis affatus nostrae perennitatis exspectet: exsequantur iudices, quod indulgere consuevimus. Ubi primum dies paschalis extiterit, nullum teneat carcer inclusum, omnium vincla solvantur. Sed ab his secernimus eos, quibus contaminari potius gaudia laetitiamque communem, si dimittantur, advertimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? quis adultero ⌈ vel incesti reo tempore castitatis ignoscat? quis non raptorem ⌈ in summa quiete et gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat requiem vinculorum, qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sivit; patiatur tormenta veneficus maleficus

IVST.
⌈ vel stupri
⌈ virginis

1 idem] grat. ualent. (ual. gr. *O*) et theod. (et theod. *om. O) brev.*, gr. ual. th. et arc. *Iust.* neotherium *VC*, neuterium *HGOEPMLS* ppu G^b, ppm *E* tardioris *E*, artiores (-rem *L*) *PMLS* fortasse *G* 2 adflatus *H*, affectus *OC* perennitatis] *VHE*^{t}*OPML Iust.*, serenitatis *GE*^{v}*CS* exequantur] set e. *O* conseuimus *HM* 3 paschales extiterint *PMLS* omnia *G* uincula *HGOCS* 3/4 soluantur] dissoluantur *Iust. (praeter Q)* 4 contaminare *PML* 4/5 commune L^b, comine L^a 5 dimittuntur *O* aduertimus] *VGOES*, auertimus *HPML*, animaduertimus *C Iust.* 6 sanctis] sacris *C* indulgentia *L* adulterum *EL* incestis *GC* tempore] in t. *C* 7 raptore *LS* in *om. PMLS* quiete] que *L* 8 gaudia *E* institius L^a, instantiam G^a accipiant *H*, accipit *L* 9 qui *om.* H^a quiesceri *S* sepultus G^tE, sero ultos *L* quidam G^a 10 inmanitatem *E* siuit] *VOC*, seuit *E*, sinit *GPMLS Iust.*, sinunt *H* maleficus] et m. *G*

⌜adulteratorque⌝ monetae; homicida ⌈ quod fecit semper expectet; reus etiam maiestatis de domino, adversum quem talia molitus est, veniam sperare non debet. DAT. V KAL. MART. MED(IOLANO) ARCADIO A. I ET BAVTONE V. C. CONSS.

⌜adulterator violatorque⌝	⌈ et parricida

INTERPRETATIO. **Sacrilegus adulter incestus reus, raptor sepulchrorum violator veneficus maleficus adulterator monetae homicida diebus paschae nullatenus absolvantur. Reliqui omnes, quos minorum causarum culpa constringit, diebus venerabilis paschae specialiter absolvantur.**

V. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 1, 4, 3.

1 homicidia *S* 1/2 expetet *L* 2 aduersum *VC*, aduersus *HGOEPMLS Iust.* 3 tali *M* uenia *L* debeat *PMLS* 3/4 dat. u (xu *E*, *om. Iust.*) k. mart. med. *(om. EPM)* arc. a. *(om. VHE)* i (semel *E*, *om. HGN**) et bautone (-no *S*) v. c. *(sic Iust. [Hal.], om. libri nostri) libri* 5 incestis *G*ᵃ, incesti *E* reus *om. S* 7 uenerabiles *L*, uenerabilibus *H(?) edd.*

VIIII, 38, 9 (396 Aug. 31).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD CAESARIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Devotissimae nobis provinciae Lyciae priorem famam meritumque inter ceteras renovari censemus, idque excellens eminentia tua edictis propositis cunctis faciat innotescere, ne quis posthac civem Lycium contumelioso nomine iniuriae audeat vulnerare. Teneant honores suos, quos meritis ac laboribus perceperunt et a nostra serenitate sumpturi sunt; habeant praeteritas dignitates sperentque sui devotione venturas. Nec unius viri inlustris Tatiani tantum valuerit temporalis offensio, teterrimi iudicis inimici ut adhuc macula in Lycios perseveret, quae in ipso iam temporis absolutione consumpta est. DAT. PRID. KAL. SEPT. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. IIII ET HONOR(IO) A. III CONSS.

V

4 iniuriae] *V*², iinuriae *V*¹ 7 athuc *V*¹

VIIII, 38, 10 (400 [405] Aug. 6).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. ROMVLO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes omnium criminum reos vel deportatione depulsos vel relegatione aut metallis deputatos, quos insulae variis servitutibus aut loca desolata susceperunt, hac nostra indulgentia liberamus, separatis illis, qui ad locum poenae destinatum contra iudicum sententias ire noluerunt. Indignus est enim humanitate, qui post damnationem commisit in legem. DAT. VIII ID. AVG. RAV(ENNAE) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

V

1 ppo] *tam hanc constitutionem quam alteram a. 404 Apr. 22 inscriptam* Romuliano ppo *Tillemont (ad Honorium not. 13) censet datas esse ad Flavium Pisidium Romulum praefectum urbi; sed videtur is ea praefectura functus esse a. 403 neque postea obtinuisse praetorianam* 5/6 *propter consules vide ad 2, 8, 24*

VIIII, 38, 11 (410 Febr. 12).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. GAISONI COMITI ET MAG(IS)TRO OFF(ICI)OR(VM). POST ALIA: De his, qui tyrannicae praesumptionis ... aut sacramenta sectati ad nostrum imperium redierunt, hanc volumus esse sententiam, ut, quos inter incendia tyrannidis adsumptae fidelis paenitudo revocavit, ordinem et fructum militiae non amittant. Eos vero, quibus lentum regressum necessitas desperationis indixit, soluto cingulo matricula convenit aboleri, ita ut illud quoque par reverentiae forma custodiat, ne redire ei ad pristi-

1 osfor (offor *em. m. rec.*) *V* 2 aut *(del. m. rec.) V: hiatum indicavi ego*

nam militiam liceat, qui aliud militandi genus elegerit. DAT. PRID. ID. FEB. RAV(ENNAE) VARANA CONS.

V

I, 38, 12 (410 [?] Aug. 6).

IDEM AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Liberata re publica tyrannidis iniuria omnium criminum reos relaxari praecipimus. DAT. VIII ID. AVG. RAV(ENNAE) VARANA V̄. C̄. CONS.

V

2 *reliquae constitutiones ad Palladium datae cum sint a. 415—421, erratum est aut in inscriptione aut in subscriptione (cf. Tillemont ad Honorium not. 31).*

XXXVIIII [= BREV. XXVIIII]. DE CALVMNIATORIBVS.

de calumpniato *O.* — *Iust.* 9, 46.

I, 39, 1 [= BREV. VIIII, 29, 1] (383 Dec. 30).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. HELLEBICO COM(ITI) ET MAG(IS)TRO VTRIVSQVE MIL(ITIAE). Non est ratio, qua manifesti calumniatoris supplicium differatur. Nec enim patimur frequenter iterari, quae consistere prima actione non quiverint, atque alienam innocentiam securitatemque sine crimine damnabili adpetitione terreri. DAT. III KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

Istae leges sub eodem titulo similem interpretationem habent.

V. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).*

1 et *om. G* hellebico] *VH*, hillibico *G*, ellibico *OPM*, ellibaco *C*, ellbio *L*, et libico *S*, hilladio *E*, hiladio *Pith.*, ellebisco *Pith.*, illirico *Pith.* comiti (-te *HS*) et *(om. L) om. O* 1/2 magistro *(om. L)* utr. mil.] mag. militum u. m. *O* 2 qua] *HOEC*, quam $VG^{t}PML$, ut G^{v} manifeste *GE* calumniatores *GL* supplicio *G* differantur G^{b}, deferatur *HPML* 3 iterare *GC* non quiuerint] non quiuerunt *C*, non quieuerint *HGE*, non qui uenerint *L*, nequiuerint *O* 4 damnabile *L* adpetitione] petitione *GPML* 4/5 dat. iii k. ian. (iul. *G*) constantinopoli (-lim *HG*) merobaude (-do *PMS*) ii *(om. ES)* et sat. (pp̄o *ins. G*) *libri* 6 istae leges *(sic PMS*, stae leges *H*, lex ista *L)* s. e. t. similem interpr. habent (habet *L*) *HGP (char. div.) MLS*, istae tres unum habent *G*, *om. EC*

I, 39, 2 [= BREV. VIIII, 29, 2] (385 Mai. 8).

IDEM AAA. MENANDRO VIC(ARIO) ASIAE. Nostris et parentum nostrorum constitutionibus conprehensum est eos, qui accusationem alienis nominibus praesumpsissent, delatorum numero esse ducendos. Atque ideo calumniosissimum caput et personam iudicio inritae delationis infamem ⌜deportatio⌝ sequatur, quo posthac singuli universique cognoscant non licere in eo ⌜principum⌝ animos conmovere,

⌜supplicium⌝ IVST.
⌜iudicum⌝ IVST.

1 idem] imppp. idem *C* aā *V* menandro] *H GEC Pith. (ex 2) Iust.*, menandrio *V*, freandro *PML*, frenando *S* uic] ūc *E*, uiro claro *S* nostris et *om. G* 2 compr. est *om.* H^{a} eos] ut eos *G* accusatione *L* praesumpserint *G* dilatorum *G* 3 numero] nomine *PMLS* ducendos] damnandos *Pith. (ex Par. 4403 A)* calumniasissimum *S* iudicio *om.* H^{a} inritae] V^{2}, irritae V^{1} 4 dilationis *HC PML* infamis G^{b} sequatur] *VHC*, persequatur $G^{v}EL$, prosequatur *PMS Pith.*, sequestratur G^{t} quod *HGE*, quae *S* posthaec *HG*, post hoc *E* 5 eo] eum *GE* commoueri *GS*, mouere V^{1}

quod non possit ostendi. DAT. VIII ID. MAI. CONSTANTINOP(OLI) ARCADIO A. I ET BAVTONE V̄. C̄. CONSS.

Interpretatione non indiget.

V. — BREV. (*HG[O om.]ECPMLS*). — IVST. 9, 46, 8.

1 quod (quo *PML*) non possit (posset *PML*) ostendi (hostendi *V*) *post* 499, 5 in eo *Iust.* 1/2 dat. uiii (uii *HECPMS*, ui *N*G Iust.* [*L*]) id. (kal. *HGPM*) mai. (mart. *N*G*) constantinopoli (-lim *G*) arc. a. (*om. HGEP*) i (xi *Pith.*, *om. HN*GE*) et bautone (baudone *S*, merobaude *E*) ū. c̄. (uucc *PM*, uc̄c̄ *N**, uiro claro *S*, *om. V et rel.*) *libri* 8 int. non indiget] *H*, *om. GECPMLS*

VIIII, 39, 3 [= BREV. VIIII, 29, 3] (398 Mart. 13).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. VICTORIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Innocentes sub specie falsae criminationis non patimur callidorum inpugnatione subverti: qui si temptaverint, intellegant sibimet severitatem legum pro commissis facinoribus incumbere. DAT. III ID. MART. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Calumniatores sunt, quicumque causas ad se non pertinentes sine mandato alterius proposuerint. Calumniatores sunt, quicumque iusto iudicio victi causam iterare temptaverint. Calumniatores sunt, quicumque quod ad illos non pertinet petunt aut in iudicio proponunt. Calumniatores sunt, qui sub nomine fisci facultates impetunt alienas et innocentes quietos esse non permittunt. Calumniatores etiam sunt, qui falsa deferentes contra cuiuscumque innocentis personam principum animos ad iracundiam commovere praesumunt. Qui omnes infames effecti in exilio detrudentur. Hic de iure addendum, qui calumniatores esse possunt.

V. — BREV. (*ḢD[f. 219 om. praescr. et subscr. et interpr.]GOECPMLS*).

1 a̅a̅ *om. O* uictorio] *HOE Pith.*, uictori G^b *C Pith.*, uicto G^a, uicturo *V*, uicino *PMLS* procos.] p̄ ū *V*, p̅o̅ *G*, p̅f̅c̅ *E* 2 falsi criminis *H* non patimur *post* innocentes *O* subuerti] subueniri G^t si] se *S* 3 sibimet] sibi et *GE* 3/4 dat. iii (iiii *GS*) id. (kal. *Pith.*) mart. med. (*om. G*) hon. a. (*om. PMS*) iiii (iii *PM*) et eut. (euticio *H*) *libri* 5 calumniatores ..... 6 proposuerint *om. D* sine] si *H* 6 proposuerunt *edd.* calumniatores ... 9 permittunt *om. D* causa *L* 7 quod] quae *O* pertinent *O* aut] ut *PMLS* in iudicio] indicio *G* 8 proponant *PMLS* qui] que *L* facultatis *L*, hereditates *O* alienis *L* 9 etiam *om. GO* 9/10 cui. inn. pers.] innocentium personas *O* 10 principis animum *E* iracundia *E* comm. praes. qui] instigant *O* *post* praesumunt *suppletur in margine, errore omnino*, et quietos esse non permittunt (*cf. v.* 8/9) *E* qui] hi *O*, hii *E* 11 exilium *OC* detrudantur *E*, detruduntur *G*, retrudentur *D*, trudantur *O* hic de iure (*om.* H^a) addendum (-da *H*) q. c. e. (non *ins. H*) possunt] *HDGC*, *om. OEPMLS*

XL [= BREV. XXX]. DE POENIS.

Iust. 9, 47.

VIIII, 40, 1 [= BREV. VIIII, 30, 1] (314 [?] Nov. 3).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CATVLLINVM. Qui sententiam laturus est, temperamentum hoc teneat, ut non prius capitalem in quempiam promat severamque sententiam, quam in adulterii vel homicidii vel maleficii crimen aut sua confessione aut certe omnium, qui tormentis vel interrogationibus fuerint dediti, in unum conspirantem concordantemque rei finem convictus sit et sic in obiecto flagitio deprehensus, ut vix etiam ipse ea quae com-

---

1 ā *om. O* catullinum] *V*, catulinum *brev.* daturus E^t*PML* 2 hoc teneat] optineat *E* capitale *L* promat] proponat *H* seueraque *H*, ueramque *Pith.* 3 crimen aut] *VH* G^a*ECM*[2]*S Iust.*, crimina ut *PM*[1]*L*, crimine aut *O*G^b sua] in sua *G* 4 uel] aut *O* conspirantem concordantemque] *VOE*[1]*CS Iust.*, conspirantem non concordantemque *E*[2], concordantem conspirantemque *H*G^t, concordantes conspirantesque G^v, conspirantem concordiamque *PML*, conspirantium concordantiumque *Gothofredus* 5 fine *PML* uictus *S* obiecto (-tu *E Pith.*) flagitio (-tii *Pith.*) depr.] fl. d. o. *O* etiam] iam *Pith.* (*inde Cui. 1586*) ipse *ante* 501, 1 negare *O*

miserit negare sufficiat. DAT. III NON. NOV. TREV(IRIS), ACC. XV KAL. MAI. HADRVMET(O) VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Iudex criminosum discutiens non ante sententiam proferat capitalem, quam aut reus ipse fateatur aut convictus vel per innocentes testes vel per conscios criminis sui aut homicidium aut adulterium aut maleficium commisisse manifestius convincatur.

V. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 9, 47, 16.

1 negrae L^a 1/2 dat. iii *(sic VHG,* iiii *OECPMLS)* non. nou. treu. (raūn N^*) *(sequentia usque ad* uolusiano *om. O)* acc. (ā c̄ acept *E*) xu (u *S*, xii *C*) k. mai. hadr. (adrumeto *PM*, adrometo *S*, adrometi *E*, atromiti *H*, abromiti N^*, a *C*, uolusiano et anniano (aniano N^*CS) *libri. Consulatus videtur referendus esse ad diem constitutionis datae potius quam acceptae, constitutio igitur adscribenda a. 314 magis quam a. 313* 3 discutens *PMS* 4 aut reus] ut reus *H* 5 manifestius] manifestum est *PML* cognoscatur G^t

II, 40, 2 (315 [316?] Mart. 21).

IDEM A. EVMELIO. Si quis ⸢in ludum fuerit vel in metallum⸣ pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minime in eius facie scribatur, ⸢dum⸣ et in manibus et in suris possit poena damnationis una scribtione conprehendi, quo facies, quae ad similitudinem pulchritudinis caelestis est figurata, minime maculetur. DAT. XII KAL. APRIL. CAVILLVNO CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

⸢in metallum fuerit⸣ IVST.
⸢cum⸣ IVST.

V. — IVST. 9, 47, 17.

1 Eumelio] *vicarius Africae teste Augustino contra Cresconium 3, 82 (9 p. 476 Maur.) et brevic. 37 (l. c. p. 576) et adv. Donat. post coll. l. c. p. 614:* Constantinus ad Eumalium vicarium de purgatione Caecilii scripsit Sabino et Rufino cos. *(a. 316)* IIII id. Novembres. *Sed cum duo hi dies conciliari nequeant cum rescriptis datis ad vicarium Celsum (vide ad* 1, 22, 1*), probabile est hanc legem datam esse a. demum 316, id quod etiam cum loco convenit.* 6 cauilluno V^1, cabilluno V^2

II, 40, 3 (319 Iul. 29).

IDEM A. AD FESTVM PRAESIDEM SARDINIAE. Quicumque cohercitionem mereri ex causis non gravibus videbuntur, in urbis Romae pistrina dedantur. Quod ubi tua sinceritas coeperit observare, omnes sciant eos, qui, sicut dictum est, ex levioribus causis huiusmodi meruerint subire sententiam, ergastulis vel pistrinis esse dedendos adque ad urbem Romam, id est ad praefectum annonae, sub idonea prosecutione mittendos. DAT. IIII KAL. AVG. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CONSS.

V

III, 40, 4 (346 [?] Oct. 15).

IMP. CONSTANTIVS A. THEODORO V(IRO) P(ERFECTISSIMO) PRAESIDI ARABIAE. Dum reis manifesta probatione convictis spatium ante sententiam temporis datur, facultas supplicandi ⸢ criminosissimis patet, cum in homicidii crimine et in aliis ⸢detecti⸣ gravioribus causis ultio differenda non sit. Igitur ⸢quidem qui iam impetraverunt, ad veniam pertineant⸣: de cetero ⸢vero⸣ iuxta criminis qualitatem legem oportet servari et in scelero-

IVST.
⸢ vel quibusdam malignis artibus tam praesidum quam officiorum poenas evitandi
⸢detectis⸣
⸢quidem . . . pertineant⸣ *om.*
⸢vero⸣ *om.*

7/8 igitur quidem] *scr.* ii quidem

sos et in noxios proferri iuris sententiam. DAT. ID. OCTOB. CONSTANTIO A. IIII ET CONSTANTE C. CONSS.

V. — IVST. 9, 47, 18.

1/2 constante c̄] *sic V; si est a. 346, scr.* Constantio A. IIII et Constante A. III, *si est a. 352, scr.* Constantio A. V et Constante C.

VIIII, 40, 5 (364 Iun. 9).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Leviorum criminum reos excellens auctoritas tua pistrinis iubebit legum aequitate servata damnari, sub hac videlicet observantia, ut sub obtutibus tuis semper pistoribus praecipiantur adsignari, ne, dum occulte per nequissimos commentarienses traduntur, gratia venalis existat. DAT. V ID. IVN. NAISSO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

5 u] *scr.* ui *propter iunctas*

VIIII, 40, 6 (364 Iun. 11).

IDEM AA. ARTEMIO. Omnes, qui in levioribus criminibus rei deteguntur, pistrinorum exercitio urbis Romae damnare debebis, ita ut transmissio eorum ad officium praefecti annonae sine aliqua tergiversatione celebretur. DAT. III ID. IVN. NAISSO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

1 arthemio *V: corrector Lucaniae et Bruttiorum (cf. 8, 3, 1)*

VIIII, 40, 7 (364 Oct. 8).

IDEM AA. ARTEMIO. Nullum ex his, quos pistrinis qualitas condemnationis addixerit, inpertita ceteris reis indulgentia relaxari oportet, nisi aliquis speciale serenitatis nostrae meruerit reportare rescribtum. DAT. VIII ID. OCTOB. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

1 arthemio *V: corrector Lucaniae et Bruttiorum (cf. 8, 3, 1)*

VIIII, 40, 8 (365 Ian. 15).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quicumque Christianus sit in quolibet crimine deprehensus, ludo non adiudicetur. Quod si quisquam iudicum fecerit, et ipse graviter notabitur et officium eius multae maximae subiacebit. DAT. XVIII KAL. FEB. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

VIIII, 40, 9 (368? 370? Apr. 11).

IDEM AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ne quis pro cohercitione delicti vel pistoribus vel cuicumque alteri corpori, cum alterius sit corporis, addicatur; sed unusquisque pro crimine, in quo fuerit deprehensus, motum congruae severitatis excipiet. DAT. III ID. APRIL. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V. — IVST. 9, 47, 19.

1 impp. gratianus et ualentinianus aa. *Iust.* 3 excipiat *Iust.*

40, 10 [= BREV. VIIII, 30, 2] (366 Oct. 8).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PRAETEXTATVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quotiens in senatorii ordinis viros pro qualitate peccati austerior fuerit ultio proferenda, nostra potissimum explorentur arbitria, quo rerum adque gestorum tenore comperto eam formam statuere possimus, quam modus facti contemplatioque dictaverit. DAT. VIII ID. OCTOB. REMIS GRATIANO A. I ET DAGALAIFO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quando aliquae maiores personae aut alicuius dignitatis viri vocantur in crimine, iudex ad rerum dominos referat, ut de huiusmodi personis quid fieri debeat, dominorum praeceptio iusta constituat.

V. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).*

1 et *om. O* gratianus] archadius *G* p̄ ū] *V*, pfu *C*, ppo *L*, pp *Pith.*, po *PM*, pc *G*, ppm *E*, praepositum *S, om. H* 2 senatorio *E* 4 statuere] instituere *Pith. (cum Par. 4403 A)* possumus *E* 4/5 dat. uiii (iiii *O*) id. oct. remis (remus *N**) grat. a. *(om. EPMS)* i *(om. GOECPMS)* et dagalaifo *(sic VHOEPM*, dagaleufo *G*, daagalaifo *N**, dagaliofo *C) libri: Praetextatus cum urbem rexerit post Viventium (a. 367. 368), emendanda est subscriptio ad 14, 4, 4* 6 maioris *E* alicus *L* uocatur *L* 7 crimine] crimen *edd.* ad] ac *H* referat *om. L* qui *G*[a] 8 instituat *G*[v]

40, 11 (367 [366] Apr. 9).

IDEM AAA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Neminem de numinis nostri sacrario prodeuntem harena suscipiat, lanista doceat, saeva meditatio et pugnatrix exerceat; multa si quidem possunt esse supplicia, quibus culpa plectatur. DAT. V ID. APRIL. LVPICINO ET IOVIANO CONSS.

V

3/4 *annus mutandus propter seriem praefectorum* 4 *scr.* iouino

40, 12 (378 Nov. 30).

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD ANTONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Campaniae consularibus formam iudicationis adscribimus, ne in loco certa condicione finito modum animadversionis excedant neque extra provinciam suam ius relegationis exerceant. DAT. PRID. KAL. DECEMB. TREV(IRIS) VALENTE VI ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

V

40, 13 [= BREV. VIIII, 30, 3] (382 [390?] Aug. 18).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. FLAVIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ET ITAL(IAE). Si vindicari in aliquos severius contra nostram consuetudinem pro causae intuitu iusserimus, nolumus statim eos aut subire poenam aut excipere sententiam, sed per dies XXX super statu eorum sors et fortuna suspensa sit. Reos sane accipiat vinciatque custodia et excubiis sollertibus vigilanter observet. DAT. XV KAL. SEPT. VERONAE ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

INTERPRETATIO. Si princeps cuiuscumque gravi accusatione commotus quemquam occidi praeceperit, non statim a iudicibus, quae ab irato principe iussa sunt, conpleantur, sed triginta diebus qui puniri iussus est, reservetur, donec pietas dominorum iustitiae amica subveniat.

V. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 47, 20.

1 grat. ual. et theod.] idem *O* pfpo *C*, pfu [illegible] *G*[b] 2 illyrici (hilliricae *H*) et *om.* [illegible]dicari *L*, uindicare *Pith.* 3 intuiti *L* [illegible] sentiam *G*[a] 4 super *om. L* [illegible] reus *G*[a]*E* accipiant *O* 5 uinciantque *H*, uincla (uincula *O*) atque *OE*, uindicta atque *G* uigilianter *G* obseruent *OE* 5/6 dat. xu k. sept. ueronae *(om. H)* antonio (antonino *Pith., om. E*) et syagrio *libri.* — *Propter subscriptionem vide ad 7, 18, 8* 8 conpleatur *L*, impleantur *E*

VIIII, 40, 14 (385 Iun. [?] 1).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ne diu apparitorum prava admodum venalisque perfidia in publica impune commoda desaeviret, ⸢censuimus⸣ etiam in absentes pro competenti ultione debere consurgi. DAT. KAL. IVN. ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

[⸢censemus⸣ IVST.]

V. — IVST. 9, 47, 21.

4 i *addidi.* — *Collatis reliquis constitutionibus datis ad Neoterium pr. pr. probabile fit hanc datam esse post Iul. 26.*

VIIII, 40, 15 (392 Mart. 13).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis convictus reus maximi criminis fuerit subiectusque sententiae, conpetens iudicium conpleatur nec exquisita commentis ars eiusmodi subornetur, ut direptus a clericis adseratur vel appellasse simuletur. Quod si quisquam post iudicium vendibili coniventia licentiae huic praestiterit adsensum, haut levia sustinebit. Nam proconsules, comites Orientis, praefecti Aug(ustales), vicarii etiam adfecti nota deformi tricenas auri libras conpendiis fiscalibus conferent, iudices autem ordinarii similiter deformati quinas denas cogentur exsolvere. Officia vero eorundem isdem, quibus iudices sui, dispendiis subiacebunt, si in suggestione cessaverint ac non praeceptum legis ingesserint atque iniecta manu, ne rei auferantur, obstiterint ac nisi id quod fuerit constitutum in effectum executionemque perduxerint. DAT. III ID. MART. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

V

4 conhibentia *V* 7 hisdem *V*

VIIII, 40, 16 (398 Iul. 27).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: || Addictos supplicio et pro criminum immanitate damnatos nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos synoditas vocant, per vim adque usurpationem vindicare liceat ac tenere. || Quibus in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendae provocationis copiam non negamus, ut ibi diligentius examinetur, ubi contra hominis salutem ⸢vel errore⸣ vel gratia cognitoris obpressa putatur esse iustitia: ea condicione, ut, ⸢sive pro consule, comes Orientis, praefectus Augustalis⸣, vicarii fuerint cognitores, non tam ad clementiam nostram quam ad amplissimas potestates sciant esse referendum. Eorum enim de his plenum volumus esse iudicium, qui, si ita res est

1 et crimen exegerit, rectius possint punire damnatos. || ⸢ Reos ⸢etiam tempore provocationis emenso⸣ ad locum poenae sub prosecutione pergentes nullus aut teneat aut defendat, sed sciat se cognitor XXX librarum auri multa, primates officii capitali esse sententia feriendos, nisi usurpatio ista aut protinus vindicetur aut, si tanta clericorum ac monachorum audacia est, ut bellum potius quam iudicium futurum esse existimetur, ad clementiam nostram commissa referantur, ut nostro mox severior ultio

2 procedat arbitrio. Ad episcoporum sane culpam ut cetera redundabit, si quid forte in

IVST. 1, 4, 6	IVST. 7, 62, 29
|| *inc.*	|| *inc.*
|| *finit*	
	⸢per errorem⸣
	⸢si proconsules vel comes Or. Aug.⸣
|| *redit* | ⸢ Sed ⸢etiam ... emenso⸣ *om.*	|| *finit*

1/2 post alia eutychiano ppo *V*, ad eutychianum ppo post alia *lex gemina 11, 30, 57:* rufino pp. *Iust. (R^b) 7, 62, 29,* rino *Iust. (R) 1, 4, 6* 4 cynobitas *V^rec., eademque manus in margine addidit* coenobitus 10 pro consule] *V et hic et in l. gem.,* proconsules uel *Iust.* praefectus *om. gem.* 14 *in* damnatos *finit gem.* 16 aut teneat] teneat *Iust.* 19 ac] aut *Iust.* 21 arbitrio *post* 20 nostro *Iust.*

ea parte regionis, in qua ipsi populo Christianae religionis doctrinae insinuatione moderantur, ex his quae fieri hac lege prohibemus a monachis perpetratum esse cognoverint nec vindicaverint. || Ex quorum numero rectius, si quos forte sibi deesse arbitrantur, clericos ordinabunt. ET CETERA. DAT. VI KAL. AVG. MNYZO HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. || *fin.* IVST. 1, 4, 6

V. — GEMINA 11, 30, 54; *cf.* 16, 2, 32. — IVST. 1, 4, 6. 7, 62, 29.

1 populos *Iust.* 2 prohibuimus *Iust.* 4 mnyzo] *V*, mniso *gem.*, mni. e *Iust.* *(D)*

[II, 40, 17 (399 Ian. [?] 17).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes res Eutropi, qui quondam praepositus sacri cubiculi fuit, aerarii nostri calculis adiunximus, erepto splendore eius et consulatu a taetra inluvie et a commemoratione nominis eius et caenosis sordibus vindicato, ut eiusdem universis actibus antiquatis omnia mutescant tempora nec eius enumeratione saeculi nostri labes appareat nec ingemiscant aut qui sua virtute ac vulneribus Romanos fines propagant vel qui eosdem servandi iuris aequitate custodiunt, quod divinum praemium consulatus lutulentum prodigium contagione foedavit. Patriciatus etiam dignitate atque omnibus inferioribus spoliatum se esse cognoscat, quas morum polluit scaevitate. Omnes statuas, omnia simulacra, tam ex aere quam ex marmore seu ex fucis quam ex quacumque materia quae apta est effingendis, ab omnibus civitatibus oppidis locisque privatis ac publicis praecipimus aboleri, ne tamquam nota nostri saeculi obtutus polluat intuentum. Adhibitis itaque fidis custodibus ad Cyprum insulam perducatur, in qua tua sublimitas relegatum esse cognoscat, ut ibidem pervigili cura vallatus nequeat suarum cogitationum rabie cuncta miscere. DAT. XVI KAL. FEB. CONSTANTINOP(OLI) THEODORO V. C. CONS.

V

5 ingemiscant] *Gothofredus*, ingemescat *V* 8 quas] *Gothofredus*, quos *V* 10 effigendis *V* 12 adhibitus *(em. m. rec.)* *V* 14 *secundum rerum scriptores Eutropius vix potest in exilium missus esse ante eius anni autumnum (v. Tillemont ad Arcadium not. 22); praeterea constat Eutychianum praefectum mansisse ad Iul. 25, eius locum obtinuisse Aurelianum Aug. 27. Itaque mensis corruptus sit necesse est.*

[II, 40, 18 [= BREV. VIIII, 30, 4] (399 Iul. 25).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Sancimus ibi esse poenam, ubi et noxa est. Propinquos notos familiares procul a calumnia submovemus, quos reos sceleris societas non facit; nec enim adfinitas vel amicitia nefarium crimen admittunt. Peccata igitur suos teneant auctores nec ulterius progrediatur metus, quam repperitur delictum. Hoc singulis quibusque iudicibus intimetur. DAT. VIII KAL. AVG. CONSTANTINOP(OLI) THEODORO V. C. CONS.

INTERPRETATIO. Poena illum tantum sequatur, qui crimen admisit. Propinqui vero, adfines vel amici, familiares vel noti, si conscii criminis non sunt, non teneantur obnoxii. Nemo de propinquitate criminosi aut de amicitiis timeat, nisi qui scelus admiserit.

V. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 9, 47, 22. — BVRG. R. 24.

1 idem] *V*, arc. et honor. *brev.* aa *om.* *O* eutychiano (eufiano *PMS*, eusianum *L*) ppo *om.* *CO* ibi] sibi *E* et *om.* *H* noxa] V^1 *brev.*, noxia $V^{rec.}$ 2 notos] *brev.* *(praeter HE)* *Iust.*, notus *E*, nostros *VH* (?) familiares] et f. *HGE* procul a] pro *H* calumniam *HPM* quos] quod *GPML* sceleris] saecularis *PML* 3 facit] *VHOS* *Iust.*, faciat *GCPML* amitio *L* nefario *Pith.* admittant *C* 4 teneatur *L* alterius G^a metus] mens G^t rep(p)eritur] *VHOC*, repperiatur *EPMLS*, reperiretur G^v, reciperetur (recipetur G^a) G^t, reperietur *Iust.* hoc] hoc in *L* 5/6 dat. uiii (ix *O*, xuiiii C^a, xiiii C^b, *om.* *G*) k. aug. constantinopoli (-lim *HG*) theodoro (theudoro *PM*) uc (uiro claro *S*, uic. N^a*EC*) *libri* 7 poenam G^a 8 amici] aliqui *PML* tenentur *PMS* nimo *M* 9 criminosa *PML* amiciis *G*, amicus *L* timeat] teneat G^t

VIIII, 40, 19 (408 Nov. 11).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. DONATO P(RO)C(ONSVLI) AFRIC(AE). **Satellites Gildonis custodiis mancipentur et proscribtione damnentur.** DAT. III ID. NOV. BASSO ET PHILIPPO CONSS.

V

1 proconsuli] pū *V*

VIIII, 40, 20 (408 Nov. 22).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. **Si quis ex proscribtorum numero comitatum nostrae serenitatis sive moenia aeternae urbis intraverit, deportatione plectetur.** DAT. X KAL. DEC. BASSO ET PHILIPPO CONSS.

V

3 dec.] *sic propter praecedentem et iunctas,* octob. *V*

VIIII, 40, 21 (412 [413?] Iul. 5).

IDEM AA. HONORATIS ET PROVINCIALIBVS AFRIC(AE). **Heraclianum hostem publicum iudicantes digna censuimus auctoritate puniri, ut eius resecentur infaustae cervices. Eius quoque satellites pari intentione persequimur. Sed hanc omnibus privatis atque militantibus licentiam damus, et omnes prodendi in medium habeant liberam facultatem nec invidiam metuat qui ad publicum deduxerit criminosum, cum illud specialiter caveamus, ne ullus aliquem eorum aut subtrahendum iudicet aut celandum neve ex eorum facultatibus vel deposita deneget vel accepta non prodat.** DAT. III NON. IVL. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

V

5 inuidia *V* 7 *subscriptionem emendavit Gothofredus ad alteram 15, 14, 13:* III non. Aug. Ravenna p̄. c̄. Honorii VIIII et Theodosii V AA., *recte ut videtur; nam quamquam constitutio haec emitti potuit Heracliano nondum devicto, cum consulatum a. 413 is iniisse videatur (cf. Prosper ad h. a. et chron. min. 3 p. 527), rebellio eius non poterit retrahi ad aestatem a. 412.*

VIIII, 40, 22 (414 Apr. 18).

IDEM AA. AD ANTHEMIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Omnes, quos damnationis condicio diversis exiliis destinatos metas temporis praestituti in carceris implesse custodia deprehendit, solutos poena vinculisque laxatos custodia liberari praecipimus nec ullas exilii ⌜postmodum⌝ miserias formidare. Sit satis inmensorum cruciatuum semel eluisse supplicia, ne, qui aurae communis haustu et lucis aspectu diu privati sunt ⌜intra⌝ breve spatium catenarum ponderibus praegravati, etiam exilii poenam sustinere iterum conpellantur. DAT. XIIII KAL. MAI. CONSTANTIO ET CONSTANTE V̄V̄. C̄C̄. CONSS.

⌜ ⌝ *om.* IVST.

⌜non intra⌝ IVST.

V. — IVST. 9, 47, 23.

1 āāā *V* 3/4 form. mis. ullas ex. *Iust.* 4 posmodum *V* 5 luisse *Iust.* 6 diu priu. sunt *post* 5 ne qui *Iust.* priiati *(em. m. rec.) V*

II, 40, 23 (416 Aug. 30).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Rectores provinciarum conveniri praecipimus, ut ii, qui pro suo crimine poenam exilii sub certo temporis spatio subire decreti sunt, exacto praefinito tempore nec claustris carceralibus nec in locis, in quibus exules versati sunt, teneantur. DAT. III KAL. SEPTEMB. EVDOXIOPOLI D. N. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO V. C. CONSS.

V. — IVST. 9, 47, 24.

1 monachio *V* 2 hii *V*, hi *Iust.* 3 in quibus] quibus *Iust.* 4 iii] u *Iust.* *[L]*

II, 40, 24 (419 Sept. 24).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. His, qui conficiendi naves incognitam ante peritiam barbaris tradiderunt ⌜propter petitionem viri reverentissimi Asclepiadis Chersonesitanae civitatis episcopi imminenti poena et carcere liberatis⌝ capitale ⌜tam ipsis quam etiam ceteris⌝ supplicium proponi decernimus ‖ si quid simile fuerit in posterum perpetratum. DAT. VIII KAL. OCTOB. CONSTANTINOP(OLI) MONAXIO ET PLINTA CONSS.

IVST. ⌜*om.*⌝ ⌜*om.*⌝ ‖ *fin.*

V. — IVST. 9, 47, 25.

3 cersonaesitanae *V* 5/6 uiii k. octob.] *V*, u k. sep. *Iust.* *(L)*

XLI [= BREV. XXXI]. NE SINE IVSSV PRINCIPIS CERTIS IVDICIBVS LICEAT CONFISCARE

ne sine *(om. HS)* iussu pr. certis (ceteris *G*) iud. liceat *(om. L)* confiscare (infiscare *CE*)] ne sine principis iussione aliquid confiscetur *O.* — *Iust.* 9, 48.

II, 41, 1 [= BREV. VIIII, 31, 1] (425 Ian. 23).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. AD HIERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nulli iudicum exceptis his, qui in summa administrationis sunt positi potestate, ⌜vitae quoque noxiis ius adimendae sortiti sunt, quemquam omnino inconsulta nostra clementia in ullo genere criminationis tristi⌝ liceat proscribtionis tempestate ⌜percellere. Ad nos insimulationum genera, quaestionis ordo, criminum moles, documentorum
1 probationumque pensanda libramenta mittantur.⌝ Nemo sibi praesumat moderatorum provinciarumque rectorum sub quibuscumque infulis potestatis
2 quemquam patrimonii universis privare subsidiis. In illos gladii sui et ius severitatis exerceant, in quos statim destringi ferrum iura praecipiunt quorumque differri supplicium

⌜ ⌝ *om.* IVST.

⌜totius substantiae aliquem percellere, nisi ad nostras aures hoc ipsum referatur⌝ *fin.* IVST.

1 imp. theod. ā *(om. GO)* et *(om. L)* ualentin (ualerianus *E*) c̄ (cesares *G*, consul *S*, aa *OL*) *libri* hierium] *VHOE*, hyerium *C*, inerium *G*, egedium *P*¹*MLS*, egydium *P*² 2 ppo] pfup *C*, pfu *G*, preposit *HO*, ppm *E* iudicium *E* 3 administratione *GEPMS*, administrationum *L* pos. sunt *G* uitae quoque] et uitae *O* 4 ius adim.] a. ius *O* quemquam] quem *G* inconsolata *E* 5 in ullo] *VO*, nullo *HE*, in nullo *GCPMS*, in nullum *L* gere *H*ᵃ liceat *post* 1 iudicum *Iust.* 6 proscriptio tempestatis *H* praecellere *HE* insimulationum] *O solus*, simulationum *V et rel.*, simulationem *H* 8 pensandam *L* 8/9 nemo mod. rect. que prou. sibi praes. *O* 9 infolis *H*, insulis *G*ᵗ, infulae *PML* potestates *C* 10 uniuersis *om. O* in illos] *V*²*HGOPML*, in illo *V*¹, in illius *S*, nullos *C*, nullus in illos *E* sui] *scr. fortasse* sui uim seu. ius *O*, *fortasse recte* 11 quos] *HGOPM*, quo *VECLS* distringi *H LS*, constringi *G*, distringendi *E* ferro *G* quorumcumque *L* deferri *HEPMLS* supplicio *E*

materia est interitus plurimorum. DAT. X KAL. FEB. CONSTANTINOP(OLI) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. Nullus iudicum privatas facultates fisci nomine proscribere aut occupare praesumat, sed ad rerum dominos referat causam, pro qua hoc aliquis mereatur et quod iussum fuerit, observetur.

V. — BREV. *(HGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 9, 48, 1.

INTERPRETATIO. Eclesiae ac loca deo dicata reos, qui ibidem timore conpulsi refugerint ita tueantur, ut nullus locis sanctis ad direptionem reorum vim ac manus afferre praesumat: sed quidquit spatii vel in porticibus vel in atriis vel in domibus vel in areis ad eclesiam adiacentibus pertinet, velut interiora templi praecipimus custodiri, ut reos timoris necessitas non constringat circa altaria manere et loca veneratione digna polluere. Sane si qui ad loca sancta confugerint, arma si qua secum portaverint, mox deponant, nec se existiment magis armorum praesidio quam sanctorum locorum veneratione defendi. Quod si deponere arma noluerint et sacerdoti vel clericis non crediderint, sciant se armatorum viribus extrahendos. Si vero extrahere de locis sanctis quemlibet reum quacumque ratione quis temptaverit, noverit se capitali supplicio esse damnandum.

VT [finit 522, 4 intra temp . . .*]*. — BREV. *(HNGO[om. int.]EX[principio deleto incipit* 520, 3/4 entium sancimus*]CPMLSQK 14)*. — BVRG. R. 2, 3. 4.

1 tot] toi *N*, hoc E^{b}, *inc.* E^{a}, *om. Q* tantorumque] tantorum *X*, cunctorumque *G* denuntiationis *NXK 14* noluerit G^{a} iam] in *S* 2 deum] eum P^{1}*MLK 14* episcoporum] *libri cum Graeco: καὶ τῶν ἐπισκόπων*, episcopum $V^{rec.}$*O emendantes*, *om. Q* causa] caua *14* res] rex *K* exigerit *HGE*, exigere *Q* intromissis (-sus *K*) *om.* H^{a} 2/3 trahendos se (esse E^{a}) abstrahendosque] *VH*G^{b}*E CS*, tradendus se abstrahendusque *N*, trahendos (-dus *K 14*) se *PMLQK 14*, abstrahendos se *O*, trahendosque (?) G^{a}, *ἀποσπασθήσονται Graecus* 3 esse *om. OGXC* causibus *N*, causis G^{t} subdendus *14*, subueniendos G^{v} 4 inconsulto] consulto *K* iudicium *NXLK* iussioni *N*, iussionem G^{a} 5 quemquam] que *S* ecclesia *N* abstrahi] extrahi *K* oportet *N* ne si] nisi *NEXPMLK*, quod si *S* passi *L* confusione *HN* 6/7 dat. x k. apr. constantinopoli (-lim *HG*) antiocho $\overline{uc}$ (antioco $\overline{uic}$ *E*) cons. et qui fuerit nuntiatus *(sic V*E^{t}*Q*, anthioco $\overline{uic}$ conss. *C*, antioco consule $\overline{uc}$ *H*, antiocho consule *G*, antiocho [anthico *M*] et basso conss. *NOPMSK 14 Pith. [ex 4]) libri: Graecae constitutioni integrae qui subscribitur propositionis (Alexandriae?) dies νόμος προετέθη ἰνδικτίωνος τεσσαρεσκαιδεκάτῃ μηνὶ Φαρμουθὶ κβ' respondet a. 431 VII id. Apr.* 8 deo loca *H* reus *H* comp. tim. *GEC* refugerint (-runt *H*)] *HNPMLS*, confugerint *GEC* 9 tueantur] t. clerici *N* nulli *edd.* eorum *NPML* inferre *NG* praesumat] *GC*, praesumant *HNPMLS* 10 spatii *om. PML* atris *E* 11 pertinent *G* uelut] *NGS*, uel *HCPML* interiora] in exteriora *L* precimus H^{a}, praecepimus *N* reus *N*, eos *P* tinoris G^{a}, timores *NE* 12 manere *om. G* qui] quis *H* 13 confugerit *H* si qua] quae *S*, *om. G* mox] i *L*, *om. PM* deponanant *E* nec se] necesse *N* extiment *H*, aestiment *NE* 14 predio *H* 15 non *om.* N^{a} sciant] postea *PML*^{a} abstrahendos *G* si] si quis *S* 16 quilibet reorum *N* quaecumque *P*, quamcumque *N* rationem *N* quis *om. NPMLS* temptauerint *N*G^{a} nouerint *N* capitale *N* 17 supplicio] iudicio *G*

καὶ τηλικαύτας παραγγελίας, τὰ ὅπλα μὴ ἀποθῶνται⌝ ἐξευμενισθείσης τῆς θρησκείας παρά τε τῆς ἡμετέρας γαληνότητος, καὶ τῶν ἐπισκόπων τῷ θεῷ τῆς ἀπολογίας δοθείσης ⌜ἐνόπλων εἰσπεμφθέντων⌝ ἀποσπασθήσονται καὶ πάσαις ταῖς συνφοραῖς ὑποβληθήσονται, ⌜οὐ μὴν⌝ δίχα γνώμης ἢ κελεύσεως τοῦ ἐπισκόπου καὶ ἡμῶν, τῶν τε δικαστῶν τῶν κατὰ τήνδε τὴν πόλιν ἢ καὶ ὁπουδήποτε τυγχανόντων, τὸν ὡπλισμένον ἐκ τῶν ἐκκλησιῶν χρὴ παραδίδοσθαι, ἵνα μὴ ⌜πολλοῖς κατὰ τῶν ἀθλίων τοιαύτης ἀδιαφόρως ἐξουσίας δοθείσης⌝ σύγχυσίς τις ἐκ τούτου ⌜γίνεσθαι μέλλῃ καὶ ταραχή⌝.

DAT. X KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) ANTIOCHO V. C. CONS. ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

EXEMPLVM INTEGRVM

τῆς οἰκείας ἀγνοίας ἐμμένωσι καὶ τὰ ὅπλα μὴ ἀποθῶνται, ... γινωσκέτωσαν, ὡς διὰ τοσούτων καὶ τηλικαύτων παραγγελίας

⌜ἐνόπλων εἰσπεμφθέντων⌝] κατὰ τὸ οἰκεῖον πταῖσμα καὶ παρ' ἐνόπλων εἰσχωρουμένων

⌜οὐ μὴν⌝] hic plura resecta: εὐσεβῶς τε ταῦτα . . . τολμηθὲν ἀλλ' οὔτε

⌜πολλοῖς . . . δοθείσης⌝] ἐὰν κατὰ τῶν ἀθλίων πολλοῖς τοῦτο καὶ διαφόρως (sic) ἐξῇ

⌜γίνεσθαι μέλλῃ καὶ ταραχή⌝] ἐγγίνηται sequentibus pluribus

V. — IVST. 1, 12, 3 *(deficit in exemplaribus nostris; § 3 est in Nomocanone 9, 27. — Integra constitutio ad nos pervenit adiecta ad acta concilii Ephesini (Mansi 5, 437), ad quorum actorum exemplum primarium Parisinum Coislin. 32 mea causa collatum a Leone Dores quae ad rem faciunt excerpsi nota usus Ω.*

1 *παραγγελειας V* 2 *εξευμενησθεισης της θρησκιας V* 4/5 *τωι θεωι V, θεῳ Ω* 9 *και*] *η και Ω* 10 *τε om. Ω* *την δε την*] *Ω, την δεινα V* 11 *πολειν V* *η και*] *Ω, και V* 12 *οπλεισμενον V* 15 *τις om. Ω* 18 u. c. cons. *om. V*

VIIII, 45, 5 (432 Mart. 28).

IDEM AA. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Super confugientibus ad sanctae religionis altaria sanctionem in perpetuum valituram credidimus promulgandam, ut, ‖ si ⌐quidem⌐ servus cuiusquam ecclesiam altariave ‖ loci tantum veneratione confisus sine ullo telo petierit, is non plus uno die ibidem dimittatur, quin domino eius vel cuius metu poenam imminentem visus est declinasse, a clericis quorum interest nuntietur. Isque eum inpertita indulgentia peccatorum, ut nullis residentibus iracundiae menti reliquiis, in honorem loci et eius respectu, ad cuius auxilium convolavit, abducat. Quod si ‖ armatus nullis hoc suspicantibus inopinus inruerit, exinde protinus abstrahatur vel certe continuo domino vel ei, unde eum tam furiosa formido proripuit, indicetur eique mox abstrahendi copia non negetur. Sed si armorum fiducia resistendi animos insania inpellente conceperit, abripiendi extrahendique eum domino, quibus potest id efficere viribus, concedatur. Quod si illum etiam confici in concertatione pugnaque contigerit, nulla erit eius noxa nec confiandae criminationis relinquetur occasio, si is, qui ex statu servili in hostilis et homicidae condicionem transivit, occisus sit. ‖ Quod si quae tam sunt utiliter constituta eorum, qui huic rei pro suo praeficiuntur officio, aut neglegentia aut coniventia vel aliqua ratione fuerint depravata, animadversio iusta non deerit, ut sub episcopalis diiudicationis arbitrio loco eo, quem tueri nequivere, submoti et reiecti in ordinem plebeiorum motum iudiciarii vigoris excipiant. DAT. V KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) VALERIO CONS. ET QVI FVERIT NVNTIATVS.

IVST. ‖ inc. ⌐ ⌐ om. ‖ fin. — ‖ redit IVST. — ‖ fin. IVST.

V. — IVST. 1, 12, 4. — THEODERICVS 70.

2 ad] an (*em. m. rec.*) *V* 5 peterit (*em. m. rec.*) *V*[1] dimittatur] *scr.* moretur *ego*, demorari permittatur *Seeck* 7 nullis] lis (*nisi casu litterae expunctae sunt*) *V*[b] 9 inopinatus *Iust.* 12 abripiendi (*sic C*, eripiendi *BM*) extrahendique] *Iust.*, abripiendique *V* 13 configi *Iust.* 14 occassio (*em. m. rec.*) *V* 15 transiliit *Iust.* 17 conhibentia *V* 20 cons. *addidi* et qui fuerit nuntiatus] *V*, et terio (aetio *Hal.*) *Iust.* (*D Hal.*)

LIBER DECIMVS.

I [= BREV. I]. DE IVRE FISCI.

Iust. 10, 1.

X, 1, 1 (315 Sept. 13).

IMP. CONSTANTINVS A. ET CAES. AD POPVLVM. Si quid a fisco fuerit occupandum vel a nobis de cetero pro unius cuiusque meritis obsequiisque donandum vel ab eodem distrahendum, intra annum, omnibus vel a petitione vel a conparatione se abstinentibus ii, qui putant iniuste res proprias a fisco esse comparatas, contra eundem agere contendant scientes gratulantesque, quod annua spatia, intra quae suum repetant, sint indulta, ac si probaverint iustitiam petitioni suae adesse, recipiant et nostro beneficio habeant restituta. DAT. ID. SEPT. ROM(AE) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

V

1 occupatum *Gothofredus* 2 de cetero] *fortasse* decreto 3 hii *V* 4 conparatas] *requiritur* occupatas *vel simile vocabulum*

X, 1, 2 [= BREV. X, 1, 1] (319 Mai. 17).

IDEM A. AD SEVERVM RATIONALEM AFRIC(AE). POST ALIA: Possessiones atque mancipia exempta fisci patrimonio quibusdam donavimus. Haec directo iure atque perpetuo absque omni quaestione volumus obtineri, poena contra rationales et magistros privatae rei atque officiales proposita, si quid contra temptaverint. ET CETERA. P(RO)P(OSITA) XVI KAL. IVN. ROM(AE) IN FORO TRAIANI CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque agri atque mancipia quibuscumque personis de fisci nostri iure donantur, aput eos quibus donata sunt sine suspicione aliqua volumus permanere: contra ordinatores domorum dominicarum poena proposita, si contra praeceptionem facere cognoscuntur.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — *Scholia Vaticana:* donatas res vel mancipia cuidam a principe iure directo possidere debere poena praeposita tam rationalibus quam rei privatianis, si qui iussiones legis facere temptaverit.

1 idem] imp. constantinus *brev.* ā *om. O* ad seuero *L* rationaľ *H*, rationale *N* afrfc *N* post alia *om.* *H*[a] possessionis *N*, possessionem *G* 2 exempta] exempla *G*, quae exempta *O*, *om. C* fici *M*[a] patrimonium *G*[b] quibus donauimus haec . . . . . 3 obtinere *malim* donabimus *N* derecto *N* iure] ordine *G*[t] 3 omnia *V* quaestione] sequestratione (-ni *E*) *G*[t]*EC*, requisitione *G*[v] obtinere *GES Pith.*, ordinari *Pith.* rationabiles *E* magistratos *E* priuatae rei] *V*, priuatae *brev. reliqui*, priuatos *GE*, *om. HO* 4 offiales *P*[a] qui *G* temptauerint] temptauerit *NE*[a] 4/5 pp (dat. *NG*) xui (xuii *C*, xu *GO*, x *Pith. [ex 2]*) k. iun. *(sic brev. reliqui [in his Pith. ex 2] idque requirit quae sequitur constitutio*, iul. *VOE*, ian. *G*[v] *Pith.)* rom. in f. traiani (troiani *E*) const. a. *(om. OE)* u *(om. GPM)* et lic. c *(om. GOP MS) libri* 6 quicumque] quibuscumque *H* quibuscumque] a q. *G* 7 iure] personis *C* 8 posita *E*[a] praeceptione *N*, praescriptionem *G*[v], perscriptionem *G*[t] cognoscantur *HNG*

X, 1, 3 (319 Mai. 30).

IDEM A. AD PROVINCIALES. Iustas etiam et quae locum habent fisci actiones praecipimus concremari ob hoc solum, quod suis temporibus prolatae non sunt. Iam calumniae privatorum eo saltem arceantur exemplo, quo iustas fisci lites silere praecipimus. DAT. III KAL. IVN. CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

V. — IVST. 10, 1, 6.

1 a.] aa. *V*

X, 1, 4 (320 Mai. 19).

IDEM A. AD DOMETIVM DRACONTIVM MAG(IST)RVM PRIVATAE REI AFRIC(AE). Cum fiscus litem patiatur aut inferat, anni spatium ad determinandam causam spectari oportet, quia hoc ad instruendum satis est et diutius non oportet privatorum sive fisci emolumenta fatigari. DAT. XIIII KAL. IVN. SERDICAE CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTE C. CONSS.

V

1 a.] aa. *V*

X, 1, 5 (326 Dec. 31).

IDEM A. Defensionis facultas danda est his, quibus aliquam inquietudinem fiscus infert, cum facultates eorundem athuc controversia pendente inquietari describique fas non sit. Ubi ergo controversia extiterit fisco alicuius patrimonium vindicante, aput eum omnibus facultatibus constitutis cognitio ventiletur, ut, cum rei exitus debere eas vindicari probaverit, tum demum res persequi liceat et super modo facultatum ac rerum interrogationem haberi, quae per condicionales servos investiganda est, ut, si quid subtractum fuerit, exigatur et extrinsecus tantum aliud multae nomine, quantum fuerat per fraudem
1 ablatum. Sane in huiuscemodi quaestione si Caesariani nomen inciderit, ad usurpationem constitutionis istius non debebit accedere, si quidem consuetudo fraudium, quibus praedicti omnia temerare consuerunt, exceptionem eorundem meruerit. DAT. PRID. KAL. IAN. SIRMIO CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

V. — IVST. 10, 1, 7.

1 ad uolusianum pf. u *add. Pith. (inde Cui. 1586)* 4/5 uindicari] *Iust.*, uindicare *V* 5 tum] *V* | *Iust. (Hal.)*, tunc *Iust. (WKOI)* 10 consueuerunt *Iust.* meruerint *V*[2]

X, 1, 6 (348 Apr. 24).

IMP. CONSTANTIVS A. AD HIEROCLEM CONS(VLAREM) SYRIAE COEL(ES). Secundum legem, quam dudum promulgavimus, vanam appellationem recte non suscepisti. De cetero quoque in causis rebusque fiscalibus huiusmodi provocationes non debebis admittere. DAT. VIII KAL. MAI. PHILIPPO ET SALLIA CONSS.

V

1 coeles] coeli *V* secundum] ab edicti nostri tenore quem secundum *(ex 10, 1, 7) V*[1]*: inde scholia Vaticana:* de appellatione contra fiscum | data et recte refutata edicti tenor praecepit custodiri; id est ut intra annum quisque experiatur 4 sallia] *sic V constanter*

X, 1, 7 (357 Iun. 26).

IDEM A. ET IVLIANVS CAES. VERECVNDO RATIONALI SVMMARVM. Ab edicti nostri tenore, quo tempora negotiis sancienda esse censuimus, fiscales causae seiunctae sunt, quoniam

1 uerencundo *V*[a] 2 tempora] *Cuiacius*, tempore a *V*

fieri potest, ut per innumeras occupationes tui officii vel forte fraudulentam astutiam et venale silentium fiscalis petitio omni iustitiae ratione subnixa propter temporis angustias perimatur. P(RO)P(OSITA) VI KAL. IVL. VALLIS CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. CONSS.

V

2 ratione subnixa] *Gothofredus*, rationem subnixam *V* 3 caes.] *scr.* Caes. II

, 1, 8 (364 Febr. [?] 4).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD CAESARIVM COM(ITEM) RERVM PRIVATARVM. Universa loca vel praedia, quae nunc in iure templorum sunt quaeque a diversis principibus vendita vel donata sunt retracta, ei patrimonio, quod privatum nostrum est, placuit adgregari. DAT. PRID. NON. FEB. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

1 priuatarum] $V^{rec.}$, priuatorum *V* 2 quaequae *V* 3 ei] V^2, et V^1 4 *subscriptio dubia; eo die imperatores non fuerunt Mediolani.*

, 1, 9 (365 Mart. 9).

ID(EM) AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Observet in posterum eminentia tua, ne quid de rebus rei privatae violetur, nisi prius comes rerum privatarum fuerit gnarus. DAT. VII ID. MAR. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

1, 10 (365? 368? Nov. 17).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Qui in contractibus scelestis ac fisco perniciosis interversorum maculosis se fraudibus inplicuerunt, in quadrupli redhibitionem teneantur. DAT. XV KAL. DEC. HADRVMETO VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

V. — IVST. 10, 1, 8.

2 se] *Iust. (WRI)*, esse V^1, sese $V^{rec.}$ *Iust. (O)* 3 dat. (*excidit dies et* acc.) xu kal. dec. adrumeto˘ualentiniano (ualentiano V^a) et ualente aa. conss. *liber; annos 370 et 373 excludunt rescripta reliqua ad eundem data*

1, 11 (367 Sept. 25).

IDEM AA. ET GRATIANVS A. ALEXANDRIANO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Ut perspicue colonorum utilitatibus consulatur, decima indictione singulas tantum dependant centesimas, qui reditus domui nostrae debitos quodannis iuxta consuetudinem arcariis tradunt; ita tamen, ut singularum quoque centesimarum ratio semper evidens scientiae tuae digesta referatur; videlicet ut erogationibus cunctis aperta instructione patefactis reliquorum ratio ex centesima possit agnosci. DAT. VII KAL. OCT. DOROSTORI LVPICINO ET IOVIANO CONSS.

V. — GEMINA 12, 6, 14 (*incipit* 2 singulas).

1 et grat. a. *om. gem.* perspicuae *V* decima] *scr.* a decima 3 arcariis *post* debitos *gem.* 4 sing. quoque] earum q. s. *gem.* 5 uidelicet *om. gem.* ergorationibus *V* 6 centesima] eadem centesima *gem.* dorostoli *gem.* iouino *scr.*

1, 12 (379 Iun. 17).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. PANCRATIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Et mori veteri et constitutis nos maiorum accessisse cognoscas. Et alytarchae

1 et th.] th. *V* 2 mori] V^1, more V^2

urbis Antiochenae plantandi plures, excidendae unius cupressi iubemus tribui facultatem. DAT. XV KAL. IVL. THESSAL(ONICAE) AVSONIO ET OLYB(RIO) CONSS.

V

X, 1, 13 (385 Sept. 17).

IDEM AAA. AD MESSIANVM PROCONS(VLEM) AFRIC(AE). In omnibus fiscalibus causis, quisquis iudicum cognitor resederit, exceptis magnificis viris largitionum nostrarum comitibus, quos extra ordinem negotia definire non multo ante lata secundum veteres mores constitutione praecepimus, si intra eandem provinciam res agatur, duos menses satis abundeque sufficere censemus; si ex contigua personae atque instructiones necessariae putabuntur, quattuor; si ex transmarina, sex. Cum vero de causae meritis interposita provocatione tractabitur, in eadem provincia partibus constitutis intra viginti, si ex contigua, intra quadraginta dies negotium terminetur. DAT. XV KAL. OCTOB. AQVIL(EIAE) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

V

3/4 latam s. u. m. constitutionem *V*   4 praecipimus *V*

X, 1, 14 (397 Dec. 17).

IDEM AA. HYPERECHIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Auri atque argenti maximum pondus plurimis diversisque temporibus usurpatum et ad aerarii nostri rationes non relatum cognovimus. Quod ne in dispendium rei privatae procedat, ut facilius accepti expensique ratio clarescat, nihil volumus de conlatione praedicta absque nostri auctoritate in quibuscumque provinciis usurpari, quo facilior sit discussio pecuniae, cuius nobis fuerit summa testatior. DAT. XVI KAL. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

2 diuersisque] *scr.* diuersis   4 nostra *Gothofredus*   5 pecuniae] $V^{rec.}$, percuriae V^{1}, percuniae V^{2}

X, 1, 15 (396 Mart. 28).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD PAVLVM COMITEM DOMORVM. Si qua ⌜usquam⌝ loca ad sacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupavit, secundum veteris census fidem in sua iura retrahentur. ⌜Rescribta igitur obreptionibus inpetrata cum praescribtione longi temporis et novi census praeiudicio submovebit auctoritas tua atque ita omnia suo corpori quae sunt avulsa restituet⌝. Neque enim ⌜aut precatio colorata aut⌝ incubatio diuturna aut novella professio proprietatis nostrae privilegium abolere ⌜potuerunt⌝. DAT. V KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

IVST. 7, 38, 3	IVST. 11, 67, 2
	⌜ ⌝ *om.*
	⌜rescripta .... restituet⌝] rescriptis per obreptionem impetratis et praescriptione l. t. et n. c. pr. in hac causa submovendis.
⌜*om.*⌝	
⌜poterit⌝	

V. — IVST. 7, 38, 3 = 11, 67, 2.

1 arc. et hon.] *V Iust. 7, 38, 3,* theodosius arc. et hon. *Iust. 11, 67, 2 (sic T,* arc. et hon. *om. KO)*   2 comitem domorum (domesticorum *Iust. 7, 38, 3 cod. S) Iust. utroque loco, om. V*   5 retrahantur *Iust. 11, 67, 2*   10 praecatio *V*

1, 16 (399 Nov. 20).

IDEM AA. APOLLODORO. Omnium praediorum, quae rei nostrae adgregata sunt, in diversis speciebus maxima pars passim ab inprobis direpta est. Et quamvis secundum iuris ordinem ea, quae erepta sunt, in quadruplum oportuerit postulari, clementiae tamen nostrae moderationem secuti decernimus ex eo die, ex quo iussio nostra fuerit celebrata, cessantibus frustratoriis defensionibus, quibus in exactorum personam refertur commissa direptio, intra tres menses ea tantum quae constiterit pervasa restitui. Quod si quispiam ingratus nostro beneficio solutionem distulerit, in dupli poena teneatur obnoxius. Qua condicione eos quoque volumus adstringi, qui in fugam versi esse dicuntur, ut, nisi intra constitutum tempus quae sunt direpta reddantur, ut ad modum dupli rei nostrae eorum praedia vindicentur. Officia quoque iudicum diversorum, si non exactores et conpulsores, quorum direptio arguitur, repraesentaverint tempore superius constituto, eadem poena retinebit, ipsis adversus fugientes actione servata. Iudicum quoque segnitiam in hac parte gravissima multa feriendam esse censemus. DAT. XII KAL. DECEMB. MED(IOLANO) THEODORO $\bar{V}$. $\bar{C}$. CONS.

V

1 apollodoro] *procos. Africae* 6 quod] V^2, quam V^1 9 ut *del.* 10 officia] *Beck*, officio *V* 11 representauerint *V*

1, 17 (420 Dec. 30).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. PATRICIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Super creandis susceptoribus dispositionem tuae sublimitatis firmam esse praecipimus periculo procuratorum rei dominicae, ita ut omni ambitione cessante quae statuta sunt quaeque antiqua consuetudine commendantur, in pabulis vel sumptu familiae ministrando intemerata permaneant, super irenarcho et optione omni antiqua consuetudine observanda. DAT. III KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. VIIII ET CONSTANTIO III CONSS.

V. — IVST. 10, 1, 9.

2/3 periculo proc. rei dom. *ante* dispositionem *Iust.* 5 hirenarcho *V* omni] *Iust.*, omnia *V* 6 iii] ii *V*

II. DE DOMIBVS AD REM PRIVATAM PERTINENTIBVS DISTRAHENDIS VEL PRAETORIIS IVDICVM RESERVANDIS.

2, 1 (378 Sept. 25).

IMPPP. VALENS, GRA(TIA)NVS ET VALENTINIANVS AAA. COM(ITI) LARGIT(IONVM). Rationales vel ordinarii iudices earum domorum, quas procuratorum nequitia et rationalium neglegentia labi patitur in ruinas, instituant auctionem hastis habitis ex licitatione currente. Sane si quae sunt per varias provincias huiuscemodi domus, quales esse in Augustensi Suitranea civitate suggeritur vel aliis in locis, praestantes et privatis usibus ampliores, ut servari forsitan oportebit, iudicum mansionibus deputandas provincialium et eorum cura reficiendas. DAT. VII KAL. OCTOB. VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

V

1 *scr.* comiti sacrarum larg. 3 hostis V^1 ex] et *Gothofredus* 4/5 *fortasse scr.* in Augustensi Traiana civitate *hodie Eski Zaghra* 6 ut *delendum*

X. 2, 2 (398 Oct. 27).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. FIRMINO COM(ITI) SAC(RARVM) LARG(ITIONVM). **Ne domus ad nostrum patrimonium pertinentes, quae sunt in diversis urbibus, ex neglegentia nostro aerario adferant detrimentum, omnes licitatione habita volumus venundari. Palatinos autem fide probatos ire praecipimus. Ordinarios quoque iudices tua sublimitas admonebit, ut certa pretiorum fides et domorum sit iusta in auctione taxatio.** DAT. KAL. NOVEMB. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

V

1 com. s. l.] com. r. p. *lex 10, 10, 22 omnino cum hac iungenda; utro loco erratum sit, non liquet. Idem appellatur* com. s. l. *in constitutione a. 398 Mai. 24* (1, 11, 2 + 11, 19, 4), com. r. p. *in altera a. 399 Mart. 18* (12, 6, 25) 5 praetiorum *V* kal.] ui kal. *lex iungenda*

III [= BREV. II]. DE LOCATIONE FVNDORVM IVRIS ENFYTEVTICI ET REI P(VBLICAE) ET TEMPLORVM.

in fundorum *finit O* iures *E* enfyteutici] *VC*, enfiteutici *PMLS*, enfitheutici *H*, enpheteutici *N*, infeteutici *E* et rei] rei *GE* publiae *L*[a] et *om. N* temporum *G* — *Iust.* 11, 71: de locatione praediorum civilium vel fiscalium sive templorum sive rei privatae vel dominicae

X, 3, 1 (362 Mart. 13?).

IMP. IVL(I)ANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: **Possessiones publicas civitatibus iubemus restitui ita, ut iustis aestimationibus locentur, quo cunctarum possit civitatium reparatio procurari.** P(RO)P(OSITA) ID. MART. CONSTANTINOP(OLI) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

V

3 id.] iii id. *iunctae*

X, 3, 2 [= BREV. X, 2, 1] (372 Iun. 26).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Curialibus omnibus conducendorum rei publicae praediorum ac saltuum inhibeatur facultas: illo etiam observando, ne quis curialium vel de extraneis civitatibus fundos aut loca huiusmodi conductione suscipiat. DAT. VI KAL. IVL. TREVIRIS MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

INTERPRETATIO. Omnibus curialibus conducendorum rei publicae agrorum ac saltuum licentia denegetur: illut specialiter observandum, ut nullus curialis vel de extraneis civitatibus agros ac loca supra scripta sub qualibet condicione suscipiat, ne sub hac occasione servitia curiae debita non inpendant.

V. — BREV. (*HNGO[om. int.]ECPMLS*).

1 et *om. O* ppo] pfu *G*, prefectum *H*, praepositum *S*, ppm *E* 2 conducentorum *N* saltuum] sola tantum *E* 3 illut *NGEPMLS* obseruandum *NGES* ne] ut ne *E* curialum *H* fundo *V*[1], fundus *NE*, agros *H* aut] *VN*, hac *HS*, ac *GOECPML* loca] *V*[2] *brev.*, locos *V*[1] 4 huiusmodi] supra scripta sub qualibet *H* conductione] *brev. (in his Pith.) praeter S*, condicione *VS cum interpretatione* suscipiant *NG*, suscipiant no sub hac occassione seruitia curie debita non inpendant *H* dat. ui (u *GEC*) k. iul. (iun. *NC*) treu. (triberio *(sic) V*, trium *S*) mod. et arintheo (arantheo *N*, arinto *O*, aristeo *PMS*) *libri* 6 illut] illo *C* obseruandum] *NGEP*[2], obseruando *H(?)* *CP*[1]*MLS* curiales *N* uel *om. N* 7 ac] aut *NES* condicione] *HNPMLS*, conductione *EC*, condicione (uel *ins. G*[b]) conductione *G* suscipiant *NEPML* nec *C* hac *om. HN* 8 deb. cur. *G* inpedant *L*, inpendat *G*

3, 3 (380 Iun. 12).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. PANCRATIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Secundum legem divi Valentiniani, quae semel conductas possessiones nulla ad alios constituit ratione transferri, nullum priorem conductorem a secundo patiaris excludi, sed penes eos iugem permanere iubeas possessionem, quos priore conductionis iure eandem meruisse constiterit. DAT. PRID. ID. IVN. THESSAL(ONICAE) GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

V

4 paenes *V*

3, 4 (383 Ian. 18).

IDEM AAA. NEBRIDIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Ut quisque conductor fuerit inventus possessor fundi, qui ex publico vel templorum iure descendit, huic ⌜cum augmento oblato⌝ ager iungatur inutilior. Quod si contra id reluctandum existimaverit, alius possessor sub eadem praestatione quaeratur, vel si voluntarius quis conductor non invenietur, tunc ad possessores antiquos, id est decuriones vel quoslibet alios, loca iuris praedicti adiunctis inutilibus revertantur ⌜sine adiectione tertia⌝, idoneis fideiussoribus praebitis. DAT. XV KAL. FEB. CONSTANTINOP(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

IVST.
⌜c. a. o.⌝ *om.*
⌜s. a. t.⌝ *om.*

V. — IVST. 11, 59, 6.

2 uel] uem V^{a} 5 quis] *V*, qui sit *Iust.* 8 tertia] tertiae *Gothofredus*, certa *ego* idoneos V^{1} prebitis V^{2}, probatis V^{1}, praestitis *Iust.*

3, 5 (400 Nov. 26).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Aedificia, hortos adque areas aedium publicarum et ea rei publicae loca, quae aut includuntur moenibus civitatum aut pomeriis sunt conexa, vel ea quae de iure templorum aut per diversos petita aut aeternabili domui fuerint congregata, vel civitatum territoriis ambiuntur, sub perpetua conductione, salvo dumtaxat canone, quem sub examine habitae discussionis constitit adscriptum, penes municipes, collegiatos et corporatos urbium singularum conlocata permaneant omni venientis extrinsecus atque occulte conductionis adtemptatione submota. Officia etiam palatina decem librarum auri multae subiaceant, si cui adversus praecepta huius sanctionis venienti aditum adsentatione praestiterint. DAT. VI KAL. DEC. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

V

1/2 hortos atque areas] *requiritur* horti atque areae 3 uel ea . . . 4 congregata] *scribendum* praeter ea . . . . . congregata *collocandaque haec post* ambiuntur 4 aeternabuli V^{1} 5/6 sub examne *(sic)* h. d. c. adscriptum *om.* V^{1} 9 uenienti] *Beck*, ueniendi *V* ui] u *leges iungendae*

3, 6 (401 Iul. 27).

IDEM AA. NESTORIO COM(ITI) REI PRIV(ATAE). Nullus palatinorum, qui in officio rei privatae nostrae militat, conductoris nomine vel per se vel per quamlibet personam possessionum huiusmodi conducendarum habeat facultatem ⌈. DAT. VI KAL. AVG. VINCENTIO ET FRAVITTA CONSS.

⌈ cum neque militi neque curiali hoc faciendum permittimus IVST.

V. — IVST. 11, 73, 1.

5 frauitta *V hoc solo loco, praeterea* frauito

X, 3, 7 (417 Mai. 14).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. VRSACIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). **POST ALIA:** Enfyteutici iuris praedia ita locari praecipimus, ut cessante **inlustris privatarum comitis** iussione quanta sors in aliis functionibus fuerit sublevata, **tanta etiam in pensione dematur.**
1 Illut quoque pari diligentia statuimus, ut, si quis **etiam rescribtum de nostris** altaribus meruerit alium inspectorem loca debere discutere, **subreptio ista vacuetur et** illut valeat, quod probatissimi peraequatoris generalis electio, non **specialis et gratiosa** forsitan, definivit ambitio. DAT. PRID. ID. MAI. RAV(ENNAE) HONOR(IO) A. XI ET CONSTANTIO II CONSS.

V

IIII [= BREV. III]. DE ACTORIBVS ET PROCVRATORIBVS ET CONDVCTORIBVS REI PRIVATAE.

**et *(sic VG, om. reliqui)* proc. et *(om. PMLS)* cond. *om.* *O*
priuatae] publicae et priuatae *G* — *Iust.* 11, 72: de conductoribus et procuratoribus sive actoribus praediorum fiscalium et domus Augustae.**

X, 4, 1 [= BREV. X, 3, 1] (a. 313[?] Mart. 5].

IMP. CONSTANTINVS A. AD FILIPPVM VIC(ARIVM) VRB(IS). ⌜Si quis ab actore rerum privatarum nostrarum sive a procuratore fuerit vexatus, super eius calumniis vel depraedationibus deferre querimoniam non dubitet. Quae res cum fuerit conprobata, sancimus, ut idem, qui contra provincialem quidquam moliri fuerit ausus, publice concremetur,⌝ ‖ quoniam ‖ gravior ⌜ poena constituenda est in hos, qui nostri iuris sunt et nostra debent custodire mandata. DAT. III NON. MAR. HERACLEAE CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

> **IVST. 3, 26, 9**
> **⌜Univeri fiduciam gerant, ut, cum quis eorum ab actore rerum privatarum nostrarum sive a procuratore fuerit vexatus iniuriis, super eius contumeliis vel depraedationibus deferre querimoniam sinceritati tuae vel rectori provinciae non dubitet et ad publicae sententiam vindictae sine aliqua trepidatione convolare. Quae res cum fuerit certis probationibus declarata, sancimus et edicimus, ut, si in provincialem hanc audaciam quisquam moliri fuerit ausus, publice vivus concremetur⌝. ‖**
>
> ‖ IVST. 11, 72, 1 | ⌜ enim

INTERPRETATIO. Quicumque ab actore dominico vel a procuratore fuerit alicuius iniuriae inprobitate vexatus, de eorum calumniis vel depredationibus ad principem convolare debebit. Quae res si potuerit adprobari, eos, qui circa provinciales talia facere ausi sunt, placuit incendio concremari, quia graviorem poenam principes constitui voluerunt in eos, qui sui iuris sunt et sua debent custodire mandata.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* = IVST. 3, 26, 9. 11, 72, 1.

1 imp. constantinus ā] impp. ualent. et ualens āā *(ex constitutione cum hac contaminata) Iust.* 2 uic urb *(om. G)*] uirum clarum urbis *S*, ppm uicr orbis *N* 3 actore (auctore *S*) rerum] actorerum *V*[1], actore rem *N* 4 a *om.* *E*[a] procuratoribus *N* 5 calumnies *N* 5/6 depredationibus *V* 6 quaerimoniam *V*, querimonia *H* 7 qua *H*, et quae *P* 8 probata *E*[a]*PMLS* sanximus *H* qui *om.* *N* 9 prouinciales *C*[a] quidqam *V* 12 constuenda *M*[a] 13 nostra debent] non adhibent *G*[t] 13/14 dat. iii (iiii *E*) non. mart. heracleae (heraclie *PM similiterque reliqui*) const. (constantio *E*) ā *(om. O)* iii *(om. PMS)* et lic. iii *(om. VGOE) libri: vere a. 313 Constantinum non fuisse Heracleae cum constet, nisi Licinii est, subscriptio corrupta est, nam ante devictum Licinium Constantinus partes Orientis non adiit* 15 auctore *S* a *om.* *L* fuerit *om.* *H* alicuius *om.* *L* 16 probitate *M* 17 quae res] quare *G* adprobare *GE*[b] circa] contra *E* prouincialibus *C* taliter *G* 18 poena *N* principis *E*[a] 19 et *om.* *N* debet *N*

, 4, 2 [= BREV. X, 3, 2] (365 Iul. 22).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD SEVERVM VIC(ARIVM) VRB(IS). Divum Iulianum hoc conpetentissime decrevisse conperimus, ut actores rei privatae nostrae minime necessitatibus terrerentur adque adflictarentur iniuriis, quas saepenumero rectores provinciarum vel adrogatione inlicita principalium vel propriis decretis ordinis fieri censuissent. Quod adeo nos probamus, ut ratum esse iubeamus. DAT. XI KAL. AVG. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Iulianum principem bene ac salubriter statuisse certissimum est, ut actores domus dominicae nullis necessitatibus turbarentur aut fatigarentur iniuriis, quas eis frequenter rectores provinciarum per suggestiones principalium facere consuessent. Cuius facti constitutionem in tantum rationabilem et necessariam iudicamus, ut firmam permanere iubeamus.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).*

1 syrum *N* uicarium] ūc *GE*, ū *H*, uirum clarum *S* urbis *om. GE* 2 hoc *om. PML Pith. (ex 2)* conpetitissime *V*, conpetissime se *G*, conpetentes me *S* auctores *S* nostris *H* 3 adque] et *O* quas *om.* V^1 4 arrogationem *G* inlicitam *G* pr. decr. ordinis (hordines *H*, ordines G^t)] proprii ordinis decr. *O: temptavi* pr. decr. ordinatis feri L^a censuissent] V^2*HGECPMLS*, consuissent V^1*N*, consuessent *O* 5 adeo] ideo G^b probauimus *G* iubemus G^a*C* 5/6 dat. xi *(sic VH NECS*, x *GPM*, ix *O)* k. aug. med. *(om. O)* ual. et ualente (eum *ins. S*) aa. *(om. HEC) libri* 7 principe *N* instituisse *E* auctores *S* 8 nulli *S* terrerentur *G* fagitarentur *M*, flagitarentur *PLS* quae *N*, qua se *S* ei *G* 9 suggessiones *NE*, suggestionem *L*, successiones *H* facere] fieri *PMS* consuissent NG^aE^a, consueuissent HG^bC, censuissent E^b*PMLS* 10 necessarium *N*, necessaria *E* firma *NL*

, 4, 3 (370? 373? Apr. 4).

IDEM AA. AD CRESCENTEM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). In negotio criminali per rationalem colonos vel conductores rei privatae nostrae, quorum repraesentatio poscitur, exhibendos esse sinceritas tua cognoscat, in civili vero causa defensorem domus nostrae adesse debere. DAT. PRID. NON. APRIL. ALTEIO VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

4 *locus excludit annum 365, rescripta alia ad eundem data annis 371 et 372 annum 368*

V. QVI CONDVCTORES REI PRIVATAE FIDEIVSSORES EXIGI NON DEBENT.

, 5, 1 (398 Apr. 29).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVLOGIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Quidquid divi parentis nostri Val(entin)iani senioris iussio de fundis privatae rei continebat, nostra etiam auctoritate firmamus. Ut igitur ille praeceperat, ne consistoriani comites fideiussores in suscipiendis possessionibus darent, quod etiam divus Gratianus secutus est, custodiri oportet. DAT. III KAL. MAI. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

V

2 rei] *Vrec.*, sei *V*

VI. DE GREGE DOMINICO.

Iust. 11, 76.

, 6, 1 (395 [396/7] Nov. 30).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Propositis sublimis magnificentiae tuae minimi maximique moneantur edictis, ut sciant singulas auri

2 edictis *ante* 1/2 sublimis *Iust.*

libras ex propriis facultatibus eruendas pro singulis equis vel equabus sive Hermogenianis sive Palmatis, nisi eas sponte obtulerint, in his vero, quos ex aliis gregibus occupatos esse constiterit, sex auri uncias fisci viribus inferendas. DAT. PRID. KAL. DEC. CONSTANT(INO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V. — IVST. 11, 76, 1.

2 eas] eos *Iust.* 3/4 *Rufinus occisus est die V k. Dec. potestque ita defendi is qui hic traditur.*

VII. DE CAESARIANIS.

X, 7, 1 (317 Iul. 21).

IMP. CONSTANTINVS A. AD BITHYNOS. Caesarianos in actu dumtaxat constitutos ad perfectissimatus vel ducenae vel centenae vel egregiatus dignitates non oportet admitti. Sed si inculpate conpleverint suum officium et ab omni vacent ratione fiscali iudicio, datam huiusmodi dignitatem prodesse eis oportet. DAT. XII KAL. AVG. GALLICANO ET BASSO CONSS.

V

4 *cum data sit ad Bithynos, esse videtur Licinii, nisi fallit dies.*

X, 7, 2 (364 Apr.[?] 22).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Non convenit Caesarianos inconsultis nobis ad alicuius corporis molestiam devocari. Quapropter si alicui corpori necessarii fuerint visi, ad nostram mansuetudinem referatur, ut nobis decernentibus his iubeantur adiudicari, quibus eos rectissima ratione postulari nostra mansuetudo perspexerit. DAT. X KAL. MAI. SIRMIO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSVLIBVS.

V

4 ratiue *V* 5 *eo tempore Valentinianus non fuit Sirmii.*

VIII [= BREV. IIII]. DE BONIS VACANTIBVS.

Iust. 10, 10 de b. v. et de incorporatione.

X, 8, 1 (313 Mart. 10).

IMP. CONSTANTINVS A. AD AEMILIVM V(IRVM) P(ERFECTISSIMVM) RATIONALEM. Si quando adnotationes nostrae contineant possessionem sive domum quam donaverimus 'integro statu' donatam, hoc verbo ea vis continebitur, quam antea scribebamus, 'cum adiacentibus et mancipiis et pecoribus et fructibus et omni iure suo', ut ea, quae ad instructum possessionis vel domus pertinent, tradenda sint. DAT. VI ID. MAR. MED(IOLANO) CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

VT [*incipit* 2 siue domum]. — IVST. 10, 10, 2.

1 constantius *V* 2 statu] *V Iust.*, statum *T* 3 quam om. *V*¹ ante *Iust.* 4 quae] que *VT* instructum] *V Iust.*, structum *T* 5/6 dat. ui (uii [?] *T*) id. mart. med. constantino (constand[?]o *T*) a. iii (om. *T*) et licinio iii ([?]) *T*, om. *V*) libri

X, 8, 2 (319 Mart. 11).

IDEM A. AD PRISCVM RATIONALEM. Ne principali liberalitate praeventa dominium quis rei alienae affectet, iubemus, quotiens iure suadente aliquorum bona ex officio tuo fuerint occupata, breves eorum plenissimos ad virum perfectissimum comitem et amicum nostrum mitti, ne fraudibus Caesarianorum inminuantur vel petentibus aliquid abiuretur; poena contra rationalem et officium eius proposita, si petitorem ante possidere permiserint id quod ei donatum est priusquam praedicti breves commeaverint. DAT. V ID. MAR. SIR(MIO) CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS.

VT

1 liberalitatem *T* praebenta *T* 2 affectet] *V*, adtrectat (?) *T* suadent *T* 3 brebes *V* com(item) *T* 4 inminuantur] *T*, minuantur *V* abiuretur] *scr. fortasse* ab iis detur 5 permiserit *V* 6 remeauerint *T* 7 licinio c̄ (?) ɔss^u *T*

X, 8, 3 [= BREV. X, 4, 1] (326 Aug. 3). — ANTHEMIVS Nov. 3.

IDEM A. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nec interpellatis his, quibus pro laboribus suis ac meritis aliquid donaverimus, sed in iure suo, hoc est sine molestia litis manentibus, concitatorem iudicii, qui inquietudinem inferre temptaverit, examini tuo praesentari oportet, ut citra molestiam possidentis ius suum manifestis probationibus doceat: in quo partes reluctantis ipse suscipies, quoniam fructus liberalitatis nostrae pulsatur. Hac enim lege sancimus, ut, quicumque in tales venient querellas, secundum praedictam formam ius suum ostendant: his quae conperta fuerint ad nostram scientiam referendis, ut salva possidentium proprietate, quibus, ut dictum est, in perpetuum quaesita est firmitas possidendi, deliberationis nostrae sit, qualiter his, qui allegationes suas probaverint, beneficio lenitatis nostrae extrinsecus debeat subveniri. RECITATA III NON. AVG. IN PALATIO CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. Non inquietentur hi, quibus aliqua pro suo labore donavimus, sed omnibus, quae his donavimus, in ipsorum iure positis is, qui eos inquietare voluerit, ad iudicii audientiam pertrahatur sine aliqua molestia possidentis; ius suum pulsatus valeat confirmare omnibus, quae de hac re inter praefatos acta fuerint, ad nostram notitiam referendis, ut et nostris inquietatus remediis adiuvetur.

VT. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).*

1 idem] imp. constantinus *brev.* ad seuero *L* p̄ū] *VTPML*, p̄ub *H*, publium *S*, p̄fu *GC*, pp̄m *NE* nec] ne G^{a}*L* interpellantis *N*, interpellent *PMLS* his] hi *PMLS* latoribus *N* 2 donauimus *PMLS* sed in] sine V^{1} sine] *VH(?)OES*, in *NGCPML Pith.* molestiam *NL* lites *N*, multis *Pith.* 3 concitare *G* iudices G^{v} temptauerint *H*G^{v} presentare G^{t} 4 ut] et *H* cetera N^{a} modestiam *(em. m. rec.) V* possidentes *TGS*, possedentes *N* doceant *HGE* 5 reluctantis] *VTO*, reluctantes *reliqui* suscipiens *TS*, suscipias *G* libertatis *E* pulsatus *H* haec *LS*, hanc *E* enim *om. T* 6 leges *L* ueniens *H*, ueniunt *NGECL* quaerellas] *VT*, quaerellae *N* praedicta forma *L* 7 ostendunt] manifestis ostendunt *G* quae] qui G^{t} fuerit G^{t} nostra exientia *L* 7/8 salua p. propr.] ad *(om.* G^{a}*)* saluam p. proprietatem *G* 8 est *om.* M^{1} firmatas *L* 9 liberationis *E* sint *NC* qui all. s. probauerint (adprob- *G*) beneficio *om. L* 10 laenitatis *T* extrinsecus] et e. *C* subuenire H^{a}*GL* 10/11 recitata *(sic V et reliqui,* dat. *T,* proposita *O)* iii *(sic VH,* iiii *NGOECPMS, inc. T)* non. aug. in pal. (constantinopoli *ins. GO*) const. a. uii (ui *TG*) et constantio c *(om. PMS) libri; firmat subscriptionem laterculus praefectorum* 12 hii *HNGEL* sua *G* 12/13 omnibus *om. PMLS* 13 his (eis *HG*) donauimus (donabimus *N*)] *libri*, a nobis donata sunt *edd.* is] ex his *L*, hii G^{v} *E*, *om.* G^{t} uoluerint *HG*E^{b} iudicis *E* 14 pertrahatur *N*E^{a}*C*, pertrahantur *HG*E^{b}, adtrahatur *PMS*, adtrahantur *L* sine] *NGECPMS*, ut sine *H[?)L* molestiam *N* possedentes *N*, possidens G^{b} pulsatus] *libri reliqui*, pulsatur E^{a}, pulsator E^{b}, pulsatos *edd.* confirmari *E* 15 de *om. H* praefatus *N*, priuatos *PMLS* acta] sancte G^{t} fuerit *N* preferendis *G*, referendam *S* ut *om.* E^{a} et *om. L* 16 inquietatibus *S*

X, 8, 4 (346 Iun. 9).

IMP. CONSTANTIVS A. AD IVVENALEM RATIONALEM NVMIDIAE. **Quamvis plurimis petentibus facultates eorum, qui sub hoste publico egerunt adque in proelio poenas debitas pependerunt, liberalitas nostra largita sit, tamen volumus, ut aurum argentum et mancipia urbana et vestes ceteraque mobilia petitores habeant, qui iam meruerunt vel postea inpetraturi sunt, mancipia autem rustica et possessiones et domus ad fiscum pertineant officii tui instantia, his etiam reddituris, qui haec percepisse noscuntur, ut constitutio et de praeterito et deinceps habeat firmitatem.** DAT. V ID. IVN. CONSTANTIO A. IIII ET CONSTANTE A. III CONSS.

VT

1 constantius] *T*, constantinus *V* iubenalem *T* 1/2 paetentibus V^2, paenitentibus V^1 3 ut] aut V^1 5 domos *V*, domus *potius quam* domos *T* 6 noscuntur] *V*, connoscuntur T^a, cognoscuntur T^b 6/7 et de] et *T* 7 u] *T*, *om.* *V* 7/8 constante a. iii] constante iii a. *T*, constante iii *V*

X, 8, 5 (435 Oct. 9).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENTINIANVS AA. HERMOCRATI C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Si vacantia vel ⸢caduca⸣ bona delata legibus ad aerarium ⸢in Achaia⸣ perhibeantur, certi palatini electi et iure iurando obstricti mittantur, ut eorum instantia ⸢v(ir) s(pectabilis) proconsul⸣ praesente fisci patrono diligenter inquirat, cuius vacans ⸢caducumque⸣ fuerit patrimonium quantumque vel quale videatur. Et cum data reclamandi copia nullum id iure possidere vel vindicare constiterit locumque aerario factum esse tam ipsius relatione quam publicorum monumentorum fide constiterit, rerum nobis notitia intimetur, ut iussu nostro vacantia vel ⸢caduca⸣ nomine occupentur aerarii, || quo petentes a nobis huiusmodi res sic demum, si ita visum fuerit, responsum legitimum mereantur: quorum petitiones, antequam res praedicto ordine procurentur, nec accipiendas nec instruendas esse censemus. || Quae forma etiam in parte bonorum ⸢ in una alterave re seu actione una vel etiam pluribus servetur. Nam si quid per fraudem in dispendium aerarii fuerit admissum, missi quidem executores, non ⸢vitante⸣ indignationem ⸢proconsule, parte facultatum dimidia multabuntur:⸣ fisci vero patronus detrimentum, quod vitio eius fisco ingeritur, resarcire urguebitur || aut si litem inprobe cuiquam intenderit, redhibitione sumptuum damnorumque cohercebitur, petitores autem bonorum omni petitionis emolumento carebunt. DAT. VII ID. OCTOB. CONSTANTINOP(OLI) D. N. THEOD(OSIO) A. XV ET QVI FVERIT NVNTIATVS CONSS.

IVST.
⸢alio modo⸣
⸢ ⸣ *om.*
⸢praeses provinciae⸣
⸢cadensque⸣
⸢aliae res⸣
|| *fin.*
|| *redit*
⸢ vel
⸢evitant⸣ | ⸢praeses autem f. p. d. multabitur⸣
|| *fin.*

VT. — IVST. 10, 10, 5.

1 hieritocrati *V* 3 aerarium in *om.* *T* hachaiam T^b, hacaiam T^a, achia *V* perhibeantur] *Iust.*, perhibeutur *T*, prohibeantur *V* 4 electi et] *V Iust.*, et electi *T* mittantur] *T Iust.*, *om.* *V* 4/5 ut eorum instantia us̄ (*sic* V^2, uir spectabilis *T*) proconsule (prconsule *V*, proconsules *T*) *om.* V^1, *add.* V^2 (*non* $V^{rec.}$) 6 inquirat] *T Iust.*, inquirant *V* 7 uideatur] *VT*, ei uideatur *Iust.* (*KO*) 8 copiam *T* 9 locum quae *T* 14 quorum] *scr.* quoniam 14/15 procuretur *V*, pra(?)e(?)curentur *T* 16 alterave re] *V Iust.*, altera *T* 17 etiam] *T Iust.*, iam *V* 17/18 per fraudem] *T Iust.*, fraude *V* 19 exececutores *T* indignationem] *Iust.*, indignatione *VT* proconsole *T* 20 dimidiam *T* 20/21 detrimento *V* 22 aut] ut V^1T 24/25 dat. uii (*sic V Iust.* [*Cui.*], uiii *T*) id. oct. const. (*om.* *T*) d. n. th. a. (*om.* *T*) xu et q. f. nuntiatus (*sic VT*, th. xu et ualentiniano iiii aa. *Iust.* [*Cui.*])

VIIII. DE INCORPORATIONE.

Iust. 10, 10 (v. ad 10, 8 rubr.).

X, 9, 1 (369 Mart. 29).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD FLORIANVM C(OMITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Si quando aut alicuius publicatione aut ratione iuris aliquid rei nostrae addendum est, rite adque sollemniter per comitem rerum privatarum, dein rationales in singulis quibusque provinciis commorantes incorporatio compleatur et diligens stilus singillatim omnia adscribat. Tituli vero, quorum adiectione praedia nostris sunt consecranda ˹nominibus,˺ non nisi publica testificatione ponantur; gravissimis statim subdendis suppliciis, qui huiusmodi aliquid propria usurpatione temptaverint. DAT. IIII KAL. APRIL. VAL(ENTINI)ANO N̄. P̄. ET VICTORE CONSS.

˹substantiis˺ IVST.

VT. — IVST. 10, 10, 3.

1 florianum] *T Iust.*, florentinum *V* 1/2 c̄rp *T*, com̄ rerum priuatarum *V* 2 aut] *V Iust.*, in *T* 2/3 rei n. a. est] *V*[2] *T Iust.*, n. a. est rei *V*[1] 3 comitem] *V Iust.*, comites *T* rerum priuatarum] *V Iust.*, rei p[ri]uatae *T* dein] *V*, deinde *Iust.*, et *T* 4 impleatur *Iust.* 5 adscribat] *V Iust.*, discribat *T* 6 non *om.* *V*[1] 8 n̄p *T*, nobilissimo puero *V*

X, 9, 2 (395 Nov. 14).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVLOGIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Quicumque a nobis caducas vacantesve meruerit facultates, sive cum auro vel argento, quod specialiter rarum erit, nam saepius habita horum exceptione praestantur, post allegationem beneficii principalis omnium bonorum, id est immobilium moventium vel, ut plenissime loquamur, praediorum urbanorum aedium mancipiorum animalium argenti auri ornamentorum vestium pecuniae fiscus incorporationem traditionemque percipiat. Et cum officii palatini brevibus fuerint cuncta conpetenter inserta, omne illud, quod ex quibuslibet corporibus est repertum, nostris auribus intimetur. Nec quicquam horum ad petentem ante perveniat, quam suggestione sublimitatis tuae informata mansuetudo nostra traditionem secundario praecepto prioris liberalitatis inpertiat: ut, nisi denuo a nobis fuerint confirmata, quae videntur impetrata, nihil valeant. DAT. XVIII KAL. DECEMB. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

VT [finit 3 habita hor].

2 siue] *fortasse scr.* si uel] *T*, siue cum *V* 3 erit] *V*, erat *T* praestantur] *Beck*, praestatur *V* 4 omnium] *Beck*, omnem *V* immobilium] *Seeck*, mobilium *V* 5 urbanorum] *scr.* rusticorum et urbanorum

---

X, 9, 3 (418 Oct. 11).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. LARGO P(RO)C(ONSVLI) AFRIC(AE). Et moris veteris instituto incorporationem bonorum anteferri conpetitionis effectui decernimus et de possessore iam fisco referri ad viri inlustris privatarum largitionum comitis scientiam censemus: illud conpetitoribus conpendium relaxantes, ut, quod a mansuetudine nostra iterata supplicatione poscendum fuerat, ab eius sublimitate non expectato imperiali beneficio postuletur. ET CETERA. DAT. V ID. OCTOB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) XII ET THEOD(OSIO) VIII AA. CONSS.

V

1 proconsuli] p̄ ū *V* 2 et de] *V*[2], et *V*[1]

X [= BREV. V]. DE PETITIONIBVS ET VLTRO DATIS ET DELATORIBVS.

de pet. *(om. rel.) O* et (e *L*, *om. G*) ultro *bis S* dilatoribus *NG*. — *Iust.* 10, 11 de delatoribus; 10, 12 de petitionibus bonorum sublatis.

X, 10, 1 (313 Ian. 18).

IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. POST ALIA: De delatoribus iam certa statuimus; quibus si quis contra fecerit, poenam capitalem excipiet. P(RO)P(OSITA) XV KAL. FEB. CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

V

X, 10, 2 [= BREV. X, 5, 1] (319 [?] Dec. 1).

IDEM A. AD POPVLVM. Conprimatur unum maximum humanae vitae malum delatorum exsecranda pernicies et inter primos conatus in ipsis faucibus stranguiletur et amputata radicitus invidiae lingua vellatur, ita ut iudices nec calumniam nec vocem prorsus deferentis admittant, sed si qui delator exstiterit, capitali sententiae subiugetur. DAT. ET P(RO)P(OSITA) IN FORO DIVI TRAIANI KAL. DECEMB. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. Delatores dicuntur, qui aut facultates prodiderint alienas aut caput inpetunt alienum. Quicumque delator cuiuslibet rei extiterit, in ipso proditionis initio a iudice loci correptus continuo stranguiletur et ei incisa radicitus lingua tollatur, ut is qui proditor futurus est nec calumnia nec vox illius audiatur.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — *Scholia Vaticana*: iubet delatores infurcari debere.

1 idem] imp. constantinus *brev.* ā *om. O* cumprimatur *N*, conprematur *HE* unam maximam *H* malum *ante* max. *G* delator *H* 2 exsecranda *om. L* et] sed *GE*[b] conatos *G*[a], cognatos *E* in *om. E* stranguiletur] *VPML*, stranguletur *HOECS*, strangueluentur *N*, strangulentur *G*[b], strangulantur *G*[a] amputatis (?) *E*[b] 3 radicitus *om. O* inuidiae *om. G* iudicis *E* calumniam] linguam *C* 3/4 deferentes *NGS* 4 si *om. PMLS Pith.* quis *NGEC* capitale *N* sententiae] *V H(?)O*, sententia *GECPML*, sententiam *N* subiungetur *G*[b] 4/5 dat. et *(om. G*[b]*)* pp *(inserit* rom̄ *H)* in foro diui *(om. VO)* traiani (iii *ins. C*) k. dec. constantino (constantio *E*) a. *(om. H)* u *(VNGC, om. reliqui)* et lic. c *(sic V NC, om. reliqui) libri.* — 6/7 inpetunt] *HG*[v] *EC*, inpetant *N*, inpetit *G*[t]*PMS*, inpetiit *L* 7 initio] initio rei (?) *E*[b] 8 stranguiletur] *NPML*, stringuletur *H*, stranguletur *GES*, extranguletur *C* ei *om. HPML* (h)is qui] *libri*, si quis *edd.* 9 est] erat *E* ipsius *P MS*

X, 10, 3 [= BREV. X, 5, 2] (335 Mart. 22).

IDEM A. AD PROVINCIALES. Omnes iudices invigilare praecipimus et delatores ⌈ poenis adficere. Apertissimi enim iuris est, ut, quod ex cuiuscumque patrimonio ceciderit in casum, et legibus et retro iuris ordine fisci advocatis agentibus vindicetur. Sed quia nonnulli praecipites secundum ius possessa patrimonia deferre non cessant, damus omnibus, qui

⌈ sine fisci advocato denuntiantes IVST.

1 ad] a *H*[a] 1/2 praecepimus *HNE* 2 et] *V*, ut *NL Iust. (X)*, *om. G*[b] *Iust. (reliqui)* 3 ut *om. HN Pith.* cuiusque *G* in] et in *E* casu *PMLS* 4 legibus] in l. *E* ordinem *HE* quia non *om. (in sp. vac.?) H* nonnulli] nonnullos *G*[v], non *S* 5 praecipites] praecepitis *N*, praecipitet *M*, precipit *H*, precipit (precepit *E*) esse *GE* differre *G*

1 In hac tamen naturali aequitate animadvertimus quoddam temperamentum adhibendum, ut, si cui in solo proprio huiusmodi contigerit, integro id iure praesumat; cui in alieno, in quartam reppertorum partem eum qui loci dominus fuerit admittat. Nec tamen per hanc licentiam quisquam aut aliena

1 et *om. O* aaa *om. OS* 1/2 ad populum u. c.] urbi constantp *PM*, ad populum *L* 2 thesaurus *E* condita] cognita *Pith.* ignoris *N*, incognitis *H* uetustiori *G*, uetustiorem *S* munilia *S*, mobilia *HGE Pith.* 3 causa *N* repperierit *HNG*, repperit *S* suae] et suae *H* neque] ne *S* formidine *H* fiscalis *G* 4 priuati nominis *G*[v] ullius *NE* repeti *G*[a], repetitionis *G*[b] 5 aliquod] *EPML Pith.*, aliquo *VHNGOCS* periculo qu. *HGES Pith.*, qu. periculo *O* occurrat *Pith.* hoc *O* tamen] tali *H* 6 cui] *Gothofredus*, quid (quis *H*) *Brev. (in his Pith.) praeter E*, qui *VE: malim* cui quid 7 integrum *N* id iure] eum *O* cui] *Haenel*, qui *libri*, quid *Pith.* reppertorum *PML*, repporitorum *N* 8 dimittat *Pith.* nec] *Brev. (praeter ES)*, ne *VES* alienam *C*

effodiat aut in locis non sui iuris per famam suspecta rimetur. DAT. VII KAL. FEB. THESS(A)L(ONICAE) GR(ATI)ANO A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

INTERPRETATIO. Si quicumque thesaurum in sua terra invenerit, ei ex integro quod inventum est adquiratur et nullam calumniam pertimescat. Si vero in loco alieno thesaurum casu invenerit, eum qui loci dominus est, in quartam inventarum rerum debet admittere. Adtamen nullus effodiendo loca aliena praesumat ista requirere.

V. — BREV. (*HNGO[om. int.]ECPMLS*).

1 per famam] spermam *(sic) PML* suscepta V^1N, suspectam *G* 1/2 data uii (uiii *C*, u *G*, xi *H*) k. feb. thess. (atthesalonibus *E hic finiens, om. N*) grat. a. *(sic V, om. brev.)* u et theod. a. i (ā. i *VO*, ii aug. *G*, aa. *HCPMS*, a *N*) *libri* 3 quiscumque *G* integrum *HN* | 4 adquirat *L* 5 quarta *HNPMLS* iuentarum (inuentorum G^a, reppertarum *PMLS*) rerum] r. i. *H* debebit *GCPML* 5/6 tamen *G* 6 nullis *S* effodiendo] *NG*, effodiendi *HC*, effodiens *PMLS* sta *H*

, 18, 3 (390 Mart. 2).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eos, qui suadente numine vel ducente fortuna thesauros reppererint, reppertis laetari rebus sine aliquo terrore permittimus. DAT. VI NON. MART. CONSTANTINOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

V

1 neotherio *V* 2 reppertis *V* 4 neotherio *V* 3/4 *propter subscriptionem vide ad 6, 29, 7.*

XVIIII [= BREV. XI]. DE METALLIS ET METALLARIIS.

et metallariis (methallariis V^a) *om. O.* — *Iust.* 11, 7 de metallariis et metallis et procuratoribus metallorum.

, 19, 1 (320 Sept. 30).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM RATIONALEM AFRIC(AE). Secandorum marmorum ex quibuscumque metallis volentibus tribuimus facultatem, ita ut, qui caedere metallum atque ex eo facere quodcumque decreverint, etiam distrahendi habeant liberam potestatem. DAT. PRID. KAL. OCTOB. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO CAES. CONSS.

V

4 constantino c̄] constante caes. *V*

, 19, 2 (363 Oct. 22).

IMP. IVLIANVS A. AD RVFINVM COM(ITEM) OR(IENTIS). Quoniam marmorum cupiditate in inmensum quoddam saxorum pretia aucta sunt, ut sumptuosa voluntas copia relaxetur, permittimus omnibus, ut qui volunt caedere habeant licentiam adtributam. Fore enim arbitramur, ut etiam conplures saxorum nitentium venae in lumen usumque perveniant. DAT. XI KAL. NOV. ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

V

1 *Ioviani est nisi fallit dies, Iuliano adscripta secundum usum compilatorum* 2 inmensum | V^a 4 usuque V^1

, 19, 3 (365 Dec. 10).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD CRESCONIVM COM(ITEM) METALLORVM. Perpensa deliberatione duximus sanciendum, ut, quicumque exercitium metallorum vellet adfluere,

2 exercitium] *V Iust., expectes* ad exercitium

is labore proprio et sibi et rei publicae commoda compararet. Itaque si qui sponte confluxerint, eos laudabilitas tua octonos scripulos in balluca ⸢ cogat exsolvere; quidquid autem amplius colligere potuerint, fisco potissimum distrahant, a quo conpetentia ex largitionibus nostris pretia suscipient. DAT. IIII ID. DECEMB. PARISIS VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

⸢ quae Graece χρύσαμμος appellatur IVST.

V. — IVST. 11, 7, 1.

2/3 scrupulos *Iust. (KOI)* 5 suscipiant *Iust.*

X, 19, 4 (367 Ian. 8).

IDEM AA. AD GERMANIANVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Ob metallicum canonem, in quo propria consuetudo retinenda est, quattuordecim uncias ballucae pro singulis libris constat inferri. DAT. VI ID. IAN. ROM. LVPICINO ET IOVIANO CONSS.

V. — IVST. 11, 7, 2.

3 rom.] *scr.* Remis iouino *Vrec.*

X, 19, 5 (369 Apr. 30).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. FORTVNATIANO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Nullam partem Romani orbis credidimus relinquendam, ex qua non metallarii, qui incolunt latebras, producantur, et quos domus nostrae secreta retinent. Et in conprehendendis eis investigatores eorum rectores congruis auxiliis prosequantur. DAT. PRID. KAL. MAI. ANTIOCHIAE VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE CONSS.

V. — Cf. IVST. 11, 7, 7 *(vide ad Th. 10, 19, 15).*

3 latebris *malim. — Subscriptiones haec et similis 15, 2, 2 dubiae sunt, nam eo tempore Valens Marcianopoli potius fuit quam Antiochiae*

X, 19, 6 (369 Iun. 4).

IDEM AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si qua navis metallarium ad Sardiniam transtulerit, gubernator ipsius vel magister quinos pro singulis hominibus solidos cogatur inferre. DAT. PRID. NON. IVN. MARTIATICI VAL(ENTINI)ANO NB. P. ET VICTORE CONSS.

V

X, 19, 7 (370? 373? Mart. 19).

IDEM AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quemadmodum dominus noster Valens per omnem Orientem eos, qui ibidem auri metallum vago errore sectantur, a possessoribus cunctis iussit arceri, ita sinceritas tua universos per Illyricum et dioecesim Macedonicam provinciales edicto conveniat, ut nemo quemquam Thracem ultra in possessione propria putet esse celandum, sed ut singulos potius regredi ad solum genitale conpellant, quos inde venisse cognoscunt. Alioquin gravis in eum animadversio proferetur, qui latebram huiusmodi hominibus post haec interdicta praebuerit. DAT. XIIII KAL. APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

4 machedonicam *V* ut *om. V*[1] 4/5 possessionem *V* 5 genitalem *V*

19, 8 (376 Aug. 13).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD SENATVM. Potestatem eruendi vel exsecandi de privatis lapidicinis iam pridem per Macedoniam et Illyrici tractum certa sub condicione permisimus. Sed vobis, patres conscribti, volentibus liberalius deferetur, suo ut quisque sumptu suoque emolumento, vectigalis operas et portorii damna non metuens, pariat eam copiam. ET CETERA. LECTA IN SENATV ID. AVG. VALENTE V ET VAL(ENTINI)ANO AA. CONSS.

V

2 machedoniam *V* 4 ut] V^2, et V^1

19, 9 (378 Aug. 15).

IDEM AAA. AD VINDICIANVM V(IRVM) C(LARISSIMVM) VIC(ARI)VM. Datis ad inlustres viros praefectos Galliarum et Italiae litteris primum metallarios praecipimus admoneri, ne eis novelli statuti, quod fuerat elicitum, privilegio transeundi ad Sardiniam spes inproba blandiatur; deinde provinciarum, quae mari alluuntur, iudices scientes fieri, ut universorum navigatio huiusmodi hominum generi clauderetur, ita ut, si aurileguli transfretare temptassent, severitate iudicis audaciae suae ferrent digna supplicia; adficiendis etiam poena custodibus, si neglegentia navigandi isdem copiam praebuissent; ita ut haec non sine periculo suo rectores provinciarum neglegenda meminerint. DAT. XVIII KAL. SEPT. VALENTE VI ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

V

2 litterae *(em. m. rec.)* *V* praecepimus *Gothofredus* fieri] *scr.* efficere uniuersorum] | uniuerso *Haenel* 5 aurilegi V^1 7 hisdem copia *V*

9, 10 (382 Aug. 29).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cuncti, qui per privatorum loca saxorum venam laboriosis effossionibus persequuntur, decimas fisco, decimas etiam domino repraesentent, cetero modo suis desideriis vindicando. DAT. IIII KAL. SEPT. CONSTANTINOP(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

V. — IVST. 11, 7, 3.

3 cetera *Reinesius*

9, 11 (384 Oct. 5).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ii, quibus ad exercenda metalla privata dives marmorum vena consentit, excidendi exsecandique iuxta legem dudum latam habeant facultatem, ita ut decima pars fisci nostri utilitatibus, decima ei cuius locus est deputetur. Quidquid vero reliquum fuerit, id iuxta eiusdem legis tenorem exercentibus cedat habituris licentiam vendendi donandi et quo voluntas suaserit transferendi. DAT. III NON. OCTOB. CONSTANT(INO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V

1 hii *V* 3 locus *om.* V^1

9, 12 (392 Febr. 19).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. ROMVLO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Per annos singulos septeni per hominem scripuli largitionibus inferantur

2 septem *Iust.*

ab aurilegulis non solum in Pontica dioecesi, verum etiam in Asiana. DAT. XI KAL. MART. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

V. — IVST. 11, 7, 5.

X, 19, 13 (393 Febr. 12).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Privatorum manus ab exercendo quolibet marmoreo metallo prohiberi praecipimus, ut fiscalibus instantia locis liberior relaxetur. Si qui vero clandestino opere vetita deinceps exercere temptaverit, omne id, quidquid exciderit, iuri fisci et publico vindicandum. DAT. PRID. ID. FEB. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

4 fisci] fci *V*¹

X, 19, 14 [= BREV. X, 11, 1] (393 Mart. 16).

IDEM AAA. PATERNO. Quosdam operta humo esse saxa dicentes id agere cognovimus, ut defossis in altum cuniculis alienarum aedium fundamenta labefactent. Qua de re, si quando huiusmodi marmora sub aedificiis latere dicantur, perquirendi eadem copia denegetur, || ne, dum cautium ementita nobilitas cum aedificiorum qualitate ||*fin.* IVST. taxatur et pretium domus ne diruatur offertur, non tam publicae rei studium quam privati causa videatur fuisse dispendii. DAT. XVII KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque metallum dicens sub alienis aedificiis quaelibet saxa vel marmora effodienda crediderit, ut per eos fundamentorum firmitas incipiat vaccillare, his inquisitionis huius licentiam denegamus, ne, dum nobiliores lapides se quaerere adserunt, aut vendere aut subvertere aliena fundamenta praesumant.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 11, 7, 6.

1 idem] *VO*, imppp. ualent. (et *ins. C*) theod. et arcad. *Brev.* paterno] *V (seq. sp. vac.) et reliqui*, paterna *L*, paterno ppo *N*, paterno preposito *O*: *mag. incertus, fortasse* comes s. l. operta humo (homo *N*)] h. o. *C* esse saxa] saxa uel metalla esse *O* dicentem *G*ᵃ 2 aedium] rerum *G*, aedictum *E* labefaciant *PML* quo aere(?) *G*ᵃ 3 huiusmodi] huius modimi *S* aediciis *L* latera *S* dicuntur *G* 3/4 denetur *H*ᵃ, detegetur *S*ᵇ, degtegetur *S*ᵃ 4 ne] nec *L* caucion *G*, cautio *NC Pith.* ementita] entita *H*ᵃ nobitas *L*ᵃ cum *om. O* qualitate] sub quocumque q. *N* 5 pretium d. n. d. offertur *om. E* dominus *PM* ne] rei *G*, *om. N* diruatur] deruatur *HL*, derueatur *N*, horreatur *PM* non] nos *PM* tam] tantum *G* studio *G Pith. (cum Paris. 4403 A)* 5/6 probati *PML*, priuatis *Pith. (cum Paris. 4403 A)* 6 uidiantur *L* dispectum *Pith. (cum Paris. 4403 A)* 6/7 dat. xuii (xuiii *N*, xui *E*, xiiii *G*, uii *C*) k. apr. constantinopoli (-lim *H*) th. a. iii (iiii *C*) et ab. *libri* 8 dicens] his *H*, dicentes latere *edd.* 9 crediderint *edd.* ut per] et per *H*, aut per *PM L*, super *S* 9/10 inquisitionibus *G* 10 huius *om. H* licentia *H* aut uend.] ut uend. *H* 11 aut *(om. CG)* subuertere *om. H* praesumat *L*

X, 19, 15˙ (424 Iul. 11).

IMP. THEOD(OSIVS) A. MAXIMINO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Metallarii, qui ea regione deserta, ex qua videntur oriundi, ad externa migrarunt, indubitanter ad propriae originis stirpem laremque revocentur. Eorum autem earumque progenies, qui ex domibus privatorum eligere maluerunt consortia nuptiarum, aequa inter fiscum meum et parentes suos lance dividatur, ita ut, qui singulorum tantummodo filiorum probabuntur esse genitores, ex integro unicis fisco affectibus cedant: in posterum cunctis metal-

IVST.

Metallarii sive metallariae, qui quaeve ea regione deserta, ex qua videntur oriundi vel oriundae, ad externa migraverint, indubitanter sine ulla temporis praescriptione ad propriae originis stirpem laremque una cum sua subole revocentur, et quos domus nostrae secreta retineant *cf. Th. 10, 19, 5.*

8/9 de qua i. f. m. et p. s. aequa lance *V (em. sic fere Gothofredus)*

lariorum condicionem necessario secuturis, quicumque ex ipsis et ex quocumque fuerint
1 latere procreati. Qui vero metallica loca praedictae obnoxia functioni emisse perhibentur, isdem procul dubio, quae auctores eorum implere consueverant, muniis subiacebunt. Nam de his, qui ad census annonarios transierunt, observandum est, ut illi, qui ante quinquennium tantummodo nexibus privatorum videntur inpliciti, sine dubio ad originem propriam redire cogantur, ex aequo cum publicis fundis eorum subole dividenda et unico filio metallariorum origini vindicando, omni tamen ceteris in futurum huiuscemodi licentia arte praeclusa. Quod si quis postea illud quod nunc prohibetur fecerit, || sciat nullum exinde praeiudicium fisco esse generandum, etiamsi is, quem metallicum esse constabit, privatis censibus suum nomen indiderit. DAT. V ID. IVL. CONSTANTINOP(OLI) VICTORE V. C. CONS.

IVST.
|| Sciant autem nullum exinde praeiudicium fisco esse generandum, etiamsi is, quem metallicum esse constiterit, privatis censibus suum nomen indiderit.

V. — IVST. 11, 7, 7.

3 hisdem *V*

XX. DE MVRILEGVLIS ET GYNAECEARIIS ET MONETARIIS ET BASTAGARIIS.

gynecеariis *V.* — *Iust.* 11, 8 de murilegulis et gynaecеariis et procuratoribus gynaecei et de monetariis et bastagariis.

20, 1 (317 Iul. 21).

IMP. CONSTANTINVS A. AD BITHYNOS. Monetarios in sua semper durare condicione oportet nec dignitates eis perfectissimatus tribui vel ducenae vel centenae vel egregiatus. DAT. XII KAL. AVG. GALLICANO ET BASSO CONSS.

IVST.
Monetarios in sua semper durare condicione oportet nec dignitatis cuiuscumque privilegio ab huiusmodi condicione liberari.

V. — IVST. 11, 8, 1.

1 bythynos *V* 4/5 *videtur Licinii, nisi fallit dies*

20, 2 (358 [357] Mart. 19).

IMP. CONSTANTIVS A. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quinque auri librarum multam exigatur, qui mancipium gynaecei, quod celat, non intra kal. Septemb. prodiderit. DAT. XIIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) DATIANO ET CEREALE CONSS.

V

2 gynecaei *V* 3 *Mediolani eo tempore non fuit Constantius, sed Sirmii; potest fuisse, fere ut proposuit Gothofredus,* data [. . . . . . Sirmio, accepta] XIIII k. Apr. Mediolano, *cui coniecturae favet 8, 4, 6*

20, 3 (365 Iun. 28).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD GERMANVM CONSVLAREM. Ingenuae mulieres, quae se gynaecеariis sociaverint, si conventae denuntiatione sollemni splendorem generis contuberniorum vilitati praeferre noluerint, suorum maritorum condicione teneantur. DAT. IIII KAL. IVL. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V. — IVST. 11, 8, 3.

2 gynecеariis *V* 3 utilitati *V (em. m. rec.)*

X, 20, 4 (368 Dec. 13].

IDEM AA. AD AVXONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quod ad praesens remedium pertinet, ⌜decimum⌝ animal bastagariis pro reparatione praebeatur. | ⌜quintum⌝ IVST. | DAT. ID. DECEMB. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V. — IVST. 11, 8, 4.

3 *annum flagitat locus*

X, 20, 5 (371 Iun. 28).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. FILEMATIO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Si quis uxorem de familiis conchylegulorum acceperit, sciat condicioni eorundem se esse nectendum. DAT. IIII KAL. IVL. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

V

2 concylegulorum *V*

X, 20, 6 (372 Iun. 27).

IDEM AAA. AD MODESTVM. Opifices vesti linteae contexendae in usum erogationum nostrarum operam dantes sollicitatos a plurimis esse cognovimus. Igitur et eos, penes quos sunt, et textores ipsos terna auri pondo thesaurorum commodis inferre praecipimus; quin etiam opifices ipsos textrinis linteae vestis vindicari conveniet. Quod si aliquis detegetur in eadem insolentia permanere et iugiter opificem detinuerit, non iam multam, ut praeterito tempore iusseramus, sed proscribtionem subire debebit. DAT. V KAL. IVL. MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

V

1 *scilicet* p̄p̄o opifices (*non* -cis) *V* uesti] *scripsi,* uestis *V* usum] *Haenel,* usu *V* | 2 paenes *V*

X, 20, 7 (372 Aug. 21).

IDEM AAA. AD FILEMATIVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Qui aliquem ex familiis gynaecei in latebris habere conperti sunt, quinque librarum auri damno subicientur. DAT. XII KAL. SEPT. CILICIAE MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

V. — IVST. 11, 8, 5.

2 gynechei *V*, genetii *Iust. (OI)* subiugentur *Iust. (K)* 3 ciliciae *corruptum nec suppetit* | *emendatio probabilis; locus quaerendus est in partibus Occidentis propter magistratum.*

X, 20, 8 (374 Febr. 16).

IDEM AAA. AD TATIANVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Intra kalendarum Augustarum diem qui linteones retentare dicuntur, antiquis eos condicionibus reddant aut se pro ingentis audaciae contumacia quinis auri libris per singulos eorum poenae nomine sciant esse feriendos: non minore circa eos etiam multae comminatione proposita, qui obnoxios Scytopolitanos linyfos publico canoni in posterum suscipere conabuntur. DAT. XIIII KAL. MAR. ANTIOCHIAE GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

V

5 lynifos *V*

20, 9 (380 Febr. 28).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD EVCHERIVM. Qui textrini nostri mancipia occultatione celaverit, ternis libris auri pro singulorum hominum suppressione plectatur. P(RO)P(OSITA) KARTHAG(INE) III KAL. MART. POST CONS. AVXONI ET OLYBRI.

V. — IVST. 11, 8, 6.

1 Eucherium] *mag. incertus* 3 plectetur *Iust. (OI)*

20, 10 (380 [379] Mart. 14).

IDEM AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Edicimus, ne qua mulier splendidioris gradus monetarii adhaerens consortio decus nativae libertatis amittat. Quod si quam ab hac praeceptione statutum nostrae perennitatis abduxerit, ea ⸢secundum auctoritatem senatus consulti Claudiani⸣ vel legitima admonita conventione discedat vel, si conplexui monetarii putaverit inhaerendum, non ambigat se et liberis praeiudicaturam et eius condicioni esse nectendam. || Nihilo minus autem et eas, quae ante legem nostram monetariis videntur esse coniunctae, placuit praedicto titulo conveniri scientes, nisi
1 interdicta coniunctione discesserint, mutasse se statum. || Si qua vero originaria seu ⸢colona⸣ possessionis alienae, ignaro domino seu sciente, monetario adsociabitur, ii conventi mox iuri agrorum debitas personas retrahere festinent vel de cetero sciant repetendi facultatem silentii sui
2 coniventia perdidisse. Sed ut monetario nullam ⸢ necti volumus, ita et monetario patre susceptas prohibemus extraneis copulari. DAT. PRID. ID. MART. AQVIL(EIAE) POST CONS(VLATVM) AVXONI ET OLYBRI.

IVST.
⸢ ⸣ *om.*
|| *fin.*
|| *redit*
⸢colonaria⸣
⸢ extraneam

V. — IVST. 11, 8, 7.

3 ab hac praesumptione st. n. p. non abduxerit *Gothofredus* 5 *post* conuentione *inseruerim* ab ea coniunctione putauerint V^1 6 se] *V*, se sibi *Iust. (KI)*, sibi *Iust. (O)* 10 originaria] *V*$^{rec.}$ *Iust. (KI)*, originalia *V Iust. (O)* 11 hii *V* 13 conhibentiam *V* et] *V*, et ex *Iust.* (K^b), ut ex *Iust.* (K^a), ex *Iust. (OI)* 15 mart.] *fortasse scr.* mai. *secundum ordinem rescriptorum huius anni* post] pos *V* *Hesperius cum praefecturam deposuisse videatur a. 379 autumno, scribendum erit* Auxonio et Olybrio conss.

20, 11 (384 Iul. 24).

IDEM AAA. TRIFOLIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Aeternam fiximus legem, ne umquam bastagariis militiam vel suam deserere liceat vel aliam ⸢ subreptiva impetratione temptare. || Et tribuni, qui scientes huiusmodi milites ad numerum receperint, per singulos bastagarios singulas auri libras fisco cogantur inferre. Et super hoc dedimus litteras ad inlustres magistros utriusque militiae. DAT. VIIII KAL. AVG. HERACLEAE RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

⸢ antequam eam impleverint IVST.
|| *fin.* IVST.

V. — IVST. 11, 8, 8.

3 subreptiuam *V*

20, 12 (385 Sept. 26).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis naviculam functioni muricis et legendis conchyliis deputatam ausus fuerit usurpare, duarum librarum auri inlatione teneatur. DAT. VI KAL. OCT. AQVIL(EIAE) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

V. — IVST. 11, 8, 9.

2 concyciliis *V* 3 i *post* a *addidi*

X, 20, 13 (406 Iun. 27).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. FILOMETORI COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Lotas in posterum sericoblattae ac metaxae huiusmodi species inferri praecipimus; viginti librarum auri condemnatione proposita his, qui scrinium canonum tractant, prioribus etiam ⌜eiusdem⌝ officii, si statuta caelestia a quoquam passi fuerint temerari. | ⌜cuiuscumque⌝ IVST. | DAT. V KAL. IVL. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

V. — IVST. 11, 8, 10.

2 sericoblattae] *Iust.*, sericablattae *V* ac] *V*, et *Iust.* mataxae *V*

X, 20, 14 (424 Oct. 16).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ET VAL(ENTINI)ANVS C. MAXIMINO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Murileguli, qui relicto adque despecto propriae condicionis officio vetitis se infulis dignitatum et cingulis penitus denegatis munisse dicuntur, ad propriae artis et originis vincla revocentur. Ab illis autem, qui rebus eorum videntur inhiasse, quos in sua origine permanere et sollemnibus ministeriis inservire manifestum est, omnia, quaecumque constiterit ex quocumque titulo possessa, antiquis possessoribus restituantur. Quod si alienigenae detentatores oneribus condicionis externae maluerint subiacere quam restituere facultates, et futura deinceps agnoscant munia sibi esse subeunda et de praeterito, si qua ipsis possidentibus reliqua colliguntur, a semet ipsis sciant sine aliqua excusatione solvenda. DAT. XVII KAL. NOV. CONSTANTINOP(OLI) VICTORE CONS.

V. — IVST. 11, 8, 11.

2 derelicto *Iust.* 2/3 *post* dignitatum *sp. vac. V* 3 paenitus *V*

X, 20, 15 (425 Mai. 24).

IDEM A. ET CAES. MAXIMINO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Ii, qui ex filiabus murilegulorum et alienae originis patribus sunt vel fuerint procreati, iura maternae condicionis agnoscant. DAT. VIIII KAL. IVN. THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. CONSS.

V. — IVST. 11, 8, 12.

1 hii *V*

X, 20, 16 (426 Febr. 23).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ACACIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Si quis ex corpore gynaeceariorum vel lintceariorum sive linyfariorum monetariorumve aut murilegulorum vel aliorum similium ad divinas largitiones nexu sanguinis pertinentium voluerit posthac de suo collegio liberari, non quoscumque nec facile in locum proprium, freti dexterae triumphalis absolutione, substituant, sed eos, quos omnibus idoneos modis sub ipsis quodammodo amplissimae tuae sedis obtutibus adprobarint; ita tamen, ut is, qui ab huiusmodi condicione iuxta formam caelitus datam beneficio principali fuerit absolutus, universam generis sui prosapiam in functione memorati corporis permanentem cum omnibus eius qui absolvitur rebus obnoxiam largitionibus sacris futuram esse non dubitet. DAT. VII KAL. MAR. CONSTANTINOP(OLI) DD. NN. THEOD(OSIO) XII ET VALENTINIANO II AA. CONSS.

V. — IVST. 11, 8, 13.

2 gynecaeariorum *V* siue] uel *Iust.* linypihariorum *Iust. (O)*, linphariorum *Iust. (K)*, lynifiariorum *V*: *expectamus* linuforum monetariorumue aut] *Iust.*; monetariorum ac *V* | 4 uoluerint *V* quocumque *Iust.* 5 dextrae *Iust.* absolutione] *Iust.*, adsolutione *V* 6 approbauerint *Iust.* 8 uniuersi *Iust.* functionem *V*

20, 17 (427 Mart. 23).

IDEM AA. VALERIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Placet, si conchyliolegulorum filiae condicionis alienae nubserint viris, qui ex ipsis fuerint procreati ab eo tempore nexum maternae adscribtionis agnoscant, ex quo promulgatam super hoc cognoverint legem. De his vero, quos ante eam natos esse constiterit, huiusmodi forma servetur, ut, sive conchyliolegulorum seu adscribtorum progenies fuerit colonorum, paternam tantum condicionem sequantur. Si || qui ⌜vero post legem⌝ aut patre conchyliolegulo geniti probabuntur aut matre, memoratae adscribtioni obnoxios se esse non ambigant. DAT. X KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) HIERIO ET ARDABVRE CONSS.

|| inc. IVST. | ⌜ ⌝ om. IVST.

V. — IVST. 11, 8, 15.

1 concyliolegulorum V 5 concyliolegulorum V 7 concyliolegulo V

20, 18 (436 Mart. 8).

IDEM AA. APOLLONIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quoniam trecentas paene libras blattae sericae clandestina fucatione non sine laesae maiestatis crimine coloratas et adaeratum conchylii non minimum pondus patefactum est, quaestione prodente, quibus sollemniter artibus, quibus consciis ac ministris metaxa cum privata fiscalis aequaliter publico murice tinguebatur, || purpurae nundinas, licet innumeris sint constitutionibus prohibitae, recenti quoque interminatione vetamus; et || dispositione inlustris memoriae Synesii revocata, quae perperam infirmata est ab inlustris memoriae Anysio, a quo subreptum nobis est veritate celata, || ⌈septimum de scrinio exceptorum, sextum de scrinio canonum, quintum de scrinio tabulariorum ad bafia Foenices per certum tempus mitti praecipimus, ut fraus omnis eorum prohibeatur sollertia timentium, ne quaesitis ⌜multo⌝ sudore stipendiis careant: etiam viginti librarum auri condemnatione proposita. DAT. VIII ID. MART. CONSTANTINOP(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

|| inc. IVST.
|| finit
|| redit | ⌈ ideo
⌜longo⌝

V. — IVST. 11, 9, 5.

2 blantae V^1 3 concylii V 4 cum priuata fiscalis] *scripsi*, tinguebatur cum priuata fiscalis V, et *ins. post* priuata *Cuiacius* 8 inlustri V 9/10 exceptorum sextum de scrinio] *Iust.*, *om.* V 11 foenicis V

XXI. DE VESTIBVS HOLOVERIS ET AVRATIS.

uestibus oloueris (uestibulo ueris *Solms.*) V. — *Iust.* 11, 9 de v. h. et a. et de intinctione sacri muricis.

21, 1 (369 Iul. 18).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. ARCHELAO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Auratas ac sericas paragaudas auro intextas ⌜tam⌝ viriles ⌜quam muliebres⌝ privatis usibus contexere conficereque prohibemus et ⌜in gynaeceis⌝ tantum nostris fieri praecipimus. DAT. V NON. IVL. NEVIODVNI; ACC. XV KAL. AVG. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO NOB. P. ET VICTORE CONSS.

IVST.
⌜ ⌝ *om.* | ⌜ ⌝ *om.*
⌜a gynaeciariis⌝

V (cum Solms.). — IVST. 11, 9, 1.

1 impp. ualt. et ual. et grat. aa. *Iust. (Paris. 4521) cum l. 10, 16, 2* 1/2 com. s. l. V *Iust. (Paris. 4521); cf. 4, 13, 6* 4 et in gynaeceis] *edd.*, sed gynecaeis V, et a gynaeciariis *Iust.* 5 nebiodumi V

X, 21, 2 (382 Mart. 30).

IMPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo ⌈ auratas habeat aut in tunicis aut in lineis paragaudas ⌈. Non enim levi animadversione plectetur, quisquis vetito se et indebito non abdicarit ˹indutu˺. DAT. III KAL. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

IVST.
⌈ vir
⌈ nisi ii tantummodo, quibus hoc propter imperiale ministerium concessum est
˹indumento˺

V. — IVST. 11, 9, 2.

5/6 abdicauerit *Iust.*

X, 21, 3 (424 Ian. 16).

IMP. THEOD(OSIVS) A. MAXIMINO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Temperent universi, ˹qui cuiuscumque sunt˺ sexus dignitatis artis professionis et generis, ab huiusmodi speciei possessione, quae soli principi eiusque domui dedicatur. Nec pallia tunicasque domi quis ˹serica˺ contexat aut faciat, quae tincta conchylio nullius alterius permixtione subtexta sunt. Proferantur ex aedibus tradanturque tunicae et pallia ex omni parte texturae cruore infecta conchylii. Nulla stamina subtexantur tincta conchylio nec eiusdem infectionis arguto pectine solidanda fila decurrant. Reddenda aerario holovera vestimenta ⌈ protinus offerantur. Nec est, ut quisquam de abiurato pretio conqueratur, quia sufficit calcatae legis inpunitas, ˹nec vacet illi curare de quaestu, cui sua salus esse non debet in pretio˺. Ne quis vero nunc huiusmodi suppressione in laqueos novae constitutionis incurrat; alioquin ad similitudinem laesae maiestatis periculum sustinebit. DAT. XVII KAL. FEB. CONSTANTINOP(OLI) VICTORE V̄. C̄. CONS.

IVST.
˹cuiuscumque sint˺
˹sericas˺
⌈ virilia
˹nec ... pretio˺ om.

V. — IVST. 11, 9, 4.

4 domui] *Iust.*, domus *V* 5 concylio *V* 7 concylii *V* 8 concylio *V* 9 olouera *V* 10 ut] *V Iust. (X)*, ut si *Iust. (KOI)* abiurato] *Iust.*, abiurata *V*: *fort.* ablato 12 non *delet Gothofredus* 13 nunc] *Iust.*, hunc *V*

XXII. DE FABRICENSIBVS.

Iust. 11, 10.

X, 22, 1 (374 Mart. 11).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. TATIANO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Cum senae per tricenos dies ex aere tam aput Antiochiam quam aput Constantinop(olim) a singulis barbaricariis cassides, sed et bucculae tegerentur, octo vero aput Antiochiam cassidas totidemque bucculas per dies triginta et tegerent argento et deaurarent, aput Constantinop(olim) autem tres solas, statuimus, ut Constantinopoli quoque non octonas singuli cassidas per tricenos dies, sed senas sic pari numero buccularum auro argentoque condecorent. DAT. V ID. MART. ANTIOCHIAE GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

V

5. 6 *expectamus* non tres, sed octonas s. cassidas p. tr. d. pari numero buccularum

X, 22, 2 (388 Oct. 18).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnibus fabricis non pecunias pro speciebus, sed ipsas species sine dilatione inferri,

⌜in perpetuum servanda hac forma⌝ praecipimus, ut venae nobilis et quae facile deducatur ignibus seu liquescat ferri materies praebeatur, quo promptius adempta fraudibus facultate commodo publico consulatur. DAT. XV KAL. NOV. THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO CONSS.

⌜ ⌝ *om.* IVST.

V. — IVST. 11, 10, 1.

1 nobilis] *Iust.*, nobiles *V*

22, 3 (390 Mart. 8).

IDEM AAA. RVFINO MAG(IS)TRO OFF(ICI)ORVM. Primicerium fabricae post biennium non solum vacatione, verum etiam honore donari praecipimus, ita ut inter protectores ⌜ adoraturus aeternitatem nostram suo quisque tempore dirigatur. DAT. VIII ID. MAR. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

⌜ eiusdem fabricae per biennium IVST.

V. — IVST. 11, 10, 2.

4 neotherio *V*

22, 4 (398 Dec. 15).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. HOSIO MAG(ISTRO) OFF(IC)IORVM. Stigmata, hoc est nota publica, fabricensium brachiis ad imitationem tironum infligatur, ut hoc modo saltem possint latitantes agnosci: his, qui eos susceperint vel eorum liberos, sine dubio fabricae vindicandis, et qui subreptione quadam declinandi operis ad publicae cuiuslibet sacramenta militiae transierunt. DAT. XVIII KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

V. — IVST. 11, 10, 3.

1 osio *V* stigma *malim* 2 infligatur] *V Iust. (O)*, infligantur *Iust. (KI)* saltem modo *Iust. (KOI)* uindicandis 4 uindicandis] *scr.* uindicandis

---

22, 5 (404 Iul. 30).

IDEM AA. ANTHEMIO MAG(IS)TRO OFF(IC)IORVM. Si quis posthac fabricensem admiserit procuratorem vel cultorem sui praedii detinuerit conductoremve susceperit, rei, quam contra vetitum fabricensi crediderit iniungendam, proprietate privetur, ea videlicet fiscalibus calculis socianda; ipse vero fabricensis, qui contraxerit legis offensam, multa duarum librarum auri feriatur. DAT. III KAL. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) HONOR(IO) A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

V

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A. 2 detinuerint *V* 4 multae *V* 5/6 aristeneto *V*

22, 6 (412 Mai. 18).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis consortium fabricensium crediderit eligendum, in ea urbe, qua natus est vel in qua domicilium conlocavit, his quorum interest convocatis primitus acta conficiat, sese doceat non avo, non patre curiali progenitum, nihil ordini civitatis debere, nulli se civico muneri obnoxium, atque ita demum gestis confectis vel aput moderatorem provinciae vel si is absit aput defensorem civitatis ad militiam quam optaverit suscipiatur. Quod si absque hac cautione quispiam ad fabricensium consortium obrepserit, sciat se ad ordinis cui de-

2 qua natus] *V Iust. (I)*, in qua natus *Iust. (KO)* 4 ciuicommuneri *V Iust. (O)*, ciui commanere *Iust. (KI)*

betur patriaeque suae munera esse ˹revocandum˺, ita ut nulla eum nec temporis nec stipendiorum praerogativa defendat. DAT. XV KAL. IVN. CONSTANTINOP(OLI) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

| ˹reducendum˺ IVST.

V. — IVST. 11, 10, 4.

XXIII. DE CLASSICIS.

Iust. 11, 13.

X, 23, 1 (a. 369/70 . . .).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AVXONIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Classem Seleucenam aliasque universas ad officium, quod magnitudini tuae obsequitur, volumus pertinere, ut classicorum numerus ex incensitis vel adcrescentibus conpleatur et Seleucena ad auxilium purgandi Orontis aliasque necessitates Orientis comiti deputetur. DATA INDICTIONE XII.

V. — IVST. 11, 13, 1.

3 incensetis *V Iust. (O)* 4/5 indictione XII] *a. 369 Sept. 1—370 Aug. 31*

XXIIII. DE HIS, QVI CVM DISPENSATORE CONTRAXERVNT.

Iust. 10, 6: de his qui ex publicis rationibus mutuam pecuniam acceperunt.

X, 24, 1 (368? 370? 373? Mart. 12).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis ab exactoribus tabulariis arcariis officiisve rationum ˹vel alio, cui fiscalium thesaurorum tutela mandetur˺, fenebrem pecuniam sumpserit, detectus in eodem ad quadrupli poenam ex hac auctoritate teneatur. DAT. IIII ID. MART. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

| ˹ ˺ *om.* IVST.

V. — IVST. 10, 6, 1.

X, 24, 2 (381 Iul. 21).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. PALLADIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Sciant omnes ˹neque dandi neque˺ accipiendi mutuo ex largitionibus sacris auri ⌈ patere cuiquam facultatem. Quod si quis aurum ex nostro aerario privatis commodis profuturum occulte aut cautionis aut sponsionis fide ut debitor redditurus ⌈ acceperit, ablatis bonis omnibus perpetuae deportationis subdetur exilio. Is etiam, qui ex memoratis thesauris sub specie publici creditoris aurum cuiquam commodarit ac dederit, capitali sententia subiugetur. DAT. XII KAL. AVG. HERACLEAE EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

IVST.
˹ ˺ *om.*
⌈ non
⌈ sine nostra auctoritate

V. — IVST. 10, 6, 2.

9 sententia] *Iust.*, substantia *V*

X, 24, 3 (381 Nov. 30).

IDEM AAA. PALLADIO MAG(IS)TRO OFF(ICI)ORVM. Aurum, quod a provincialibus sine cunctatione persolvitur, nundinatione consumitur. Poenis itaque se ultimis, quicumque harum

1 aa̅ *V* 2 ponis *V*[1]

machinatores praedarum detegi prodique potuerint, se noverint subiugandos, nisi dimenso itineris spatio susceptum a provinciali officio aurum traditum sacris largitionibus nuntia-
1 rint. Insuper si decem ultra diebus aurum, quod percurso itinere potuerit inferri, detentum vel a prosecutoribus vel a palatinis fuerit deprehensum, binarum ex toto centesimarum inlationi se sentiant obligatos. P(RO)P(OSITA) PRID. KAL. DECEMB. BERYTO EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

V

5 byrito *V*

XXV. DE PRIVILEGIIS DOMVS AVGVSTAE.

Iust. 11, 75: de pr. d. A. vel rei privatae et quarum conlationum excusationem habent.

, 25, 1 (406 Dec. 1).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ad omnem fraudem amputandam procuratores per singulas quasque provincias nobilissimarum puellarum filiarum mearum aput fidem gestorum praesentibus censualibus ac principalibus, quos huius inminutionis oneribus premi non dubium est, exponant numerum iugorum ad memoratarum domus pertinentium et pro eo tantum inlustribus privilegiis ac debitis potiantur, ita ut ex veri fide brevibus praebitis et a rectoribus provinciae mox relatis, quae eos excusare debere conveniat, conlatis rationibus cognoscant. DAT. KAL. DECEMB. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO V̄. C̄. CONSS.

V

6 ac *del.*

XXVI. DE CONDVCTORIBVS ET HOMINIBVS DOMVS AVGVSTAE.

Iust. 11, 72: de c. et procuratoribus sive actoribus praediorum fiscalium et d. A.

, 26, 1 (426 Mart. 6).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. BASSO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Conductores hominesve augustissimae domus nostrae || nullum cuiuslibet nomen militiae usurpent, nullius cingulo dignitatis utantur, ne ex hoc sibi erigendi supercilii fastus, sacro numini nostrae pietatis oriatur invidia. Sed || quotiens de causa ad domum regiam pertinente aliquid quaestionis ⌜emergit⌝, non aliter quam ex legum ordine, quibus similiter omne hominum genus tenetur, vel excipiant vel inferant ⌜actionem⌝, nec aliorum litigatorum negotio intercedant nec sententiam iudicantum aut inlicito patrocinii sui fomite iura conturbent ⌜nullique⌝ exsecutionis suae turbulentum ministerium audeant commodare; non privatis se negotiis, non publicis misceant; nec quiescentem domum delatio ulla sollicitet, ne eos inconsultae pertinaciae sero paeniteat. DAT. PRID. NON. MART. RAV(ENNAE) THEOD(OSIO) XII ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

IVST.
|| *fin.*
|| *redit*
⌜emerserit⌝
⌜actiones⌝
⌜nullive⌝

V. — IVST. 11, 72, 1.

1 imppp. *V* 4 numini] nomini V^b, nomine V^a 8 iudicantium *Iust.*

X, 26, 2 (426 Ian. 3).

IDEM AA. AD SENATVM VRB(IS) ROMAE. POST ALIA: Conductores domus nostrae ab omni militiae privilegio submovemus. Vivant aequa sorte cum ceteris, nec umquam, si ratio poscat, examinis severitatem iudiciariam ullo cinguli frustrabuntur obiectu, sed potius pari disceptationis eventu in omnibus causis legibus serviant, quibus tenentur et principes. DAT. III NON. IAN. ROM(AE) DD. NN. THEOD(OSIO) XII ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

V

5 *propter diem vide ad iunctam* 10, 10, 33.

LIBER VNDECIMVS.

I [= BREV. I]. DE ANNONA ET TRIBVTIS.

annonae *N* et tributis (tributus *V* [tributis *em. m. 3,* tributibus *m. rec.*]) *om. O* — *Iust.* 10, 16.

I, 1, 1 (315 Iun. 17 [360 Ian. 18]).

IMP. CONSTANTINVS A. AD PROCLIANVM. Praeter privatas res nostras et ecclesias catholicas et domum clarissimae memoriae Eusebii exconsule et exmag(is)tro equitum et peditum et Arsacis regis Armeniorum nemo ex nostra iussione praecipuis emolumentis familiaris iuvetur substantiae. Datianus enim v(ir) c(larissimus) patricius, qui hanc olim gratiam fuerat consecutus, auferri sibi id cum tanta instantia depoposcit, cum quanta alii poscere consuerunt. Ideoque || omnes pensitare debebunt quae ⸢manu nostra⸣ delegationibus adscribuntur, nihil amplius exigendi. Nam si qui vicarius aut rector provinciae aliquid iam cuiquam crediderit remittendum, quod aliis remiserit de propriis dare facultatibus conpelletur. DAT. XV KAL. IVL. CONSTANTINOP(OLI) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

|| *inc.* IVST.
⸢manus nostrae⸣ IVST.

V. — IVST. 10, 16, 4.

1 *Constantii esse inde apparet, quod qui nominantur tres viri Eusebius (consul opinor a. 347 et pater cum Eusebiae uxoris Constantii tum Eusebii et Hypatii consulum a. 359) et Arsaces rex Armeniorum (maritus is fuit Olympiadis sponsae aliquando Constantis) et Datianus patricius (consul a. 358; egit de eo Sievers Liban.* p. 218*) omnes floruerunt per Constantii tempora extrema* 8 quis *Iust.* 9 aliis] *V Iust. (Havn.),* alii *Iust. (KOI)* 10 *de subscriptione dixi ad 4, 13, 4*

I, 1, 2 (315 [313] Nov. 1).

IDEM A. AD AELIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Possessores cum satisfecerint publicae conlationi, cautiones suas ad tabularios publicos deferant, ut eas tabularii sive sexagenarii periculi sui memores suscipiant a conlatoribus, ipsas species quae debentur ex horreis suis ad civitates singulas per menses singulos perlaturis, ne inlatio tributorum ex solis apochis falsis vel imaginariis cognoscatur. ET CETERA. DAT. KAL. NOV. TREV(IRIS) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

V

2/3 sexaginarii *V* 5 apocis *V* 5/6 *propter subscriptionem vide ad 1, 12, 1*

I, 1, 3 (336 Oct. 9).

IDEM A. GREGORIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Manu propria iudices universi periculo suo annonarias species et cetera, quae indictione penduntur, definitis quantitatibus et conprehensis modis facta adscribtione designent. Cuius observantiae illa erit commoditas, ut post successionem quoque eorum facile requiratur, an exactores ultra quam oportuit de fortunis provincialium aliquid exculpere voluerunt. DAT. VII ID. OCTOB. NEPOTIANO ET FACVNDO CONSS.

V

XI, 1, 4 (337 Dec. 6).

IMP. CONSTANTIVS A. Si quis ab enfyteuticariis seu patrimoniali possessore privati iuris quippiam comparaverit, cuius substantia alias possessiones sustentare consueverat, et succisis quasi quarundam virium nervis reliqua lababuntur, earum possessionum onera subiturus est, quae penes distractores inutiles permanebunt. DAT. VIII ID. DECEMB. THESSA-L(ONICAE) FELICIANO ET TITIANO CONSS.

V. — IVST. 11, 59, 2.

1 imp. constantius] idem (*praecedit* constantinus) *Iust.* enfytheuticariis *V*, emphyteuticario *Iust.* 3 reliqua] *Iust.*, reliquam *V* lababuntur] *V*, labuntur *Iust.* 4 paenes *V* 4/5 thessall *V*

XI, 1, 5 (339 Febr. 3).

IDEM A. AD VRANIVM. Omnes omnino ad oblationem ˹pecuniarum˺ oportet urgueri. Lege enim nostra signatum est nec esse extraordinaria nec vocari, quae ˹specialiter˺ a provincialibus devotissimis conferenda sunt. DAT. III NON. FEB. CONSTANTIO A. II ET CONSTANTE CONSS.

IVST.
˹functionum publicarum˺
˹sollemniter˺

V. — IVST. 10, 16, 5.

1 Uranium] *mag. incertus* 2 singnatum *V*

XI, 1, 6, (354 Mai. 22).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. ORDINI CAESENATIVM. Vinum, quod ad cellarii usus ministrari solet, cuncti Italiae possessores iuxta statutum Constantii fratris mei comparent. Quod ut fieri facilius possit, ab omnibus Italis nostris conferatur pecuniae quantitas ea, quam Rufini viri clarissimi et inlustris praefecti praetorio parentis amicique nostri moderatio dandam esse censuerat. DAT. XI KAL. IVN. MED(IOLANO) CONSTANTIO VII ET CONSTANTE III AA. CONSS.

V

1 idem (*Constantius*) a. *iuncta* 12, 1, 42 *recte* caesinatium *V* 2 Constantis *Gothofredus* 5/6 dat. xi k. iun. med. constantio (constantino *iuncta*) a. (*om. haec*) uii et constante (constantio *iuncta*) iii caes. (iii aa *haec; requiritur* caes. iii) *libri: intellegitur omnino a. 354, quod item convenit iis quae traduntur de Rufino*

XI, 1, 7 (361 Mai. 3).

IDEM AA. AD SENATVM. Conpertum est pro colonis profugis ad exsolvenda vos fiscalia conveniri. Iubemus igitur, si nihil ex eorundem terris senatorum quemquam possidere constiterit, ut nulla cuiquam pensitandi pro his qui aufugerint necessitas inponatur. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

V

1 *requiritur* idem A.

XI, 1, 8 (364 Iun. 8).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nemini aurum pro speciebus urbis Romae liceat exigere de futuro. DAT. ID. IVN. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

2 id.] *scr.* ui id. *propter iunctas*

1, 9 (365 Mart. 6).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Tabulariorum fraudes se resecasse per suburbicarias regiones vir clarissimus Anatolius consularis missa relatione testatus est, quod pabula, quae hactenus ex eorum voluntate atque arbitrio ad mutationes mansionesque singulas animalibus cursui publico deputatis repente atque inprovise solebant convehi, nunc in consilio ratione tractata pro longinquitate vel molestia itineris ab unoquoque oppido certo ac denuntiato tempore devehi ordinavit. Quod iubemus, ut etiam per omnes Italiae regiones pari ratione servetur. DAT. PRID. NON. MAR. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

1/2 reecasse *V*[a] 7/8 *Treviros Valentinianus videtur pervenisse postquam praefecturam deposuit Mamertinus, itaque aut in inscriptione erratum esse aut in loco*

1, 10 (365 Mai. 17).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Omnes, qui per Africam opulentas desertasve centurias possident, ad integrum professionis modum necessitati publicae satisfaciant. DAT. XVI KAL. IVN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

1, 11 (365 Mai. 17).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Pro ⌜loco⌝ ac proximitate possessionum ⌜annona ad limitem transvehatur⌝. || Quae iussio haut difficile capit effectum, si tabularii metu praesentium tormentorum a consuetis fraudibus arceantur. DAT. XV KAL. IVL. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST.: ⌜locis⌝ | ⌜annonam ad l. transvehi praecipimus⌝ || *fin.*

V. — IVST. 10, 16, 6.

5 xu k. iul.] *scr.* xui k. iun. *ad iunctam*

1, 12 (365 Iul. 31).

IDEM AA. AD FAVENTIVM VIC(ARIVM) ITAL(IAE). Quisquis ex desertis agris veluti vagos servos liberalitate nostra fuerit consecutus, pro fiscalibus pensitationibus ad integram ⌜glebae⌝ professionem, ex qua videlicet servi videantur manere, habeatur obnoxius. Id etiam circa eos observari volumus, qui ex huiusmodi fundis servos ad possessiones suas transire permiserint. || Etiam si militares viri aliquos ex his penes se retentant, conveniendi primitus sunt, ut aut restituant quos perperam petiverunt, aut sciant pro tributis obnoxios se futuros. DAT. PRID. KAL. AVG. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

⌜terrae⌝ IVST.
|| *fin.* IVST.

V. — IVST. 11, 48, 3.

3 uidentur *ante* man. *Iust.* manere] *V Iust.*, manare *Gothofredus* 6 paenes *V*

1, 13 (365 Oct. 18).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Placuit per singulos quosque annos reliqua eorum, qui Romae consistentes in Africa possident, missis brevibus indicari eosdemque conpelli, ut procuratores instructos ad officium tuae sinceritatis pro celebranda solutione transmittant. Ut autem nihil de transmissione ac pervectione obscuritatis

oriatur, tabularios praefecti annonae Afric(ae), sed et urb(is) Romae ad officium, quod sollertiae tuae paret, deduci praecipimus, conlaturos aput acta, quid transmissum, quid pervectum sit. Cuius rei indicia manere et perferri ad scrinia nostra debebunt, eo nihilo minus curando, ut plena instructio ad officium inlustris praefecturae praetorianae deferatur. DAT. XV KAL. NOV. PARISIS; ACC. XV KAL. FEB. KARTHAG(INE) POST CONS. VAL(ENTINI)ANI ET VALENTIS AA.

V

2 *fortasse* prolaturos

XI, 1, 14 (366 [372 vel 374?] Mai. 1).

IDEM AA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. ⌈ Penes quos fundorum dominia sunt, pro his colonis originalibus, quos in locis isdem ⌜censos⌝ esse constabit, vel per se vel per actores proprios recepta conpulsionis sollicitudine implenda munia functionis agnoscant. Sane quibus terrarum erit quantulacumque possessio, qui in suis conscribti locis proprio nomine libris censualibus detinentur, ab huius praecepti communione discernimus; eos enim convenit propriae commissos mediocritati annonarias functiones sub solito exactore cognoscere. DAT. KAL. MAI. CONSTANTINOP(OLI) GR(ATI)ANO A. ET DAGALAIFO CONSS.

⌈ Ii IVST. ⌜censitos⌝

V. — IVST. 11, 48, 4.

1 paenes *V* 2 hisdem *V* 6 communione] *V*² *Iust.*, commonitione *V*¹ 7 cognoscere] *V Iust.*, *fortasse scr.* agnoscere 8 ***Modestus cum a. demum 370 (Sozomenus hist. eccl. 6, 18) praefecturam suscepisse videatur, praeterea Gratianus a. 366 non fuerit Augustus, pro consule Dagalaifo credibile est substituendum esse aut Probum (a. 372) aut Equitium (a. 374)***

XI, 1, 15 [= BREV. XI, 1, 1] (366 Mai. 19).

IDEM AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Unusquisque annonarias species pro modo capitationis et sortium praebiturus per quaternos menses anni curriculo distributo tribus vicibus summam conlationis implebit. Si vero quisque uno tempore omnia sua debita optat expendere, proprio in adcelerandis necessitatibus suis utatur arbitrio. DAT. XIIII KAL. IVN. REMIS GR(ATI)ANO ET DAGALAIFO CONSS.

INTERPRETATIO. Ista lex hoc praecipit, ut in inferendo publicis horreis tritico, quod debetur, possessor pro rata canonis sui tribus inlationibus, id est quaternis mensibus singulas debitorum partes adceleret, ut per annum summa debiti canonis inpleatur. Erit autem in ipsius arbitrio, si celerius potuerit debita frumenta convehere.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*.

1 idem] impp. ualent et ualens *Brev. plerique*, impp. ualens et ualent *C*, impp. ualent ualens grat *O* aā ad (a *L*) probum (probo *L*) ppo (pfu *G*, ppm *NE*) *om. O* 2 modo capitationis (captationis *O*)] modica peticioni (-ne *G*ᵇ) *G* et sortium] seu sorcium (sorte *G*ᵛ) *G*ᵗ, exordium *H* praebiturus] *G*ᵇ *Pith. coniectura*, praebituris *V brev.* (praebitoris *M*, praebitores *N*) curricula *L*, circulo *GEC Pith.* 2/3 distributo tribus] distributoribus *H*ᵃ*E* 3 tr. uic. *post* conl. *O* summa *N* colonationis *S* inpleuit *HNCPM* quisque] *V* (*sic, non* quisquam) *et reliqui*, quisquam *O* uno (unus *PM*) temp. *post* 4 debita *O* 4 opta *N*ᵃ, cupit *O* in *om. H*ᵃ adcelebrandis *G* suo *Pith.* (*inde Cui. 1586)* 4/5 dat. xiiii (*sic VE*, xuii *HNGCPM*, xui *S*, uii *O*) k. iun. (ianr *S*) remis (rom *N*) grat. (a *ins. VE*) et dagalaifo (dagaleifo *N*, dagalahifo *H*, dagaleufio *G*) *libri*: *neque (ut errore dixi obstare ad 1, 29, 1) obstat, quod teste Ammiano Probus praefectus praetorio factus est a. 368; id enim spectat ad praefecturam maiorem Italiae, ante quam constat ex titulo Veronensi C. I. L. V, 3344 Probum administravisse praefecturas duas, alteram Illyrici, alteram Galliarum* 6 sta *H* praecepit *NECL* in *om. C* 6/7 debet *edd.* 7 suis *H*, suo *Pith.*, capitorum suorum *G* 8 accelerent *G*ᵇ, accederent *G*ᵃ ut] et *N* canones *G* inpleat *H*, inpleantur *G* 9 frumenti *N* conplere *H*

1, 16 (367 Oct. 25).

IDEM AA. AD DRACONTIVM. Provinciales nostri tributa fiscalia per anni curriculum tripertita satisfactione restituant. DAT. VIII KAL. NOV. NICOMEDIAE POST CONS. GR(ATI)ANI A. ET DAGALAIFI.

V

1 *scilicet vicarium Africae* 2 conss. *V: locus corruptus est, nam ad vicarium Africae non potuit scribi ab imperatore Orientis, denique Valens eo tempore fuit Marcianopoli*

1, 17 [= BREV. XI, 1, 2] (371 Iul. 12).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD CRESCENTEM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Heredes scribti etiam pro minus idoneis fundis fiscale onus cogantur agnoscere, vel si renuntiandum hereditati putent, cedant his omnibus rebus, quas ex isdem bonis quocumque titulo et iure perceperint. DAT. IIII ID. IVL. CONTIONACI GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

INTERPRETATIO. Ii, qui heredes testamento scripti sunt, hereditariorum agrorum onus, id est tributum cogentur agnoscere. Quod si hereditatem sibi damnosam credunt, cedant his omnibus rebus, quae eis de hac ipsa hereditate poterant provenire.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 11, 59, 4.

1 imppp. ualent. ualens et grat.] idem *O* criscente *L* uic(arium)] ūc *HGL*, uirum clarum *S* 2 scribti] disscripti *G* etiam] e. si *HG* fundus *E* cogatur *NL* agnoscere] exsoluere *O* 3 renuntiant dum *S* putent] poteni *N*, putant *O* cedent *C* isdem] hisdem *V et reliqui*, hisde *C*, iisdem *O*, eisdem *G*, his *H* 3/4 quaecumque *G* 4 iure et titulo *H* dat. iiii id. iul. contionaci (concionaci *N*, concionati *CS*, cotionaci *O*, concionaco *G*, constantio *E*) gratiano (gratus G^a, grato G^b) a. *(om. G)* ii *(om. G)* et probo *libri* 5 hii *NGEL*, hi *HCPMS* conscripti *G* 6 coegentur *G*, cogetur *E* si *om. L* editatem *G* 7 potuerunt *H*, poterunt *edd.* peruenire *GE*

1, 18 (381 Dec. [?] 26).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD POPVLVM. Quisquis possessor aut maximae dignitatis aut infimae annonae urbis aeternae annuam pensitationem solvendo moram dilationis adtulerit, eius anni atque indictionis exordio, quae novum denuo annonae commeatibus poscit obsequium, duplum protinus et iam gravi coactus incommodo restituere cogatur; aut si forte non profecerit etiam geminati debiti in adceleranda solutione correctio, quadrupli, deinceps etiam proprii dilapidatione patrimonii, vestrae liberorumque vestrorum alimoniae profuturi ingratus et degener civis exsolvat. DAT. VII KAL. IAN. AQVIL(EIAE) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

V

2 infimae] $V^{rec.}$, infirmae *V* 6 *fortasse scr.* dilapidationem, *modo liceat* dilapidationem patrimonii exsolvere *accipere pro* subire proscriptionem 7 profuturi] V^2, profuturus V^1

1, 19 (384 Ian. 31).

IDEM AAA. POST ALIA: Id, quod in titulis debitis sub praestatione confertur auraria, non aliter nisi scientibus defensoribus detur, quo sub eorum conscientia, sicut et ante praeceptum est, solvantur debita securitatesque reddantur, custodita sanctione emissae primitus legis, quo apocharum vel securitatum, quae restituentur, digesta signatio, cum a susceptoribus dabitur, et formam indictionis teneat et manifestationem eius quae fuerit exacta praestationis ostendat. DAT. PRID. KAL. FEB. BERYTO RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V

4 apocharum] *sic V* 6 dat.] *immo* p̅p̅, *ut est in iuncta* 11, 15, 2 byritho *V*

XI, 1, 20 (385 Sept. 24).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In fraudem annonariae rei ac devotionis publicae elicitum damnabili ⌜obreptione⌝ rescribtum manifestum est vires non posse sortiri. Circa omnes igitur par atque aequalis inlationis forma ⌜teneatur⌝. DAT. VIII KAL. OCTOB. AQVIL(EIAE) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

⌜subreptione⌝ IVST. ⌜teneat⌝ IVST.

V. — GEMINA 1, 2, 9. — IVST. 10, 16, 7.

XI, 1, 21 (385 Dec. 23).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo possessorum ad instruendas mansiones vel conferendas species ⌜excepta limitaneorum annona⌝ longius delegetur, sed omnis itineris ac necessitatis habita ratione ⌈. DAT. X KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

IVST. ⌜exc. l. a.⌝ om. ⌈ delegentur

V. — IVST. 10, 16, 8.

4 sed] *malim* et   omnis] *V Iust. (X)*, omnes *Iust. (KOI)*   5 et] et et *V*

XI, 1, 22 (386 Sept. 3).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Mediterraneae civitates antea maritimis et maritimae mediterraneis onerabantur expensis, ut plus haberet dispendii translatio quam devotionis inlatio. Hoc non solum in praesens, verum etiam in posterum prohibemus ea lege, ut se ultimo noverint supplicio puniendos, qui ista commiserint. DAT. III NON. SEP. VALENTIAE HONOR(IO) NB. P. ET EVODIO CONSS.

V. IVST. 10, 16, 9.

2/3 translatio devotionis quam inlatio *malim*   4/5 *propter subscriptionem vide ad 8, 5, 49*

XI, 1, 23 (393 Iun. 19).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ambitiosa praestationis adiectio, quam citra priscam consuetudinem provincialium umeris Tatianus inposuit, a cunctis penitus salubri moderatione removenda est. DAT. PRID. ID. IVN. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V.

3 penitus [illegible]   6 iii] iiii V

XI, 1, 24 (395 Dec. 21).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. ENNOIO SVO SAL(VTEM). Textrinis vel gynaeceis ex more a corporatis Karthaginis species solitas praestari cognovimus, sed inmodica pro isdem reddi pretia. Quod in dispendium nolumus fieri corporatorum, atque ideo sublimitas tua pretiorum modum statuat. DAT. XII KAL. IAN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V.

1 Ennoio] *procos. Africae*   *fortasse* a textrinis ; modica] modica *Gothofredus*   3 hisdem *V*
u. g. ex more corporatis   gynecaeis *V*   2 in- ,

XI, 1, 25 (398 . . .).

IDEM AA. MINERVIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Obsistere commodis publicis et statutis necessitatibus non possunt privilegia dignitatum. Unde ut quisque praedii emo-

lumenta consequitur, si non ⌈ evoluto anni spatio intra sex menses omnem, cui esse constrictus dicitur, reliquorum intulerit cumulum, ad ipsos, qui sunt domini praedii, exactionem volumus pertinere. P(RO)P(OSITA) IN PROGRAMMATE VARI VIRI CLARISSIMI VICARII VRB(IS) ROM(AE) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS. | ⌈ is IVST

V. — IVST. 10, 16, 10.

1, 26 (399 Iun. 19).

IDEM AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O GALL(IARVM). Omni amoto privilegio beneficiorum possessores sublimitas tua praecipiet universos muneribus adstringi, earum scilicet provinciarum, ex quibus orta querimonia est aut in quibus haec retinendae plebis ratio adscribtioque servatur. Nullum gratia relevet, nullum iniquae partitionis vexet incommodum, sed pari omnes sorte teneantur; ita tamen, ut, si ad alterius personam transferatur praedium, cui certus plebis numerus fuerit adscribtus, venditi onera novellus possessor compellatur agnoscere, cum plebem constet non tam in omnibus praediis adscribendam neque auferendam ab eo, cui semel posthac deputata fuerit. ET CETERA. DAT. XIII KAL. IVL. MED(IOLANO) THEODORO V. C. CONS.

V

3 quaerimonia *V* 7 in omnibus] hominibus quam *Gothofredus* 8 *malim* posthac cui semel

---

1, 27 (400 [405] Nov. 13).

IDEM AA. SALVINO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Opulentos, quos annua solutione debitas inferre convenerat pensiones, cum eo, quod resedit in debitum, quadruplum iubemus inferre. Ii vero, quos forte mediocritas a contumaciae huius excusat invidia, simplam debiti summam omni maturitate redhibere cogantur. Quos tamen oportuerat pro media saltem praeceptionis condemnatione retineri, qui ad solvenda rei nostrae debita extiterunt. DAT. ID. NOV. RAV(ENNAE) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

V

2 *fortasse* cum eo, quod resedit, indebitum quadruplum 3 hii *V* 5 qui] *V*, *scr.* quia lenti *similiterve* 6 extiterunt] restiterunt | *Pithoeus (inde Cuiacius 1586) propter annum vide ad 2, 8, 24*

1, 28 (400 Dec. 31).

IDEM AA. POMPEIANO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Veterani terras censibus obligatas, ut cognovimus, vindicarunt, pro quibus tributum solvere dedignantur. Quoscumque igitur insertas censibus terras tenere fuerit deprehensum, ilico ad solvenda tributa conpelli praecipimus. DAT. PRID. KAL. IAN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

V

1, 29 (401 Mart. 31).

IDEM AA. PROVINCIALIBVS PROVINCIAE PROCONSVLARIS. Perpensa cura statuimus, ut non amplius vobis aliquid extra ordinem indicetur, quam rei annonariae necessitas ac devotio postularit. Si quid vero de eodem modo diversarum specierum potuerit redundare, futurae iussimus inlationi proficere, scilicet ut in locis propriis conlata frumenta possessor ..... dependat ut vicenis solidis, qui in praeteritum pro equis curatoriciis petebantur,

1 *eodem exemplo edicta emissa esse apparet ad provinciales Numidiae et Byzacii et Tripolitanae* | 2 rei] ei *V*[1] 5 *ante* dependat *hiatum indicavi*

duo solidi detrahantur, ita ut proconsularis . . . . . . Numidiae cognoscat octonos et denos solidos pro singulis equis debere persolvere, Byzaceni etiam Tripolitanique cognoscant quinos denos pro singulis equis se debere praestare, sportularum autem nomine, quae comiti sacri stabuli praestabantur, nihil penitus inferendum. DAT. PRID. KAL. APRIL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

V

1 duo] *scr.* bini *post* proconsularis *hiatum indicavi; exciderunt* se prouinciae possessor, | item *similiave* 4 paenitus *V*

XI, 1, 30 (406 Sept. 4).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. SAPIDIANO VIC(ARIO) AFRIC(AE). Super mutando canone a quolibet impetrata rescribta vacuentur et si qui deinceps ausus fuerit quae prohibemus postulare, in duplum teneatur obnoxius. Nam cum in privatis causis quae contra leges fuerint elicita, cassentur, rectius in publicis negotiis quae adversum vetera decreta extorta fuerint, submovemus. DAT. PRID. NON. SEPTEMB. ALTINO ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

V

2 qui] *Gothofredus,* quid *V* 4 fuerit V^a

XI, 1, 31 (412 Ian. 31).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. SELEVCO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Possessor Africanus pro destitutis possessionibus cogitur tributa dependere. Quod ne accidat, ‖ hac definitione sancimus nullum possessorem neque munificum praedium pro alienis debitis vel destitutione esse ˹detinendum˺ neque eorum praediorum depectione praegravari, quae ex isdem bonis, quae ˹retinent˺, nequaquam esse monstrantur, ne ullis praestigiis atque commentis exactio mutiletur. ‖ Electos igitur inspectores iam nunc censuimus esse mittendos, ut eorum relatione, integro canoni et inlibatae pensitationi sollemni quatenus provideri debeat, aestimetur. DAT. PRID. KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

IVST.
‖ *inc.*
˹retinendum˺
˹retinentur˺
‖ *fin.*

V. — IVST. 11, 59, 12.

1 seleucho *V* 2 cogetur V^1 5 depectione] *V Iust.* (K^b), despeccione *Iust.* (OI^t), defectione | *Cuiacius* hisdem *V* 6 esse] V^2 *Iust., om.* V^1 8 pensitatione *V* 10 uiiii] uiii *V*

XI, 1, 32 (412 Febr. 29).

IDEM AA. EVCHARIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Inlationem omnem auri vel argenti a possessoribus in Karthaginiensi urbe poscendam esse decernimus, in qua opportunitas est, si depraedator fraudium pareat, iudicis adeundi, ne cui sit facultas apochas abnegari, cum devotio cognitori potuerit aperiri, scilicet remotis omnibus, qui ad exactionem provincialium exquisita lucra captare festinant. DAT. PRID. KAL. MAR. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

V

2 oportunitas *V* 3 fraudium quid paret *Gothofredus* 3/4 abnegare *Beck* 4 aperiri | *om.* V^1 6 theodosio] thed. *V*

XI, 1, 33 (424 Oct. 10).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI. Id ab unaquaque provincia censuimus expetendum, quod ab isdem nuper esse promissum tua sublimitas in-

2 hisdem *V*

dicavit. Ut vero nullus de cetero ad possessiones eorum, quod maxime reformidant, inspector accedat, Macedonum reliqui exemplum secuti mediae quantitatis, ut obtulisse noscuntur, tributa suscipiant. Sed Achivi, qui protestati sunt nihil a se ultra tertiam partem posse conferri, illud exsolvant, ad quod se indubitanter fore idoneos pollicentur. Quae dispositio in perpetuum ⌜observanda⌝ ‖ initio indictionis octavae congruum sumere debebit exordium. ‖ Sacrosancta Thessalonicensis ecclesia civitatis ⌜excepta, ita tamen, ut⌝ aperte sciat, propriae tantummodo capitationis modum beneficio mei numinis sublevandum nec externorum gravamine tributorum rem publicam ecclesiastici nominis abusione laedendam. DAT. VI ID. OCTOB. CONSTANTINOP(OLI) VICTORE V̄. C̄. CONS.

IVST. 10, 16, 12
⌜observabitur⌝ | ‖ *fin.*
‖ IVST. 1, 2, 8. 10, 16, 12
⌜excepta .. ut⌝ *om.* 1, 2, 8

V. — IVST. 1, 2, 8. 10, 16, 12.

1 nullus uero *Iust.* formidant *Iust.* 2 machedonum *V* 4 conferri] *Iust.*, conferre *V* | 6 initio indictionis octauae] *id est a. 424 Sept. 1*

1, 34 (429 Febr. 25).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. CELERI SVO SAL(VTEM). Numquam dissimulatione iudicum pro conpulsore aut opinatore Africanus possessor mittatur in praedam, sed quattuor mensum ab edicti publicati die indutiis datis aurum a possessore Capitolio studio spontaneae devotionis sancimus inferri: ultra id tempus si tarditas adferatur, tunc militi debiti postulati delegandam esse rationem. Quae pietatem nostram viri spectabilis Bubulci comitis et legati decernere coegit eloquium. DAT. V KAL. MAR. POST CONS. FELICIS ET TAVRI.

V

1 Celeri] *proconsuli Africae* 1/2 diss. iud. pro] *scripsi*, pro diss. iud. *V* 3 aurim *V*ᵃ | 6 bubulci] *Pithoeus et Gothofredus ad 12, 1, 186*, bubuli *V* pos conss. *V*

1, 35 (429 Febr. 14).

IDEM AA. VOLVSIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Ne provinciales, ad quorum utilitates spectat omnis haec nostra provisio, a devotione revocet nimia securitas et solvendi voluntas cesset necessitate submota, ea, quae nostro aerario pensitantur, hac ratione dissolvent, ut omni modo, antequam elabatur indictio, annua tributa gratus beneficiis nostris possessor exsolvat. Si quis vero solutionem voluerit in tempora longiora differre, hunc provinciae rector omni exactionis acerbitate conpellat. ET CETERA. DAT. XVI KAL. MART. RAV(ENNAE) POST CONS. FELICIS ET TAVRI.

V

3 cesset necessitate] *Gothofredus*, cessent necessitates *V* 6 aceruitate *V* xui k.] *cum* | *sequatur* u. k. mart., *suspecta lectio* 7 pos cons. *V*

1, 36 (431 Apr. 29).

IDEM AA. FLAVIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Excepto patrimonio pietatis nostrae, cuius quidem reditus necessitatibus publicis frequentissime deputamus, universos possessores functiones in ⌜canonicis et⌝ superindicticiis titulis absque ullius beneficii exceptione agnoscere oportere censemus. ‖ Igitur tua sublimitas pragmatici nostri statuta custodiens indifferenter cunctum

⌜ ⌝ *om.* IVST.
‖ *fin.* IVST.

3 functionis *V* 4 beficii *V*

possessorem obnoxium videlicet publicae functioni ad subeunda designatione distributa conpellet. DAT. III KAL. MAI. RAV(ENNAE) BASSO ET ANTIOCHO CONSS.

V. — IVST. 11, 75, 5.

1 ristributa *V*¹

XI, 1, 37 (436 Aug. 28).

IDEM AA. DARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Praeteritis, utcumque impetrata sunt, in suo statu manentibus, quoniam munificentiam principalem nefas est revocari, in posterum excepto Cyro reverentissimo Afrodisiensium civitatis episcopo, cuius tanta sunt merita, ut etiam contra generalem huiusmodi sanctionem speciali beneficio perfrui non vetetur, quicumque per adnotationem nostram in auro voluerit tributa dependere, communicata aestimatione quinquennii, sterilitatis ac fecunditatis pro foro rerum venalium habita ratione, ex eadem summa, quae eiusdem quinquennii perpensis frugibus colligitur, partem quintam pro annis singulis solvere conpellantur. DAT. V KAL. SEPTEMB. APAMEAE ISIDORO ET SENATORE CONSS.

V

6 quinquennii] quiuerit *V*¹ 8 septenb. *V*

II. TRIBVTA IN IPSIS SPECIEBVS INFERRI.

XI, 2, 1 (365 Aug. 12).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Scias inhibitam esse apochandi licentiam, ita ut ne ex praesenti aut futuro vel praeterito sub hoc titulo nummus a provincialibus postuletur. P(RO)P(OSITA) PRID. ID. AVG. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

2 apocandi *V* praesente *V*¹

XI, 2, 2 (365 Oct. [?] 23).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Commoda cogitantes urbis aeternae vini speciem ita provinciales statuimus conportare, ut apochandi praesumptione damnata
1 vina Romam portentur. In tantumque populi usibus profutura provisionis nostrae emolumenta porreximus, ut etiam pretio laxamenta tribuantur. Sanximus quippe, ut per vini singulas qualitates detracta quarta pretiorum, quae habentur in foro rerum venalium, eadem species a mercantibus conparetur. DAT. X KAL. NOV. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

2 apocandi *V* 3 uisibus *V*¹ 5 praetiorum *V* habentur] *Beck,* habetur *V*

XI, 2, 3 (377 Sept. 17).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD PROBIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Vinum, quod sollemnis expressio popularibus commodis ex provincialium collectione de-

---

2 expressio] *expectes* expectatio collectione] collatione *quidam apud Gothofredum*

siderat, ilico suscipiatur advectum, ut erogationis pro tempore cura praestetur et ea vina populi usibus erogentur, quae natura sua processum temporis ferre non possunt. Quod peraeque in omni vino, quod ex urbicaria regione confertur, observandum esse censemus. DAT. XV KAL. OCTOB. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. IIII ET MEROBAVD(E) CONSS.

V

1 et ea] *Gothofredus*, ut ea *V* 2 processu *V* 4 xv] xiiii *errore Haenel*

, 2, 4 (384 Ian. 31).

IMPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. Earum rerum, quae in praebitionibus canonicis vel debitis ex more poscuntur, non sunt pretia specierum, sed ipsae quae postulantur species inferendae, scilicet ut, quod maximum est et unde omnis solet querella procedere, in annonario quoque titulo species annonarias solvant neque sub taxationibus pretiorum dispendiosis occasionibus adquiescant. Nam et accipientem et dantem inlicitae transactionis reatus involvet. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. FEB. BERYTO RICHOMERE ET CLEARCHO CONSVLIBVS.

V

4 quaerella *V* 6 dat.] *immo* $\overline{pp}$ *ut est in iuncta* 11, 15, 2 byritho *V*

, 2, 5 (389 [?] Dec. 18).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne quis pro speciebus annonariis pecunias existimet inferendas, scientibus cunctis, quod si quis contra hanc serenitatis nostrae legem captiosum aliquid putaverit perpetrandum, securitatibus hoc modo editis eos esse carituros. DAT. XV KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

V

2 quod *delendum* 4/5 *in subscriptione erratum est (vide ad 8, 4, 17)*

III [= BREV. II). SINE CENSV VEL RELIQVIS FVNDVM CONPARARI NON POSSE.

censum *P*[1]*MLS* uel rel. *om. O* fundum conparari *(sic V*[2] *HGE Iust. [plerique]*, conparare *V*[1]*NCP*[1]*MLS Iust. [CM*[a]*])*, non posse] non comparari fundum *O* — *Iust.* 4, 47.

, 3, 1 (319 Iul. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD ANTONIVM MARCELLINVM PRAESIDEM PROVINCIAE LVGDVNENSIS PRIMAE. Rei annonariae emolumenta tractantes, || ut cognosceremus, quanta reliqua per singulas quasque provincias et per quae nomina ex huiusmodi pensitationibus resedissent ||, cognovimus hanc esse causam maxime reliquorum, quod nonnulli captantes aliquorum momentarias necessitates sub hac condicione fundos ˹opimos˺ conparent ˹et electos˺, ut nec reliqua eorum fisco inferant et immunes eos possideant. Ideoque placuit, ut, si quem constiterit huiusmodi habuisse contractum atque ˹hoc genere˺ possessionem esse mercatum, tam pro solidis censibus fundi

IVST.
|| *fin.*
|| *redit*
˹ ˺ *om.*
˹ ˺ *om.*
˹hac lege˺

6 captantes] *Iust.*, captati *V* 7 momentarias] *Iust.*, nomen momentarias *V* 8 comparant | *Iust.* 10 onstiterit *V*[a] 11 solidis] *V Iust.*, solitis *edd.*

conparati quam pro reliquis universis eiusdem possessionis obnoxius teneatur. DAT. KAL. IVL. AGRIPPINAE CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

V. — IVST. 4, 47, 2.

1/2 *subscr. nulla Iust.* 2 agrippinae] *scr.* Aquileiae *secundum* 12, 1, 6

XI, 3, 2 (327 Febr. 27).

IDEM A. ACACIO COM(ITI) MACEDONIAE. Mancipia adscribta censibus intra provinciae terminos distrahantur et qui emptione dominium nancti fuerint, inspiciendum sibi esse cognoscant. Id quod in possessione quoque servari rationis est: sublatis pactionibus eorundem onera ac pensitationes publicae ad eorum sollicitudinem spectent, ad quorum dominium possessiones eaedem migraverunt. DAT. III KAL. MART. THESSAL(ONICAE) CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.

V

2 inspiciendum] inspiciendum censum *Gothofredus* 5 thessal̄l *V*

XI, 3, 3 [= BREV. XI, 2, 1] (363 Febr. 16).

IMP. IVLIANVS A. AD SECVNDVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Omnes pro his agris quos possident publicas pensitationes agnoscant nec pactionibus contrariis adiuventur, si venditor aut donator aput se conlationis sarcinam pactione inlicita voluerit retinere, etsi necdum translata sit professio censualis, sed aput priorem fundi dominum forte permaneat, dissimulantibus ipsis, ut non possidentes pro possidentibus exigantur. DAT. XIIII KAL. MART. ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

INTERPRETATIO. Fundum nullus audeat conparare, sed omnes pro his agris, qui ad eos quoquo modo pervenerint, publici canonis inpleant functiones. Nec de solutione tributi cuicumque liberum sit pacisci, sed sive donetur ager sive vendatur, factus dominus integra rei tributa suscipiat.

V. — BREV. *(HNGOECPMLS)*. — IVST. 4, 47, 3.

1 imp.] id̄ ā *V* ā *om. O* ad] at V^a pp̄o] pfu *G*, ppm̄ *N*, *om. H* 2 pensationes *HGE*, pensiones *OL* nec] et nec *G* 2/3 uenditae aut donatae *PMLS* 3 se] hec *H*, se ipse *GE* conlocationis *E* sarcina *HPMS* paccionem *N*, pactionis *G*, captionis *E*, actione *PML* inlicitam *NGE* uoluerint *H* 4 professio] profectio V^a censuales *NPM* sed] sed sit G^b priore *L*, priores *G* fundi *om. O* dominium *V* forte] si forte *G* 4/5 permaneant *G* 5 possidentes] possidentis *H* 5/6 dat. xiiii (xiii *G*, iiii *E*) k. mart. ant. iuliano (iulian̄o *[sic] V*) a. *(om. GOE)* iiii *(om. G)* et sallustio (salustio *V*, psallustio *PM*) *libri* 7 fundum] sine tributis fundum *E* audiat *L* 8 publice G^v, publica *S* canonis] canones G^tE, uel canon uel canonum (uel can. *postea add.*) G^v, non his *S* ne *CPMS* de solutione] dissolutione *E* 8/9 cuicumque] cuiquam *E* 9 donetor *N*, donatur *H* ager siue uendatur (emetur *O*)] siue uend. ag. *E* integrae *E* rei *om. O*

XI, 3, 4 (363 Febr. 27).

IDEM A. EDICTVM. POST ALIA: Dominum, qui fructus capit, tributa exigi iustum est. DAT. III KAL. MAR. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

V

XI, 3, 5 [= BREV. XI, 2, 2] (391 Sept. 17).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quisquis alienae rei quoquo modo dominium consequitur, statim pro ea parte, qua pos-

1 aaa *om. O* 2 rei] re *N* quoque modo *post* dom. *H* dominum *HN* quam *NE*

velut canonem cogantur inferre, et ne qua sit dubietas, hac aperta definitione decernimus, ut id potius canonis vocabulo postuletur. Nulla igitur domus vel sacri patrimonii vel enfyteutici iuris vel hominum privatorum, etiamsi privilegium aliquod habere dicantur, ab hac necessitate seiuncta sit, quae iam non extraordinarium, ut hactenus, sed ipsis facientibus canonicum nomen accepit. DAT. VII ID. IAN. RAV(ENNAE) THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

V. — IVST. 10, 17, 1.

1 et] ut *Iust.* 3 enfytheutici *V* 4 sit] *Iust.*, sint *V* 5 facientibus] *V Iust.*, *fortasse* fatentibus

XI, 5, 3 (436 Iun. 4).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum omnis hoc Aegyptiaci tractus possessoribus conducibile videatur, ut ante kal. Mai. praedelegatio manifestetur in locis, ne per ignorantiam conlatores ad anni prioris exemplum ante delegationem missam ea cogantur exsolvere, quae postmodum indebita missa delegatione forsitan provocavit eventus; scriniariis videlicet sedis excelsae modis omnibus ordinata salubriter impleturis, ita ut Augustaliani officii et cohortalis et defensoris discrimine in locis celeberrimis per dimenstruum tempus ad omnium perveniat notionem. DAT. PRID. NON. IVN. CONSTANTINOP(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

V

2 ut *delet Beck* 3 *scr.* *(ad v. 6/7)* in locis celeberrimis 5 *malim* probabit 7 dismenstrum *V*

XI, 5, 4 (436 Aug. 28).

IDEM AA. DARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Particulari delegationum notitia ante indictionis exordium singulis transmissa provinciis conlationis modum a possessoribus multo ante prospectum devotioni solitae, non subitis calumniis tua sublimitas faciat imputari, ut et provincialibus subeundi dispendia necessitas auferatur et officiis ingerendi damna licentia denegetur. DAT. V KAL. SEPTEMB. APAMEAE ISIDORO ET SENATORE CONSS.

V. — IVST. 10, 17, 2.

1/2 indictionis .... 2 prouinciis] *V*[2] *Iust.*, *om.* *V*[1] 3 deuotioni] *Iust. (X et Graeci)*, deuotionis *V Iust. (plerique)* 4 ut] *om.* *V*[1] dispendii *Iust.* 5 apamiae *V*

VI [= BREV. III]. DE SVPERINDICTO.

Iust. 10, 18.

XI, 6, 1 [= BREV. XI, 3, 1] (382 Mai. [?] 26).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD PROCONSVLES, VICARIOS OMNESQVE RECTORES. Nihil superindictorum nomine ad solas praefecturae litteras quisquam provincialis exsolvat neque ullius omnino indictionis titulis etiam sollemnis immineat,

1 ualent] ualens *G* aaa *om.* *O* proconsules] prūcū *S*, proculum *Pith.*, *om.* *L* uicarios] ui cor *C*, uicos *PM*, uicarium *G*, uirum clarum consulem *S*, uic cursu *Pith.*, *om.* *L* 1/2 omnes qui *N* 2 rectores] auctores *G*[1] quisqua *L* 3 prouinciales *NECL* ullius] ullus et illius *Pith.* omnino *om.* *H* indictio *S* titulis] *VHE Pith. Iust. (KO)*, titulus *O Iust. (I)*, tutilis *N*, tituli *GCPMLS* sollemnis] sollemnes *CPM*, sublimes *G*[v]: *scr.* sollemni quis immineat] immineant *G*, *post* 585, 1 nexa *L*

nisi eum nostro confirmata iudicio et imperialibus nexa praeceptis sedis amplissimae deposcat indictio et cogat exactio. DAT. VII KAL. IVN. MED(IOLANO) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

INTERPRETATIO. Haec lex hoc praecipit, ut nullum per rectores provinciae superindictum provincialibus inponatur, nisi forte ex hac re processisse praeceptio dominica conprohetur. Tunc enim id, quod superindictum est, aut peti aut exigi poterit, quando a rerum domino cognoscitur constitutum.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMLS).* — IVST. 10, 18, 1.

1 eum] eo *G*, cum *N*, ea *S* confirmato *HGE*, confirmata sit *S* nixa *H* sedis] *VOEP*² *MS*, sed his *NGCP*¹*L*, sed ipsam *H* 1/2 deposcat] deposcatur *G*, agnoscat *H* 2 cogatur *G* dat. uii *(sic VE*, xuii *HNOCP MS*, xu *G)* k. iun. med. *(om. E)* ant. et syagrio *libri* 3 hoc praecipit (praecepit *NEXCL*)] pr. hoc *G* nullus *HS* per] pro *G*, preter *H* rectoris *H*, rectorem *NE*. rectore *G*ᵇ 4 prouincialibus . . . 5 superindictum *om. X* ex *(om. H*ᵃ*)* hac (ha *G*) re] per exactore *E* precessisse *H*, quod processisse *N* 5 quod] quos *S* petita *L* a rerum] harum *XCPM*ᵃ*S* domino *om. XCPMS* noscitur *XCPMS*

VII [= BREV. IIII]. DE EXACTIONIBVS.

de actionibus *O.* — *Iust.* 10, 19: de exactionibus tributorum.

, 7, 1 (315 [immo 313] Nov. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD AELIANVM P(RO)C(ONSVLEM) AFRIC(AE). POST ALIA: Ducenarii et centenarii sive sexagenarii non prius debent aliquem ex debitoribus convenire, quam a tabulario civitatis nominatim breves accipiant debitorum. Quam quidem exactionem sine omni fieri concussione oportet ‖ ita ut, si quis in iudicio questus, quod indebite exactus est vel aliquam inquietudinem sustinuit, hoc ipsum probare potuerit, severa in exactores sententia proferatur. DAT. KAL. NOV. TREV(IRIS) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

‖ *fin.* IVST.

V. — IVST. 10, 19, 1.

1 proconsulem] proc. *Iust. (O).* p. u. *V* 4 quaestus *V* 5 indebitae *V*ᵃ 6/7 *propter* *subscriptionem vide ad 1, 12, 1*

, 7, 2 (319 Nov. 20).

IDEM A. AD PACATIANVM VIC(ARIVM) BRITTANIARVM. Unusquisque decurio pro ea portione conveniatur, in qua vel ipse vel colonus vel tributarius eius convenitur et colligit; neque omnino pro alio decurione vel territorio conveniatur. Id enim prohibitum esse manifestum est et observandum deinceps, quo iuxta hanc nostram provisionem nullus pro alio patiatur iniuriam. DAT. XII KAL. DECEMB. CONSTANTINO A. ET LICINIO C. CONSS.

V

2 conuenitur et colligit] *expectes talia:* qui conuenitur colligit. 5 a.] *scr.* a. u *secundum* *ordinem constitutionum*

, 7, 3 (320 Febr. 1 [Ian. 31]).

IDEM A. AD POPVLVM. Nemo carcerem plumbatarumque verbera aut pondera aliaque ab insolentia iudicum repperta supplicia in debitorum solutionibus vel a perversis vel ab iratis iudicibus expavescat. Carcer poenalium, carcer hominum noxiorum est officialium et cum denotatione eorum iudicum, quorum de officio cohercitiores esse debebunt,

---

1 plumbatorumque *Iust.* 3/4 off. et cum den.] *V Iust.*, *scr.* cum den. off. et 4 coercitiores] *scripsi*, coherciti citatiores *V*, coherciones *Iust.* *(O*ᵗ*I*ᵇ*)*, certiores *Iust. (K*ᵇ*O*ᵛ*)*, uel certiores cohertionis *Iust. (K*ᵃ*)*

qui contra hanc legem admiserint. Securi iuxta ˹eam˺ transeant solutores: vel certe, si quis tam alienus ab humano sensu est, ut hac indulgentia ad contumaciam abutatur, contineatur aperta et libera et in usus hominum ˹constituta˺ custodia militari. Si in obdurata nequitia permanebit, ad res eius omnemque substantiam cives eius accedant, solutionis obsequio cum substantiae proprietate suscepto. Qua facultate praebita omnes fore credimus proniores ad solvenda ea, quae ad nostri usus exercitus pro communi salute poscuntur. DAT. KAL. FEB. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

˹praesidem˺ IVST.
˹instituta˺ IVST.

V. — IVST. 10, 19, 2.

1 eam *delendum* 4 usum *Iust.* militaris *V* 5/6 ciues eius accedant] *V cum Iust. (Graec.)*, eius exactor accedat *Iust. (Lat.)* 7 quae] que *V* 8 kal. feb.] prid. kal. feb. iunctae constantio caes. *V: requiritur* constantino caes.

XI, 7, 4 [= BREV. XI, 4, 1] (327 Mai. 18).

IDEM A. AD AFROS. Quoniam subclamatione vestra merito postulastis, ne qua his, qui praestationes fiscales differunt, reliquorum laxitas proveniret, specialiter praecipimus observari, ut ‖ res eorum, qui fiscalibus debitis per contumaciam satisfacere differunt, distrahantur, conparatoribus data firmitate perpetua possidendi. ET CETERA. DAT. XV KAL. IVN. SERDICAE CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.

‖ *inc.* IVST.

INTERPRETATIO. Quicumque agrorum suorum tributa inplere contemnent, agri eius, qui tributa sua contemnet exsolvere, ab exactore vendantur et qui conparaverint, firmo iure hoc ordine empta possideant.

VT [incipit 3 . . is pe . . .]. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 10, 21, 1.

1 idem] imp. constantinus *Brev.* ā *om. H* afrum *S*, fros *L* subclamatione (-nem *G*)] sub damnatione *C* uestram *G* postulatis *E*ᵇ*CPMS*, postulantes *G* qua (quam *N*, que *HL*) his] qua pro his *O*, *om. G* 2 praestationis *N*, sub prestacionem *G* deferunt *HNS*, differant *G*ᵇ reliquorum *om. O* laxtas *H*, labitas *PMLS* prouenerit *HES*, prouenire *G* praecepimus *NEL* 3 obseruare *H* 4 defferunt *N*, defecerunt *S* 5 dat. xu k. iun. (iul. *N*) serdicae (serdicie *N*, siricae *G*¹) constantio *(sic VGCPMS*, constantino *H*, constantio aug. *O*, constantino aug. *N*, constpl *E*, con..... *T)* et *(om. E)* max. *libri* 6 contempnit *GL*, contemnunt *HES* 7 contempnit *NGECLS* et *om. H* conparant *S* firmo] *HNGEC*, firmissimo *PMLS* 8 possideat *M*

XI, 7, 5 (345 Mai. 12).

IMP. CONSTANTIVS A. NEMESIANO V(IRO) P(ERFECTISSIMO) COM(ITI) LARG(ITIONVM). Quotiens quis et privati debitor invenitur et fisci, et abreptus ab uno officio teneatur, ad universi debiti solutionem qui eum abstulit coartetur ac totius summae exactionem in se suscipiat, qui eundem avellendum ˹abstrahendumque˺ crediderit. DAT. IIII ID. MAI. NITZIBI AMANTIO ET ALBINO CONSS.

˹subtrahendumque˺ IVST.

VT. — IVST. 10, 19, 3.

1 . . . . āā *T* ūp com̄ larḡ] *V*, ūp comiti larḡ (?) *T* 2 fisci et] *T*, fisci *V Iust.* abreptus] *Iust.*, abrept(?)u(?)s(?) *T*, arreptus *V* officio *aut collocandum ante* ab uno *aut delendum* 3 cohartetur *VT* ac] hac *T* se] *V*, sese *T* 5 nitzibi] *V*, nizibi *V*ʳᵉᶜ, *deficit T*

XI, 7, 6 (349 Mart. 8).

IDEM A. AD EVSTATHIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Actores ceterique rei privatae nostrae ad solutionem specierum sollemnium debiti vigoris auctoritate cogantur, ne provinciales rei privatae nostrae fatiget immunitas. DAT. VIII ID. MART., P(RO)P(OSITA) ROM(AE) LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

VT. — IVST. 10, 19, 4.

4 catulino *T*

I, 7, 7 (353 [346?] Dec. 6).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. BIBVLENIO RESTITVTO PRAESIDI SARDINIAE. Provinciales pro debitis plumbi verbera vel custodiam carceris minime sustinere oportet, cum hos cruciatus non insontibus, sed noxiis constitutos esse noscatur, || satis ⌜vero⌝ sit debitorem ⌜ ad solvendi necessitatem capione pignorum conveniri. DAT. VIII ID. DEC. THESSAL(ONICAE) CONSTANTIO VI ET CONSTANTE III AA. CONSS.

IVST. || *inc.* | ⌜ ⌝ *om.* | ⌜ annonarum

VT. — IVST. 10, 21, 2.

1 impp. c. et c. aa.] idem a. (*praecedit* imp. Constantinus A.) *Iust.; subscriptioni traditae convenit* imp. Constantius A. 2 ueru(?)era *T* 3 cruciatus .... constitutos] cruciato(?)s(?) *T* 5 thessall *V*, thess̄ *T*. — *Constantius cum per a. 352—354 non fuerit Thessalonicae, duo quoque Augusti his annis non fuerint, probabiliter Gothofredus reposuit* Constantio IIII et Constante III, *monens praeterea diem locumque eosdem subscriptos esse legi 11, 1, 4 relatae ad a. 337*

I, 7, 8 (355 Sept. 2).

IDEM AA. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Exactiones provinciarum, quas rectores aut praefecti annonae aut rationales per Africam sustinent, a maioribus iudicibus usurpari non debent, sed ab his solis impleri, quibus cura exactionis imminet. DAT. IIII NON. SEPT. DINVMMAE, ACC. PRID. ID. NOV. KARTHAG(INE) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

VT (multa deficiunt).

1 *requiritur* imp. Constantius A. 1/2 rectores .... annonae] *V*, r(?)e(?)c(?)t(?)***a(?)r(?)u(?) ...... *T* 4 dinummae] *VT, locus ignotus est quaerendus in Raetia, quoniam aestate a. 355 eo expeditionem fecit Constantius*

I, 7, 9 (364 Mai. 13).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Ducenarios ab exactione provincialium secundum constitutionem sacrae memoriae Constantii probabilis sinceritas tua iubebit arceri. DAT. III ID. MAI. HADRIANOP(OLI), ACC. VIII KAL. OCTOB. KARTHAG(INE) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

VT

1 africae *om. T*

7, 10 (368? 370? 373? Apr. 21).

IDEM AA. AD FLORIANVM CONS(VLAREM) VENETIAE. Die solis, qui dudum faustus habetur, neminem Christianum ab exactoribus volumus conveniri; contra eos, qui id facere ausi sunt, hoc nostri statuti interdicto periculum sancientes. DAT. XI KAL. MAI. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VAL(ENTE) AA. CONSS.

VT. — GEMINA 8, 8, 1.

3 statut *T* interdicto] *gem.*, inter***** *T, om. V* treu.] *V*, triu. *T*

7, 11 (365 Mai. 25).

IDEM AA. AD FLORIANVM COM(ITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Omnes provinciis praesidentes iussimus conveniri, ut a rei nostrae conventione cessarent, ne principales necessitates in publicum proferentes eadem, qua hactenus, in colonos iniquitate saevirent. Illud etiam moderationi adiecimus, ut tripertita esset inlatio fiscalium pensionum. Sinceritas tua

3 qua] *V*, quae *T* 4 esse *V*[1]

rationales procuratoresque commoneat, ut, quidquid pro iugatione vel capitatione deposcitur, certantibus studiis devotionis exsolvant. DAT. VIII KAL. IVN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

VT

1 uel capitatione *om.* *T* 2 kalē *V*

XI, 7, 12 (383 Mai. 3).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. CONSTANTIANO VIC(ARI)O PONTICAE. Potentiorum possessorum domus officium provinciae rectoris exigere debet, decurio vero personas curialium convenire, minores autem possessores defensor civitatis ad solutionem fiscalium pensitationum spectata fidelitate compellere. DAT. V NON. MAI. MEROB(AVDE) II ET SATVRNIN(O) CONSS.

VT

4 expectata fidilitate *T* 4/5 merobaude] med̄ *T*

XI, 7, 13 (386 Nov. 3).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFCTVM) P(RAETORI)O. Solis die, quem dominicum rite dixere maiores, omnium omnino litium et negotiorum quiescat intentio; debitum publicum privatumque nullus efflagitet; ne aput ipsos quidem arbitros vel e iudiciis flagitatos vel sponte delectos ulla sit agnitio iurgiorum. Et non modo notabilis, verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instinctu rituve deflexerit. P(RO)P(OSITA) III NON. NOV. AQVIL(EIAE) HONOR(IO) N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

VT. — TRIGEMINA 2, 8, 18. 8, 8, 3 *(vide ad 8, 8, 3)*.

1 diem *T* 2 et] *V*, ex *T* 3 e iudiciis] *V*, iudiciis *T* flagitatus *T* 4 sponte] expon*e *T* | 5 detexerit(?) *V** iii] *V* *cum 2, 8, 18. 8, 8, 3*, iiii *T* 6 n̄p] *T*, n̄bp *V*

XI, 7, 14 (393 Apr. 12).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Apparitores quicumque in conlatione auri praecepti fuerint officii sui adhibere servitium, titulorum debita et conlationum summas relationis suae fide et adnotatione perscribant sitque ex officialis instructione officium conscium, quid exactum quidve perlatum esse videatur, ne longinqui itineris diversitate susceptor abductus et curiae suae desit et rei familiaris detrimenta sustineat. DAT. PRID. ID. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

VT. — IVST. 10, 19, 5.

1 aa *V* 2 fuerint praecepti *T* officii sui] *V Iust.*, officiis *T* 3 perscribant] *T Iust. (X)*, praescribant *V Iust. (KOI)* 4 sitque] *V*, idque *T* | officiali *Iust.* instructione] inextr******* *T* exactum] est actum *T* perlatum] *VTIust. (K*)*, praelatum *Iust. (K*OI)*, prolatum *Iust. (X)*

XI, 7, 15 (399 Sept. 28).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Quoniam plerique callidis precibus rescribta impetrasse dicuntur, ne a solitis conpulsoribus exigantur, praesenti iussione monemus, ne praetento velut quodam beneficio clementiae nostrae quicquam in exactione celebranda vetustati et consuetudini derogetur. DAT. IIII KAL. OCTOB. ALTINI THEODORO V̄. C̄. CONS.

VT

2 praecibus *T* 4 quidquam *V* 5 altini] *V*, altino *T* conss. *T*

7, 16 (401 Iul. 13).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Missi opinatores ⌈ cum delegatoriis iudicibus eorumque officiis insistant, ut intra anni metas id quod debetur accipiant; nihil his sit cum possessore commune, cui non militem, sed exactorem, si sit obnoxius, convenit imminere. Iudices itaque, qui provinciales passi fuerint opinatoribus delegari, eiusdem quantitatis duplex poena retinebit, et apparitores ex quolibet officio sententiam deportationis excipient, si per semet exigendos voluerint delegare militibus, et curiales temporale manebit exilium, si eos, quos sollemniter exigere consuerunt, opinatoribus putaverint esse tradendos; cum iudicem ⌜oportet⌝ inquirere debitores, tabularios fideliter ⌜prodere nomina dominorum⌝, apparitores sive curiales consuetudine servata regionum convictis debitoribus imminere, ut perceptis congruis emolumentis opinatores impleto anno ad proprios numeros valeant remeare. Qui si ultra annum protracti fuerint, iudices et officia absque ulla mora de proprio cogentur exsolvere militibus quod debetur, ipsis adversus obnoxios repetitione servata. Quod si ad nos aliqua de retentis opinatoribus querella pervenerit, in duplum ab his protinus exigetur, ut partem debitam miles, reliquum fiscus accipiat. Iudicibus quoque eorumque officiis eatenus subvenimus, ut in contumaces debitores cuiuslibet dignitatis auctoritatem suam exerant ac, si impudenter solutio differatur, actores procuratores eorumque praedia persequantur, de eorum quoque nominibus ad nostram scientiam relaturi. DAT. III ID. IVL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

⌈ id est exactores militaris annonae IVST.

⌜oporteat⌝ IVST.

⌜providere n. debitorum⌝ IVST.

VT. — IVST. 10, 19, 7.

1 adriano *T* opinatoris *T* 7 seme(?)n(?) *T* et] c(?)••• *T* 11 regionum] religione(?)•• *T* 13 fuerint iudices] *T Iust.*, iudices fuerint *V* et *om. Iust.* 14 propria *T* cogantur *Iust.* 15 quaerella *T* 18 exerant] exerceant *Iust.* *(praeter O^a)* inpudenter] ••••••er *T* 19 eorumque] *V Iust. (OI)*, eorumqui *T*, eorum *Iust. (K)* 20 iii] *T*, iiii *V* frauito] *T*, frauitto *V*

7, 17 (408 Dec. 7).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Neque ⌜agentes in rebus neque⌝ sacrarum privatarum vel largitionum palatina officia ex quacumque causa, ex quocumque titulo fiscalis debiti, cum ad provinciam mittuntur, possessores per se audeant convenire, sive id ex praeterito reliquum trahatur seu praesentis temporis tributo solvi conveniat; sed rectores provinciarum frequenter adeundo commoneant eorumque officiis incumbant. Quod si rector provinciae imminentem sibi memoratorum declinare molestiam quaerens vel qualibet alia ratione isdem propria auctoritate publicae exactionis permiserit curam, tam ipse quam officium eius vicena auri pondo fisco dependent. DAT. VII ID. DEC. CONSTANTINOP(OLI) BASSO ET FILIPPO CONSS.

⌜ ⌝ *om.* IVST.

VT. — IVST. 10, 23, 2.

3 ex quocumque titulo] *V Iust.*, *om. T* 4 audiant *T*^a 5 tributa *Iust.* (*K*^b*I*) 7 quaeres *V* hisdem *VT* 8 [permi]serint *T* 9 philippo *V*

7, 18 (409 Sept. 27).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Largitionalium titulorum exactionem palatinorum obsequiis vetustatis more consecratam iuxta priscam consuetudinem celebrari censemus, recens conditae legis in hac parte auctoritate sequestrata, quae ritu vetustatis neglecto palatinae munera dignitatis intempestiva legatorum Achivorum admonitione abstulerat. Ideoque huius statuti praeceptionem, per quam palatinos veteri exigendi functioni constrinximus, commoniti rectores observent. DAT. V KAL. OCTOB. CONSTANTINOP(OLI) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

VT

2 consecratum *V* 4 neglecto] nec|••••• *T* 7 iii *om. T*

XI, 7, 19 (412 Febr. 29).

IDEM AA. EVCHARIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Tertiam partem canonis fundorum privatorum vel sextam enfyteuticorum ex kal. Mart., sicut consuetudo deposcit, reliquam vero canonis summam ex kal. Iul. par erit postulari, ne praepostera exactione possessor ad redimendam conventionis cogatur iniuriam. ET CETERA. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

VT

2 enfyteuticorum] *T*, enfytheuticorum *V* 3 praepostea *V*ᵃ exactionem *T*

XI, 7, 20 [= BREV. XI, 4, 2] (412 Febr. 29).

IDEM AA. EVCHARIO PROCON(SVLI) AFRIC(AE). POST ALIA: Constituto tempore publice aput Karthaginem in secretario, admisso populo, exactorum ordinabuntur idoneae strenuaeque personae. De quibus si popularis accusatio ulla processerit, in eorum locum alios par erit destinari, ita ut severa indagatione, si in concussione possessorum deprehensi fuerint, ilico et capitali periculo subiaceant et direptorum quadrupli poena ex eorum patrimonio eruatur. Iudices autem triginta librarum auri multae acerbitate sciant se esse plectendos, nisi ea, quae salubriter ordinata sunt, necessaria devotione compleverint. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Haec lex hoc praecipit exactores ad exigendas tributarias functiones idoneos esse mittendos, ita ut, si de his populi accusatio ulla processerit, id est quaerella deposita fuerit, in eorum locum alii dirigantur, ut habita diligenti inquisitione, si in dispendia provincialium de superexactionis crimine convinci potuerint, et capitali periculo subiaceant et ex eorum facultatibus in quadruplum quae sunt superexacta reddantur. Iudices vero provinciarum triginta libras auri se poena noverint feriendos, si haec quae statuta sunt inplere neglexerint.

VT. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).*

1 idem aa] *VT*, idem *O*, idem aug. impp. hon. et theod. *N*, impp. hon. et th. *reliqui* euchario *(sic VO*, eucherio *HGC Pith.*, eucerio *NEPMS*, euagrio *Pith.*, . . . rio *T)* procos (procō *N*) afr. *om. L* constitutio *T*, constitutum *L* publicae *T*, publici *Pith.* 2 carthagine *N*, cartagine africe *L* ordinabantur *GE*ᵇ*CPMLS* ideone *C*ᵃ 2/3 sternueque *S* 3 si *(om. ES)* popularis (-res *N*, pupillaris *G*) acc.] p. a. si *O* nulla *N* erum *T*ᵃ loco *NGCPMLS* alius *L* 4 par erit] *VTNO*, pares et *H (confirmat Violet)*, parere *ECPMLS*, parare *G* destinari] alios testinare *G* ita ut] aut *PM* seuera] reuera *N*, si uera *GE*ᵛ*(?)S*, aut uera *H* indagationi *S*, indignatione *O*, indigntione *(sic) L*, indignatio *H* si *om. G* concussionem *N E*ᵇ, concussatione *S*, cussionem *E*ᵃ possorum *M*ᵃ 5 periculo] supplicio uel periculo *N* subiacebunt *H* diritorum *L* ex *om. L* 6 eruatur] *TO*, eruetur *VE*ᵗ*CPMS*, eruitur *N*, erogetur *Pith.*, seruetur *E*ᵛ, emendetur *L*, cruciatur *G*, reddant *H (confirmat Violet)* iudiciis *L*ᵃ aceruitate *VH*, aceruitatis *N*, acerbitatis *G* 7 plectendos] obiectandos *G*ᵗ eaque *T*, aeque *N* ordinanda *G*ᵗ deuocatione *C* compleuerit *E* 8 dat. prid. *(om. G)* k. mart. rau. hon. uiiii (uiii *C*) et theod. u *(om. GO)* aa. *libri* 9 haec lex] lex ista *E* praecepit *NL*, dicit *E* exactores] exauctores *S*, ut e. *N* tributarias functiones (-nis *N*)] f. tr. *H* 10 idoneos] idoneas *G*ᵃ, ideo *PMS* populi] pupilli (uel *ins. G*ᵇ) populi *G* accusatio] actio *PM* est *om. H* 11 loco *GCPMLS* dirigenti *S*, diligendi *E* si in] sint *H* dispendio *C* 12 poterint *N* et cap.] cap. *HE* periculo] crimine *G*ᵗ subiaceat *N* ex *bis C*, *om. HL* 13 sunt *post* sup. *G*, *om. H* superacta *PS* reddant *H* 14 librarum *G*ᵇ*E* se *om. G*ᵃ, *post* poena *G*ᵇ*E* poena (poenam *CPMLS*) nou.] n. p. *H* haec] ea *G* instituta *E* implere] custodire *E*, *om. S*

XI, 7, 21 (412 Febr. 29).

IDEM AA. EVCHARIO SVO SAL(VTEM). Grave et contra rerum ordinem iudicamus, ut idem municeps et civitatis necessitatem et exactoris publici subire cogatur officium. Quod ne contingat, generali lege sancimus cognitoris, cuius interest, iussione ad praedia mansuetudinis nostrae vel quae sub fisci nomine coeperint retineri moderanda vel ex suo corpore

1 Euchario] *procos. Africae* 2 ciuitates *T* 3 iussioni *V*

idoneos quosque dari debere vel ex his, si qui perfuncti sacramento militiae absolutione potiuntur. Ab his namque convenit, a quibus ratio ob praedam discuti consuevit, administrationem sustineri huiuscemodi praediorum. Iudicibus itaque adque officiis poenam quinquaginta librarum auri inponimus, nisi commode obtemperaverint definitis. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

VT

1 dari] *Gothofredus*, dare *V*, ..re *T* absolutiotio *V*¹ 3 sustinere *V* 4 conmoda)?)e(?) *T*

VIII. DE SVPEREXACTIONIBVS.

Iust. 10, 20.

, 8, 1 (397 Mart. 6).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis ⌈ exactorum ⌈⌈ superexactionis crimen fuerit confutatus, ⸢eandem poenam subeat, quae divi Valentiniani sanctione dudum fuerat definita. Capitis namque periculo posthac cupiditas amovenda est, quae prohibita totiens⸣ in isdem sceleribus perseverat. DAT. PRID. NON. MART. CONSTANTINOP(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

IVST. ⌈ autem | ⌈⌈ in ⸢capitali periculo cupiditas eius amovenda atque prohibenda est, si⸣

VT [multa deficiunt]. — IVST. 10, 20, 1. — THEODERICVS 149.

2 exactorum .... 4 fuer *evanuerunt in T* 4 namque] *V*, que *T* 6 hisdem *VT* perseueret *Iust.*

, 8, 2 (400 Mart. 14).

IDEM AA. APOLLODORO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Quidquid ultra debitum elicitum fuerat, ⌈ eruatur. Quod ⸢provinciae⸣ restitui protinus oportebit. DAT. PRID. ID. MART. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

⌈ a curialibus vel cohortalibus vel aliis exactoribus in duplum IVST. ⸢provincialibus⸣ IVST.

VT. — IVST. 10, 20, 1.

2 fuerit *Iust.* 4 med.] *T Iust. (Cui.), om. V* stilicone *T*

[, 8, 3 (409 Ian. 21).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. CAECILIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: ⸢Velut licito committi frequenti laesorum deploratione didicimus, ut maioribus subiectis mensuris atque ponderibus gravi possessor damno quatiatur. Iubemus, ut cura et sollertia defensorum hoc fieri a susceptoribus non sinant deprehensosque ad iudicium dirigant, cum ipso commissae fraudis indicio.
1 Idem fieri notum est, ut provincialibus⸣ nostris contestari iniurias ⌈ suas cupientibus actorum confectio a defensoribus, ⸢ordini-

IVST. ⸢Iubemus cura ac sollertia defensorum minime possessores maioribus mensuris et ponderibus a susceptoribus praegravari, sed eos deprehensos ad iudicium dirigi cum ipso commissae fraudis iudicio. Illud etiam fieri permittimus, ut, si provincialibus⸣

⌈ seu laesiones ⸢ord. c. et mag.⸣ *om.*

3 committit *T* 6 iubemus] quare iub. *Gothofredus* 7 sinant] *V*, sinat *T* 9 item *scr.*

bus, curatore et magistratibus⸣ denegetur ‖ idque gratia tribuatur eorum, quos rationabiliter intellexerint arguendos. Quod ne accidat, noverint cuncti provinciales, quotiens petitam sibi actorum copiam a memoratis viderint denegari, ‖ ⌈ querellae propriae libellum conscribtum eo tenore quo fuerat contestandum in frequentioribus civitatum locis ⸢adfigendum conveniendosque⸣ scribas tabularios et cetera officia publica commonenda, per quae libellum colligi oportebit atque invitis supra memoratis personis sub actorum confectione ⸢ingeri⸣, quorum quaestione fides possit inquiri: qua probata in eos, quos gestorum petitam confectionem negasse constiterit, vigor iudiciarius exeratur. DAT. XII KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

‖ *finit*
‖ *redit* | ⌈ licentia eis tribuatur
⸢proponendi conveniendique⸣
⸢ingerendi⸣

VT [finit 592, 2/3 intellexerin . . .*]*. — IVST. 1, 55, 9. — THEODERICVS 149.

2 gratiae *Gothofredus* 3 accidant *V* 6 quaerellae *V* 13 qua] *Iust.*, quae *V* | 14 iudicarius *V* xii] xi *Iust. (Hal.)*

VIIII. DE DISTRAHENDIS PIGNORIBVS, QVAE TRIBVTORVM CAVSA TENENTVR.

Iust. 10, 21: de capiendis et distrahendis pignoribus tributorum causa.

XI, 9, 1 (323 Dec. 31).

IMP. CONSTANTINVS A. Quoniam decessoris tui litterae missae ad Proculeianum tribunum et mag(is)trum officiorum continent quorundam provincialium mancipia abducta pro pignore sub officio retineri, eo quod vestes canonicas vel equos minime intulerunt, atque haec mancipia neque dominos solutis debitis recepisse neque alios comparasse, veritos ne haec rescinderetur distractio: iubemus duorum mensum spatium ad solvenda debita mancipiorum dominis indulgeri, quo transacto nisi debita fuerint persoluta, firmiter mancipia comparabunt quicumque ad emptionem accesserint. P(RO)P(OSITA) PRID. KAL. IAN. CASTVLONE SEVERO ET RVFINO CONSS.

V

1 proculeianum] V^2, proculianum V^1 6 transacto nisi] *Cuiacius*, transactionis *V*

XI, 9, 2 (337 Dec. 12).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ab universis, qui post obitum divi avi clementiae meae ex munificentia tam divae recordationis patris ac patrui mei quam etiam serenitatis meae fundos cuiuslibet iuris petiverunt, sub hac dispositione reditus conferantur, ut, quicumque a praesenti die triennio possident, unius anni habentes immunitatem pro reliquo biennio medii anni conferant reditus; ex triennio vero usque quinquennium, unius anni; a quinquennio usque ad decennium, biennii; a decennio et ultra, triennii. In qua dispositione etiam ii habebuntur, qui dempto canone possessiones cuiuslibet iuris donationis obtinent titulo aut, cum essent domini possessionum, canonem ex parte vel integrum adimi exoraverunt, ita tamen, ut, qui fundum dempto canone accepit, reditus universos, quos ipse percepit, iuxta datam dispositionem temporis solvat; qui vero dominus constitutus possessionis tantum canonis promeruit relevationem, canonem tantum pro data forma, hoc est aut dimidii anni aut unius aut biennii aut triennii, solvat; eadem ratione etiam illis tenendis, qui relevationem iugationis ex simplici beneficio

---

5 trinnio *V*[a] 7 hii *V* possessionis *V* 8 aut cum] *V*[2], autem *V*[1]

meruerunt. Sane qui inspectorem specialem ac si de ieiunis ac desertis possessionibus, accepisse dicuntur, electionem a sede culminis tui propositam amplectantur et aut solvant, ut dictum est, quod nunc consequuntur lucri pro rata temporum ratione, aut, si
1 hoc moleste tulerint, patiantur denuo alios inspectores dirigi. Quod si qui ex possessionibus principali sibi quondam liberalitate donatis postmodum quasdam aliis aut venumdedit aut et ipse donavit, pro his quidem, quae venditae probabuntur, ille se statutis praesentibus obnoxium esse cognoscat, qui videtur pretium consecutus. Cui vero non vendita, sed legitime donata vel iure successionis adquisita possessio est, is profecto debebit iustius adtineri ad illa praestanda iuxta tempora praefinita, qui adipisci in praesenti ex donata sibimet possessione monstratur. Qui vero alterius nomine ex munificentia principali donatos obtinet fundos quique relevationis vel peraequationis beneficium simili modo consecutus ostenditur, ipse ad huiusmodi solutionem debebit adstringi, qui non ut petitor, sed ut dominus et possessor rei poterit adprobari. Vel certe si hoc casu quodam patere forsitan non valebit, ab ipsa possessione, quae vel donata vel peraequata aut
2 relevata est, supra dicti fructus beneficii conferantur. Sciturus cunctis, quod, quisquis praedictam praestationem intra quattuor menses, ex quo fuerit admonitus, inferre distulerit, ipsas possessiones, quae donatae eidem videntur, amittet, ii vero, qui certum quid conlationis seu functionis indictae pro temporali possessione praestiterint, pleno in posterum beneficii principalis, quod aliquando meruerunt, munere perfruentur. DAT. III ID. MAI. CONSTANTINOP(OLI) VICTORE V. C. CONS.

V

3 rata] V^2, lata V^1 9 qui] *expectes* quia reditus 15 dicti] *Gothofredus*, dictis *V* | 17 quae] que *V* hii *V* 18/19 poste|terum *V* 19 beneficii] *Beck*, beneficio *V*

20, 6 (430 Dec. [?] 31).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ANTIOCHO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eorum iugorum sive capitum sive quo alio nomine nuncupantur privati iuris vel patrimonialis sive civilis sive templorum, quae a principio imperii divae recordationis Arcadii genitoris mei ex petitionibus diversorum vel ultro datis adnotationibusque in praesentem diem qualitercumque relevata sunt vel adaerata levius vel de patrimoniali iure ad privatam vel in aurariam aerariam atque ferrariam praestationem translata, quinta pars commodi, quod ex eo beneficio ad dominos fundorum pervenit, ex eodem tempore exacta pro aestimatis per singulos annos habitis arcae et sacrarum largitionum viribus ex aequo societur. Exceptis his, quae in capitatione humana atque animalium diversis qualitercumque concessa sunt, ita ut omnium, quae praedicto tempore atque etiam sub inclytae recordationis avo nostro in terrena sive animarum discribtione relevata sunt usque ad quadringentorum iugorum sive capitum quantitatem pars dimidia publicis censibus adiungatur, ut, si quidem usque ad quadringenta iuga vel capita relevatio facta est, dimidia tantum pars fisco reddatur, si vero amplius aliquid relevatum est, usque ad ducentorum iugorum vel capitum aput beneficium consecutos relevatio firma permaneat, reliqua omnia publicis censibus refundantur. Aut enim intra ducentorum numerum pro rata partis dimidiae portione unumquemque relevari conveniet aut ultra eundem minime ad dispendium publicum praestita relevatione abuti, sive in una sive in diversis provinciis vel suo vel interposito nomine huiusmodi beneficium impetravit. Nisi si quis se pro fundis sterilibus ac desertis maioris etiam adscribtionis relevationem iuste meruisse firmaverit et inspectore seu peraequatore misso probaverit, non iam secundum nostrum beneficium, quod usque ad ducenta iuga vel capita pro dimidia parte indulsimus, sed pro inspectionis futurae veritate ac

3 ciuilis] $V^{rec.}$, ciuili *V* 5 releuata] *Beck*, releuati *V* priuatam] priuatum *Peyron* 9 qualitercumque] *Gothofredus*, qualicumque *V* | 11 terrena] V^2, terre V^1 describtione *V* 14 usque] *Gothofredus*, utque *V* 19 impetrabit *V* 20 firmauerint *V*

1 fide tributa publica soluturus. Adaeratis etiam et qualitercumque translatis ex quarta
decima feliciter futura indictione translatione vel adaeratione servata modum conlationis
inponi, qui consecutis partem quandam beneficii reservabit pro regionum diversitate
factae adaerationis modum atque omnium, quae in huiusmodi rebus consideranda sunt,
2 qualitatem praefectura amplissima disponente. Illis solis ab hac discribtione a sub-
limitate tua sicut visum fuerit disponente penitus eximendis et in praesenti conlationis
modo mansuris, quae civitatibus vel curiis vel officiis in commune remissa sunt vel ali-
quando personarum magis indulta, sed ex dispositione amplissimae sedis tuae, si qua sit
3 de relevatione suspicio, inspectioni verissimae subiciendis. Exactionem vero quintae
partis conlationum ab exordio imperii divae memoriae patris mei, ut dictum est, iam
nunc fieri ab his qui emerunt vel eorum heredibus, si solvendo sint, vel detentatoribus, pro
quo quisque possedit tempore, ... obiit, posterioribus vel novis dominis, ad quos rele-
vata praedia devenerunt, contra suos auctores actionibus legitimis reservandis, neque
4 penitus ullo sub quocumque privilegio dispositione hac eximendo. Firmiter in futurum
et sine ulla discribtionis molestia aput eos, qui meruerunt, divina indulgentia perman-
sura, ita ut ne retractari quidem nec proferri in medium has rursus liceat rationes, com-
pletis his, quae in praesenti de causis singulis aut personis pro rerum necessitate statuta
sunt. DAT. PRID. KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) DD. NN. THEOD(OSIO) XIII ET VAL(ENTINI)ANO III
AA. CONSS.

V. — NOV. THEODOSII II 26, 1, 1.

1 translatas *V* 1/2 ex quarta decima feliciter futura indictione] *ea incipit a. 430 Sept. 1* 3 inponi] inponi conueniet *Gothofredus* beneficii] *Gothofredus*, beneficiis *V* 5 qualitatem] *scripsi*, qualitate *V* praefectura] *Cuiacius*, praefecturae *V* 6 paenitus *V* 7/8 *videntur quaedam excidisse ad hoc exemplum:* uel aliqu[o mod]o personarum magis [corpori quam personis] indulta 11 de scribtionis *V* 12 obiit] quo obiit *Cuiacius*, *sed videntur plura excidisse, ad hanc sententiam:* tempore [possedituе qui uendidit uel qui] obiit 13 actionibus] *Cuiacius*, actoribus *V* 14 paenitus *V* 17 persoris *V*

XXI. DE CONLATIONE AËRIS.

Iust. 10, 29.

XI, 21, 1 (371 Apr. 7).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. MODESTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Aes, quod
dichoneutum vocatur, non modo deinceps largitionibus inferatur, verum de usu penitus
1 et conversatione tollatur ac nemini publice hoc habere liceat. Et conflatores figurati
aeris, adulteratores etiam monetae capitalis animadversio persequatur. DAT. VII ID. APRIL.
CONSTANTINOP(OLI) GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

V

1 *addi debuit* Gratianus 2 inferatur] non inferatur *Reinesius* paenitus *V*

XI, 21, 2 (396 Dec. 28)

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. HILARIO. Aeris pretia, quae a provincialibus postulantur, ita exigi volumus, ut pro viginti ⌜quinque⌝ libris aeris solidus a possessore reddatur. DAT. V KAL. IAN. MED(IOLANO) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

| ⌜*om.*⌝ IVST.

V. — IVST. 10, 29, 1.

1 *scilicet* ppo 3 conss.] et conss. *V*

21, 3 (424 Dec. 9).

IMP. THEOD(OSIVS) A. MAXIMINO C(OMITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Perpetuo sancimus generalique decreto, ne cui deinceps ex praecepto comitivae sedis vel per oraculum sacrum vel per divinas adnotationes numinis nostri in nummo vel in specie, nisi ita publica necessitas postularit, propria liceat tributa persolvere, sed ut magis aut ipsam speciem, si hoc usus exegerit, aut aurum, quod aestimatio certa constituit pro centenario aeris, huiusmodi possessor exsolvat. DAT. V ID. DECEMB. CONSTANTINOP(OLI) VICTORE V̄. C̄. CONS.

V

2 comitiuae] *scr.* tuae 3 uel in specie diversa *videtur requiri*

XXII. NE CONLATIONIS TRANSLATIO POSTVLETVR.

22, 1 (346 Iul. 28).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. PHILIPPO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Plerique censum fundorum suorum iugorum ad alias civitates transferre curarunt. Uniuscuiusque itaque civitatis censum in omnibus provinciis ad proprias civitates redire censuimus. DAT. V KAL. AVG. CONSTANTIO IIII ET CONSTANTE III AA. CONSS.

V

2 fundorum *del.* 4 constantio] constantino *V*

22, 2 (385 Mai. 4).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD NEOTERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Habeat unaquaeque civitas consortem munerum, quem habuit in professione collegam. Iugatio omnis, ubi est antiquitus adscribta, permaneat: redeat ad se alio in fraudem munerum translata iugatio. Discant ordines, discant reliqui possessores mutato eo, quod non recte est impetratum, quem participem possidendi cognoverint, esse etiam in omnibus socium functionibus. P(RO)P(OSITA) IIII NON. MAI. ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

V

1 neotherium *V* 2 unaquaeque] *V*rec., unuquaeque *V*

22, 3 (387 Apr. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Transferat, qui orando meruerit ex iudicio tuae magnitudinis, in annonariis dumtaxat commeatibus ex alio loco ad urbem aliam professionem publicae functionis. Qui diversis in urbibus non sufficiet respondere exactorum numero crebriori, ad unum, ubi magis possidet, iugationis reliquum modum sine publico detrimento exactorem transmittat. DAT. XVIII KAL. MAI. VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

V

4 sufficet *V* 5 exactorem] *Beck,* exactorum *V* 6 iii] tertio *V*

22, 4 (409 Mai. 19).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AD ANTHEMIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nonnullos possessores exactionis consuetae more dissimulato eo temeritatis procedere cognovi-

mus, ut quidam auctoritate rescribtionis elicita instantiam conpulsorum eludant sub eo obtentu, quod sponte pronius inferant expetenda. Qua usurpatione patefacta promulgamus, ut huiusmodi impetrationis novitate supplosa, quae vulgo autopractorium vocatur, universa pensitationis profligandae quae fuit reviviscat sollemnitas et curiales vel apparitio provincialis huius muneris vota procurent, exceptis his, quos eminentissimae tuae sedis specialiter consideratio digessit. DAT. XIIII KAL. IVN. HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

V

1 quidam] *V*[2], quoddam *V*[1] 2 pronius] *fortasse* promptius 3 autopractorium] *scripsi*, autopractorum, *Gothofredus*, auctopractorum *V* 4 reuiuescat *V*

XI, 22, 5 (410 Mai. 25 vel Iun. 24).

IDEM A. HERCVLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI. Quod olim meminimus constitututum, hac generali denuo legis praeceptione sancimus, ne cuiquam liceat praestationes possessionum ad aliud territorium ex alio transferre, sed omnibus modis in eo loci tributaria agnoscatur inlatio, quem fides censuum retinet et necessitas publicae adscribtionis adstringit. Quod si ulterius ab officio praefecturae praesentia vel priora statuta fuerint temerata, centum librarum auri multa ferietur, sed et singuli, qui nequaquam prohibitis temperabunt, viginti librarum auri dispendia sustinebunt. DAT. VIII KAL. IVL. CONSTANTINOP(OLI) VARANA V̄. C̄. CONS.

V

4 censuum] *Gothofredus*, censum *V* 7 uiiii k. iun. *lex iuncta*

XXIII. DE PROTOSTASIA.

XI, 23, 1 (361 Mai. 3).

IMP. CONSTANTIVS A. AD SENATVM. Protostasiae munus hactenus senatores inposita necessitate sustentent, ut isdem senatorum census implendae necessitatis contemplatione socientur nec cuiusquam alterius iuga aut capita senatorum censibus adgregentur, cum protostasiae munus ita debeant sustinere, ut ad eum numerum, quem ipsi censuali sorte sustentant, senatorum tantum censibus nexis eandem necessitatem debeant explicare. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

V

2 hisdem *V* 3 nec] *Gothofredus*, ne *V*

XI, 23, 2 (362 Mart. 13).

IMP. IVLIANVS A. SALLVSTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Prototypias et exactiones in capitatione plebeia curialium munera et quidem inferiora esse minime dubitatur, atque ideo a senatoriis easdem domibus submoveri oportet. ET CETERA. DAT. III ID. MART. CONSTANTINOP(OLI) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

V

1 iulianus *V*

XI, 23, 3 (396 Iun. 30).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. PRAESIDI FRYGIAE PACATIANAE. Cessantibus his, quae quibusdam cuniculis et subreptionibus impetrata noscuntur, et salvis privilegiis

1 pacatianae] *Gothofredus*, palestinae *V*

dignitatum, gravitas tua universos faciat protostasiae subcumbere functioni, ut et officia publica maturius peragantur et privatorum merita ex hac distributione providentissime conserventur. DAT. PRID. KAL. IVL. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. IIII ET HONOR(IO) A. III CONSS.

V

1 subcumcumbere *V*

3, 4 (396 Dec. 21).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVTHYMIO VIC(ARI)O ASIAE. Qui ex primipilaribus sunt, protostasiae necessitatibus oboedire cogantur nec aliqua se obreptione subtrahere. DAT. XII KAL. IAN. ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

V

1 eutymio *V*b, etymio *V*a

XXIIII. DE PATROCINIIS VICORVM.

Iust. 11, 54: ut nemo ad suum patrocinium suscipiat vicos vel rusticos eorum.

4, 1 (360 Febr. 4).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVL(I)ANVS CAES. HELPIDIO. Colonorum multitudinem indicasti per Aegyptum constitutorum ad eorum sese, qui variis honoribus fulciuntur, ducum etiam patrocinia contulisse. Universos itaque, quos tantum sibi claruerit temeritatis adsumere, ut praebeant latebram et defensione repromissa aditum implendae devotionis obclaudant, iubemus urgeri, ut debita, quaecumque vicani, quorum consortio recesserunt, e propriis facultatibus fisci docebuntur commodis intulisse, idem cogantur expendere. Eos quoque, quos in defensionem suam videntur suscepisse, ab eorum patrocinio facias separari. DAT. PRID. NON. FEB. CONSTANTINOP(OLI) CONSTANTIO A. X ET IVLIANO CAES. III CONSS.

V

1 Helpidio] *scilicet* p̅p̅o̅ colonum *V* 2 fulciuntur] *V*2, falciuntur *V*b, faciuntur *V*a | 5 consortio] a consortio *Beck* 8 *De die vide ad 1, 7, 1*

4, 2 (370 [368?] Nov. 12).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD AVXONIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Abstineant patrociniis agricolae subiugandi supplicio, si talia sibimet adiumenta commentis audacibus conquisierint. Ii vero, qui propria patrocinia largiuntur, per singulos fundos, quotiens repperti fuerint, viginti et quinque auri libras dare debeant et non quantum patroni suscipere consuerant, sed dimidium eius fiscus adsumat. DAT. PRID. ID. NOVEMB. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

V

3 hii *V* 4 *scr.* debent 6 *cum extet alia lex* (7, 13, 6) *data ad Modestum hoc anno Sept. 18 annumque eius firmet tertia* (1, 29, 5) *Aug. 10 per locum utrique communem, in hac data Auxonio, cui Modestus successit, pro* III | AA. *videtur scribendum esse* II AA. *(ita Tillemont ad Valentem not. 7); id ipsum ideo requiritur, quod Valens a. 368 exeunte Marcianopoli fuit neque tamen a. 370.*

4, 3 (395 Sept. 30).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. HERACLIANO COM(ITI) AEGYPTI. Quicumque ex officio tuo vel ex quocumque hominum ordine vicos in suum detecti fuerint patrocinium suscepisse,

1 hononōr *V*

constitutas luent poenas. Possessores autem conpetenter coherciti etiam inviti statutis imperialibus oboedire et muneribus publicis satisfacere cogantur. Quoscumque autem vicos aut defensionis potentia aut multitudine sua fretos publicis muneribus constiterit obviare, ultioni, quam ratio ipsa dictabit, conveniet subiugari. DAT. PRID. KAL. OCTOB. OLYBRIO ET PROB(INO) CONSS.

V

4 obuiari *V*

XI, 24, 4 (399 Mart. 10).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Censemus, ut, qui rusticis patrocinia praebere temptaverit, cuiuslibet ille fuerit dignitatis, sive magistri utriusque militiae sive comitis sive ex proconsulibus vel vicariis vel Augustalibus vel tribunis sive ex ordine curiali vel cuiuslibet alterius dignitatis, quadraginta librarum auri se sciat dispendium pro singulorum fundorum praebito patrocinio subiturum, nisi ab hac postea temeritate discesserit. Omnes ergo sciant non modo eos memorata multa feriendos, qui clientelam susceperint rusticorum, sed eos quoque, qui fraudandorum tributorum causa ad patrocinia solita fraude confugerint, duplum definitae multae dispendium subituros. DAT. VI ID. MART. CONSTANTINOP(OLI) THEODORO V̄. C̄. CONS.

V

5 postea] *fortasse* praepostera

XI, 24, 5 (399 Mai. 25).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Excellentia tua his legibus, quae de prohibendis patrociniis aliorum principum nomine promulgatae sunt, severiorem poenam nos addidisse cognoscat, scilicet ut, si quis agricolis vel vicanis propria possidentibus patrocinium reppertus fuerit ministrare, propriis facultatibus exuatur, his quoque agricolis terrarum suarum dispendio feriendis, qui ad patrocinia quaesita confugerint. DAT. VIII KAL. IVN. CONSTANTINOP(OLI) THEODORO V̄. C̄. CONS.

V

2 principium *V*

XI, 24, 6 (415 Dec. 3).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Valerii, Theodori et Tharsacii examinatio conticiscat, illis dumtaxat sub Augustaliano iudicio pulsandis, qui ex Caesarii et Attici consulatu possessiones sub patrocinio possidere coeperunt. Quos tamen omnes functionibus publicis obsecundare censemus, ut patronorum nomen extinctum penitus iudicetur. Possessiones autem athuc in suo statu constitutae penes priores possessores residebunt, si pro antiquitate census functiones publicas et liturgos,
1 quos homologi coloni praestare noscuntur, pro rata sunt absque dubio cogrituri. Metrocomiae vero in publico iure et integro perdurabunt, nec quisquam eas vel aliquid in his possidere temptaverit, nisi qui ante consulatum praefinitum coeperit procul dubio possidere, exceptis convicanis, quibus pensitanda pro fortunae condicione negare non possunt.
2 Et quicumque in ipsis vicis terrulas contra morem fertiles possederunt, pro rata posses-
3 sionis suae glebam inutilem et conlationem eius et munera recusent. Ii sane, qui vicis quibus adscribti sunt derelictis, et qui homologi more gentilicio nuncupantur, ad alios seu vicos seu dominos transierunt, ad sedem desolati ruris constrictis detentatoribus

2 arsacii *Gothofredus* 3 caesario *V* 5 paenitus *V* paenes *V* 7 omologi *V* abque *V* cognitori *V* 8 nec] *Gothofredus*, ne *V* 10 quibus] *scripsi*, a quibus *V* 12 recusent] recognoscent *vir doctus apud Haenelium*, ne recusent *Gothofredus* hii *V* 12/14 qui homologi (omologi *V*) m. g. nuncupantur et vicis q. a. s. derelictis ad alios *scr.* 14/615, 1 *fortasse scr.* redire cogantur adstrictis detentatoribus qui

redire cogantur, qui si exsequenda protraxerint, ad functiones eorum teneantur obnoxii
4 et dominis restituant, quae pro his exsoluta constiterit. Et in earum metrocomiarum
locum, quas temporis labsus vel destituit vel viribus vacuavit, ex florentibus aliae sub-
5 rogentur. || ⌜Arurae quoque⌝ et possessiones, quas curiales quolibet
pacto publicatis aput acta provincialia desideriis suis vel reliquerunt
vel possidere alios permiserunt, penes eos, qui eas excoluerunt et functiones publicas recognoscunt, firmiter perdurabunt, nullam habentibus
6 curialibus copiam repetendi. || Quidquid autem in tempus usque
dispositionis habitae a viro inlustri decessore sublimitatis tuae ecclesiae
venerabiles, id est Constantinopolitana atque Alexandrina possedisse deteguntur, id pro intuitu religionis ab his praecipimus firmiter retineri, sub ea videlicet sorte, ut in futurum functiones omnes, quas metrocomiae debent et publici vici pro antiquae capitationis
7 professione debent, sciant procul dubio subeundas. Nequaquam cefalaeotis, irenarchis,
logografis chomatum et ceteris liturgis sub quolibet patrocinii nomine publicis functionibus denegatis, nisi quid ex his quae exigenda sunt vel neglegentia vel contemptus
8 distulerit. Metrocomias possidere nostro beneficio meruerunt, et publicos vicos committere compellantur. DAT. III NON. DECEMB. HONOR(IO) X ET THE(O)D(OSIO) VI AA. CONSS.

|| *inc.* ⌜Rura⌝ IVST.

|| *fin.* IVST.

V. — IVST. 11, 59, 14.

4 arure *V* 6 paenes *V* 9 a uiro] *sic* (*non* auro) *V* 13 debent *delendum* cefaleotis hirenarchis *V* 15 nisi] *scr.* si 16 metrocomias] qui metrocomias *Gothofredus*

XXV. DE QVADRIMENSTRVIS BREVIBVS.

Iust. 1, 42: de quadrimenstruis tam civilibus quam militaribus brevibus.

25, 1 (393 Mai. 21).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quotienscumque quadrimenstrui breves ab apparitoribus ducianis ad sedem vestrae celsitudinis destinantur, parilis notitia provinciali quoque tradatur officio, ut, priusquam ad iudicium vestrum examinanda mittantur, ibidem sub utrorumque praesentia conferantur, ut, qui perperam vel petita vel erogata notaverit, confutetur, ne discordante brevium modo in eorum damnum expensa revocetur, qui susceptionibus vel nominationibus obligati quae militum nomine petuntur exsolvant, nec inputari sibi quod exsolverint congemiscunt. DAT. XII KAL. IVN. CONSTANTINOP(OLI) THE(O)D(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

5 discordanti *V* 7 exsoluant] *fortasse* exsoluentes 7/8 congemescunt *V*

XXVI [= BREV. VII]. DE DISCVSSORIBVS.

de discussionibus *HGP¹MLS.* — *Iust.* 10, 30.

26, 1 (369 Mai. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD ARTEMIVM VIC(ARIVM) HISPANIARVM. Quotiens in disceptatione constiterit inique discussionem fuisse confectam et fidem facti non poterit adprobare discussor, ipse in eodem titulo et in eodem modo ad solvendum protinus urgeatur, in quo alterum perperam fecerit debitorem. DAT. PRID. ID. MAI. VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE CONSS.

V (cum Solms.). — IVST. 10, 30, 1.

1 arthemium *V* 3 titulo et in eodem *om.* *V*[1]

XI, 26, 2 [= BREV. XI, 7, 1] (400 Nov. 27).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Maximas praedas hoc pacto agi de provincialibus certum est, ut acceptae semel securitates et regestae polyptychis a discussoribus vel apparitoribus denuo postulentur, non quod utilitas publica flagitat, sed ut, si casu est amissa securitas, maior praeda nascatur. Decernimus itaque, ut, quando insertae securitates ratiociniis publicis continentur, rursus per iniuriam non petantur. DAT. V KAL. DEC. STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

IVST.
Ne casu amissa securitate publica quaedam praeda nascatur collatoribus, decernimus, ut, quando securitates a discussoribus seu apparitoribus expositae ratiociniis publicis continentur, rursus per iniuriam non petantur.

INTERPRETATIO. Lex ista hoc iubet in hoc maximam praedam exactores de provincialibus exercere, ut post emissas securitates iterum polypticos et securitates incipiant postulare, quod ab his non pro publica utilitate fieri, sed ut, si securitates inventae non fuerint, maior eis praeda nascatur. Ideoque statuit, ut, si securitates ratiociniis publicis vel in polypticis exactorum continentur, iterum per cupiditatis nequitiam non petantur.

V. — BREV. *(H[deficit* 12 *in* exactores*]NGOECPMLS).* — IVST. 10, 30, 2.

1 āā *om. O* messali *S,* missale *G* 2/3 hoc (haec *M*) pacto *post* certum est *O* 3 ut *om. G* 3/4 deceptae G^{v}*CPMLS* 4 semel] simul *GECPMLS* securitatis *GEC* et] ex *O* regestae] rei gestae *Brev. (praeter H?)* polypticis *V et plerique,* polepticis *ES,* his poliptícis *H* 5 a] ad *L* apparitoribus] a praetoribus *N,* aparatoribus *GE* 5/6 postuletur *V* 6 flagitetur *O* 7 ut *om. H* cadsu *H* amissa] ramissa V^{1}, ista ipsa G^{v} 8 nascitur *H* ut *om.* E^{a} quando] si quando *O* insertae (-ta *N*) securitates (-tis *NCPMLS*)] s. i. *O* 9 continetur L^{a}, non teneantur *H* 10 per] uel *H* peccantur G^{a} 10/11 dat. u k. dec. (med. *inserunt CPMS interpolantes opinor*) stilichone (stilicone *fere libri*) et aur. (iuliano *E*) *libri* 12 *ante* lex *rubricam repetit E* iubet] continet G^{t}, dicit *E* hoc] hac *G* maxima praeda *L* 13 polepticos *E* et *om.* G^{b} accipiant *S* 14 ab] ad *N* non *om. in sp. vac. C* si *om. NES* maior] maiores *S* 15 ideoque . . . . . publicis *om. S* ut] et *L* securitas *PM* 16 non *om.* E^{t} conteneantur *N,* retinentur E^{v} cupiditates *NG*E^{b} nequitia *GC* petatur *L*

XXVII. DE ALIMENTIS, QVAE INOPES PARENTES DE PVBLICO PETERE DEBENT.

XI, 27, 1 (315 Mai. 13).

IMP. CONSTANTINVS A. AD ABLAVIVM. Aereis tabulis vel cerussatis aut linteis mappis scribta per omnes civitates Italiae proponatur lex, quae parentum manus a parricidio arceat votumque vertat in melius. Officiumque tuum haec cura perstringat, ut, si quis parens adferat subolem, quam pro paupertate educare non possit, nec in alimentis nec in veste inpertienda tardetur, cum educatio nascentis infantiae moras ferre non possit. Ad quam rem et fiscum nostrum et rem privatam indiscreta iussimus praebere obsequia. DAT. III ID. MAI. NAISSO CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII AA. CONSS.

V (cum Solms.).

4 pro *om.* V^{1} educare *bis* V^{1}

XI, 27, 2 (322 Iul. 6).

IDEM A. MENANDRO. Provinciales egestate victus atque alimoniae inopia laborantes liberos suos vendere vel obpignorare cognovimus. Quisquis igitur huiusmodi repperietur,

---

1 Menandro] *mag. incertus* **aegestate** *V*

qui nulla rei familiaris substantia fultus est quique liberos suos aegre ac difficile sustentet, per fiscum nostrum, antequam fiat calamitati obnoxius, adiuvetur, ita ut proconsules praesidesque et rationales per universam Africam habeant potestatem et universis, quos adverterint in egestate miserabili constitutos, stipem necessariam largiantur atque ex horreis substantiam protinus tribuant competentem. Abhorret enim nostris moribus, ut quemquam fame confici vel ad indignum facinus prorumpere concedamus. DAT. PRID. NON. IVL. ROM(AE) PROBIANO ET IVLIANO CONSS.

V

1 sustentent *V* 3 habeant potestatem et (ut *Gothofredus*) *delendum* 4 aegestate *V*

XXVIII. DE INDVLGENTIIS DEBITORVM.

28, 1 (363 [362] Oct. 26).

IMP. IVLIANVS A. AD AVITIANVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Excepto auro et argento cuncta reliqua indulgemus. DAT. VII KAL. NOV. ANTIOCHIAE, ACC. XV KAL. APRIL. KARTHAG(INE) IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

V

28, 2 (395 Mart. 24).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. DEXTRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quingenta viginti octo milia quadraginta duo iugera, quae Campania provincia iuxta inspectorum relationem et veterum monumenta chartarum in desertis et squalidis locis habere dinoscitur, isdem provincialibus concessimus et chartas superfluae discribtionis cremari censemus. DAT. VIIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V

4 hisdem *V* describtionis *V*

28, 3 (401 Iun. 25).

IDEM AA. ANDROMACHO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnium titulorum, sive qui ad inlustres viros praefectos praetorio sive qui ad largitiones nostras pertinent, usque in consulatum primum clementiae nostrae, id est usque indictionem quintam decimam, quae proxima fuerit, reliqua universa concedimus. Atque ut ipsa memoria reliquorum intercidat, chartas omnes, sive quas tabularii civitatum sive officia iudicum sive officium palatinum sive discussores habent, quibus tamen eius temporis et debitorum nomina et debita continentur, undique in medium congregatas palam flammis iubemus aboleri. Post consulatum vero mansuetudinis nostrae, id est a prima indictione in consulatum Olybrii et Probini, omnium reliquorum exactionem suspendi oportere censemus, donec admoniti ordinarii iudices nominatorios breves absque ulla conscribtos fraude transmittant, quibus aperte liqueat, quae penes minuscularios, quae penes curiales debita, quae etiam in defectis domibus habeantur, his enim praecipue consulendum est, qui iusto remedio indigent. Noverint igitur officia ad se omne dispendium rediturum, si occultatis idoneis in eorum locum faeneos defectosve subiecerint. Ex consulatu sane Olybrii et Probini, id est ex nona indictione in praesentem diem adcelerari solutionem omnium conveniet debitorum.

1 ardromacho *V* 4 fuit *Gothofredus* 8 nostrae] *scr.* nostrae primum 10 nominatarios *V* 11 paenes *V* paenes *V* etiam] *Gothofredus*, tam *V*

Eos etiam, qui personalibus debitis sacro aerario tenentur adstricti, id est conductores diversorum portuum ac vectigalium, volumus esse securos. Publicani etiam et telonarii, praepositi thesaurorum adque bafiorum, procuratores gynaececariorum ac monetariorum ceterique, quos omnes in chartis suis officium palatinum sine ullo aetatis fine custodit, decernimus, ut, quaecumque per eos debita contracta sunt, submoveantur. Ab heredibus etiam memoratorum exactionis atrocitas conquiescat. DAT. VII KAL. IVL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

V

2 puplicani V^1 thelonarii *(em. m. rec.)* *V* 3 bafyorum *V* gynechceariorum *V* 6/7 *consulatus Honorii primus respondet a. 386, ei aequiparata indictio XV a. 386/7, sequenti indictio I a. 387/8; consulatus Olybrii et Probini a. 395, indictio VIIII a. 395/6, indictio XV ei proxima a. 401/2. Ante eius initium cum constitutio data sit, confirmatur subscriptus dies 401 Iun. 25. Reliquae constitutiones ad Andromachum pu datae cum sint a. 395, probabile est eum praefecturam urbanam bis administrasse*

XI, 28, 4 (408 Sept. 13).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ab omni intra Italiam iugatione, quam muuere annonariae functionis absolvimus, etiam glebalem pensionem iubet serenitas nostra removeri. DAT. ID. SEPT. MED(IOLANO) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

V

1 *requiritur* impp. Honorius et Theodosius AA.

XI, 28, 5 (410 [409] Nov. 25).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. HONORATIS ET POSSESSORIBVS PER AFRIC(AM). Reliquorum ex fiscalibus titulis cuncta debita nostrae mansuetudinis indulgentia subsequatur. ET CETERA. DAT. VII KAL. DEC. POST CONS. HONOR(II) VIII ET THEOD(OSII) III AA.

V

2 manusetudinis *V* 3 pos *V* *Subscriptum videtur fuisse* VII k. Dec. [Honorio VIII et Theodosio III AA. conss., accepta . . . .] post cons. Honorii VIII et Theodosii III AA., *quo ducit et quod sequitur constitutio data a. 410 VII k. Iul., et postconsulatus principio anni conveniens.*

XI, 28, 6 (410 Iun. 25).

IDEM AA. MACROBIO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Considerantes Africae devotionem usque in initium fusionis quintae universa reliqua, quae tam ad arcam sublimium potestatum quam ad largitiones pertinent, relaxari praecipimus. Privatae quoque rei debita similiter relaxamus chartis abolitis, quibus debita publica continentur. DAT. VII KAL. IVL. RAV(ENNAE) VARANA CONS.

V

2 *indictio V respondet in Africa (vide ad 11, 28, 8) a. 405/6*

XI, 28, 7 (413 Mai. 8).

IDEM AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Campaniae Tusciae Piceno Samnio Apuliae Calabriae, sed et Brittiis et Lucaniae ex omni praestationis modo, quem antiqua sollemnitas detinebat, quattuor partes iubemus auferri, ita ut ex indictione decima quinque

1 apaliae *V* 3 ex indictione decima] *indictio decima cum respondeat a. 411 Sept. 1—412 Aug. 31, scripta est constitutio currente indictione XI; ita anni quinque finiunt a. 416 Aug. 31. Expectamus sane annos tantummodo futuros, currentes scilicet ex indictione decima tertia*

annorum indulgentia contributa partem solvant publicae functionis. Ad reparationem sane cursus intra indulgentiae tempus quidquid fuerit postulatum, id solum conferri censuimus. DAT. VIII ID. MAI. RAV(ENNAE) LVCIO V. C. CONS.

V

1 partem] *scr.* quintam partem solam

28, 8 (414 Apr. 3).

IDEM AA. SELEVCO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Naviculariis intra Africam ex quarta decima indictione consulatus Valentiniani Aug. III et Eutropi v(iri) c(larissimi) usque ad indictionem quartam consulatus nostri septies et Theodosi iterum omnia reliqua indulgemus. DAT. III NON. APRIL. RAV(ENNAE) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

V

1 seleucho *V* 2 consolatus *V* *Consulatus Valentiniani III et Eutropii a. 387 secundum computum solitum respondet indictioni XV/I, consulatus Honorii VII et Theodosii II a. 409 indictioni V/VI; numeros uno minores explicat novella Valentiniani III I:* in quartam usque indictionem per omnes provincias atque insulas Italiae, per Africam vero tertiae indictionis

28, 9 (414 Apr. 9).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Per omnes provincias Orientis ex indictione undecima Valentiaca in quintam usque nuper transactam indictionem, annorum scilicet quadraginta, id est ex consulatu divorum Valentiniani et Valentis iterum Augustorum usque ad consulatum invictissimi Honorii patrui mei septies et meum iterum, omnium generalium titulorum sub aequa lance tam curiis quam conlatori privato et patrimoniali, divinae quin etiam domui omnique iuri munifico, nec non et cellariis, praeter trium metallorum debitoribus Docimeni, Proconensis et Troadensis, concessimus reliqua, sive species sive aes pecunia aurum argentumque debetur, ita ut nec horreis et praefectoriae arcae nec nostro aliquid ex his aerario debeatur; sequentis temporis debitis ex indictione sexta usque ad praesentem duodecimam emergentibus necessitatibus reservatis. DAT. V ID. APRIL. CONSTA(NTI)NOP(OLI) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

DE EADEM RE SCRIBTVM EDICTVM AD POPVLVM: AD MARCIANVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM): MVSELLIO PRAEPOSITO SACRI CVBICVLI DE TITVLIS AD DOMVM SACRAM PERTINENTIBVS: AD RECTORES PROVINCIARVM: ET DE METALLARIIS EDICTVM AD POPVLVM PER PROVINCIAS ILLYRICI ET AD RECTORES PROVINCIARVM.

V

2 in *om. V* 7 proconensi *V* concessim *V* 11 *indictio XI Valentiaca respondet a. 367/8, consulatus Valentiniani II et Valentis II a. 368 (videtur igitur intellegi indictionis finis), indictio 'nuper transacta' V a. 407/8, consulatus Honorii VII et Theodosii II a. 407, indictio VI a. 408/9, indictio praesens XII a. 413/4*

28, 10 (415 Iul. 11).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Indulgentiam, quam ex undecima indictione Valentiaca in quintam usque nuper transactam generaliter per omnes provincias et populos sparsimus, nonnulli visi sunt in suum conpendium rapinamque convertere, ut fierent privata debita, quae fuerant publica. Ideoque ut largitatem nostram non nomine, sed re ipsa provinciales experiantur, a nullo ordine obtentu anticipatae per se inlationis ulterius aliquid exigantur, cum eis sufficere debeat ad medellam, quidquid et ipsi ex

3 uisi] *V*rec., usi *V*

eadem indulgentia meruerunt, quam sacrilego animo temerare conati sunt. DAT. V ID. IVL. CONSTAN(TIN)OP(OLI) HONOR(IO) X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

V

XI, 28, 11 (416 Sept. 9).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Primipili reliqua, tamquam ad nuper emissam generalem indulgentiam minime pertineant, flagitari cognovimus. Ideoque sancimus primipili quoque reliqua eiusdem temporis relaxari nec quemquam debere pro eo tempore, quod indulgentia definivit, primipili vel cuiuslibet alterius tituli gratia conveniri praeter Docimeni, Proconensis et Troadensis metallorum debitores, quos et dudum latae indulgentiae series conprehendit. DAT. V ID. SEPT. HERACLEAE THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

V

5 et dudum] *expectes* nec dudum

XI, 28, 12 (418 Nov. 15).

IDEM AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Praeter censuales functiones Campania, quam et vetustatis gravior onerat adscribtio et post hostium vastavit incursio, peraequatis territoriis nonam partem tantummodo praeteriti assis publicarum toleret functionum. Picenum vero et Tusciam suburbicarias regiones septimam tributorum ad supputationem professionis antiquae per universos titulos iubemus agnoscere, ut reciso antiqui census onere is tantum modus, quem superius conprehendimus, chartis publicis inseratur, hac condicione, ut omnis super desertorum nomine querella in posterum conquiescat. DAT. XVII KAL. DEC. RAV(ENNAE) HONOR(IO) XII ET THEOD(OSIO) VIII AA. CONSS.

V

1 censuales] cursuales *Gothofredus* 3/4 punctionum *V* 5 antique *V* reciso] *V*rec., recisio *V*

XI, 28, 13 (422 Febr. 20).

IDEM AA. VENANTIO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Breves, quos spectabiles ac probatissimi nobis viri ac palatinorum sacrarum vel ad praetoriana scrinia detulerunt, et professionis modum eum, qui brevibus sedit, scribi volumus, eum vero qui recisus est de chartis publicis iubemus auferri. Unde secundum fidem polyptychorum per provinciam proconsularem novem milia duas centurias iugera centum quadraginta unum in solvendo et quinque milia septingentas centurias iugera centum quadraginta quattuor semis in removendis, per provinciam vero Byzacenam in praestanda functione septem milia quadringentas sexaginta centurias iugera centum octoginta, septem milia sescentas quindecim vero centurias iugera tria semis in auferenda constat adscribta, ut circa eos, quibus conlocata ac relevata sunt praedia, ad securitatem perpetuae proprietatis intermina possint aetate servari. De his vero, quae edictis pendentibus nondum sunt certis adsignata personis, rectores provinciarum decernimus providere, ut manentibus remediis, quae fides supra dicta adtribuit, idoneis conlocentur. DAT. X KAL. MART. RAV(ENNAE) HONOR(IO) XIII ET THEOD(OSIO) X AA. CONSS.

V

2 ac palatinorum sacrarum uel] *fortasse* ad (*sic Gothofredus*) palatina privatarum sacrarumue uel 4 polypticorum *V* prouincias proconsolarem *V*

28, 14 (423 Febr. 8).

IDEM AA. RVFINO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quod de annonariis functionibus per urbicarias regiones clementia nostra concessit, etiam in largitionalibus titulis et enfyteuticis rei publicae praediis custodiri mandamus. Amotis igitur reliquis etiam circa largitionales titulos debita ex praesenti indictione constituet chartis abolitis debitorum. Capitali sane supplicio percelletur, quisquis provincialem supra constitutum hac auctoritate modum debitae functionis adstrinxerit. REGESTA VI ID. FEB. RAV(ENNAE) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

V

2/3 enfyteuticis] V^a, enfytheuticis V^b 4 constitues *Gothofredus*   5 sano *V*   6 adstrinxerint *V*

28, 15 (434 Iun. 20).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. TAVRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Quicumque ex inposita describtione donatis relevatisque per sacram liberalitatem obnoxium se esse ex parte vel ex integro cognoscit, nostri numinis beneficio liberetur. ET CETERA. DAT. XII KAL. IVL. CONSTAN(TIN)OP(OLI) ARIOVINDO ET ASPARE CONSS.

V

1 theodorus *V*   ppo] proposito *V*   4 hariobindo *V*

28, 16 (433 Apr. 22).

IDEM AA. TAVRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. A sexta indictione, ad quam superior indulgentia usque processit, ad undecimam nuper transactam sub aequa dimensione tam curiis quam possessori privato ac patrimoniali, divinae quin etiam domui, ex omni iure munifico nec non et in speciebus cellariensibus reliqua indulgemus, ita ut, quae in istis viginti annis a sexta, qua dictum est, indictione undecimam usque per omnes titulos sive in speciebus sive pecunia auro argentoque, debentur nomine reliquorum, omnibus concedantur. Nihil de his viginti annis speret publicorum cumulus horreorum, nihil arca amplissimae praefecturae, nihil utrumque nostrum aerarium. DAT. X KAL. MAI. THEOD(OSIO) A. XIIII ET MAXIMO V̄. C̄. CONSS.

V

1 sexcta *V: sexta indictio = a. 407 Sept. 1— 408 Aug. 31*   2 ad undecimam] *a. 427 Sept. 1— 428 Aug. 31*   3 domui] *Gothofredus*, domus *V*   8 amplissime *V*

28, 17 (436 Iul. 14).

IDEM AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Debita susceptoribus ante decimam indictionem congregata, quae sedes excelsa pretiis humanioribus adaeravit, ex parte dimidia condonamus, arcae cetera inferri praecipimus. DAT. PR(ID). ID. IVL. CONSTANTINOP(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

V

1/2 ante decimam indictionem] *ante a. 426 Sept. 1*

XXVIIII. DE RELATIONIBVS.

uiiii de relationibus *in litura V.* — *Iust.* 7, 61.

XI, 29, 1 (312 [313] Dec. 27).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CLAVDIVM PLOTIANVM CORRECTOREM LVCANIAE ET BRITTIOR(VM). POST ALIA: Super paucis, quae iuridica sententia decidi non possunt, nostram debes consulere maiestatem, ne occupationes nostras interrumpas, cum litigatoribus legitimum remaneat arbitrium a sententia provocandi. DAT. VI KAL. IAN. TREV(IRIS), ACC. VIII ID. FEB. REGIO CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

V

2 paucis] paucis his *malim* debes] V^1, alibi non debes V^2 *in margine* 4 ui] iii *iuncta* 11, 30, 1. — *Consulatum apparet trahendum esse ad diem priorem, constitutionem datam esse 313 Dec. 27, acceptam 314 Febr. 6; nam a. 312 extremo Constantinus morabatur Romae*

XI, 29, 2 (319 Febr. 10).

IDEM A. PROFVTVRO P(RAE)F(ECTO) ANNONAE. Si quis iudicum duxerit esse referendum, nihil ⌈ pronuntiet, sed magis super quo haesitandum putaverit, nostram consulat scientiam aut, si tulerit sententiam, minime postea, ne a se provocetur, relatione promissa terreat litigantes ⌈. DAT. IIII ID. FEB. SIRMIO CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

⌈ inter partes IVST.

⌈ sciens, quod, si hoc fecerit, nihilo minus iure appellationum res agitabitur: sed nec ad nos mittatur aliquid, quod plena instructione indigeat. IVST.

V. — IVST. 7, 61, 1.

2 quo] *Iust.*, quod *V*

XI, 29, 3 (368? 370? Dec. 30).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Super delictis provincialium numquam rectores provinciarum ad scientiam principum putent esse referendum, nisi ediderint prius consultationis exemplum. Quippe tunc demum relationibus plena maturitas est, cum vel allegationibus refelluntur vel probantur adsensu. DAT. III KAL. IAN. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V. — IVST. 7, 61, 2.

3 consulationis V^1

XI, 29, 4 (369 Mai. 10).

IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD APODEMIVM. Si quando ratio aut necessitas est in negotiis nostra iudicia requirendi exspectandique responsa, omnem omnino causam relationis series conprehendat, ut recitata consultatione, quae ita est dirigenda, propemodum actorum recensione non opus sit; actis etiam necessario sociandis. DAT. VI ID. MAI. TREV(IRIS) VALENTINIANO NB. P. ET VICTORE CONSS.

V. — IVST. 7, 61, 3.

1 Apodemium] *mag. incertus* 3 consulatione *V* 3,4 auctorum V^1

29, 5 (374 Febr. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRA(TI)ANVS AAA. AD EVPRAXIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quicumque iudicum vel appellatione interposita vel ipse dubitans relationem in causa vel civili vel criminali spoponderit sese missurum, exemplum opinionis edendae refutatoriorumque dandorum, sed et transmittendae relationis intra eum diem servet, qui Constantiniana lege decretus est, ita ut simul omnia ad eam de qua refertur causam pertinentia acta transmittat. Quod si qui iudicum posthac non ita observaverit cuncta in relationibus dirigendis, quae iam pridem statuta sunt, eo crimine tenebitur una cum officio, quod ordinem servandorum suggerere neglexerit, quo tenentur, qui sacrilegium admiserint. ET CETERA. P(RO)P(OSITA) XVI KAL. MART. GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

V

1 graanus (*sic*) *V* 3/4 reputatoriorumque *V*[1] 4 dandorum sed .... intra eum diem seruet] *scr.* dandorum faciat sed et tr. r. eum diem seruet (*add.* faciet *et del.* intra) 4/5 constantiniana] *Gothofredus*, constantiana *V* 9 aequitio *V*

29, 6 (416 Sept. 9).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Numquam ad unius litigatoris querimoniam nostris altaribus suggestio offeratur, ita ut, si cuiusquam ambitione plectenda inportunitas id forte meruerit, ei, cuius intentione contra generale factum fuerit constitutum, damnum litis iudex infligat nec umquam in redivivum statum negotium redigatur, quod hac fuerit condicione praesumptum. DAT. V ID. SEPT. RAV(ENNAE) D. N. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

V

2 quaerimoniam *V* 4/5 infligat nec u. in rediuiuum (*sic corr.*, *antea* rediuium) ... redigatur] *V*[2], infligatur *V*[1]

XXX [= BREV. VIII]. DE APPELLATIONIBVS ET POENIS EARVM ET CONSVLTATIONIBVS.

Rubr. om. O appelationibus *V* eorum *N* consolationibus (conlationibus *S*) *Brev.* — *Iust.* 7, 62: de app. et cons.

30, 1 (312 vel 313 [313] Dec. 30 [27]).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CLAVDIVM PLOTIANVM CORRECTOREM LVCANIAE ET BRITTIOR(VM). ⸢Si in negotio civili cognitis utrisque actionibus pronuntiaveris te ad nostram scientiam relaturum, consultationis exemplum litigatoribus intra decem dies⸣ edi aput acta ⸢iubeas⸣, ut, si cui forte relatio ⸢tua⸣ minus plena vel contraria videatur, is refutatorias preces similiter ⸢tibi⸣ aput acta ⸢ offerat ‖ intra dies quinque, quam illi exemplum consultationis tuae obtuleris. Iam dicationis tuae est omnia, quae aput te vel aput alios gesta fuerint in eo negotio, consultationi tuae cum refutatoriis litigantis adnectere, ita ut scias et decem dies, intra quos edi consultationem oportet, et quinque, intra quos preces refutatoriae offerendae sunt, continuos debere servari. Nam quinque diebus transactis nec offerentem preces refutatorias litigatorem debebis audire, sed sine his, quoniam intra statutum tempus oblatae non sunt,

IVST.

⸢Si in ... dies⸣] quotiens autem ad nostram scientiam iudex se polliceatur relaturum, consultationis exemplum litigatoribus ilico⸣

⸢iubeat⸣

⸢ ⸣ *om.*

⸢ ⸣ *om.* | ⸢ sine aliqua frustratoria dilatione

‖ *fin.*

---

4 relaturam *V*[1] 12 refutatoris *V*[1]

gesta omnia ad nostram referre scientiam. ET CETERA. DAT. III KAL. IAN. TREV(IRIS) CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

V. — IVST. 7, 61, 1.

1 iii kal.] ui kal. *coniuncta* 11, 29, 1. — *Propter diem vide ad 11, 29, 1*

XI, 30, 2 [= BREV. XI, 8, 1] (314 Nov. 3).

IDEM A. AD CATVLLINVM. POST ALIA: Minime fas est, ut in civili negotio libellis appellatoriis oblatis aut carceris cruciatus aut cuiuslibet iniuriae genus seu tormenta vel etiam contumelias perferat appellator, absque his criminalibus causis, in quibus, etiamsi possunt provocare rei, eum tamen statum debent obtinere, ut post provocationem in custodia ⌈ perseverent. ‖ Ea custodita moderatione, [⌈ si fideiussoris idonei copiam non habeant IVST. ‖ *fin.* IVST.] ut eorum provocationes recipiantur, qui easdem non a praeiudicio interposuisse noscuntur aut etiam ante causam examinatam et determinatam, sed universo negotio peremptoria praescribtione finito vel per cuncta membra decurso contra iudicem interpositae esse noscantur. ET CETERA. DAT. III NON. NOV. TREV(IRIS), ACC. XV KAL. MAI. HADRVMETO VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

INTERPRETATIO. Lex ista hoc praecipit non debere appellantem aut carceris custodia aut cuiuslibet iniuriae adflictione constringi exceptis tamen criminalibus causis, in quibus similis accusantem et accusatum condicio poenae custodiaeque constringit: et eorum appellationes dicit debere recipi, sed ita, ut qui appellaverit, in custodia teneatur, quousque ad alium iudicem crimina obiecta perveniant, ut discussis ad integrum omnibus aut de absolutione aut de damnatione accipiat sententiam finitivam.

V. — BREV. *(NGO[om. int.]ECPMLS)*. — IVST. 7, 62, 12.

1 idem] imp. constantinus *(om. L) Brev. Iust.* ad] a *L* catullinum] *V*, catulinum *plerique*, catolinum *NS*, catulinu *L* aliam *N* 1/2 appellaturiis *M* 2 cruciatum *O* aut] ad *S* 2/3 uel etiam] siue *G* 3 perferant *E* appellatur $P^{1}M$, apellatus $G^{v}E^{b}$ *et* E^{v}, apellatos E^{a} absque] preter *G* 4 prouocare rei] *scripsi*, rei prouocare *O*, prouocare *V et reliqui* cum *E* statutum $V^{1}L$ pronocatione *N* 4/5 custodiam $G^{a}PM$ 5 perseuerint *M* custodiat *E* 6 ut] ut per E^{b} prouocatione *N* respiciantur G^{v} qui] quia E^{b} eadem G^{b} 7 non a] non *OL*, non ad *S*, dona *G* praeiudicium *S* interposuisse] ut interposuisse E^{b}*(?)* 7/8 terminatam *N* 8 peremptoriam *N* proscriptione *CPMLS*, perscriptione *G Pith. (ex 2)*; praeceptione E^{t} finita *G* per *om. L* 9 decurso] *VO*, decursa *GE*, discurso *NS*, discusso *CPML* contra iudicem (c. i. *om. O*) interpositae (interposita *GO*, deposita *E*) esse noscantur (noscuntur *OPMLS Pith.*) *delenda* 9/10 dat. iii (iiii *GCPMS*) non. nou. treū (triu. *NCM*, triueros *P*), acc̄. (aug. cc *G*) xu (xui *G*) k. mai. hadr. (adrumeto *OC*, adrumetu *PM*, adrometo *NE*, de roma *G*) uolusiano (uolosiano *N*) et anniano (aniano *O*, annoniano *G*, et ann. *om. E*) *libri. Propter annum vide ad 9, 40, 1* 11 ista lex *P* praecepit *NL*, dicit *E* custodiam G^{a} 12 similis] singulis *PM* 13 custodiaque *G* appellationibus *S* dicet *N* 14 recipi sed] recepisse *S* appellauerint *G* teneantur *G* 15 peruenient *C*, perueniantur *S* ut] at *L* aut de *om. S* obsolutione *G* de *om. S*

XI, 30, 3 (315 Aug. 25).

IDEM A. AD PROBIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Appellationum causas, quae per vos in auditorio nostro, quibus vicem nostri mandamus examinis, diiudicantur, ita audire debes, ut edicto, quod super appellationum negotiis finiendis iam generaliter constitutum est, pareas atque eadem negotia quam maturissime explices. DAT. VIII KAL. SEPT. ROM(AE) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

V

1 causas] V^{2}, causas has V^{1} 2 ita] *Cuiacius*, id *V* 4/5 *Probianum in proconsulatu Africae successisse Aeliano Constantinus et Licinius scribunt in epistula ad eum missa apud Augustinum contra Cresconium 3, 81 vol. 9 p. 476 ed. Maur. = ep. 88 vol. 2 p. 214 ed. Maur.*

), 4 (315 Dec. 30).

IDEM A. AMABILIANO P(RAE)P(ECTO) ANNON(AE) AFRIC(AE). Officii cura est, ut omnes omnino appellationes, quaecumque fuerint interpositae, sollemniter curet accipere nec in recipiendis libellis aliquod genus iniuriae inferendum cuipiam existimet. P(RO)P(OSITA) III KAL. IAN. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

V

3/4 *tres subscriptiones legum datarum ad eundem:*
11, 30, 4: pp. III k. Ian. Constantino A. IIII et Licinio IIII
13, 5, 2: dat. k. Iun. Treviris Constantino A. IIII et Licinio IIII conss.
13, 5, 3: pp. V k. Iun. Constantinopoli Constantino A. V et Licinio C.
probabile est non differre nisi per librariorum errores.

), 5 (316 Aug. 13).

IDEM A. PETRONIO PROBIANO SVO SAL(VTEM). Ex illo tempore, quo in civilibus causis, quae inter privatos moventur, consulturum vel relaturum te esse promiseris vel appellationis a te interpositae sollemnia completa fuerint, nihil posthac tibi quodlibet speciale ac requisitum vel quibuscumque modis favoris gratiam praeferens audiendum est, sed observandum, ut iuxta priora statuta sollemnitatis more expleto gesta ad comitatum omnia dirigantur. ET CETERA. DAT. ID. AVG. ARELATO; P(RO)P(OSITA) ID. OCTOB. THEVESTE SABINO ET RVFINO CONSS.

V. — IVST. 7, 62, 13.

1 Petronio Probiano] *procos. Africae* 2 consultaturum *Iust.* 6 teueste *V*

), 6 (316 Aug. 13).

IDEM A. PETRONIO PROBIANO SVO SAL(VTEM). Supplicare causa pendente non licet nisi ⌜forte ei, cui opinionis exemplum negatum est vel instructionis universae subpressa transmissio.⌝ || Quo facto crimen iudici sacrilegii imminebit, qui hoc commisso litigatori supplicandi necessitatem inponit: cui aliter supplicanti dimidiae partis rei de qua agitur inponenda est multa, ut pro iudicis aestimatione fisco pretium inferat. Eo etiam, || qui ⌈ terminatam rescribto vel consultatione quaestionem exquisito suffragio refricare conabitur, ⌜quoniam maius crimen admittit⌝, in omnem litis aestimationem ⌜protinus condemnando et sub sacramenti observatione⌝ omni venia deneganda, si quis contra haec supplicare temptaverit. DAT. ID. AVG. ARELATO; P(RO)P(OSITA) ID. OCTOB. THEVESTE SABINO ET RVFINO CONSS.

IVST.
⌜vel actorum vel pronuntiationis editio denegetur⌝
|| *finit*
|| *redit* | ⌈ autem
⌜ ⌝ *om.*
⌜aduersario suo protinus condemnetur⌝

V. — IVST. 1, 21, 2.

1 Petronio *(om. Iust.)* Probiano] *procos. Africae* 10/11 consultatione] *V*[2] *Iust.*, consulatione *V*[1] | 16 thebeste *V*

), 7 (317 Iun. 6).

IDEM A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Litigatoribus copia est etiam non conscribtis libellis ilico appellare voce, cum res poposcerit iudicata ⌈. DAT. VIII ID. IVN. SIRMIO GALLICANO ET BASSO CONSS.

⌈ tam in civilibus quam in criminalibus causis IVST.

V. — IVST. 7, 62, 14.

3 uiii id. iun.] *V*, uii k. ian. *Iust. (PL), subscriptio convenit cum laterculo praefectorum*

XI, 30, 8 (319 Mart. 29).

IDEM A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Manente lege, qua praescribtum est, intra quot dies opinionis sive relationis exemplum privatis iudex debeat exhibere et refutatorii libelli intra quot dies rursum iudicibus offerendi sint, tam in privatis quam etiam in fiscalibus causis ex eo die, quo fuerit quaestio terminata vel ex quo relationem iudex per sententiam promiserit, intra vicensimum diem quaecumque ad instructionem pertinent causae, ad comitatum nostrum properantissime volumus adferri. Quod nisi factum fuerit, ab universo officio viginti transactis diebus, quos post latam sententiam placuit supputari, intra viginti alios dies qui sequuntur tantum fisco nostro praecipimus inferri, quanti per aestimationem rationalis emolumentum litis, cuius suppressa fuerat instructio, fidelissime potuerit aestimari. Cui capitale supplicium imminebit, si rigorem legis quocumque
1 modo mollire temptaverit. Eadem poena officio imminente, si quando appellatione vel consultatione pendente vel post decisas nostris responsionibus causas ei, quod ullo modo fuerit impetratum, damnabilem voluerit coniventiam commodare. Nam decreta nostra debet ingerere iudicanti ut ipso etiam dissimulante iudice reluctari et tamquam manibus iniectis eos de iudicio producere ac rationum officio traditos statuti prioris nexibus obligare, quorum desideriis violari nostras prospexerit sanctiones. P(RO)P(OSITA) IIII KAL. APRIL. ROM(AE) CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

V

2 quod *V* 3 quod *V* sint] *Beck,* sunt *V* 5 quēcumque *V* 10 capitali V^2 12 decicas V^a 13 conhibentiam *V* 14 iudicanti ut] V^2, iudicantia ut V^1: *malim* iudicantia ipso e. d. iudice et reluctari 15 producere] *fortasse* deducere 16/17 *subscriptio convenit cum laterculo praefectorum*

XI, 30, 9 (319 Iun. 22).

IDEM A. AD SEVERVM VIC(ARI)VM. Ne causas, quae in nostram venerint scientiam, rursus transferri ad iudicia necesse sit, instructiones necessarias plene actis inseri praecipimus. Nam cogimur a proferenda sententia temperare, ⌜qui sanximus retractari rescribta nostra ad opiniones vel etiam relationes iudicum data non oportere⌝, quoniam verendum est, ne lis incognito negotio dirimatur adempta copia conquerendi. Quare perennibus inuretur iudex notis, si cuncta, quae litigatores instructionis probationisque causa recitaverint, indita actis vel subiecta non potuerint inveniri. DAT. X KAL. IVL. AQVIL(EIAE) CONSTANTINO A. V ET LICINIO C. CONSS.

⌜qui . . . oportere⌝ *om.* IVST.

V. — IVST. 7, 62, 15.

5 quoniam] *malim* quando 6 conquaerendi *V* 7 causa] *Iust.,* causas *V* 9 a. u] $\overline{aa}$ *Iust.* *(PL),* u (*om.* a) *V Iust. (Miraeus)*

XI, 30, 10 (320 Iul. 8).

IDEM A. AD CRISPINVM. Si quis per absentiam nominatus ⌜ ad provocationis auxilium cucurrerit, ex eo die interponendae appellationis duorum mensum tempora ei conputanda sunt, ex quo contra se celebratam nominationem didicisse se monstraverit. Nam praesenti, qui factam nominationem cognovit et appellare voluerit, statim debet duorum mensum spatium conputari. DAT. VIII ID. IVL. CONSTANTINO A. VI ET CONSTANTINO C. CONSS.

IVST.
⌜ *interponitur* vel ad . . . evocatus *(Th. 11, 30, 19)*

V (cum Solms). — IVST. 7, 63, 1.

1 Crispinum] *mag. incertus* 3 duorum] *Iust.,* duum *V* mensum] *sic V Iust.* 4 se *addidi* 6 mensum] *sic V Iust.* dat. uiii (uii *Iust.* *[Ver.]*) id. iul. constantino ā ui (u *Iust. [Ver.]*) et constantino (constantio *Iust. [Ver.]*) c (cc *Iust. [Ver.)*] *libri*

0, 11 (321 Ian. 12).

IDEM A. AD MAXIMVM. POST ALIA: Nemo in refutationem aliquid congerat, quod adserere intentione neglexerit. Quod quidem saepe fit industria, si, quod quis probari posse desperet, in praesenti disceptatioue dissimulet, certus se esse revincendum, si commenticia et ficta suggesserit. Propter quod cogi etiam singulos oportebit ad proferenda in iudicio universa, quae ad substantiam litigii proficere arbitrantur, atque ea ratione urgeri, ut sciant sibi ex auctoritate legis istius non licere refutatoriis tale aliquid ingerere, quod aput iudicem non ausi fuerint publicare. Nam si plena, ut iubemus, adsertio per litigatorem in iudiciis exeratur et integra instructio in consulti ordinem conferatur, stabit ratum ac fidele, quod iudicia nostra rescribserint neque ullus querimoniae locus dabitur nec occasio supplicandi, ut convelli labefactarique iubeamus quae ad relationem eius sanximus, qui neque vera neque universa suggessit. Omnes igitur partium allegationes acta universa scribturarumque exempla omnium dirigantur. Quod cum universos iudices tum praecipue sublimitatem tuam, qui cognitionibus nostram vicem repraesentas, servare conveniet. Sane || etiam ex eo querimoniae litigantium oriuntur, quod a vobis, qui imaginem principalis disceptationis accipitis, appellationum adminicula respuuntur. || Quod inhiberi necesse est. Quid enim acerbius indigniusque est, quam indulta quempiam potestate ita per iactantiam insolescere, ut despiciatur utilitas provocationis, opinionis editio denegetur, refutandi copia respuatur? Quasi vero appellatio ad contumeliam iudicis, non ad privilegium iurgantis inventa sit vel in hoc non aequitas iudicantis, sed litigantis debeat considerari utilitas. DAT. PRID. ID. IAN. SIRMIO CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

|| *inc.* Etiam eos, qui imaginem principalis disceptationis accipiunt, appellationum adminicula necesse est accipere *fin.* IVST.

V. — IVST. 7, 62, 16.

1 Maximum] *intellege praefectum urbi* refutatione *V* 9 quaerimoniae *V* 10 nec] V^2, ne V^1 13 tum] *Gothofredus*, tunc *V* 14 quaerimoniae *V* 18 aceruius *V* 21 inuenta .... litigantis *bis* V^1 22 *subscriptio convenit cum laterculo praefectorum*

0, 12 (323 Apr. 13).

IDEM A. AD FLORENTINVM. Si nominatus magistratus aliquis refragetur, non appellatio, sed querimonia hoc dicetur, appellationis enim verbum in maioribus rebus dici oportet. Similiter et si ad exactionem annonariam nominatus de iniustitia queratur, non appellatio, sed querella hoc esse videbitur. Ideoque nec tempora appellationum servanda sunt, sed mox super huiusmodi querimoniis disceptandum. DAT. ID. APRIL. CONSTANTINOP(OLI) SEVERO ET RVFINO CONSS.

V

1 florentium *iuncta* 12, 1, 8: *fortasse* rationalis *(cf. 9, 3, 1)* 2 quaerimonia *V* 3 quaeratur *V* 4 quaerella *V* 5 quaerimoniis *V* 5/6 constantinopoli *delendum, si subscriptio (hic et 12, 1, 8) vera est*

0, 13 (326 [329?] Aug. 3).

IDEM A. AD IVLIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nonnulli iudicum inferioris gradus a sententiis suis interponi provocationis auxilium aegre ferentes id efficiunt, ut nobis eorum relationes non necessariae et insolentes ingerantur. Igitur volumus, cum ab eorum sententiis fuerit provocatum, super ea quaestione, cuius appellatione interposita iudices esse desierunt, minime eos ad nostram referre clementiam, sed gravitatis tuae, cui nostram vicem commisimus, sacrum auditorium expectari. DAT. III NON. AVG. HERACLEAE CONST(ANT)INO A. VII ET CONSTANTIO C. III CONSS.

V

6 haeracleae *V* 6/7 *Iulianus cum urbi praefuerit 326 Nov. 13—329 Sept. 6, fortasse scr.* Constantino A. VIII et Constantio C. III (329)

XI, 30, 14 (327 Iul. 31).

IDEM A. VICTORI RATIONALI VRB(IS) ROM(AE). Quoniam nonnulli fisci debitores, cum iussi fuerint debitam summam exsolvere, interposito provocationis auxilio vim exsecutionis eludunt nec iam opinionis exemplum nec refutatorias preces curant petere vel offerre, placuit, ut, si intra dies ⌜complendis⌝ sollemnitatibus praestitutos ad facienda haec appellatoris cura defuerit, deserta ab eo provocatio aestimetur moxque debitum exigatur. DAT. PRID. KAL. AVG. CONSTANTIO ET MAXIMO CONSS.

⌜ ⌝ *om.* IVST.

V. — IVST. 7, 62, 18. — *Scholia Vaticana sic:* XIIII arcet debitorem fisci per adpellationem debiti executionem eludere. Iubet ut, si suam praesentiam intra XX dies non praesentaverit, eius appellatio vacuetur. *Adscripsit ad vocabulum* 4 praestitutos *manus diversa:* id est intra XX dies.

4 intra dies] *V Iust.*, intra XX dies *scholia supra adlata*

XI, 30, 15 [= BREV. XI, 8, 2] (329 Iul. 29).

IDEM A. AD CONCILIVM PROVINCIAE AFRIC(AE). Non recte iudices iniuriam sibi fieri existimant, si litigator, cuius negotium sententia vulneratum est, a principali causa provocaverit, quod neque novum neque alienum a iudiciis est. Ideoque post negotium principale discussum litigatori liceat litem iuris remedio sublevare, et iudices observare debebunt, ne appellatores vel in carcerem redigant vel a militibus faciant custodiri. P(RO)P(OSITA) IIII KAL. AVG. KARTHAG(INE) CONSTANTINO A. VIII ET CONSTANTINO C̄. IIII CONSS.

INTERPRETATIO. Lex ista hoc iubet non debere iudices provinciarum assertiones appellantium ad suam iniuriam revocare, quia hoc nec novum nec alienum a iudiciis esse cognoscitur; et ideo hoc iubet, ut liceat litigatori vitiatam causam appellationis remedio sublevare. Hoc etiam specialiter praeceperunt, ut appellator nec in carcerem nec in quacumque custodia redigatur, sed ad agendum negotium suum liber observet.

V. — BREV. (*NGO[om. int.]ECPMLS*).

1 ad] a *L* consilium *S* sibi *om.* C^{a} fieri *om.* *CPMS* 2 exaestimant *N* sententiam *N* a (*om. E*) pr. causa] ad principalem causam *O* 2/3 prouocauit *PM*, appellauerit *O* 3 neque nou.] nec nou. *S* post] pro *PM* 3/4 principalem *E* 4 litigatore *N* remedium *N* subleuari *E* et iudices] i. etiam *O* 5 ne] nec *V* carcere *G* faciat *CL* custodire *E* 5/6 p̄p̄ (precepta *S*, dat. *N*) iiii (ui *O*) k. (id. *O*) aug. (iun. *O*) karth. (*om.* P^{a}) constantino (constantio *V*) a. uiii (uii *E*, iiii *M*, *om. GS*) et constantino (coustantio *VNGCPMS*, constante *E*) c (*om. NGECPMS*) iiii (*om. E*) *reliqui, pro consulibus* ipsis augustis conss. *O* 7 iubet] dicit *E* 8 quia] qui *G* 9 liceat *om. N* uiciatas *N* 10 praecepit *edd.* appellatur (-tus G^{b}) G^{t} in carcerem (-re *E*)] inter carc. *N* quamcunque custodiam *GC* 11 ad *om. PM Pith.* (*ex 2*) obseruetur *GS*

XI, 30, 16 (331 Aug. 1).

IDEM A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. A proconsulibus et comitibus et his qui vice praefectorum cognoscunt, sive ex appellatione sive ex delegato sive ex ordine iudicaverint, provocari permittimus, ita ut appellanti iudex praebeat opinionis exemplum et acta cum refutatoriis partium suisque litteris ad nos dirigat. A praefectis autem praetorio, ⌜qui soli vice sacra cognoscere vere dicendi sunt⌝, provocari non sinimus, ⌜ne iam nostra contingi veneratio videatur⌝. Quod si victus oblatam nec receptam a iudice appellationem adfirmet, praefectos adeat, ut aput eos de integro litiget tamquam appellatione suscepta. Superatus enim si iniuste appellasse videbitur, lite perdita notatus abscedet, aut, si vicerit, contra eum iudicem, qui appellationem non receperat, ad nos referri necesse est, ut digno supplicio puniatur. DAT. KAL. AVG.; P(RO)P(OSITA) KAL. SEPT. CONSTAN(TINO)P(OLI) BASSO ET ABLAVIO CONSS.

IVST.
⌜qui . . . sunt⌝ *om.*
⌜ne . . . uideatur⌝ *om.*

V. — IVST. 7, 62, 19.

6 prouocare *Iust.* 8 a] *V*, ab *Iust.* 9 appellare *Iust.* 10 receperit *Iust.* 11 referre *Iust.*

0, 17 (331 Aug. 1).

IDEM A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. Qui licitam provocationem omiserit, perpetuo silere debebit nec a nobis inpudens petere per supplicationem auxilium. Quod si fecerit, ⌜deportationis poena plectendus est⌝. DAT. KAL. AVG.; P(RO)P(OSITA) KAL. SEPT. BASSO ET ABLAVIO CONSS.

⌜desiderio suo carebit et ignominiae poena notabitur⌝ IVST.

V (cum Solms.). — IVST. 1, 21, 3.

0, 18 (339 [329] Iun. 19).

IMP. CONSTANTIVS A. ANICIO IVLIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Quotiens rationalis vel officii necessitate poscente vel ex praerogativa rescribti inter privatos iudicaverit, si a sententia fuerit provocatum, non ad nostram scientiam referendum est, sed apostolis datis, quod iuxta observatam rationem postulari sufficiet, ad auditorium gravitatis tuae, cui ad vicem nostram delata iudicatio est, partes pervenire oportet, in fiscalibus causis servato priscae consuetudinis more, ut opinione edita universa ad nostram scientiam referantur. DAT. XIII KAL. IVL. SERDICAE; P(RO)P(OSITA) VI KAL. AVG. ROM(AE) CONSTANTIO A. II ET CONSTANTE CONSS.

V

1 constantius] *immo* Constantinus 4 ad aud.] et aud. V^1, et ad (*potius quam* ad) aud. V^2 | 7 *scr.* Constantino A. VIII et Constantio Caes. IIII *propter praefectum*

0, 19 (339 Nov. 26).

IDEM A. AD ANATOLIVM VIC(ARI)VM ASIAE. POST ALIA: Si ad curiam ‖ ⌜nominati⌝ vel ad duumviratus aliorumque honorum infulas vel munus aliquod ⌜evocati⌝ ‖ putaverint appellandum, intra duos menses negotia perorentur. DAT. VI KAL. DEC. CONSTANTIO A. II ET CONSTANTE CONSS.

IVST. (*cf. ad 11, 30, 10*) ‖ *inc.* | ⌜nominatus⌝ ⌜euocatus⌝ | ‖ *fin.*

V. — IVST. 7, 63, 1.

0, 20 [= BREV. XI, 8, 3] (340 [347] Iun. 9).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. PHILIPPO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iudices cum in civilibus causis tum etiam in criminalibus, in quibus vitae hominum salutisque quodammodo fata tractantur, appellationes admittant nec denegent vocem in supplicium sententia destinatis. P(RO)P(OSITA) V ID. IVN. POST CONS. CONSTANTII ITERVM ET CONSTANTIS AA.

INTERPRETATIO. Lex ista hoc praecipit, ut etiam in criminalibus causis, ubi vita utriusque partis in dubium devocatur, liceat appellari, nec appellandi vox denegetur ei, quem in supplicium sententia destinarit.

V. — BREV. (*NGO[om. int.]ECPMLS*).

1 constantinus *NGOEPMS* constantius *CPMS* ā̄a *om. O* philippo *om. L* in] tam G^v, in diuersis *Pith.*, *om.* E^a 2 tum] VG^t *OEC*, tam *NPML*, quam G^v in *om. Pith. (inde Cui. 1586)* salutesque *EC* 2/3 quodadmodum *N*, quodammodum *G* 3 facta *NGEL* tractatur E^aL^a, retractantur *Pith. (inde Cui. 1586)* appellatione *C*, appellationi *PML*, appellationem *S*, appellationis *Pith.* nec denegent (denegant *G*, denegetur *L*) *om. Pith.* in *om.* E^a supplicium] supplicii *S*, publicum G^v 3/4 sententiam *NECPMLS* 4 destinatis] *VO*, distinatis *N*, destinati G^vC, destinari (?) *E*, destinanti *PMLS*, distillati G^t pp. (dat. *N*) u (ui *O*) id. iun. (nou. *N*; *malim* ian.) p̄c (passaui *E*) constantii (-tini *NGPM*, -tino *E*) iterum (item *GPMS*, *om. E*) et constantis (constantes *N*, constante *E*, constanti *PM*) ā̄a (ā *C*, *om.* N^a; *pro consulibus* post cons. eorundem augustorum *O*) *libri*: *propter magistratum videtur scribendum esse* p. c. Constantii IIII et Constantis III AA. *(a. 347)* 5 praecepit *NCL*, dicit *E* 6 partes *NE* appellanti *G* uos *C* 7 supplicio *NECL* distinaret NE^b

XI, 30, 21 (340 Nov. 28).

IDEM AA. AD PROCVLVM PROCONS(VLEM) AFRIC(AE). Si qui fiscale debitum per sententiam luere iussi appellationem frustrationis commento crediderint opponendam, ne moris tergiversantibus abutantur, ilico ad eum missi, cuius vice nostra cognitio est, intra viginti dies appellationis substantiam persequantur, ut vel probata appellatione ad dicationis tuae officium revertantur vel inprobata ut legis istius contemptores ad praefectorum praetorio commentarios destinentur. Eadem forma servanda etiam, si pessima conscientia forte gravati appellandi causas intra diem supersederint perorare. DAT. IIII KAL. DEC. ACINDYNO ET PROCVLO CONSS.

V

1 ficale *V*ª 3 misi *V*ª 4 persequatur *V* 8 acyndino *V*

XI, 30, 22 (343 Febr. 24).

IDEM AA. AD SCYLACIVM. Omnes praesides moneantur, ut, si quis provocatione sibi opus esse cognoscit, iuxta morem ordinemque legum accipiant libellos et ad eos qui consuerunt audire transmittant, nec appellantes iniuriarum adflictatione deterritos a suffragio necessariae defensionis expellant. Inponimus enim praesentis multae fascem, ut iudex, qui suscipere neglexerit, auri libras X et officium eius quindecim pendat. P(RO)P(OSITA) CYZICO VI KAL. MART. PLACIDO ET ROMVLO CONSS.

V. — THEODERICVS 55.

1 scylacium] scyllacium *V: mag. incertus, fortasse vicarius Asiae* 5 nexerit *V*

XI, 30, 23 (345 Iul. 2).

IDEM AA. AD RVSTICVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Dudum meminimus sancientibus nobis esse decretum, ut iuris veteris auctoritate submota nullus clarissimus a praefecti urbis sententia provocandi usurparet licentius facultatem. Sed cunctas nobis partes publicae utilitatis atque communis iuris videntibus praestare visum est, ut vetustatis auctoritas et appellandi facultas et origo repetatur, scilicet consenescente priore lege, qua istius modi potestas videbatur exclusa. P(RO)P(OSITA) ROM(AE) VI NON. IVL. AMANTIO ET ALBINO CONSS.

V

4 atque .... uetustatis *bis V*[1] uidentibus] *scripsi,* uiolentibus *V:* uolentibus *Tilius* | 6 uidebatur *Gothofredus,* uideatur *V*

XI, 30, 24 (348 Nov. 8).

IDEM AA. PROCOPIO PRAESIDI CILICIAE. Cum in controversia criminali sive civili iudex ad nos existimaverit referendum, acta, ut gesta sunt, refutatorios libellos, ut oblati sunt, referri oportet: quos quidem exigi et intra praescribtum patria constitutione tempus a iurgantibus flagitari iubemus ac pronuntiamus gravissimam notam esse subiturum, quisquis haec a nobis constituta neglexerit. P(RO)P(OSITA) VI ID. NOV. FILIPPO ET SALLIA CONSS.

V

1 ciuile *V*[1] 3 *fortasse* paterna 5 sallia] *sic V constanter*

XI, 30, 25 (355 Iul. 25).

IDEM AA. AD LOLLIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quoniam iudices ordinarii provocationes aestimant respuendas, placet, ut, si quis appellationem suscipere recusaverit,

1 idem aa.] *requiritur* imp. Constantius A.

quae non ˹ab exsecutione vel a praeiudicio, sed a sententia iurgium terminante˺ fuerit interposita, XXX pondo auri cogatur ˹fisco˺ inferre, triginta ˹alias libras auri˺ officio eius itidem soluturo ⌈. DAT. VIII KAL. AVG. MESSADENSI; P(RO)P(OSITA) CAPVAE ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

IVST.
˹contra executionem, sed aduersus sententiam i. terminantem˺
˹largitionibus nostris˺
˹alia˺
⌈ *(sequitur Th. 11, 30, 58 fin.)*

V. — IVST. 7, 62, 21.

3 auri pondo *Iust.* 5 messadensi] *locus ignotus quaerendus est in Raetia, quoniam per hos dies eo Constantius ex Mediolano in expeditionem profectus est*

30, 26 (355 Iul. 30).

IDEM AA. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Lata sententia, quae pertinet ad bona vacantia ˹et caduca˺ et ad ea, quae indignis legibus cogentibus auferuntur, si quis putaverit provocandum, vox eius debebit admitti. DAT. III KAL. AVG. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

˹ ˺ *om.* IVST.

V. — IVST. 7, 62, 22.

1 idem aa.] *requiritur* imp. Constantius A. 2 pertinent *V*

30, 27 (357 . . . .).

IDEM AA. ET IVLIANVS CAES. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. De Sardinia Sicilia Campania Calabria Brittiis et Piceno Aemilia et Venetia et ceteris interpositas appellationes laudabilis sublimitas tua more sollemni debebit audire conpetenti appellatione terminandas. Nec vero ulla poterit esse confusio. Praefectus enim urbis nostra responsione conventus praedictis cognitionibus temperandum sibi esse cognovit. DAT. SIRMIO CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO II C. CONSS.

V

2 et ceteris] *fortasse fuit* et coniunctis, *nisi plura corrupta sunt vel omissa, neque enim credibile appellatum esse exempli causa ex Calabria ad praefectum praetorio, ex Apulia ad praefectum urbi.* 6 ii c.] *scr.* c. ii

30, 28 (359 Iun. 18).

IDEM AA. AD TAVRVM. Patris nostri salutaribus inperatis comperimus dudum esse praeceptum, ut, si a rationali vel comite vel alio, qui curam fiscalis commodi gerit, fiscale debitum postulante fuerit provocatum, ad eos, qui vice nostra huiusmodi cognitionibus praesident, appellatores intra diem tricensimum perducantur, adversus sententias, quas iniquas esse contendunt, exsecuturi proprias actiones. Quapropter viginti sufficit dies intra eandem provinciam custodiri, intra quam fuerit provocatum, sic ut ex aliis quadraginta serventur atque intra eorum terminos quod patris nostri constitutio statuit explicetur. DAT. XIIII KAL. IVL. SINGIDVNO; P(RO)P(OSITA) X KAL. AVG. ROM(AE) EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

V

1 Taurum] *scilicet* ppo inperatis] *sic V*

30, 29 (362 Sept. 22).

IMP. IVLIANVS A. AD HYMETIVM VIC(ARIVM) VRB(IS). Omnes legitimae appellationes, quaecumque fuerint contra audientiam tuae gravitatis interpositae, indubitanter suscipiantur et post latam sententiam intra triginta dies universa, quae in eiusmodi negotio

3 trinta *V*ª

geruntur, cum refutatoriis precibus seu libellis ad nostrum comitatum mittantur, strenuo videlicet officiali ex his, qui tibi parent, ad hanc sollicitudinem electo, ita ut publicis monumentis confectis dies, quo gerulis gesta tradantur, fideliter designetur. Nam X librarum auri multae constituetur officium obnoxium, si statuta nostra aliqua fuerint dissimulatione violata. DAT. X KAL. OCTOB. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

V

XI, 30, 30 (362 Dec. 18).

IDEM A. AD GERMANIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. His, qui tempore conpetenti non appellant, redintegrandae audientiae facultas denegetur. Omnes igitur, qui contra praefectos urbi ⌈ seu proconsules seu comites Orientis seu vicarios ⌈ sub specie formidinis provocationem non arbitrantur interponendam, a ⌜renovanda⌝ lite pellantur. || Nobis enim moderantibus rem publicam nullum audebit iudex provocationis perfugium iurgantibus denegare. || Qui vero vim sustinuerint, contestatione publice proposita intra dies videlicet legitimos, quibus appellare licet, causas appellationis evidenti adfirmatione distinguant, ut hoc facto tamquam interposita appellatione isdem aequitatis adminicula tribuantur. EMISSA XV KAL. IAN. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

IVST.
⌈ magistros officiorum, magistros militum
⌈ seu praefectos Augustales vel alium iudicem
⌜reuocanda⌝
|| *finit*
|| *redit*

V. — IVST. 7, 67, 2.

10 sustinuerunt *Iust.* 12 hisdem *V* 13 ian.] iul. *Iust. (Ver. PL)*

XI, 30, 31 (363 Mart. 23).

IDEM A. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quoniam plerique rectores relationes, quas ad nostrae tranquillitatis comitatum destinare promittunt, supprimere vel differre conantur, prava id conscientia faciente conveniri eos ab inlustri auctoritate tua praecipimus, ut intellegant sibi quidem denarum librarum auri, officiis vero suis vicenarum imminere condemnationem, si promissa relatio intra triginta dies non fuerit sine aliqua ambiguitate transmissa his officialibus, per quos convenit gesta transmitti. Et quia plerumque contingit, ut gerulis litterarum aliquo casu existente tarditatis obstaculum videatur adferri, ne id quod necessitate contingit ad culpam rectorum redundare videatur, actis aput se confectis diem designare debebunt, in quo transmissio gestorum committitur his, qui huic necessitati deputantur. DAT. X KAL. APRIL. IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

V

3 diferre *V* 6 transmissa] *scr.* tradita

XI, 30, 32 (364 Febr. [?] 4).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. SALVTEM DICVNT ORDINI CIVITATIS KARTHAGINIS. Iudicibus non solum appellationis suscipiendae necessitas videtur inposita, verum etiam triginta dierum spatia ⌈ definita sunt, intra quae ⌜negotii merita ad mansuetudinis nostrae scrinia conveniat destinari⌝, iudice et officio ⌈, si statuta fuerint aliqua parte mutilata, multae ⌜subiacente⌝. DAT. PRID. NON. FEB. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

IVST.
⌈ ex die sententiae
⌜ gesta una cum relatione litigatoribus convenit praestari⌝ | ⌈ eius
⌜subiacentibus⌝

V. — IVST. 7, 62, 24.

1 chartaginiensium in africa *Iust. (Summa Per.)* 2 appellationes *V* 6/7 *eo tempore Valentinianus non fuit Mediolani*

, 30, 33 (364 Sept. 12).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Quicumque iudicum adversus auctoritatem legis appellationes neglexerit, protinus officio tuo, non rationalis, imminente ad viginti librarum auri exsolvendam multam cogetur, ita ut et officium eius triginta simili celeritate dissolvat. DAT. PRID. ID. SEPT. AQVIL(EIAE); ACC(EPTA) XVIII KAL. DEC. TACAPIS DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V (cum Solms.).

, 30, 34 (364 Nov. 9).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quisquam ausus consultationem sequi circa limina palatii nostri comitatumve fuerit deprehensus, aestimatae litis, quae in controversiam venit, medietatem in auro atque argento fisci viribus inferre cogetur.
1 Iudex sane, qui relationem promiserit, nisi intra triginta dies dictae sententiae promissam relationem ad nostra scrinia destinarit, ipse quidem notabili sententia reprehensus X librarum auri condemnatione quatietur, officium vero eius, quod non suggesserit nec commonuerit de relationis necessitate, viginti libris auri fiat obnoxium. DAT. V ID. NOV. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V (cum Solms.).

, 30, 35 (370 Aug. 1).

IDEM AA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cuncta instrumenta, quae iudiciis offeruntur, subiecta consultationi gesta continere debebunt. Sed et acta, quae sint ante habita, et monumenta transmittenda sunt, hisque adnectenda sunt testimonia vel confessiones partium et omnia huiusmodi, in quibus causa consistit et habere exitum videatur. DAT. KAL. AVG. MARCIANOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

2 consulationi *V* 3/4 confusiones *V*[1] | *locus excludit a. 373* 5 *propter annum vide ad 9, 16, 8; praeterea*

, 30, 36 (374 Febr. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD EVPRAXIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: Cum ex causis iustis aliquid, quo minus iudicari statim possit, repperietur incertum ac debitor adversus discussoris statum coeperit reluctari, dilatione postposita super eo, quod exorietur ambiguum, vel sublimitas tua vel vicarius, prout quisque vestrum proximus erit, adhibeat examen. P(RO)P(OSITA) XVI KAL. MART. GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

V

3 statutum *Gothofredus* 4 ambiguum] *scr.* non ambiguum

, 30, 37 (378 Aug. 30).

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD THALASSIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). POST ALIA: Cum de praescribtionibus peremptoriis agitatur examen, si eas praescribtiones iudex ut leves putaverit inprobandas et ab eius interlocutione fuerit appellatum, provocatio huiusmodi recipiatur, cum peremptoria praescribtio et definitiva sententia eadem vi vel consumptae causae vel non admittendae videantur operari. Sed quoniam evenire potest, ut multae praescribtiones peremptoriae litigatoribus conpetant, ne in uno eodemque negotio per singulas necesse sit saepius provocari et totiens ad nos

7 et] *Gothofredus, om. V*

referri, omnes peremptorias praescribtiones, quas sibi quisque putaverit conpetere, cogatur expromere et ita demum, si a cognitore fuerint repudiatae, utatur, si placet, provocationis auxilio. ET CETERA. DAT. III KAL. SEPT. TREV(IRIS) VALENTE VI ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

V

XI, 30, 38 (380 Iun. 18).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SYAGRIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: ⌜In condemnationibus⌝ appellationes iubemus admitti. DAT. XIIII KAL. IVL. GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

| ⌜et in multis ab iudicibus inferendis⌝ IVST. |

V. — IVST. 7, 62, 25.

XI, 30, 39 (381 Mart. 18).

IDEM AAA. AD MACEDONIVM C(OMITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quotiens fiscalibus causis controversiae alicuius dubitatione pendentibus summam sententiae comes aerarii nostri inposuisse detegitur et cogendis obvium debitis provocationis suffugium fuerit obiectum, proprium super eo esse tribuendum praestantia tua discat examen, modo ut frequentibus statuta praeceptis eos praeter debiti modum poena comitetur, quos executionem veteris iudicati superfluae appellationis obiectu suspendisse claruerit. P(RO)P(OSITA) KARTHAG(INE) XV KAL. APRIL. SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

V

3 prouocationes *V* 6 idicati *V*ᵃ appallationis *V*

XI, 30, 40 (383 Aug. 31).

IDEM AAA. AD BASILIVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Omnem, quae de libello scribta recitatur, dici volumus atque esse sententiam atque ab ea provocationis auxilia quisquis efflagitat, ad auditorii sacri venire iudicium neque illic ex praeiudicio poenam vereri, sed appellationis iniustae iustaeve discrimen conpetenti subire luctamine. Praeterea quidquid in cunctis cognitionibus atque conflictibus libelli absque documento et recitatione decernitur, praeiudicii loco iuste ac probabiliter putatur. Atque ab eo si vel vocem quisquam provocationis obiecerit vel libellum, disputatione non indiget, quin certa atque manifesta praeiudicii condicione teneatur eumque confestim ab eodem cognitore exigi conveniet ac teneri. DAT. PRID. KAL. SEPT. MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

V

3 auditoriis *V*ᵃ 5 conflicti *V*¹ libellis *scr.* 7 quin] *V*², qui in *V*¹

XI, 30, 41 (383 Dec. 16).

IDEM AAA. AD AMMIANVM COM(ITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Rationales privatae rei causis vel sacri aerarii praesidentes examen praesente fisci ⌜advocatione⌝ suscipiant. || Ac si eorum sententia forte fuerit appellatione suspensa, ad eos iudices disceptationis fata transeant, ad quos privatorum hominum causae referri ex provocatione consuerunt, ita ut, si ab illis quoque fuerit provocatum, mansuetudinis nostrae expectetur arbitrium, vel sinceritate tua vel sacrarum remunerationum comite, prout ad quem negotium pertinebit, quid super his,

IVST.
⌜aduocato⌝ | ‖ *fin.*

de quibus referatur, gestum sit, scribtis currentibus instruente, ut, sive athuc superest nostra cognitio, mansuetudinem nostram facta suggestione commoneat, sive adquiescentibus partibus terminum negotio datum esse constiterit, plenam rei inquisitionem notitiamque eius accipiat. Sane tempora tantum volumus privatis fiscalibusque causis non esse communia, ut antiquo iure fiscalia negotia intra duos menses in eadem provincia, intra quattuor in contigua, intra sex in transmarina dicantur. P(RO)P(OSITA) XVII KAL. IAN. MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

V. — IVST. 2, 8, 4.

6 xuii] *V*, xiiii *Iust.* *(Hal.)*

I, 30, 42 (384 Mart. 31).

IDEM AAA. AD AGRESTIVM PROCONS(VLEM) PALAESTINAE. Probamus verecundiam iudicantis, si superfluam quoque recipiat provocationem, ne interim reliquum negotium audiret. DAT. PRID. KAL. APRIL. CONSTANTI(NO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V. — THEODERICVS 55.

1 palestinae *V*

I, 30, 43 (384 Oct. 20).

IDEM AAA. MEROBAVDI DVCI AEGYP(TI). Provocantibus multas nisi ex nostris decretis non patimur inponi. DAT. XIII KAL. NOV. CONSTANTINOP(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V

I, 30, 44 (384 Nov. 29).

IDEM AAA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: Obiecta appellatione, etiamsi a praeiudicio interposita dicatur, vel ad nos vel ad cognitorem sacri auditorii sollemniter causa mittatur, cum, si ea provocatio adversum leges fuerit emissa, facile post iudicium sacri examinis ab huiusmodi litigatoribus multa possit exculpi. DAT. III KAL. DECEMB. MED(IOLANO) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V

I, 30, 45 (385 Febr. 15).

IDEM AAA. ET ARCAD(IVS) A. AD PELAGIVM C(OMITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). POST ALIA: Cum post sententiam discussoris vel rationalis fuerit provocatum, ad sinceritatem tuam negotium transferatur, ut, si mediocritas negotii aut longinquitas regionis ad iudicium tuum litigatores venire non patitur, ⌜iudici⌝ provinciae, quem
1 ipse probaveris, negotium deleges. || Appellationes vero transmarinae in iudicio tuo intra anni agantur spatium; de contiguis et non longe positis provinciis appellationes intra constituta iure tempora peragantur. DAT. XV KAL. MART. MED(IOLANO) ARC(ADIO) A. I ET BAVTONE CONSS.

[⌜iudicio rectoris⌝ IVST. || *fin.* IVST.]

V. — IVST. 7, 62, 26.

I, 30, 46 (385 Nov. 25).

IDEM AAA. AD FLORENTIVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). POST ALIA: Cum super fiscali debito emerserit provocatio, in eadem provincia vicensimo die negotii merita noscenda sunt, ita ut secundum generalis arbitrium sanctionis XL dierum ex contigua

provincia spatia sufficiant. DAT. VII KAL. DEC. AQVIL(EIAE) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

V

XI, 30, 47 (386 Ian. 26).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum antea sit constitutum, ut consultationem iudicis ad comitatum sacrum missam litigatorum nemo sequeretur, hoc integra deliberatione sancimus, ut, si ad consultationem anno decurso non fuerit aliqua ratione responsum, litigatores quorum interest collectis omnibus gestis et ipsius relationis exemplis veniendi ad comitatum nostrae serenitatis habeant liberam facultatem. DAT. VII KAL. FEB. CONSTANTINOP(OLI) HONOR(IO) NB. P. ET EVODIO CONSS.

V

2 consulationem *V* 3/4 consulationem *V*

XI, 30, 48 (387 Mai. 19).

IDEM AAA. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Revocare appellationem suam unicuique minime permittatur, sed sacro auditorio totius negotii examinatio reservetur. Quod si hac lege neglecta gratiam siverit appellationis, et ipse quinquaginta libras argenti et eius officium parem summam condemnationis inferre cogetur. DAT. XIIII KAL. IVN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

V

3 *videntur quaedam excidisse ad hoc exemplum:* hac lege neglecta [quis perire causam per] gratiam siverit appellationis

XI, 30, 49 (389 Iul. 25).

IDEM AAA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBIS) ROM(AE). In negotiis, quae in urbe venerabili nostri patrimonii nomine ventilantur, id iuris tulimus, ut, si ducentarum librarum argenti negotium quod agitur summam aestimationemque transcendit, a rationalis sententia provocantes comitivae privatarum sequantur examen. Si vero intra praestitutum modum litigii summa se cohibet, sublimi eminentiae tuae sacrum nostri numinis iudicium delegamus. DAT. VIII KAL. AVG. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

V

XI, 30, 50 (393 Apr. 4).

IDEM AAA. VICTORIO PROCONS(VLI) ASIAE. Eum, qui procuratorem suum cum appellatione ante sententiam adversum se latam ad iudicium dirigit, iudiciaria auctoritate iubemus praeiudicialis multae excipere ac sustinere iacturam. EMISSA PRID. NON. APRIL. CONSTANTI(NO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

XI, 30, 51 (393 Iun. 9).

IDEM AAA. APODEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ET ITAL(IAE) II. Quibus causis non est provocatio respuenda, iubemus respuentem iudicem XXX librarum auri, obsecun-

1 illyrici et italiae] illyrici et africae *13, 5, 21: utrumque additamentum falsum est et restituendum quod est 12, 12, 12* illyrici *nude; nam per hos annos neque Italia neque Africa fuerunt sub Theodosio* ii] .... *V*[a] 2 auri] *scr.* auri multa

dantem officii gratiam quinquaginta esse feriendam. DAT. V ID. IVN. CONSTANTINOP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

, 30, 52 (393 Sept. 28).

IDEM AAA. HAVE, RVFINE K(ARISSIME) N(O)B(IS). Nihil sub sacri iudicii examine de ea parte negotii debet definiri, de qua nihil in exordio aput praesidem aut institutum fuerit ac probatum. DAT. IIII KAL. OCTOB. CONSTAN(TIN)OP(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

1 habe *V* 2 aut] aut alium iudicem *expectes*

, 30, 53 (395 Mai. 16).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. ENNOIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). POST ALIA: Libellis vel edictis factae citra consilium publicum non valeant nominationes; de quibus nec appellari necesse est, si sollemnitas deest. DAT. XVII KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYB(RIO) ET PROBINO CONSS.

V. — IVST. 7, 62, 27.

1 āāā. *V* 2 ualent *Iust.* nominationes *ante* 1 libellis *Iust.* appellare *Iust.*

, 30, 54 (395 Mai. 25).

IDEM AA. ANDROMACHO P(RAEFECTO) V(RBI). Si ante annum relationi missae responsum sacra scrinia non dedissent, causae litigatoris commonitio non nocebit. Post quod, etiamsi aliqua constitutio manasse monstratur, quae venientes rei, de qua agitur, ut dudum, amissione constringit, in quo ei, quae tempus designat, nihil intellegitur detraxisse, quia nullam indulti anni nec adtigit nec sustulit mentionem. Atque ideo positum vigorem legum scitaque servabunt, si intra annum missae relationis inpatientia litigatoris eruperit, vel condicio praestituta vel poena. Transacto autem anni curriculo nemo venire prohibebitur, quominus a clementia nostra repetat oraculum, quod lex praescribta anni definitione distulit, non ademit. DAT. VIII KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V

1 āāā. *V* 2 post quod . . . 7 uel poena] *lex haec tota corrupta restituenda videtur esse ad hoc exemplum:* [propterea] quod etiamsi aliqua constitutio manasse monstratur, quae (que *V*) [veniendi ad comitatum litigatorum consilium improbat, ea nequaquam ita] venientes rei de qua agitur ut dudum *(significatur constitutio sublata per alteram 11, 30, 47)* amissione constringit: in quo ei quae (que *V*) tempus designat *(significatur ipsa constitutio 11, 30, 47)* nihil intellegitur detraxisse, quia [i]llam indulti anni nec attigit nec sustulit mentionem, atque ideo positum vigorem legum scitaque servabunt, [et] si intra annum missae relationis inpatientia litigatoris eruperit: [nam inpatientiae ei nulla est] vel condicio praestituta vel poena

, 30, 55 (396 [399/400] Mai. 19).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In negotiis civilibus cum nihil sit, quod ante appellationem iudicio principali indigeat, agnitis partium allegationibus atque pensatis terminari oportet controversias, non dumtaxat consultatione differri. Neque enim fas est, quod aput infirmum disceptatorem definiendi constantiam provocantis trepidatio retardavit, litigatorem sub consultationis ambiguo iugi expectatione pendere. DAT. XIIII KAL. IVN. ARCAD(IO) IIII ET HON(ORIO) III AA. CONSS.

V

1 āāā. *V* 3 *scr.* non differri dumtaxat consultatione 4 prouocantis] *scr.* prouocandi 5/6 *subscriptioni obstant reliquae leges ad Messalam praefectum datae ab a. 399 incipientes*

XI, 30, 56 (396 Iul. 22).

IDEM AA. NEBRIDIO PROCONS(VLI) ASIAE. Repugnantes priscorum sententias nostra serenitas temperavit. || Si quis itaque libellos appellatorios ingesserit, sciat intra triduum post oblationem legitimam, non ex quo est sententia deprompta, appellatorem habere licentiam arbitrium commutandi, ne iustae paenitudinis humanitas amputetur. DAT. XI KAL. AVG. CONSTANT(I)NOP(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HON(ORIO) III AA. CONSS.

|| Si quis libellos appellatorios ingesserit, sciat se habere licentiam arbitrium commutandi et suos libellos recuperandi, ne iustae paenitudinis humanitas amputetur IVST.

V. — IVST. 7, 62, 28.

1 āāā. *V* 7 xi] x *Iust. (p L)*

XI, 30, 57 (398 Iul. 27).

IDEM AA. AD EVTYCHIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Addictos supplicio et pro criminum immanitate damnatos nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam quos synoditas vocant, per vim atque usurpationem vindicare liceat ac tenere. Quibus in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendae provocationis copiam non negamus, ut ibi diligentius examinetur, ubi contra hominis salutem vel errore vel gratia cognitoris obpressa putatur esse iustitia; ea condicione, ut sive pro consule, comes Orientis, Augustalis, vicarii fuerint cognitores, non tam ad clementiam nostram quam ad amplissimas potestates sciant esse referendum. Eorum enim de his plenum volumus esse iudicium, qui, si ita res est et crimen exegerit, rectius possint punire damnatos. ET CETERA. DAT. VI KAL. AVG. MNIZO HON(ORIO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

IVST. *vide ad l. gem.*

V. — GEMINA 9, 40, 16. — IVST. 1, 4, 6. 7, 62, 29.

1 āāā. *V* 9 sciant esse[*V*[2], se *V*[1]

XI, 30, 58 (399 Iun. 7).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Multorum querellis excitati hac lege sancimus, ut, || si quis provocatione interposita suspecti iudicis velit ⌈ vitare sententiam, in hac voce liberam habeat potestatem nec timeat contumeliam iudiciorum, cum et ab ipsa iniuria possit facile provocare, maxime cum a ⌜solis tantum praefectis⌝ non sine dispendio causae provocare permissum sit. Sciant igitur cuncti sibi ab iniuriis et suspectis iudicibus et ⌜a⌝ capitali supplicio ac
1 fortunarum dispendio provocationem esse concessam. || Quod si quis posthac iudicum appellatione emissa libellos quoque oblatos audire noluerit, viginti librarum auri dispendio multabitur; officium vero eius || nisi ⌜huic⌝ pertinaciter restiterit atque actis ⌜ita⌝ contradixerit et, quid iure sit constitutum, ostenderit, || viginti quinque libras auri largitionibus nostris inferre cogetur. DAT. VII ID. IVN. MED(IOLANO) THEODORO V. C. CONS.

IVST. 7, 62, 30
|| *inc.*
⌈ prolatam
⌜solo t. praefecto praetorio⌝
⌜in⌝
|| *fin.*

IVST. 7, 62, 21
|| ⌜ei⌝
⌜ita⌝ *om.*
|| *fin.*

V. — IVST. 7, 62, 21. 7, 62, 30.

1 āāā. *V* 2 quaerellis *V* 3 uitare] *V Iust. (N*[a]*)*, euitare *Iust. (reliqui)* 11 oblatos] *Gothofredus*, ablatos *V*: *fortasse scr.* libello quoque oblato 15 uii id. iun. *V*, u id. ian. *Iust. (PL)* 16 conss. *V*

30, 59 (399 Iun. 12).

IDEM AA. SIMPLICIO PRAESIDI TRIP(OLITANAE). Nullum ita credimus contumacem, ut appellationem interpositam legibus audeat recusare. Quam ob rem teneat apparitio veterem disciplinam nec a suggestionibus necessariis metu eius, cui ad tempus paret, retrahatur. XXX autem libras auri aerario nostro cogetur inferre, qui obiectam provocationem iure neglexerit et eadem officium, si coniventiam praestet iudici, poena retinebitur. DAT. PRID. ID. IVN. VERONAE THEODORO V̄. C̄. CONS.

V

1 āāā. *V* 5 conhibentiam *V* 6 ueronae] uerona et *V* conss. *V*

30, 60 (400 Iun. 1).

IDEM AA. POMPEIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Cum de appellationibus recipiendis necne promulgatarum legum sufficiat auctoritas atque his, qui rite ab iniusta sententia provocantes audire noluissent, sit poena proposita, poena etiam officio constituta, sive in criminalibus sive in civilibus causis fuerit iudicatum, attamen nostro etiam motu decernimus, ut veterum statuta serventur, quae nullum patimur umquam inpune violare. DAT. KAL. IVN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

V

1 āāā. *V* proconsuli] ppo. *V* 3 pena prop. *V*ᵃ

30, 61 (400 Aug. 19).

IDEM AA. FLAVIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Quotiens vir spectabilis vicarius venerandae urbis negotium aliquod praemissa inscribtione cognoscit atque ab eius sententia fuerit provocatum, ad nostram clementiam referri decernimus. Sin vero huiusmodi examen arripuerit, in quo sine ullo legis vinculo non tam crimen obicitur quam cuiusdam criminis conflatur invidia lataque sententia appellatione suspenditur, inlustrem sedem tuam editis ex more apostolis sacra vice audientiam praebere sancimus. DAT. XIIII KAL. SEPT(EM)B. BRIXIAE STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

V

1 āāā. *V* 6 prebere *V*ᵃ

30, 62 (405 Iul. 22).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. AD DIOTIMVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). In negotiis, quae ex appellatione descendunt, veterem consuetudinem volumus custodiri, illud addentes, ut, si quando a gentilibus vel a praefectis eorum fuisset interposita provocatio, sacrum sollemniter, hoc est proconsularis cognitionis praestoletur examen. DAT. XI KAL. AVG. RAV(ENNAE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

V

1 aa.] āāā. *V*

30, 63 (405 Dec. 19).

IDEM AAA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In his causis, quae praesentes arbitros ex sententia vestrae magnitudinis sortiuntur, vel in ea civitate seu provincia qua degetis sive in proximis atque contiguis provinciis, lex antiqua propriam obtineat firmitatem, ut

1 aaa. *om. V* 2 uel] *malim* siue 3 continguis *V*ᵃ

duobus exactis mensibus dies sit ultimus temporalis et intra triginta dies reparatio postuletur. Ubi vero in longioribus ac remotis provinciis eadem litis ac dilationis ratio pensabitur, ad eorum instar, quos a rectoribus provinciarum eorumque sententiis convenit appellare, sex mensum temporalis dies, trium reparationis nomine dilatio praebeatur. DAT. XIIII KAL. IAN. CONSTA(NTI)NOP(OLI) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

V

4 dies] *scripsi*, diei *V*

XI, 30, 64 (412 Oct. 15).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. IVLIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Non ignoramus post interpositam provocationem in causis fiscalibus antiquitus constitutum, ut viginti dies constituti intra provinciam videantur et ut sacri auditorii cognitores divinae domus negotia terminarent, ex contigua vero provincia intra quadraginta dies negotia universa discingerent. Verum serenitas nostra certum moderamen invenit. Praecipimus itaque, ut praeter hos viginti dies, quos lex augusta constituit, viginti alios iungeremus. Quorum quidem omnium haec erit forma servanda, ut, quocumque die ex adiectis viginti diebus fuerit negotium peroratum, sacri auditorii habere reverentiam iudicetur sitque ultimus, etiamsi non quadragensimus conprobatur. Quae idcirco ita custodienda sancimus, ne, si unius tantum observabitur dies, aut aegritudo iudicantis aut litigantis fuerit occupatio, recte praefinitum tempus interdum distulisse videatur. Ideoque hanc reverentiam cunctis his, qui superadditi sunt, diebus statuendam esse censuimus, ut nihil postea excusationis occurrat. Labsos enim post hoc tempus reparationem praecipimus non habere: ac ne medio tempore officii colludium differat litigantem, viginti librarum auri multam praecipimus imminere, ut, si eorum culpa atque colludio, quos suggerendi cura constringit, negotium claruerit fuisse dilatum, praescribtae multae teneantur obnoxii. Si in tot diebus utilitatibus suis non adfuerit litigator, cui adversus fiscum nostrum iurgium manet, emenso iam tempore nullius reparationis beneficium speret, solam fisco exsecutionem superesse iam noverit.
1 In contiguis quoque provinciis, in quibus quadraginta dies dedit antiquitas, sub simili condicione alios XXX dies iungi praecipimus, ut adiecti temporis spatium sub ea definitione custodiant et omni adiecto tempori sit dies ultimus, quocumque potuerit definiri. Emenso tamen tempore litiganti reparationem penitus iussimus inhiberi. Officium sane ad eandem multam praecipimus retineri, si eius dissimulatione actum esse constiterit, quominus negotium peroretur. DAT. ID. OCTOB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

V

2/3 *malim* ut viginti diebus constituti intra provinciam sacri (*del.* videantur et ut) *cet.* 4 contingua V^a 5 praecipimus] *expectes* providimus 8 habere] *fortasse* per | 10 unius] unus *Gothofredus* fuerit *delendum* 17 litigatore V^1 18 speret et solam *Gothofredus* 21 adeiecto tempore *V* 22 paenitus *V*

XI, 30, 65 (415 Aug. 28).

IDEM AA. SYMMACHO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Praescribtiones fori in principio a litigatoribus obponendas esse legum decrevit auctoritas || nec ab interlocutionibus appellandum esse duxerunt. Quod si quis id fecerit, praeiudicialem multam subire cogetur, quae priscis sanctionibus continetur. Hac igitur lege sancimus, ut appellatio litigantium intra tempus iure praescribtum suscepta nectatur annalibus et promissa relatio intra XXX dies legibus definitos ad sacra scrinia destinetur. Quam legem nisi in omnibus causis universorum iudicum et officiorum executio devota servaverit, statutum priscis sanctionibus multae modum ab his mox iubemus exculpi. DAT. V KAL. SEPTEMB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

|| *fin.* IVST.

V. — IVST. 8, 35, 13.

9 x] xi *Iust.* (*Summa Per.*)

30, 66 (419 Mart. 8).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes, quorum in causis sententiae iudicum appellatione suspensae sunt, vel medio tempore transegisse demonstrent vel, si non transegerunt, consultationes eorum quantocius nostris auribus intimare cogantur, ut responsa legibus conpetentia mereantur, illa videlicet lege servanda, qua cavetur neminem litigantium post interpositam appellationem intra annum ad sacrum comitatum nostrae maiestatis accedere. DAT. VIII ID. MART. CONSTA(NTI)NOP(OLI) MONAXIO ET PLINTA CONSS.

V

1 omnis *V* 2 appellatione] *Gothofredus*, consultatione uel appellatione *Seeck*, uel appellatione (-nes *V*rec.) *V* transegisse] *scr.* transegisse se 3 eorum *delendum* 4 qua] *V*², que *V*¹ 5 ligantium *V*

30, 67 (423 Mart. 30).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Si appellationem oblatam, in qua vel tuae amplitudinis vel urbanae praefecturae sacrum auditorium postulatur, iudex non susceperit vel suscepta appellatione apostolorum copiam denegaverit, ad deponendam super hac iniquitate querimoniam nec non etiam conveniendum adversarium ex prolata sententia iuxta antiquum ius anni metas habeat litigator. Vel si huiusmodi appellatio suscepta non fuerit, in qua inferiorum iudicum sacra desideratur auditio, ad haec eadem facienda sex menses habeat litigator. Si vero arbiter appellationem suscipere aut relationem dare contempserit, quattuor mensum tempora observentur. Ut his quae statuimus actitatis pareat appellator temporibus, quae de appellationibus definita noscuntur. ET CETERA. DAT. III KAL. APRIL. CONSTA(NTI)NOP(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

V. — IVST. 7, 62, 31.

3 copia *V* 4 quaerimoniam *V* 5 sent. prol. *Iust.*

30, 68 (429 Febr. 25).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. CELERI SVO SAL(VTEM). In privatae rei causis praeter pensionum et conpetitionum negotia de ceteris titulis ex appellatione a rationalis iudicio proconsulem oportet cognoscere. Salva enim nostrae reverentia maiestatis ius nobis cum privatis non dedignamur esse commune. DAT. V KAL. MART. RAV(ENNAE) POST CONS. FELICIS ET TAVRI VV. CC.

V

1 Celeri] *proconsuli Africae* 3 proconsule *V*

XXXI [= BREV. VIIII]. DE REPARATIONIBVS APPELLATIONVM.

Iust. 7, 63: de temporibus et reparationibus appellationum seu consultationum.

31, 1 (364 Oct. 15).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si possessor in iudicio superatus provocationis auxilio se defenderit et temporibus fuerit evolutus, intra mensem tertium redintegrari sibi exhaustum postulet spatium. Id ni fecerit, dictam in eum volumus manere sententiam. Similis etiam ratio ex iudicio magistratuum esse debebit, tamen ut in eo artiores metae temporum serventur; intra XXX enim illic dies reparationem poterit adipisci, ne sententiam inpositam rerum effectus conpetens subsequatur. DAT. ID. OCTOB. VERONAE DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

XI, 31, 2 (365 Febr. 16).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Etsi post iteratum temporis labsum nulli reparationem praescribtio legis indulgeat, tamen his iuris beneficia subveniunt, quorum non studio aut culpa, sed aegritudo iudicis vel rei publicae interveniens negotium, ne persequerentur, obstiterit. DAT. XIIII KAL. MART. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

3 non studio aut culpa] *scr.* non desidia aut culpa *vel* studio non culpa 4 med.] mod. *V*

XI, 31, 3 (368? 370? Mart. 19).

IDEM AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si in sacrae cognitionis examine audientiam necessitas publica vel aegritudo iudicis abnegaverit, intra tres menses reparatio postuletur atque in adversariorum notitiam impetrata reparatio perferatur. Ac ni utrumque intra hos tres menses fuerit effectum, sententia, quam appellator provocatione suspenderat, convalescat. Quotiens vero a magistratibus pedaneisque iudicibus dicta sententia appellatione suspenditur, super qua disceptatio non auditorii sacri, sed ordinariorum iudicum cognitione tractanda est cuique duo ad peragendum menses causarum urgentium conclusione tribuuntur, si forte sine appellatoris studio praedictus labsus inciderit, intra XXX dies reparatio postuletur. DAT. XIIII KAL. APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

3 ni] *Gothofredus*, ne *V* 4 sententiam *V* 5 a] *V*², *om.* *V*¹ 6 disceptatione *V*¹

XI, 31, 4 (369 Iun. 19).

IDEM AA. ET GRA(TIA)NVS A. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si qui ex iustis causis, quae divorum parentum nostrorum constitutionibus conprehensae sunt, per occupationem eius iudicis, qui est in sacro auditorio cogniturus, ad reparationis possunt beneficium pertinere, trium mensum tempus in utroque custodiant, scilicet ut priusquam id possit elabi, et redintegrent evoluta curricula et redintegrata denuntient aut certe cavillatione submota his quae statuta sunt obsecundent. DAT. XIII KAL. IVL. ALTARIPA VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

V

3 grā nus *(sic)* *V* 5 et redintegrent] *scr.* aut redintegrent

XI, 31, 5 (373 [370] Aug. 15).

IDEM AAA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). In speculis agat is, adversus quem in sacro auditorio causa reparanda est et, an intra tres menses reparationem adversarius mereatur, exploret ac statutum scitis triumphalibus diem sedulus in iudiciis litigator observet. Incumbat quoque appellatori cura, ut, si adversarius ex loco, quem habitare consuevit, forte subterfugiat, pergat cum officio publico hominique eius, quem in loco reppererit, conventionem tradat ad adversarium perferendam idque ita gestum esse curator aut magistratus rescribti publici vel actorum testificatione confirmet. Quibus impletis si is, cuius conventio curata est, iudicium obire neglexerit, ferat hanc desidiae contumaciaeque multam, ut urguens negotium ipso quoque absente dicatur diligentique iudicantis examine sententia proferatur ea, quam aequitatis ratio et iuris praescribta dictaverint. DAT. XVIII KAL. SEPT. ALTINO VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE IIII AA. CONSS.

V

10 examini *V* 11 *Olybrius praef. urbi cum fuerit per a. 368—370, Altinum post a. 365 Valentinianus non adiisse videatur, praecedat constitutio data a. 369, probabile est hanc esse a. 370 AA. III conss., locum autem corruptum.* Alteio *Gothofredus collata altera 10, 4, 3, sed dies non concordant*

31, 6 [= BREV. XI, 9, 1] (373 [370] Dec. 8).

IDEM AAA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Reparatis intra mensem tertium ex priore lege temporibus in notitiam hoc ipsum adversarii per denuntiationem ex more celebrandam iubemus sine dilatione perferri, scilicet ut interiectorum spatiorum dinumeratione servata ad debitum partibus iudicium revertantur. Quod si is, cui reparata sunt tempora, ultra dinumerationem crediderit differendum, lata adversus eum sententia roboretur atque in exsecutionem semel iudicata ducantur. DAT. VI ID. DEC. CONSTANTINOP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE IIII AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Lex ista hoc praecipit, ut, si quis videtur iniuste in causa sua victus) reparatis ante tertium mensem temporibus, quae appellationi videntur fuisse concessa, statim, hoc ipsum in adversarii sui notitiam deducere procuret et intra tempora, quae appellationi constituta sunt, de hoc ipso negotio is qui appellavit ut sibi credit conpetere, agere non moretur. Quod si facere neglexerit, sententia, quae adversus eum lata fuerat, perseveret et data executione in omnibus conpleatur.

V. — BREV. *(NGO[om. int.]ECPMLS).*

1 idem] impp. ualentin. et ualens *GCPML*, impp. ualentin. ualens et *(om. NO)* grat. *NOE* aaa *om. O* pfu *G*, ppm *E* 2 priori *GO* tempori G^a, testibus *PML* in notitiam] innocentiam $E^t L$ ipsud *L* nunciationem *S* 3 celebrandum *GM*, caelebrata *N* interlectorum *C* 3/4 denumeracione *G* 4 ad *(om. O)* debitum] ad diuitum *G*, adhibitum E^b *Pith.* partibus] partes $G^b S$ reuertantur] *V et reliqui*, reuertatur *GO ex coniectura* 5 ultra dinumerationem (-ne *PMS*, denumeratione *NL*, denumeracionem *G*)] uel tradi numerationem *C* deferendum *NS* rententia*(sic) V*, sententiam NG^a 6 executione *PMLS*, excusationem (-ne *G*) NG^t indicata *G* dicantur *S* 6/7 dat. ui (u *G*) id. dec. const. ual. *(ins.* iiii *PMG,* iii *N)* et ual. iiii (uii *C, om. GOE)* aa. *(om. O) libri: sed tam magistratus quam locus flagitant ut reponatur* III AA. 8 praecepit *NCL*, dicit *E* 9 mense *N* 10 aduersarii . . . quae *om. N* procurent *C* apellatione *L* 11 agere *om. NC* 12 que *N* inlata *G* fuerit *G* et *om.* GP^a 13 compleantur *N*, impleatur *G*

31, 7 (379 Dec. 3).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SIBVRIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si possessor primis dicendi negotii temporibus excussus intra tres menses instaurationem non potuerit postulare ob id, quod copiam ad iudicia veniendi hostis obsaepserat, iuris beneficium eiusmodi occasione non perdat sitque depulsis perduellionibus haec prima litium rerumque reparatio, ut, cum primum adiri potuerit sacrae cognitionis auditor, cognitis causis praesidium amissae instaurationi indulgeat. DAT. III NON. DEC. TREV(IRIS) AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

V

3/4 obsaepserat] *Gothofredus*, obrepserat *V* 4 occasione] *Gothofredus*, occasionem *V* perdiuellonibus *V*

31, 8 (392 Apr. 24).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. VICTORIO PROC(ONSVLI) ASIAE. Quotienscumque in his negotiis, quibus aliqui ad curiam devocantur, primus temporum labsus inciderit, intra XXX dies sub ea definitione, qua cautum est, reparatio postuletur et petitae reparationis tenor in adversae partis notitiam perferatur. DAT. VIII KAL. MAI. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

V

2 primos *V*

XI, 31, 9 (423 Mart. 30).

IMPP. HON(ORIVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Appellatoribus, qui praefinito tempore iudicia non observaverint, haec tempora custodienda sunt, ut, si contra arbitri definitionem fuerit appellatum labsumque provocator incurrerit, tempora priscis statuta legibus observentur: secunda reparatione, quam provocanti ab arbitro serenitas nostra concedit, in ea quidem provincia in qua iurgium ventilatur et in contigua tres menses, in ulteriore autem quattuor menses habitura; si vero sententiam iudicis provocatio obiecta suspenderit, cum sacri cognitoris tribunal appellatur, post labsum ad primam reparationem petendam tribus mensibus statuendis, si in eadem vel proxima provincia eius adversarius commoretur, quattuor vero, si in ulteriore consistet. In secunda vero reparatione, quam a iudice appellantibus serenitas nostra praestare consuevit, illi quidem, qui post labsum intra tres quattuorve menses, sicut statuimus, non poposcerit reparationem ab eo, cui sacri auditorii cognitio debetur, transacto dierum spatio designato tres alios menses indulsimus ad impetrandum allegandumque rescribtum et ad conveniendos eos, quos pulsat intentio; ita tamen, ut tam in prima quam in secunda reparatione, sicut iam diximus, causae idoneae conprobentur, hoc est aegritudo vel occupatio actuum publicorum aliaque necessitas, quam iudex aut litigator differre non potuit, vel si negotii patronus cognitis adsertionibus temporali die adesse non potuit. Clarum autem fieri volumus post secundam reparationem aliam ulterius nullo modo posse deposci et in omnibus reparationum generibus formam custodiri, quam super his dedimus, qui se, ne conveniantur, ex reparatione subtraxerint. DAT. III KAL. AP(RI)L. CONSTANTI(NO)P(OLI) ASCLEPIOD(OT)O ET MARINIANO CONSS.

V

6 contingua *V*

XXXII. DE SECVNDO LABSV.

XI, 32, 1 (365 Sept. [?] 3).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si culpa iudicis gemino labsu causa fuerit evoluta, iuxta divi Constantini praeceptum ipse ad redhibitionem eius aestimationis, quanto res valet, de qua iurgium est, debet adtineri. DAT. III NON. SEPT(EM)B. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

3 redibitionem *V* 4 *propter mensem vide ad 1, 6, 5*

XXXIII. DE DILATIONIBVS EX CONSENSV.

XI, 33, 1 (396 Apr. 29).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. AFRICANO P(RAEFECTO) V(RBI). Cognitiones omnes quotiens consensu partium differuntur, ultra duos menses differendi non habeant potestatem, ne paulatim libera dilatione concessa aetates plerumque iurgantium veternosis litibus consenescant. DAT. III KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

V

XXXIIII. DE HIS, QVI PER METVM IVDICIS NON APPELLAVERVNT.

Iust. 7, 67.

34, 1 (331 Aug. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. In insulam deportandi sunt cum amissione omnium facultatum, quae fisco addicendae sunt, ii, qui provocatione omissa litem reparare temptaverint contra comitum ceterorumque sententias qui vice nostra iudicaverint, firmantes se per metum appellationis omisisse auxilium. In qua re vel nostrum vel praefectorum praetorio ex nostra erit iussione iudicium. DAT. KAL. AVG.; P(RO)P(OSITA) KAL. SEPT. BASSO ET ABLAVIO CONSS.

V

2 hii *V* 4 omisisse] *Cuiacius*, omissae *V* 5 prefectorum *V*

34, 2 (355 Ian. 1).

IMP. CONSTANTIVS A. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si a praefecto urbi vel a proconsule fuerit dicta sententia eandemque provocatio minime fuerit subsecuta, praesidium postulare fas erit imminente iudicum metu territos se esse firmantibus. Nam quicumque necessitatis huiuscemodi laqueis beneficio meo eximi postulaverit, aut per me cognoscam aut excellentiae tuae inpertiam notionem, hac videlicet condicione, qua vicariorum sententiae, quas appellatio non suspenderit, ex divi patris mei sanctione retractantur. Cum vero consularium ac praesidum aliorumve sententiae in querimoniam deducentur, prioris legis statuta sectanda sunt, quae similiter certo terrore proposito auxilium postulantibus detulit. DAT. KAL. IAN. MED(IOLANO) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

V

2 sententiam V^a 6 apellatio V^1 7 quaerimoniam *V*

XXXV [= BREV. X]. SI PENDENTE APPELLATIONE MORS INTERVENERIT.

pendentem *N* appellationem *N*, interpellatione *E*. — *Iust.* 7, 66.

35, 1 [= BREV. XI, 10, 1] (321 [317/9] Mai. 19).

IMP. CONSTANTINVS A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: ⌜Consulentibus iudicibus, si debeant, cum de appellatione cognoscunt, litigatoris heredibus, qui ante labsum negotium in lite defecit, nova tempora prorogare an eos cogere intra dies reliquos etiam incognitum negotium perorare, placuit, cum de appellationibus iudicatur, altero ex litigatoribus in lite defuncto menses quattuor innovare et nova tempora prorogari⌝, ne ignorantes ⌜negotia⌝ vel etiam super

IVST.
⌜Consulentibus . . . 8/9 prorogari⌝] Si unus ex litigatoribus adhuc pendente appellatione defunctus sit, non residuum tantum temporis heredes eius habent, sed etiam alios quattuor menses. Sin autem ad deliberationem hereditatis certum tempus indulgetur, post elapsum eius idem tempus quattuor mensum numerabitur. | ⌜negotium⌝

1 a *om.* *O* bassu *N* p̄u] *VPM*, publium *S*, pfu *GC*, ppm *NE*, ppo *L*, prepositum *O* 2 post alia *om.* *N* 3 litigatores *VEL*, litigatoribus *N*, litigatorum *G* 4 elapsum *O* negotium (-us *N*) *delendum* 5 prerogare *G*, prorogarent E^b an *om.* *N* inter *S* 5/6 cognitum *M* 6 perorare] prerogare *G* 7 alterum G^a 7/8 defucto V^a 8 mense *N* quartus *E* innouari *O* *recte* 8/9 prerogare *G*, prolongari E^t 9 nec *E* ignorantis *E*

adeunda hereditate dubitantes, priusquam aliquod commodum sentiant, damnis adfici compellantur. P(RO)P(OSITA) XIIII KAL. IVN. SIRMI CRISPO II ET CONST(ANT)INO II CC. CONSS.

INTERPRETATIO. Si pendente adhuc appellatione mors intervenerit litigatoris appellantis, heredibus eius qui appellavit quattuor menses ei, cuius auctor mortuus est, ad tractandum negotium debere praestari, nec eum debere ad dicendam causam praecipitari, ne per ignorantiam litis, quam non ad integrum tractavit, damnum videatur incurrere.

V. — BREV. *(NGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 7, 66, 6.

1 adeundam hereditatem *GPMLS* aliquod comm.] aliquod quomodo *S*, alico quid quomodo G^t, aliquo modo G^v sentiant] sententiam *N* adfigi *N*, adfligi G^t 2 pp. (*sic VECPM*, dat. *plerique*, praecepta *S*) xiiii (*sic GOE cum coniunctis*, xiii *VNPMS*, xii *C)* k. iun. sirmi *(om. C)* crispo ii *(om. O)* et constantino (constantio *O*) ii cc (aa̅ *CPMSE*, *om. NOE*) *libri. Propter subscriptionem vide ad 2, 26, 3* 3 si] lex ista hoc iubet (dicit *G*) si *GEL* pendentem a. appellationem *G* inuenerit *N* litigatores appellantes *NGE* 4 her.] e her. *E* est *om. G* 5 deberi pr. *N* dicendam] praestandam *G* praeceptari *N* 6 quam] quod E^b incurre *G*

XXXVI [= BREV. XI]. QVORVM APPELLATIONES NON RECIPIANTVR.

appellationis *NL* recipiuntur *O.* — *Iust.* 7, 65.

XI, 36, 1 [= BREV. XI, 11, 1] (314 vel 315 [?] Nov. 2).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CATVLLINVM. Moratorias dilationes frustratoriasque non tam appellationes quam ludificationes admitti non convenit. Nam sicut bene appellantibus negari auxilium non oportet, ita his, contra quos merito iudicatum est, inaniter provocantibus differri bene gesta non decet. Unde cum homicidam vel adulterum vel maleficum vel veneficum, quae atrocissima facinora sunt, confessio propria vel dilucida et probatissima veritatis quaestio probationibus atque argumentis detexerit, provocationes suscipi non oportet, quas constat non refutandi spem habere quae gesta sunt, sed ea potius differre temptare. Qui de variis litibus causisque dissentiunt, nec temere nec ab articulis praeiudiciisque nec ab his, quae iuste iudicata sunt, provocare debebunt. Quod si reus in homicidii vel maleficii vel adulterii vel veneficii crimine partem pro defensione sui ex testibus quaestioneque proposita possit arripere, parte vero obrui accusarique videatur, tunc super interposita appellatione ab eodem, qui sibi magis, quae pro se faciant, testimonia prodesse debere adfirmat, quam ea, quae adversus ipsum egerint, nocere, deliberationi nostrae plenum arbitrium relinquatur. DAT. IIII NON. NOV. TREV(IRIS); ACC. XV KAL. MAI. HADRVMETI VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

---

1 imp. constantinus] idem *O* catullinum] *V*, catulinum *plerique*, catolinum *NCS* dilationis *N* frustrationesque et *O*, prostatoriasquae *N* non *om. S* 3 negare *L Pith.*, denegare *G* oportet] potens *N* contra quos] *VDOE*, contra ipsos *N*, quos contra *GCPMLS* meritum GS^b 3/4 prouocantibus] prouocantur *G* 4 deferri NGS^a bene *om. O* decet] detet *PL*, debent *M* homicida *C* 5 uel ueneficium (-cia *G*) *om. O* qua *N* facinora] *brev.*, crimina *V* dilucida] delucida E^t, adlucida (-dam *G*) *GCPMLS*, adelucida E^v et] *GOECPM Pith.*, ex *V*, ut *N*, uel *S*, *om. L* 6 probatissimam *G* ueritates NG^a, ueritatem G^b probationis *N* detexerit] detecta sunt *C*, detraxerit *O* prouocationes] prouocatis *N*, prouocat*** E^v, probationes E^t 7 quas] et quas *C* refutandi spem] refudiandis *L* 8 differre (deferre *NS*) temptare (-ri *S*)] t. d. *O* qui] $V^1NG^aECPMLS$, quae V^2G^bO litium *C* nec] ne *S* temere] timore G^t 9 articuli *Pith.* praeiudicibus quae *G*, praeiurisque *Pith.* his] eis *G* 10 reus in] rei *G* homidii V^a, homicidiis *E* uel ad. uel mal. *O* uel ueneficii *om. O* partum *G* 11 questionique *G*, quaestione (*om.* que) *N*, quaestionemque *Pith.* prepositam *Pith.* possit *om. E* parte] *VO*, partem NG^aES, partim G^bCPML orrui *S* 12 uideatur *in litura V* super *om. G* interpositam *G*, inposita VOE^a, posita *Pith. (cum Paris. 4403 A)* appellacionem *G* sibi *om. O* pro se] posse *G* 13 aduersum *O* egerit *E* 14 deliberationis *NG* rel. arb. *O* 14/15 dat. iiii (iii *OE*) non. nou. treu̅. (triu̅. *NCPMS*, *om. V*), acc. xu (*om. E*) k. mai. (acc. xu k. mai. *om. VG*) hadr. (adrum̅ *C*, adrumeto *PMO*, adrometo *S*, adrometi *E*, adromiti *N*, *om. G*) uolusiano (et uol. *S*, uolosiano *N*) et anniano (aniano *NOC*, et ann. *om. MS*) *libri.* — *Propter annum vide ad 9, 40, 1*

INTERPRETATIO. In civilibus causis vel levioribus criminibus, quae legibus non tenentur inserta, appellationi constituta legibus dilatio praestanda est, et suspendenda est per appellationem sententia iudicantis. At vero homicidis, adulteris et reliquis, quos lex ista conprehendit, si convicti confessique fuerint et appellare voluerint, dilatio denegetur, sed statim in manifestis criminibus convictos iudicis est sententia proferenda aut certe de magnis criminibus et maioribus personis ad principis est notitiam deferendum.

V [cum Solms.]. — BREV. *(ND[f. 219 text. ad* 646, 4 decet, *int. ad* 647, 5 proferenda*] GO[om. int.]ECPMLS).*

1 liuiores *N* 1/2 non t. i. appellationi (*C*, -ne *NG*[b] *ex em. PMLS*, -nibus *D*) c. legibus *om. G*[a] 2 et susp. est *om. D* per *om. N* 2/3 appellatione *L* 3 sententiam *NS* iudicantes *N* homicidiis *NGCS* adulteriis *NGC* quod *S* ista lex *L* 4 statum *G*[a] 5 conuictos] *scripsi*, conuictus *libri* iudices *N* praeferenda *L* aut] ut *S* 5/6 maioris *N* 6 notitia *NL* differendum *L*, deferenda *S*, deferendam *E*

36, 2 (315 Febr. 25).

IDEM A. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Qui a praeiudicio appellaverit vel ab executoribus rerum antea statutarum atque alterius auditorii praepropere iudicia poposcerit, XXX follium poena multetur, ita ut omnem causam ipse sine dilatione discingas, quippe cum et causam tuam videaris esse facturus, si per coniventiam huiusmodi appellationem admiseris. Si quas sane de omni causa interpositas esse provocationes perspexeris, in earum disceptatione observare debebis, quod iam pridem a nobis est evidentissime constitutum. P(RO)P(OSITA) V KAL. MART. ROM(AE) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

V

4 conhibentiam *V* 7 *diem confirmat laterculus praefectorum*

36, 3 (320/6 [313] Apr. 26).

IDEM A. AD AELIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Cum antehac lege de appellationibus data statutum sit, ne quis a praeiudicio vel ab executione interponeret provocationem neve huiusmodi appellatio ab his, qui vice nostra iudicant, admittatur, ne in perniciem plurimorum interpositis a praeiudicio appellationibus vel moratoriis quibusdam frustrationibus interiectis litigia protrahantur, tamen nunc poenam addi placuit, ut intellegant universi principalis negotii disceptatione causas suas munire debere et non ab ipsis quodammodo primae interlocutionis exordiis vel ab executionibus provocare, cum et illis, qui inpatienter ab articulo appellandum putaverint, post cognitionem totius causae liceat appellare et his, qui sero ab exsecutionibus provocant, facultas appellandi minime fuerit denegata. Si quis igitur tali usus appellatione fuerit in tuo iudicio deprehensus, ipsum quidem XXX follium poena multes, causam autem universam, eius dumtaxat, qui a praeiudicio vel ab executione temere appellaverit, sine ulla dilatione discingas, cum in nostro auditorio dari minime dilationem oporteat, interpositae appellationis tempore sufficiente litigatoribus ad perferendam instructionem plenissimam. P(RO)P(OSITA) VI KAL. MAI. KARTHAG(INE) CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

V

2 executione] *V*[2], excusatione *V*[1] 3 qui uice] quice *V*[a] 5 interiectis] teriectis *V*[a] intelligant *V* 6 disceptationes *V*[b], disceptationis *V*[a] 7 interlocutionis] interlocutio is *V*[a] 12 discinguas *V* 15 a. ui] a. ui *est 9,* *34, 2.* — *Propter subscriptionem vide ad 1, 12, 3. Accedit, quod poena XXX follium hac lege constituta item memoratur in altera 11, 36, 2 emissa die satis certa propter praefecti urbi mentionem Feb. 26 a. 315*

XI, 36, 4 (339 Aug. 29).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD CATVLLINVM. Oportuerat te publici instituti respectu confessione detectos legum severitate punire nec frustra vitam differentum moratorias provocationes admittere, sed delatum adulterii crimen et quaestionibus athibitis adprobatum pari sceleri immanitate damnare. Quod deinceps in huiusmodi criminibus convenit observari, ut manifestis probationibus adulterio probato frustratoria provocatio minime admittatur, cum pari similique ratione || sacrilegos nuptiarum tamquam manifestos parricidas insuere culleo vivos vel exurere iudicantem oporteat. DAT. IIII KAL. SEPT. CONSTANTIO A. II ET CONSTANTE CAES. CONSS.

|| *inc.* Sacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet IVST.

V. — IVST. 9, 9, 29.

3 athibitis *V* 4 sceleri] *Gothofredus*, sceleris *V* 9 constante caes.] *scr.* constante ā, *si constitutio vere est a. 339*

XI, 36, 5 (341 Apr. 7).

IDEM AA. AD ALBINVM VIC(ARIVM) HISPANIAE(VM). Cum maior substantia litigii sit, a praeiudicio provocans XXX librarum argenti pondere plectatur: in minoribus etiam negotiis quindecim pondo argenti exsolvat. DAT. VII ID. APRIL. MARCELLINO ET PROBINO CONSS.

V

XI, 36, 6 (342 Mai. 11).

IDEM AA. AD LEONTIVM. In civilibus causis appellationis beneficium saepe sanximus non oportere differri. In fiscalibus vero vel rei privatae causis, hoc est ob debitum rennuendum vel munera respuenda, si quis appellare voluerit contra utilitatem fisci vel rei privatae, appellationem oblatam cessare oportet nec libellos huiusmodi suscipi, qui in damna fiscalia commodum sententiae latae aut dilatione suspendant aut terrore detorqueant. DAT. V ID. MAI. ANTIOCHIAE CONSTANTIO III ET CONSTANTE II AA. CONSS.

V

1 Leontium] *scilicet* $\overline{ppo}$ 5 terrore] *scr.* errore 6 ii] iii *V*

XI, 36, 7 (344 Dec. 9).

IDEM AA. AD HIEROCLEN CONS(VLAREM) SYRIAE COELES. Observare curabis, ne quis homicidarum veneficorum maleficorum adulterorum itemque raptorum argumento convictus, teste superatus, voce etiam propria vitium scelusque confessus audiatur appellans. Ut enim aequum est non convictos neque confessos, quia plerumque accidit, ut fortuna iudicii argumenta conglutinet, quorum similitudine opprimatur reus qui non possit vera ratione convinci, vel adversarii calliditas testes subtrahat, qui veritatem audacia vel acrimonia superet, vel confessos neque convictos, quod saepe vel repentinae formidinis vel inpositorum tormentorum cogit immanitas, uti in appellando ceteris etiam reis iure communi:

Observare curabis, ne quis homicidarum veneficorum maleficorum adulterorum itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis convictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium scelusque confessus audiatur appellans. Sicut enim haec ita observari disposuimus, ita aequum est testibus productis, instrumentis prolatis aliisque argumentis praestitis, si sententia contra eum lata sit et ipse, qui condemnatus est aut minime voce sua confessus sit aut formidine tormentorum tentus contra se aliquid dixerit, provocandi licentiam ei non denegari *fin.* IVST.

2 coelis *V* 3 ueneficiorum maleficiorum *V* 6 equum *V* 11 teste *V* 14 uti] *Gothofredus*, ut *V*

ita et aliena et propria voce depressum non oportet, quod contempserit aequitatem ac moram tantum usurpandae lucis indebitae rursus inportunitates arripere. DAT. V ID. DEC. LEONTIO ET SALLVSTIO CONSS.

V. — IVST. 7, 65, 2.

1 contempserit] *Gothofredus*, contempserint *V* aequitatem ac (ad *Gothofredus*) moram . . . inportunitates arripere] *fortasse* sequi ac moram . . . inportunitate arripere

---

36, 8 [= BREV. XI, 11, 2] (347 Mart. 8).

IDEM AA. THEODORO CONS(VLARI) SYRIAE COELES. In fiscalibus debitis nullius provocationem tua gravitas censeat admittendam. Nec enim commodum publicum fas est diuturna frustratione suspendi nec eludendi licentiam callidis fraudatoribus relaxari. DAT. VIII ID. MART. ANCYRAE EVSEBIO ET RVFINO CONSS.

INTERPRETATIO. In manifestis fiscalibus debitis nulli paenitus appellationem debere praestari, quia non oportet publicae rei commodum qualibet dilatione suspendi.

V. — BREV. *(NGO[om. int.]ECPMLS).*

1 idem] impp. constantinus (aug. *ins. G*) et constans (constantius *C*) *brev.* aa. *om. G* theodoro *om. L* consuli *S* syriae coeles (*O*, coelis *PML*, cylis *V*, caelis *NGC*, ceras *S*)] africe *E* 1/2 prouocationem (-ne *G*)] probatione *N* 2 censeat] sentiat *G* commodum] obmodum *E* fas est comm. publ. *O* 3 diutina *Pith.* frustatione *NS* cludendi licentia *N* relaxare *G* 3/4 dat. uiii (ix *C*, iiii *G*) id. mart. ancyrae (anabre *G*) eus. et ruf. *(VOECPMS*, eus. et trefone *G*, ruf. et eus. *NN*) libri* 5 in] lex ista hoc dicit in *E* fisc. deb. *om. L* nulla p. appellationibus *S* deberi *PM*, uel debere *L* 5/6 praestare *L* 6 publicae *om. L* rei c. q. d. suspendi *post* appellationem *L*

36, 9 (353 Iul. 23).

IDEM AA. AD CEREALEM P(RAEFECTVM) V(RBI). Calliditatis auxilio perspicui debitores rei privatae nostrae solutionem cupiunt evitare frustratoriis provocationibus interpositis. Ideoque decrevimus minime convenire huiuscemodi vocem appellationis admitti. DAT. X KAL. AVG. CONSTANTIO A. VI ET CONSTANTE C. CONSS.

V

1 *debuit esse* imp. Constantius A.

36, 10 (354 [360?] Ian. 18).

IDEM AA. AD PROCLIANVM PROCONS(VLEM) AFRIC(AE). Placuit quinquaginta pondo argenti fisco inferre prudentiam tuam, si frustratoriam provocationem contra commodum fisci susceperis solutionemque vitanti praebueris culpabilem coniventiam. DAT. XV KAL. FEB. CONSTA(NTI)NOP(OLI); ACC. X KAL. AVG. KARTHAG(INE) CONSTANTIO A. VII ET CONSTANTE CAES. CONSS.

V

1 *requiritur* idem A. 3 conhibentiam *V* 3/4 *de subscriptione dixi ad 4, 13, 4*

36, 11 (355 Iul. 25).

IDEM AA. AD LOLLIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ab exsecutione vel a praeiudicio appellationem oblatam suscipi non oportet. DAT. VIII KAL. AVG. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

V

1 idem aa.] *requiritur* idem A.

XI, 36, 12 (355 Iul. 29).

IDEM AA. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Publica utilitate suadente in causis pensitationum debitorumque fiscalium inhibitum est provocationis auxilium. ET CETERA. DAT. IIII KAL. AVG. ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

V

1 idem aa.] *requiritur* idem A.

XI, 36, 13 (358 Iun. 23).

IDEM AA. AD PROBVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Cum constet iam dudum esse nostra sanctione praeceptum, ne aliquis, cum fiscale debitum postulatur, audeat provocare, proconsulare officium, si patientiam commodaverit, XXX pondo auri fisco cogatur inferre. DAT. VIIII KAL. IVL. SIRMIO DATIANO ET CEREALE CONSS.

V

1 *requiritur* idem A.

XI, 36, 14 (361 Aug. 3).

IDEM AA. AD FLAVIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Gravis ista commotio est ac non ferenda iracundia iudicis, quae effusione humani sanguinis expiatur. Sed ad fucum iniquitatis augendum lex nostri genitoris adscita est, scilicet ut diceretur genitor noster convictis in quaestione violentiae appellationis perfugia decerpsisse. 'Plectatur', inquit, 'qui manifestam detegitur commisisse violentiam'. Quae legis suae verba aliis quoque scitis clemens conditor explanavit. Etenim vigorem vindictae differri post totius negotii exitum noluit, scilicet ut, si procacem vesaniam principalis negotii discussio publicasset, convictum reum aut medietatis amissio aut sors deportationis adfligeret. DAT. III NON. AVG. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

Th. 9, 10, 1

V

1 *requiritur* idem A. 4 decerpisse *V* 7 uaesaniam *V* 8 sors] *sic* (*non* soss) *V*

XI, 36, 15 (364 Febr. [?] 4).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. SALVTEM DICVNT ORDINI CIVITATIS KARTHAGINIENSIVM. POST ALIA: Ab executione vel a praeiudicio provocantes decrevimus non admitti, in tantum, ut contra definita facientes quinquaginta libras argenti condemnatione feriantur. DAT. PRID. NON. FEB. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

3 *scr.* lib(rarum) 4 *eo tempore Valentinianus non fuit Mediolani*

XI, 36, 16 (364 Oct. 8).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Interpositas appellationes a praeiudicio vel ab exsecutione damnantes et eum, qui ab istiusmodi titulis provocaverit, et officium, quod non renuntiarit, quinquagenas argenti libras fisco nostro iubemus inferre, litem suam faciente iudice qui recepit. DAT. VIII ID. OCTOB. ALTINO; ACC(EPTA) XVI KAL. NOV. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

36, 17 (370 Iun. 10).

IDEM AA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nulli officialium a sententia proprii iudicis provocatio tribuatur nisi in eo tantum negotio, quod ratione civili, super patrimonio ˹forsitan˺, aput proprium iudicem inchoarit, scilicet ut in eo tantum negotio a sententia eius cui paret iudici quisquis velit officialis appellet, quod per procuratorem persequi iure tribuitur. DAT. IIII ID. IVN. CYZICO VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

˹forte˺ IVST.

V. — IVST. 7, 65, 3.

5 iuret *V* 5/6 *propter annum vide ad 9, 16, 8. 11, 30, 35*

36, 18 (365 Dec. [?] 20).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: Nullum audiri provocantem ante definitivam sententiam volumus, si tamen in iudicio conpetenti negotium fuerit inchoatum, salva scilicet iuris antiqui moderatione atque sententia, cum vel exceptio obponitur vel ad agendum locus poscitur vel dilatio instrumentorum causa aut testium
1 postulatur atque haec inpatientia vel iniquitate iudicum denegantur. Similiter ne ab exsecutione quidem provocantem admitti convenit, si tamen executoris vitio minime
2 modus sententiae transeatur. In fiscalibus quoque vel manifestis debitis et criminalibus confessis negotiis nec non etiam praeiudiciis omnis prava repugnantium amputetur in-
3 tentio. Postremo universas appellationes, quas iura inprobant, non oportet audiri. DAT. XIII KAL. IAN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

36, 19 (368 Aug. 18).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Abstinendum prorsus appellatione sancimus, quotiens fiscalis calculi satisfactio postulatur aut tributariae functionis sollemne munus exposcitur aut publici vel etiam privati, dummodo evidentis atque convicti, redhibitio debiti flagitatur, ut necessario in contumacem vigor iudiciarius excitetur. P(RO)P(OSITA) ROM(AE) XV KAL. SEPT. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE II AA. CONSS.

V. — IVST. 7, 65, 4.

2 appellatione . . . 3 publici uel *bis* V^1 sancimus] V^1 *Iust.*, sancimus ut V^2 *(loco priore)* 3 bublici *(altero loco)* V^1

36, 20 [= BREV. XI, 11, 3] (369 Iul. 8).

IDEM AAA. AD CLAVDIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). ˹Quoniam Chronopius ex antistite idem fuit in tuo, qui fuerat in septuaginta episcoporum ante, iudicio et eam sententiam provocatione suspendit, a qua non oportuit provocare, argentariam multam, quam huiusmodi facto˺ sanctio generalis inponit, cogatur expendere. Hoc autem non

IVST.
˹Si clericus ante definitivam sententiam frustratoriae dilationis causa ad appellationis auxilium convolaverit, multam quinquaginta librarum argenti, quam contra huiusmodi appellatores˺

1 idem] *V*, impp. ualent (et *ins. LS*) ual et *(om. OC)* grat. *brev.* aaa. *om. O* pu] *VC PM Iust. (Ambros.)*, publium *S*, pfu *G*, ppm *NE*, pp *Iust. (plerique), om. D: videtur scribendum esse* proconsuli Africae 2 c(h)ronopius] cronopio *PML* anteste *N*, antistae *S* 3 fuerat *om. O* septuaginta] septua H^a 4 iudicium *GLS* et *om.* G^b ea *N* prouocationem *N* 4/5 suspendis *E* 5 a] ad *H*, de *O* quo *GE* oportuit] potuit G^v prouocari *GCPMS*, prouari *L* 6 *post* multam *ins.* id est p. l lib. argenti *Pith. (cum 4403 A)* quam] quam pro *H*, q. in *G*, que *S* factu M^a, factus G^v sanctio] auxilium G^v 6/7 generali *S* 7 cogatur] cogitatus G^t hoc] hos *E*, per hos *D*, pro hoc *G*, hanc *Iust.*

fisco nostro volumus accedere, ˊsed ˹his qui indigent˺ fideliter erogari. || Quod in hac causa et in ceteris ecclesiasticis fiat. DAT. VIII ID. IVL. VAL(ENTINI)ANO N̄. P̄. ET VICTORE V. C. CONSS.

˹pauperibus˺
|| *fin.*

INTERPRETATIO. Chronopium episcopum a multis episcopis fuisse damnatum et studuisse eum ante iudicium sententiam, quae proferebatur, appellatione suspendere: a qua sententia, quia iuste prolata fuerat, appellare minime debuisse. In qua eum gravi multa, id est quinquaginta libras argenti addictum fuisse dicit: quae tamen summa ipsius multae non fisco prodesse iussa est, sed pauperibus erogari.

V. — BREV. *(H[redit* 651, 3 in septuaginta*]ND[f. 219]GOECPMLS).* — IVST. 1, 4, 2 = 7, 65, 4ª.

1 his] si his *G* 2 quod] quo *N*, quod ut *O* 2/3 et in] *brev. (plerique)*, et ita in *O*, et *VHE* 3 fiant *G* dat. uiii (ui *Iust. [Hal.]*) id. iul. (iun. *D*) ual. n̄p *(sic VH,* nobp *CPM,* nōp *G,* nobili puero *S,* nbp *N,* a. uiiii *D,* uiiii *E,* iii *Iust. [Ambr.]*, aug. *O)* et uictore (uictori *H,* uicto *N*) uc̄ *(sic O, om. rel.) libri* 4 c(h)ronopium] cromopium *H*, lex ista hoc dicit cr. *D* a *om. H*ª studuisse] studiissed *N*, statuisse *G* 5 eum *om. G* sententia *HEPM*, sentiam *G*ª ad quam sententiam *H* quia] qui *L*, *om. N* 6 iniusto *E*ª appellari *G* debuisse] debuisset *DCP* eum gr. multa (multae *edd.*)] *reliqui*, multa gr. eum *D* 7 librarum *edd.* edictum *D* dicet *N* summam *G* prodisse *S*

XI, 36, 21 [= BREV. XI, 11, 4] (374 Febr. 14).

IDEM AAA. AD EVPRAXIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: A discussoribus observari iubemus, ut manifesti debitores provocationis suffragio minime subleventur. ET CETERA. P(RO)P(OSITA) XVI KAL. MART. GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

INTERPRETATIO. Omnes, qui huiusmodi negotia discutiunt, hoc specialiter observare debere, ut manifesti debitores appellationis suffragio non utantur nec evidens debitum ulla possint appellationis dilatione suspendere.

V. — BREV. *(HND[f. 219 om. inscr. et subscr.]O[om. int.]CPMLS).*

1 euproximus *GC*, praxium *L*, eufrasium *HO* pu̅] puplium *S*, pub *C*, pfu̅ *G*, ppm̅ *NE* a] ad *L* 2 iusimus *G* prouocationes *NG*ª*E*, appellationis *G*ᵛ suffragium *G*ª minime subleuentur (-uetur *N*)] non utantur n. e. d. u. p. a. d. suspendere *(sic ex interpr.) G* 3 pp. (precepta *S*, data *N*, pp. data *G*) xui (xuii *PMS*, xu *G*) k. mart. grat. a. *(om. GOC)* iii (iiii *E*, ii *O*) et equitio (equisio *G*) *libri (subscr. om. D)* 4 omnes] lex ista hoc dicit o. *DEL* obseruari *D* 5 manifeste *NC* appellationes *NE S*ª, appellatione *C* suffragium *G*ª possunt *N*, possit *D* 6 appellationis dilatione (oblacione *G*ᵗ)] appellatione *N*

XI, 36, 22 (374 Mai. 21).

IDEM AAA. AD CLAVDIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). In interdicto quorum bonorum cessat licentia provocandi, ne, quod beneficio celeritatis inventum est, subdatur iniuriis tarditatis. DAT. XII KAL. IVN. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

V

3 a *om. V*

XI, 36, 23 (378 Ian. 30).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD THALASSIVM PROCON(SVLEM) AFRIC(AE). Exceptis praescribtionibus peremptoriis si quis ab articulo appellare temptaverit, non audiatur, sed neglecta appellatione iudex discussis omnibus tendat ad finem, reservata post ultimum facultate partibus appellandi, si displicuerit definitiva sententia. Neque tamen sit iudici potestas inrogandae multae. Satis enim poenae videtur non audiri ab articulo provocantem. ET CETERA. DAT. III KAL. FEB. TREV(IRIS); ACC(EPTA) VI KAL. MAI. VALENTE VI ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

V

6 treu.] *V*ᵇ, reu. *V*ª

, 36, 24 (378 Ian. 30).

IDEM AAA. AD THALASSIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). POST ALIA: Si quis post susceptam super praescribtionibus peremptoriis appellationem et responsum a nobis redditum aliam peremptoriam praescribtionem obposuerit, non admittatur, et si propter eam non admissam provocare voluerit, refutetur. Sane volumus ei iuxta ordinem iuris defensionis loco praescribtiones peremptorias, quibus ante uti debuerat, reservari. Quam formam ab his cognitoribus volumus observari, quibus necesse est interpositam provocationem nostrae insinuare clementiae: in ceteris vero iudiciis eadem, quae dudum statuta fuerat, forma servetur. ET CETERA. DAT. III KAL. FEB. VALENTE VI ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

V

4 ei] e V^a *(vel V^1)* 6 interpositam prouocationem] *scripsi*, interposita prouocatione *V* | 7 fuerant *V*

, 36, 25 (378 Ian. 30).

IDEM AAA. AD THALASSIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). POST ALIA: Ab exsecutione appellari non posse satis et iure et constitutionibus cautum est, ⸢ita ut appellantem etiam nostris sanctionibus statuta multa compescat⸣, nisi forte executor sententiae modum iudicationis excedat. A quo si fuerit appellatum, executione suspensa decernendum putamus, ut, si res mobilis est, ad quam restituendam exsecutoris opera fuerit indulta, appellatione suscepta possessori res eadem detrahatur et idoneo collocetur, reddenda ei parti, pro qua sacer cognitor iudicaverit. Quod si de possessione vel fundis exsecutio concessa erit et eam suspenderit provocatio, fructus omnes, qui tempore interpositae provocationis capti vel postea nati erunt, in deposito conlocentur, iure fundi penes eum qui appellaverit constituto. Sciant autem se provocatores vel ab exsecutione appellantes vel ab articulo ⸢ex his dumtaxat causis, ex quibus recipi iussimus provocationem⸣, si eos perperam intentionem cognitoris suspendisse claruerit, quinquaginta librarum argenti animadversione multandos. DAT. III KAL. FEB. TREV(IRIS) VALENTE VI ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

> ⸢ita . . . compescat⸣ *om.* IVST.
>
> ⸢ex his . . . provocationem⸣ *om.* IVST.

V. — IVST. 7, 65, 5.

1 executione V^a 8 de fundis *Iust.* 9 concessa erit] cesserit *vel* cessauerit *Iust. (Lat.)* | 11 penes] *Iust.*, uel paenes *V*

, 36, 26 [= BREV. XI, 11, 5] (379 Apr. 5).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD HYPATIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quisquis, ne voluntas diem functi testamento scribta reseretur vel ne ii quos scribtos patuerit heredes ⸢edicti per divum Hadrianum conditi beneficium consequantur⸣, ausus fuerit provocare interpositamque appellationem ⸢ cuius de ea re notio erit recipiendam esse crediderit, viginti librarum ⸢auri⸣ multa et liti-

> IVST.
>
> ⸢in possessionem mittantur⸣
>
> ⸢ is
>
> ⸢argenti⸣

1 gr. ualent (ualens *G*)] ualent grat *C* theodosius] ualens *H* aaa *om. O* ipatio *O*, epatium *HN*, epathium *G*, epasium *ECPML*, ebasium *S* 1/2 pu] publium *S*, pfu *G*, pur *H*, pfp *C*, ppo *N*, ppm *E* 2 ne *om. S* diem functi] defuncti *HNS*, diem defuncti *GE* testamenti *H* 3 scriptura *H*, rescripto *Pith.* desseretur *N* ii] hii *VHNG*, hi *OCE*, (h)is *PMLS* quos] *VHNGOC*, qui post *H*, qui *PMLS* scribtos] *VHOC*, scriptus *NGPMLS*, rescripto *Pith.* patuerit] *brev. (in his Pith. ex 2)*, putauerit *V*, potuerit E^t 3/4 heres *PMS* 4 diuum] redium *G* 5 consequatur *PML* interpositamque (-taque HG^b)] interpositum tamquam *XCPMS* 6 appellationem] appellatione *HGS*, appellationis *PM* notio] notitio *N*, nuntio G^a, nuntiatio G^b, nuntiatione *H* recipienda *NL*, recipiendum G^a 7 esse *om. L* crediderint *NE: scr.* qui crediderit libras *E* multa (-tam *G*) et] multae *PML* 7/653, 1 litigatore *LS*

gatorem, qui tam inportune appellaverit, et iudicem, qui tam ignave coniventiam adhibuerit, involvat. DAT. NON. APRIL. TREV(IRIS) AVXONIO ET OLYB(RIO) CONSS.

INTERPRETATIO. Haec lex specialiter praecipit, ut, si quis a quocumque conditum testamentum per appellationem differre voluerit, ut non debeat reserari, et scriptum heredem ab adeunda hereditate suspendere, et in hac parte iudex appellatori voluerit praebere consensum, ut quo minus scriptam voluntatem non subsequatur effectus: tam ipse iudex quam is qui appellaverit viginti libras auri fisco cogatur exsolvere.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 7, 65, 6.

1 et iudicem q. t. i. coniuentiam (conibentiam *PMLS*, conhibentiam *V*, cohibentiam *NEC*, coibentiam *H*, conuenientia *G*) *om.* H^a, *addit adiecta nota* h[ic] s[equitur] *vel* s[upple] *litt. cursivis* H^b 1/2 adhibuerint *N*, ut adibuerit *H* 2 inuolat *N*, uoluat *Pith.* dat. non. apr. treu. (triū *CPM*, trium *N*, triueris *H*, triuerio *Iust.* *[PL]*) auxonio (*sic* *VGM*, auxanio *PS*, ausonio *reliqui*) et ol. *libri* 3 praecepit *NE* 4 deferre NS^a ut *om.* *H* reseruari *EC* et *om.* *N* inscribtum *H*, supra scriptum *PMS* ab] hac *C*, in *G* 5 adeundam *HG*, eunda *PE* hereditatem HGM^a et] et si *S* appellari *N* 6 scripta *N* uoluntate *H* subsequatur] *HNGEC*, sequatur *PMLS*

XI, 36, 27 (383 Mai. 8).

IDEM AAA. HYPATIO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTA)LI. Universi, quos in publicis contractibus manifestissimos debitores cognitio inquisitioque convicerit, statim ut sententia fuerit promulgata, obnoxii redhibitioni teneantur nec illis aliquid ad excogitandas fraudes et versutias exerendas morae ac temporis relaxetur. DAT. VIII ID. MAI. CONSTANTINOP(OLI) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

V

3 redhibitioni] *scripsi*, redhibitione *V* 4 relaxentur *V*

XI, 36, 28 (383 Nov. 22).

IDEM AAA. EVCHARIO PROC(ONSVLI) PALAESTINAE. Propter neglectorum contumaciam praeceptorum obnoxios beneficio provocationis excluso poenam inferre sine aliqua procrastinatione praecipimus. DAT. X KAL. DEC. CONSTANTI(NO)P(OLI) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

V

1 euchario] eutrechio *proposuit Sievers Liban. p. 243* palestinae *V* neclectorum V^a

XI, 36, 29 (385 Febr. 15).

IDEM AAA. AD PELAGIVM COM(ITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). Ante ⌜certum⌝ sententiae tempus et ordinem eventus ⌜a discussore vel a rationali appellare non liceat⌝. ET CETERA. DAT. XV KAL. MART. MEDIOL(ANO) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

IVST	
⌜*om.*⌝	⌜nec a d. nec a r. app. liceat⌝

V. — IVST. 7, 65, 7.

XI, 36, 30 ([illegible] Nov. 25).

IDEM AAA. AD FLORENTINVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Saepe cautum est [illegible]issimos debitores appellantes audiri nullatenus oportere, deinde ab exsecutione [illegible] posse neminem provocare, ut, si hoc forte temptaverit, ut postea a praeiudicio appel-

3 postea] praepostere *Gothofredus*

lans, ad quinquaginta librarum argenti multam iure retinendus sit. ET CETERA. DAT. VII KAL. DEC. AQVIL(EIAE) ARC(ADIO) A. I ET BAVTONE CONSS.

V

36, 31 (392 Apr. 9).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AAA. HYPATIO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTA)LI. Officium, quod rettulit provocare convictos vel appellare confessos, XXX auri libras inferat fisco, nec ulla episcoporum vel clericorum vel populi suggeratur intervenire aut intervenisse persona. Nec enim eos fas est adimi debitae severitati, qui pacem publicam actuum perturbatione confusam rebelli contumacia miscuerunt. Non ignaro ipso etiam iudicante, nisi post sententiam dictam impleverit suas partes, eadem se multa, qua officium, esse plectendum. DAT. V ID. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

V

2 appellare *delendum*

36, 32 (396 Aug. 10).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. APOLLODORO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Et publicarum necessitatum et privati aerarii ⌜poscit⌝ utilitas, ne commoda, [⌜deposcit⌝ IVST.] quae domui nostrae debentur, callidis debitorum artibus differantur. Quam ob rem eorum appellatione reiecta, qui aperte manifesteque convicti sunt, hoc observari praecepti huius auctoritate censemus, ut ei, quem constiterit esse publicum debitorem, appellationis beneficium denegetur. DAT. IIII ID. AVG. MED(IOLANO) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

V. — IVST. 7, 65, 8.

5/6 beneficium] in benef. *V*[1]

36, 33 (406 Dec. 7).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. NESTORIO COM(ITI) ET DVCI. Aliquantos in Tripolitana provincia reos temere ad appellationis comperimus auxilium convolare, ut poenam provocatione defugiant. Ideoque decernimus, ut manentibus his, quae de audientiae discretione superioribus sunt decreta praeceptis, in convictos tamquam confessos sententia proferatur, ea nihilo minus condicione servata, ut nullus, priusquam iudicii formam examen susceptae cognitionis inveniat, appellandi habeat facultatem. DAT. VII ID. DEC. RAV(ENNAE) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO V̄. C̄. CONSS.

V

3 prouocationem *V*[1] diffugiant *V* quae] *Gothofredus*, qui *V*

XXXVII [= BREV. XII]. SI DE MOMENTO FVERIT APPELLATVM.

si de momento (-tum *NS*)] de m. si *G* — *Iust.* 7, 69: si de momentaria possessione fuerit appellatum.

37, 1 [= BREV. XI, 12, 1] (386 Nov. 18).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cum de possessione et ⌜ momento causa [⌜ eius IVST.]

1 et] e *L*, *om. O* aaa *om. O* eutropium *C* 1/2 ppo] ppm *NE*, pfu *G* 2 possessione | et] possessione eius *C*, possessionis *S*

dicitur, etsi appellatio interposita fuerit, tamen lata sententia sortiatur effectum ⌜atque ita demum ad nostram scientiam referatur⌝. Ita tamen possessionis reformationem fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa servetur. DAT. XIIII KAL. DEC. MED(IOLANO) HON(ORIO) N. P. ET EVODIO CONSS.

⌜atque ... referatur⌝ *om.* IVST.

INTERPRETATIO. Si de momento fuerit appellatum, momentariae causae audientiam proprietati obesse paenitus non debere, quamlibet de momento videatur aliquid iudicatum, quod in effectum sit sine dubio deducendum, nec possit appellatione suspendi. Iubet tamen restituto momento causam proprietatis ex integro debere cognosci.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).* — IVST. 7, 69, 1.

1 dicetur *N*, dicatur *Iust.* etsi] et G^a interp. fuerit *om. N* data *S* 2 sortiatur *om. N* atque] et *O* 3 nostra *NL* scientia *N* tamen] ut tamen *ECP¹(?)MLS*, tamen ut *P²(?)* 4 reformatione *PMS* oporteat *PMLS* ut] et *N* integram *N* omnes *NE*, in omnes *O* proprietates *N* 4/5 dat. xiiii (xiii *S Iust. [Ver.PL]*, xii *G*) k. dec. (sept. *O*) med. hon. np̄ (*sic V*, nbp̄ *H*, nobp̄ *CM*, nobili puero *S*, nubp̄ *N*, nūp *G*, uiiii *P²E*, *def. P¹*, *om. O)* et euodio (euuodio *N*, ebodio *H*) *libri* 6 momentum *N* causae] causa et *G* audientia *NS* 6/7 proprietatis *H* 7 pienitus *M* in *om. L* 8 effectu *H* sit] videatur *H* nec] ne *S* appellationem *N* iubet (haec *PM*) tamen (autem *G*)] iubet haec tamen *S*, tamen non iubet *L*

XXXVIII [= BREV. XIII]. DE POSSESSIONE AB EO, QVI BIS PROVOCAVERIT, TRANSFERENDA.

ab eo qui bis (quiuis *PMS*, quibus *V¹EC*, qui *G*) prouocauerit (-rint *C*) *om. OL* transferenda (-dum *E*) *om. L*

XI, 38, 1 [= BREV. XI, 13, 1] (391 Iun. 16).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI). Qui gemino iudicio fuerit superatus nec tamen obstinatam illam pervicaciam putaverit relinquendam, sed iterum provocandum esse crediderit, ab eo ad petitorem mox possessio transferatur. DAT. XVI KAL. IVL. AQVIL(EIAE) TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quicumque in una causa duobus iudiciis fuerit superatus et adhuc eandem agendi pertinaciam voluerit retinere et iterum appellandum esse putaverit, in adversarium eius continuo possessio transferatur.

V [cum Solms.]. — BREV. *(HNGO[om. int.]ECPMLS).*

1 impp. ual. (et *ins. C*) th. et arc.] idem *O* aaa *om. O* ad proculum *N* pū] *VPM*, publio *S*, pfu *G*, ppō *HEL*, ppm̄ *N*, pfp *C*, ppm̄ *N* 2 semino *N* ne *L* obstinata *H* illam] illa *H*, *om. N* peruicaciam] pertinaciam (-cia *H*) *HGE* putauerint *H* 3 relinquendum G^a ad] a *N* 4 dat. xui (xuii *G*) k. iul. (iun. *N*) aquil. tatiano (titiano *O*, aticiano *G*) et symm. *libri* 5 si *om. H* quiscumque *G* duobus] a duobus *G* et *om. S* 6 eadem G^aL 7 possessio] p. eius *N*

XXXVIIII [= BREV. XIIII]. DE FIDE TESTIVM ET INSTRVMENTORVM.

et instr.] et cartarum id est strumentorum *G*, *om. O.* — *Iust.* 4, 20: de testibus; 4, 21: de fide instrumentorum et amissione eorum et antapochis faciendis et de his quae sine scriptura fieri possunt.

XI, 39, 1 (325 Sept. 17).

IDEM A. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Inludere commodis curiarum decurionibus ac decurionum filiis cautum est non licere, etsi vero adfectu militiae se obsequiis traderent. Cum vero idcirco tantummodo ad militiae sacramenta confugiunt, ut commodis oppidaneis obsequium denegetur, fraudis huius commenta facile comprimentur. Comperimus namque plurimos praedictorum nomen militiae tradidisse vel ad suffragia cucurrisse ita, ut post tempus exiguum honesta missione donentur. . . . . et muneribus patriae perferendis curam sedulae mentis intendant. DAT. XVI KAL. AVG. MEDIOLANI ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

V

3 cum] *scripsi,* tum *V* idcircum *V* 6 *ante* et *exciderunt talia:* soluantur igitur militia | 7 me diolani] *sic V*

[, 1, 44 (358 Mai. 22).

IDEM A. AD MARTINIANVM VICARIVM AFRIC(AE). Quicumque intra palatium perfectissimus aut comes provectus suffragio est, spolietur honoris indebiti dignitate et si intra provinciam repertus fuerit otiosus, cuius munia vitare studebat, obsequiis competentibus subiugetur. DAT. XI KAL. IVN. SIRMIO DATIANO ET CEREALE CONSS.

V

3 cuius] *scr.* curiae cuius

[, 1, 45 (358 Iun. 22).

IDEM A. AD MARTINIANVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Parvi habito generis et originis nexu plerique muniis oppidaneis inprobe destitutis ad militiam confugisse dicuntur. Ideoque non eos tantum, qui etiamnunc in militia perseverent, set veteranos etiam statuimus evocari executuros proprias allegationes in iudiciis conpetentibus, — aequum est namque nullum se nomine honestae missionis tueri — ut etiamnunc in militia permanentes vel iam otium consecutos recipiant curiae, si sibi obnoxios esse monstraverint. Elicitas quoque epistulas adimi volumus veteranis, curiae decernentes esse reddendos, quos obnoxios esse claruerit. DAT. X KAL. IVL. SIRMIO DATIANO ET CEREALE CONSS.

V

3 perseuerant *Gothofredus* 4 iudicis *V* 6 monstauerint *V*

[, 1, 46 (358 Iun. 27).

IDEM A. AD MARTINIANVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). A solis praecipimus advocatis eorumque consortio dari provinciae sacerdotem. Nec aliquis arbitretur ita esse advocationis

necessitatem inpositam sacerdotio, ut et ab eo munerum oppidaneorum functio secernatur, cum nulla umquam iura patronis forensium quaestionum vacationem civilium munerum praestituerint. Nullum igitur advocatum a curia, cui tenetur obnoxius, patimur excusari, videlicet si civico nomine aut vinculo incolatus oppidanea necessitas eum detinet obligatum. Itaque aput alios etiam iudices operam dantes negotiis perorandis obnoxios esse decernimus sacerdotio, sic videlicet, ut intra eam provinciam huiusmodi honoribus mancipentur, ubi eos necessitas curialis detinet obligatos. DAT. V KAL. IVL. MVRSAE DATIANO ET CERREALE CONSS.

V. — *Scholia Vaticana:* iubet advocatos vel eorum genus a cacerdotio *[sic pro* sacerdotio *cod.]* defensionis privilegium habere a curiae *[sic cod.]* numquam. Hoc Romae privilegio utantur, in prov(inciis) autem excusabiles non sint.

1 sacerdotio ut et ab eo] *scr.* sacerdotii ut ab eo 3 *scr.* praestiterint 6 uidelicet ut] *Haenel,* uidelicet et ut *V*

XII, 1, 47 [= BREV. XII, 1, 5] (359 Iun. 14).

IDEM A. Oppidaneis ordinibus consulentes dudum iussimus ab iniuriis corporalibus tutam esse debere ordinis dignitatem. Condemnationibus etiam modum inposuimus qui legibus designatur. Ideoque sancimus, ut, si iudex vel in condemnationibus exprimendis vel in corporalibus iniuriis ultra licitum contra curialem exarserit, ipse quidem auri pondo quinque, officium vero eius decem fisco inferat. DAT. XVIII KAL. IVL. EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

INTERPRETATIO. In correctione curialium certam patientiam iudices debent retinere, ut in corpore vel in sanguine curialium non facile audeant desaevire. Nam qui contra hoc fecerit, ipse quidem iudex quinque libras auri et praeterea officium eius decem auri libras fisco inferre cogatur.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMS).*

1 idem ā] *V*, imp. constantius ā *H*, impp. constant (constantinus *NGEPS*, constantius *O*) et constans (constantius *S*) āā *brev. reliqui;* caeciliano ppo *addunt decurtati Par. 4414. 4415 et ex altero utro Pithoeus indeque Cuiacius (ed. 1586)* oppidaneis *om. H* 2 totam *NE* condemnationibus] *VO*, condemnati omnibus *XCPMS*, condemnationis *HG*[b] *Pith.*, condemcionis *G*[a], condemnationes *NE* modo *E* inponimus *PMS* 3 designantur *NCS*, dedignantur *G* si *om. S* uel *om. H* expremendis *HE*, expraemendi si *N* 4 in *om. G* iniuriam *Pith.* ultra] extra *G* 5 pondera *G*[b] quinquem *H* decem] dem *H*[a] 5/6 dat. xuiii (xuiiii *G*, xiiii *O Pith.*, xiii *S*) k. iul. (iun. *OS*, ian. *Pith.*) eusebio (eusybio *N*, uischo *G*) et hypatio (yppatio *N*, ippatio *O*, epatio *EXCPMS*, basio *G*) *libri* 7 in] lex ista hoc dicit in *E* correptione *XCG Pith. (ex 3)* certa *S* iudicis *E* debent] *H(?)*, debeant *EXCPMS*, debeantur *N*, *om. G* retinere] tenere *E* ut] quod *N* 8 in *om. H* curialium *bis C* non] dum *X*, tum *C* deseruire *NG*[a]*E* qui] si quis *G*, si qui *H(?) edd.* 9 praeterea] *scripsi,* praeter *libri reliqui,* pater *XC, om. edd.* 9/10 inf. cogatur (cogetur *XC*, cogantur *edd.*)] c. i. *H*

XII, 1, 48 (361 Mai. 3).

IDEM A. AD SENATVM. Si qui forte decuriones munia detrectantes ad senatus nostri sese consortium contulerunt, exempti albo curiae propriis urbibus mancipandi sunt. Qui vero praetorum honore perfuncti sunt residentes in senatu, redhibere debebunt quae ex rationibus fisci aut urbium visceribus abstulerunt, ita ut omnibus deinceps adipiscendi honoris huiusce aditus obstruatur. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

V

1 ā] āā *V*

XII, 1, 49 (361 Aug. 29).

IDEM A. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Solum episcopum facultates suas curiae, sicut ante fuerat constitutum, nullus adigat mancipare, sed antistes maneat nec

---

2 adigant *V*

faciat substantiae cessionem. Sane si qui ad presbyterorum gradus, diaconum etiam seu
subdiaconum ceterorumque pervenerint adsistente curia ac sub obtutibus iudicis promente
consensum, cum eorum vitam insignem atque innocentem esse omni probitate constiterit,
habere debet patrimonium probabilis instituti, ut retineat proprias facultates, maxime
1 si totius populi vocibus expetatur. Quod si qui forte non curialibus aput iudicem
profitentibus, non denique expetente populo ad eos quos diximus gradus clandestinis arti-
bus adspirent aut studio fraudulentae artis inrepserint, patrimonium suum liberis tradant
ad curialia obsequia subrogatis. Quod si suboles defuerit, propinquis suis, quos tamen
gradus poterant legitimae successionis adtingere, duas tradat propriae substantiae por-
tiones, sibi tertiam reservaturus, scilicet ut per propinquos, si tamen curiales sunt aut
etiam si curiae numquam antea obsequium praebuerunt, praebeatur susceptis facultati-
bus obsequella. Quod si filios aut propinquos non habuerint hi, qui derelicta curia ad
cultum divinae reverentiae existimaverint transeundum, duas portiones curia debebit ac-
cipere relicta penes eum tertia, quem ante diximus ad ecclesiasticorum consortium in-
sidiosis artibus adspirasse. Ea vero, quae ad curiam ex eorum iure transierint, curiae
esse oportet nec ex eius iure transferri. Sed quoniam verendum fuerit, ne alienatis facul-
tatibus aut in aliorum iura ante transscribtis nulla ex parte possit curiae utilitatibus
consuli, observari oportet, ut, si patefacta fuerint fraudulenta consilia, qui qualibet
necessitudine copulatus est, cum id potuerit demonstrare, easdem percipiat facultates
curiae muneribus praebiturus obsequia; vel si propinquorum cesset indago, cuncta ad
curiam transferantur quae quolibet titulo alienata probabuntur ex eo tempore, ex quo
2 curiae munia coeperit detrectare qui viam divinae cultionis affectat. Si praepositi
horreorum iique, qui suscepturi sunt magistratum, praepositi etiam pacis seu susceptores
diversarum specierum ad ecclesiam crediderint adspirandum, postquam officia inpositae
sollicitudinis aut honoris adgressi sunt, ipsos primum antistites supernae legis conveniet
reluctari ipsisque primum adnitentibus eosdem ad obsequia congrua revocari; aut, si hoc
neglexerint, a curialibus iudiciali officio suffragante retrahendi sunt. ET CETERA. DAT. IIII
KAL. SEPT. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

V

3 probitate] *scr.* prauitate 4 *fortasse scr.* habere debent p. probabiles instituti ut retineant pr. f. m. si t. p. u. expetantur 6 clandestinis artibus] *scripsi*, danda est in his artibus *V* (*vel* V^1; *delevit m. 2 vel m. rec.*)

7 fraudulente *V* 12 hii *V* 14 quem] quam *V* 15 iure V^b, re V^a 21 quae] que *V* 23 hiique *V* suscepturi sunt magistratum] *scr.* susceptores sunt magistratuum

, 1, 50 (362 Mart. 13).

IMP. IVLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Decuriones, qui ut
1 Christiani declinant munia, revocentur. Et ab auri atque argenti praestatione, quod
negotiatoribus indicitur, curiae immunes sint, nisi forte decurionem aliquid mercari con-
stiterit, ita ut ordines civitatum ex huiusmodi reliquis sarcinarum, ut iam diximus, amo-
2 veantur. Et quoniam ad potentium domus confugisse quosdam relatum est curiales, ut
tam foeda perfugia prohibeantur, multam statuimus, ut per singula capita singulos solidos
dependat, qui ad potentis domum confugerit et tantundem qui receperit multae nomine
inferat. Nam si servus inscio domino susceperit, capite punietur, et ingenuus, qui invito
patrono hoc fecerit, deportabitur. P(RO)P(OSITA) III ID. MAR. CONST(ANTINO)P(OLI) MAMERTINO
ET NEVITTA CONSS.

V. — GEMINA 13, 1, 4 (*usque ad* 4/5 amoveantur).

, 1, 51 (362 Aug. 28).

IDEM A. IVLIANO COM(ITI) OR(IENTIS). Eos indulserunt veteres principes ex materno genere curialibus Antiochenis adscribi, quos patris ⌜dignitas⌝ nullius vindicaret iuri civitatis. DAT. V KAL. SEPT. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

⌜condicio⌝ IVST.

V. — IVST. 10, 32, 22.

1 pincipes *V* ex] *Iust.*, qui *V* 3 iuri] *Iust.*, iure *V*

XII, 1, 52 (362 Sept. 3).

IDEM A. AD IVLIANVM CONS(VLAREM) FOENICES. Non obstat curialium petitioni, quod ii, quos incolas dixerunt, alibi decuriones esse dicuntur; poterunt enim et aput eos detineri, si eorum patitur substantia et ante conventionem incolatui renuntiare noluerunt. Sola vero possessione sine laris conlocatione praedictos onerari iuris ratio non patitur, quamvis res decurionum comparasse dicantur. Sane incolatus iure tunc detinendi sunt, si non aut arma gesserunt aut expeditioni militari praefuerunt aut sub praecone administrationis facti sunt senatores. DAT. III NON. SEPT. ANTIOCHIAE; ACC. ID. OCT. TYRO MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

V

1 foenicis *V* 2 hii *V* 5 incolatus] *Gothofredus*, incolonatus *V* 6 praecone] praeconio *Valesius*

XII, 1, 53 (362 Sept. 18).

IDEM A. AD SALLVSTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quoniam ex paucis plurima commissa non absurde suspicamur, ex die kal. Septembrium omnes omnino praeter sollemnes nominationes factas a curiis in irritum devocamus. De praecedentibus porro iustum agi-
1 tabis examen. Placuit etiam designare, quae corpora sint, in quibus nominationis iuste sollemnitas exercetur. Decurionum enim filios necdum curiae mancipatos et plebeios eiusdem oppidi cives, quos ad decurionum subeunda munera splendidior fortuna subvexit, licet nominare sollemniter. DAT. XIIII KAL. OCT. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

V

4 sint] *Gothofredus*, sunt *V*: *fortasse verbis* quae corpora sunt *deletis scr.* exerceatur

---

XII, 1, 54 (362 Nov. 1).

IDEM A. AD IVLIANVM COM(ITEM) OR(IENTIS). Providendum est eorum novitati decurionum, qui nuper nomen curiis addiderunt, ne praeteritis debitis susceptorum onerentur: sed conventis propter haec debita qui ea praecedentibus delegationibus contraxerunt nullam eos molestiam pro sarcina nominationis alienae sustinere patiaris. P(RO)P(OSITA) BERYTO KAL. NOV. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

V (in transitu a pagina ad paginam bis scripta). — IVST. 10, 32, 23.

2 preteritis *V priore loco: malim* praeteritorum 4 eos] *Iust., om. V utroque loco* 5 byritho *V utroque loco*

XII, 1, 55 [= BREV. XII, 1, 6] (363 Mart. 1).

IDEM A. LEONTIO CONSVL(ARI) PALAESTINAE. ⌜Qui pater sit XIII liberorum, non modo ad curiam non vocetur, verum etiam, si sit decurio, honoratissima quiete donetur⌝. DAT. KAL. MART. ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

IVST.
⌜Si quis decurio pater sit tredecim liberorum, honoratissimae munerum quieti donetur⌝.

INTERPRETATIO. Haec lex hoc praecipit eum, qui pater probatur esse tredecim filiorum, non solum ad curiae servitia non tenendum, verum etiam, si curialis sit, honoratissima quiete donandum.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMS).* — IVST. 10, 32, 24.

1 idem ā] a. i idem ā *V*, imp. iulianus ā *(om. O) brev.* consulari] curl *N* palestinae *V*, palestinam *E* 2 modum *NX* ad] aut *S* curiam] iniuriam *N* uecetur *G*[a] 3 honoratissimae quieti *G Pith. cum Iust.* 3/4 dat. (ui *ins. Pith.*) k. mart. (apr. *G*) ant. iul. a. *(om. GXCPMS)* iiii et sallustio (psallustio *PMS*[b]) *libri* 5 praecepit *NEXC* probatur *om. X* tredecim] tertius decimus *G*, decem *S* 6 ad] non ad *PM* si] ut si *G* curialis sit] sit decurio *S* honoratissimae quieti *GS*

I, 1, 56 (363 Dec. 21).

IDEM A. Qui nati origine curiali militare munus adamaverunt, ubi X annorum stipendia confecta sunt, iussionum nostrarum auctoritate erunt curia immunes. Si vero intra decennium recens athuc erit ratio militiae limitaneae, causa generis praeponderabit et originis: curiis enim adgregabuntur. DAT. XII KAL. IAN. ANTIOCHIAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

V

3 praeponderauit *V*

I, 1, 57 (364 Mai. 7).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nemo ad ordinem senatorium ante functionem omnium munerum municipalium senator accedat. Cum autem universis transactis patriae stipendia fuerit emensus, tum eum ita ordinis senatorii complexus excipiet, ut reposcentium civium flagitatio non fatiget. Ii autem, qui legem nostram neglexerint, exempti senatorio albo, quoad municipalibus necessitatibus satisfaciant, non capiant cassi honoris augmentum. Nam qui cupiunt incrementum honoris adipisci, perfunctos se esse muneribus actis debent ordinarii iudicis adprobare, in locum suum scilicet filiis subrogatis, si eos successio familiae ad exsequendam universam legis nostrae mentem docebitur adiuvare. DAT. NON. MAI. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

4 hii *V*

I, 1, 58 (364 Mai. 13).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui curiali ortus familia ante
completa munera patriae senator factus est, fructu careat, quousque muneribus absolvatur: quibus expletis si velit sumptuosum ordinem senatorium vitare, renuntiet dignitati;
si permanserit, liberos quos post ediderit habeat senatores praetores iam quaestoresque,
1 non muneri decurionum obnoxios. Militiae vero nullus gradus, nulla diuturnitas de-
2 fendet eum, qui ut curialem contrahens originem repetetur. Sed et qui nexum curialem
nascendi opportunitate vitaverit, nisi cum duodeviginti annos expleverit militiam exerceat, per quam parentibus eius immunitas quaesita est, securus esse non poterit propter sortem originis. DAT. III ID. MAI. HADRIANOP(OLI) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

3 renuntiet] *Gothofredus*, denuntiet *V* 6 contrahens] *malim* trahens 7 oportunitate *V*

, 1, 59 (364 Sept. 12).

IDEM AA. AD BYZACENOS. Qui partes eligit ecclesiae, aut in propinquum bona propria conferendo eum pro se faciat curialem aut facultatibus curiae cedat quam reliquit, ex necessitate revocando eo, qui neutrum fecit, cum clericus esse coepisset. ET CETERA. DAT. IIII ID. SEPT. AQVIL(EIAE) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V. — Hac constitutione (cf. 12, 1, 60. 16, 2, 17) observavit Franc. Cumont (revue de philologie 26 [1902] p. 224) tolli alteram Iuliani (ep. 11) *datam non Βυζαντίοις, sed Βυζακίοις: τοὺς βουλευτὰς πάντας ὑμῖν ἀποδεδώκαμεν καὶ τοὺς πατροβούλους, εἴτε τῇ τῶν Γαλιλαίων ἑαυτοὺς ἔδοσαν δεισιδαιμονίᾳ εἴτε ὅπως* (*πως Hercher*) *ἄλλως πραγματεύσαιντο διαδρᾶναι τὸ βουλευτήριον.*

1 propinqum *V* 4 iiii] *scr.* prid. *ad iunctas*

XII, 1, 60 (364 Sept. 12).

IDEM AA. AD BYZACENOS. Sacerdotes vel curiales ultra terminos propriae civitatis non iubeantur sui exhibere praesentiam, in sacerdotibus creandis et in privilegiis, quae isdem deferebantur, veteri more servando. DAT. PRID. ID. SEPT. AQVIL(EIAE) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

IVST.
Curiales ultra terminos propriae civitatis non iubeantur a moderatoribus provinciarum sui exhibere praesentiam, nisi publica necessitas exegerit.

V. — IVST. 10, 32, 25.

4 hisdem *V*

XII, 1, 61 (364 Oct. 28).

IDEM AA. AD TERENTIVM CORR(ECTOREM) TVSC(IAE). Urbis Vulsiniensium principales, qui tamen patronorum adepti fuerint dignitatem, hanc praerogativam laborum atque officiorum ferant, ne interdum ad libidinem prave consulentium iudicum gravibus adficiantur iniuriis. DAT. V KAL. NOVEMB. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

3 ferat *V*

XII, 1, 62 (364 Dec. 10).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Municipalis, qui ad fabrorum collegium alia officia inlusurus inrepsit, statui pristino reformetur, nec in posterum decurionum quis originem trahens ad hoc officium adspirare audeat. DAT. IIII ID. DEC. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

XII, 1, 63 (370? 373? Ian. 1).

IDEM AA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quidam ignaviae sectatores desertis civitatum muneribus captant solitudines ac secreta et specie religionis cum coetibus monazonton congregantur. Hos igitur atque huiusmodi ⌜intra Aegyptum⌝ deprehensos ⌜per comitem Orientis⌝ erui e latebris consulta praeceptione ⌜mandavimus⌝ atque ad munia patriarum subeunda revocari aut pro tenore nostrae sanctionis familiarium rerum carere inlecebris, quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum. P(RO)P(OSITA) BERYTO KAL. IAN. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

IVST.
⌜ ⌝ *om.* | ⌜ ⌝ *om.*
⌜mandamus⌝

V. — IVST. 10, 32, 26.

3 hos] hoc *V*ᵃ 4 e *om. Iust.* 8 byritho *V.* — *Propter annum vide ad 9, 16, 8*

XII, 1, 64 (? 368? 370? 373? Apr. 23).

IDEM AA. MAVRIS SITIFENSIBVS. Privilegio militiae paternae se non vindicet, quem avitus curiae nexus adstringit, ⌜et patrem sine dubio receptura curia, si intra praedicti temporis calcem suis partibus adfuisset⌝. Quod si militari avo et patre decurione nascetur, paternae erit succedaneus functioni. DAT. VIIII KAL. MAI. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

⌜et . . . fuisset⌝ *om.* IVST.

V. — IVST. 10, 32, 27.

2 auitus] *V*, habitus *Iust. (dett.)*, adsuetus *Iust. (KOIX)* 3/4 auo et] *Iust.*, auocet *V*

II, 1, 65 (365 Mai. 28).

IDEM AA. AD TERENTIVM CORR(ECTOREM) TVSC(IAE). Omnes curiales, qui qualibet gratia prius ad altiorem gradum properaverint, quam munia universa percurrerint, ad ordinem necessitatum suarum revocentur nec ante ad usurpatam dignitatem admittantur, quam quae patriae debentur impleverint. Non difficile autem intellegitur id, quod senatorio ordini concessum non est, concedi non posse ordinibus civitatum. DAT. V KAL. IVN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

2/3 *fortasse scr.* ad ordinum necessitatem suorum

II, 1, 66 (365 Iun. 21).

IDEM AA. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ordinibus curiarum, quorum nobis splendor vel maxime cordi est, non adgregentur nisi nominati, nisi electi, quos ipsi ordines coetibus suis duxerint adgregandos, nec quis ob culpam, ob quam eximi deberet ex ordine, mittatur in curiam. DAT. XI KAL. IVL. RAV(ENNAE) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

2 nominati nisi] *fortasse scr.* nominatim 4 rauennae] *immo* mediolano, *ut est in iuncta* 9, 30, 3. *Annus recte traditur, dies dubius propter fines incertos inter Mamertinum et Rufinum praefectos*

II, 1, 67 (365 Iun. [?] 28).

IDEM AA. AD VOLVSIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nullus ⸢exceptis palatinis⸣ qualibet praerogativa fultus a debitis muneribus habeatur immunis. DAT. IIII KAL. IVL. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

⸢ ⸣ *om.* IVST.

V. — IVST. 10, 32, 28.

3 *propter mensem vide ad 1, 6, 5*

II, 1, 68 (365 [364?] Oct. 6).

IDEM AA. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quaecumque in perniciem ordinis Abellinatium sine auctoritate ac iudicio principali ordinarii iudicis nimia arrogatione gesta sunt, neque vetustae consuetudini praeiudicare debebunt neque in futurum quandam necessitatem legis inponere. DAT. PRID. NON. OCT. VERONAE VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

1 praefectum urbi] *immo* uicarium urbis quaecumque] *Gothofredus*, quecum *V* 1/2 auellinatium *V* 4 prid. *bis V eorum annorum, quibus duo Augusti consules processerunt, nulli locus convenit; Veronae Valentinianus fuit a. 364.*

II, 1, 69 (365? 368? 370? 373? Oct. 6).

IDEM AA. AD AVXONIVM V(I)C(ARIVM) DIOEC(ESEOS) ASIANAE. Universi, qui praematura cupiditate senatorios coetus honoribus patriae praetulisse noscuntur, habeant quidem incolumem statum senatoriae dignitatis, verum fungantur his honoribus, quos patriae non-

1 uicarium] ūc *V*

dum reddiderunt. Quin etiam liberos suos indicent, quos ante senatoriam dignitatem quisque suscepit. DAT. PRID. NON. OCT. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

1 indicent] *scr.* curiae indicent *similiterve* 2 *dies dubius propter sequentem*

XII, 1, 70 (365 Ian. 30).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quisquis ex hoc corpore, quod susceptioni deputatum est, honorem quemlibet suffragio meruit, etiamsi nostras purpuras adoravit, meritis careat dignitatis. DAT. III KAL. FEB. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

3 *dies dubius propter praecedentem*

XII, 1, 71 (370 Mai. 5).

IDEM AA. ET GR(ATI)ANVS A. AD AMPHILOCHIVM CONS(VLAREM) CAMPANIAE SIVE AD SOFRONIVM CONS(VLAREM) PICENI. Qui praeterito aliquo vel honore vel munere ad locum indebitum tetenderunt, etiamsi conivente curia vel aliquibus in iudicium causis tamquam probabilibus allatis valuit obreptio, ad ea quae fugerant retrahantur. Quiescat autem illa interlocutio, qua, cum huiusmodi querimoniae deferantur, pronuntiet iudex curiam suum nosse discrimen. DAT. III NON. MAI. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

V

1 amphilocium *V* 3 conhibente *V* 4 allatis] *sic V* 5 qua] *Gothofredus,* quae *V* quaerimoniae *V*

XII, 1, 72 (370 Mai. 5).

IDEM AAA. AD OLYBRIVM CONS(VLAREM) TVSC(IAE). Si quis negotiator fundos comparaverit et ut aliquorum possessor praediorum vocetur ad curiam, ei necessitatis umbra non adsit, quod propterea pecunia, quam habet in conversatione, mercatoribus indictum aurum argentumque agnoscit, sed nominatione facta eius pareat functionibus, cui se sponte dedit, pecuniae usum in glebae commodum conferendo. DAT. III NON. MAI. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

V

1 aa. *V* 3 *seq. sic fere haec restituenda erunt:* quod propterea, [quod propter eam] pecunia[m] q. h. in c. mercatoribus indictum aurum argentumque agnoscit, (sed *delendum*) nominatione facta eius pareat functionibus [praeter eam] cui se sponte dedit

XII, 1, 73 (373 [?] Nov. 30).

IDEM AAA. AD SYMMACHVM PROCONS(VLEM) AFRIC(AE). Qui nullo administrationis honore fultus, nullis vel palatini laboris insignibus vel meritis iustis militiae in consortium senatus nititur pervenire, missa in hanc rem legatione revocetur eique reddatur curiae, quam voluit declinare. DAT. PRID. KAL. DEC. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE IIII AA. CONSS.

V

1 aa. *V* 4 iiii] iii *compilatores ponere voluisse probabile est, cum praecedat* III non. Mai. a. 370, *sequatur* k. Mart. a. 371, *annus dubius est (cf. Seeck praef. ad Symmachum p. XLVII)*

XII, 1, 74 (371 Mart. 1).

IDEM AAA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: In his, qui ex curiis ad senatus consortia pervenerunt, haec forma servetur, ut, si perfunctus quispiam muneri-

bus et filii subole nixus fuerit, quem senatorio necdum indepto honore suscepit, filium
suum curiae functionibus tradat, ipse optata clarissimatus dignitate potiatur. Quod si
ei gemina vel numerosa suboles erit, tunc discrimen promptae dudum divalis legis ad-
hibendum est, ut de duobus eius liberis aut pluribus sortiendi unius filii ad collegium
senatus habeat optionem, ita ut ei, qui cum patre vel post patrem ad consortium sena-
tus legetur, divisione cum fratribus per sortem successionis patrimonii idonea solius
glebae substantia congregetur. Plane si qui curialis factus senator et unius filii posteri-
tate subnixus ipsum senatui poposcerit conecti seque promittat ad curiae munera regres-
1 surum, eiusmodi captio minime admittatur. Ceterum si de numero curialium factus
senator filium non habebit, quem functionibus patriae heredem generis ac munerum dere-
linquat, glebae senatoriae brevibus eximatur circa eos forma data, qui intra annos XI
consulatus Constantii decimi et Iuliani III amplissimi ordinis participasse collegium mon-
2 strabuntur: ceterum anteriore tempore adscitos ipsa aequum est antiquitate defendi. Si
quis igitur curialis prosapiae senatorio adepto vel a nobis vel a divis principibus honore
subnixus sit, quantum ad liberos quidem pertinet, eadem quae superius conprehensa est
forma servetur, excepto scilicet eo, qui sine filio sit et, ut statuimus, retrahendus est,
nisi vel antiquitate participati senatus vel praestituti temporis praerogativa muniatur
vel ius gladii habuit vel praeconum, qui honores concessi ceteris et antiquum instar
3 senatorii nominis fuerint consecuti. His verae dignitatis titulis et iudicibus adiungen-
dis, qui proprium decus senatorum indepti praeturae insignibus fuerint et honoribus
ampliati, vel quos veteris tribunorum plebis appellatione respersos umbra nominis nobis
4 annuentibus constiterit populo praefuisse. Inanes vero umbras et cassas imagines digni-
tatum codicillis honorariis sectantes nihil adiuvari praecipimus, exceptis eminentium
elatis titulis dignitatum, si et honorario nomine a summo gradu usque ad consularitatem
haut exiguis profecto meritis amplissima sibi honestamenta pepererunt, ceteris inferiori-
5 bus dumtaxat honorariis dignitatibus ad ea officia quae reliquerant deducendis. Haec
super obnoxiis curiali origini. Ceterum suae potestatis et nullis per provincias functioni-
bus obligati si vel longae militiae labore vel proximis erga nos . . . iuvantibus codicillos sena-
torios reportaverint, nisi vitiis aut actae vitae obprobriis amplissimo ordine deprehendan-
tur indigni, indepti semel clarissimatus dignitatem perpetuo manebunt in ordine sena-
torum. DAT. KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

V

3 prompte *V* 4 aut] *Gothofredus*, ac *V* 6 diuisione . . . . patrimonii] *sic ego*, diuiso . . . . patrimonio *Gothofredus*, diuisio cum fratribus (patribus *V*ᵃ) . . . . patrimonii *V* 10 patriae] pr *scribere coepit, mox em. V*ᵃ 11 xi] *Gothofredus*, xl *V* 17 uel pr.] *malim* et pr. prestituti t. prerogatiua *V* 18 *scr. fortasse* qui honoris concessu ueteris antiquum 20 senatorum] *Gothofredus*, senatum *V* 21 ueteri *Haenel* 22 annuentibus] *sic V* constiterit] *malim* ostenderit 26 que *V* 27 origini] *scripsi*, origine *V* 28 obligati si] *Seeck*, obligatis *V* *post* nos *videtur excidisse* officiis nos *similiave*

I, 1, 75 (371 Iun. 28).

IDEM AAA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui ad sacerdotium provinciae et principalis honorem gradatim et per ordinem muneribus expeditis, non gratia emendicatisque suffragiis, et labore pervenerint, probatis actibus, si consona est civium fama et publice ab universo ordine conprobantur, habeantur immunes, otio fruituri quod continui laboris testimonio promerentur liberumque sit corpus eorum ab his iniuriis, quas honoratos non decet sustinere. Honorem etiam eis ex comitibus addi censemus, quem ii consequi solent, qui fidem diligentiamque suam in administrandis rebus publicis adprobarint. DAT. IIII KAL. IVL. TREV(IRIS) GRATIANO A. II ET PROBO CONSS.

V

1 aa. *V* 3 et labore] sed l. *Gothofredus* 6 hii *V*

XII, 1, 76 (371 Iul. 13).

IDEM AAA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ex omnibus domibus producti qui origine sunt curiali, ad subeundam publicorum munerum functionem protrahantur, quippe cum occultatoribus talium praeter iacturam existimationis etiam rerum discrimen incumbat, si ulterius progressi utilitatem publicam privatis studiis et patrociniis postponant. DAT. III ID. IVL. ANCYRAE GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

V. — IVST. 10, 32, 31.

4 studiis] *V*, custodiis *Iust.* *(KOI)*

XII, 1, 77 (372 Febr. 23).

IDEM AAA. AD PROBVM VIC(ARI)VM VRB(IS). Nemo originis suae oblitus et patriae, cui domicilii iure devinctus est, ad gubernacula provinciae nitatur ascendere, priusquam decursis gradatim curiae muneribus subvehatur. Nec vero a duumviratu vel a sacerdotio incipiat, sed servato ordine omnium officiorum sollicitudinem sustineat, quod nec his deferri per gratiam aut conivente iudice patimur, qui advocationis praerogativa nituntur; nec vero principalium vel sacerdotalium, cum nullam curialium officiorum agnoverint functionem, in honores primos inrepant. Post munera vero et magistratus gradatim patriae persolutos aditus singulis ad administrationes publicas, nobis quoque adsistentibus recludatur. ET CETERA. DAT. VII KAL. MART. TREV(IRIS) MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

V

3 subueatur *V* ad duumuiratus *V* uel a sacerdotio *collocandum ante* 4 quod 5 conhibente *V* 6 principalium uel sacerdotalium *delendum* 7 inreparant *V* 9 arintheo *V*

XII, 1, 78 (372 Mai. 16/7).

IDEM AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ad inlustres comites et mag(is)tros equitum ac peditum scribta porreximus, ut scirent ab omnibus his veteranorum filiis, qui vel curiae addicti sunt vel civilibus muneribus aliisque necessitatibus obsecundant, penitus abstinendum vel, si qui forte retracti essent, eos ita protinus officiis anterioribus redderent nec pro his vicarios expeterent iuniores. DAT. XVII KAL. IVN. PATAVIONE MODESTO ET ARINTHEO CONSS.

V

3/4 paenitus *V* 4 essent eos ita] *scr.* ita essent eos 5/6 dat. (*scr.* $\overline{pp}$) xuii (xui *iuncta* *8, 4, 12)* k. iun. patauione *(Poetovione eo tempore vix fuit Valentinianus)* m. et ar. *libri*

XII, 1, 79 (375 Dec. 3).

IDEM AAA. MODESTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque per Osdroënam primipilarium maiore laetatur numero filiorum, unum loco suo veluti hereditario iure substituat, alterum pro amore patriae Edessenae curiae tradat obsequiis, ceteris quam voluerit militiam provisurus. Sin autem duos tantum procreaverit, cohorti satisfacere cogatur et curiae. Quod si unum procreaverit, eundem ordini patriae restituat, nullo contra hanc formam beneficio valituro. Damus sane licentiam tam patribus eorum quam ipsis, qui huius legis auctoritate civitatum obsequio adgregantur, ut, si quos curiales patrocinio principalium invenerint excusari, in medium proferant, ut et ipsi similibus officiis deputati pareant imperatis. DAT. III NON. DEC. ANTIOCHIAE POST CONS. GRATIANI A. III ET EQVITI V. C.

V. — IVST. 12, 57, 5.

3 aedesenae *V* 9 imperatis] *Gothofredus*, impetratis *V*

[, 1, 80 (380 Mart. 17).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. IVLIANO P(RAE)F(ECTO) AEGYPTI. Omnis ordo curialis a tormentis his, quae reis debita sunt, et ab ictibus plumbatarum habeantur immunes, scituro iudice, quod si vel ipse vel eius officium contra vetitum legis aliquid usurpare temptaverit, gravissimo se supplicio esse subdendum. Gravitas igitur tua sanctionis maiestate perspecta non solum a corporalibus curialium iniuriis temperabit, verum etiam tota observatione providebit, ut, si aliquid temerarium ab officio aliquo fuerit perpetratum, severioris poenae discrimine vindicetur. DAT. XVI KAL. APRIL. GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

V

7 uidicetur *V*[a]

, 1, 81 (380 Mart. 17).

IDEM AAA. AD NEOTERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Fabricenses ordinibus restituantur, qui originem curialem et propriae munera declinaverint civitatis; reliqui ne levi quidem inquietudine pulsentur. DAT. XVI KAL. APRIL. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

V. — IVST. 10, 32, 32.

1 neotherium *V* 3 thessall *V*

[, 1, 82 (380 Mart. 17).

IDEM AAA. NEOTERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes ad curiam praecipimus revocari, qui ad munera subeunda originalibus vinculis occupati officia conantur exhibere maiora, sive se splendidissimo senatui tradiderunt sive per officia militantes obsequia patriae denegarunt, si tamen allegationum meritis deseruntur. DAT. XVI KAL. APRIL. THESSALONICAE GRATIANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

V

1 neotherio *V* 4 thessallonicae *V*

, 1, 83 (380 Mai. 14).

IDEM AAA. Si qui militaris prosapiae se officio cohortis adgregarit et si infractis viribus grandaevam praeferat senectutem aut debilitatis obtentu bellico inconveniens operi iudicetur, de ignaviae latebris vel sera indagatione retractus curiarum functionibus mancipetur. SCRIBTA PETRO CONSVLARI FOENICES DAMASCO PRID. ID. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

V. — GEMINA 7, 22, 9 *(ubi vide)*.

1 et si] *scr.* et sic 4 foenicis *V* 5 u *addidi ex iuncta* 7, 22, 9. *Intellege sic praefectum praetorio ex Constantinopoli (nam imperator tum erat Thessalonicae) a. 380 Mai. 14 rescriptum misisse Damascum ad consularem Phoenices*

, 1, 84 (381 Febr. 15).

IDEM AAA. AD CAMENIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). In nominationibus a singulis quibusque ordinibus celebrandis dudum expressae quantitatis modum eatenus volumus custodiri, ut eorum in duabus, quae concilio adesse debent, partibus numerus derogetur, quos aut obtentus debilitatis alienat aut senectus pigra remoratur aut clericatus obsequia vindicarunt aut crimen desertionis absentat, ut ex reliquo numero duabus tertiis supputandis. P(RO)P(OSITA) KARTHAG(INE) XV KAL. MART. SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

V

1 quibusque] *Cuiacius*, quibus *V* 5 absentat ut] *scr.* absentauit duobus *V*

XII, 1, 85 (381 Iul. 21).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes iudices provinciarumque rectores a consuetudine temerariae usurpationis abstineant sciantque neminem omnino principalium aut decurionum sub qualibet culpae aut erroris offensa ⌜plumbatarum⌝ cruciatibus esse subdendum. Quod si quis forte iudicum in hanc pertinaciam inliciti furoris eruperit, quod audeat principalem ac decurionem et suae, si sic dici oportet, curiae senatorem ⌜plumbatarum ictibus⌝ subdere, XX librarum auri inlatione multatus et perpetua infamia inustus ne speciali quidem rescribto notam eluere mereatur; et officium quinquaginta librarum auri multam fisco nostro cogetur inferre, quoniam, ut pertinaciae iudicis ⌈ resistat, liberam eidem contradicendi permittimus facultatem. DAT. XII KAL. AVG. HERACLEAE EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

IVST.
⌜ ⌝ *om.*
⌜tormentis⌝
⌈ sui

V. — IVST. 10, 32, 33. — *Cf. Libanius in Icarium 1 (vol. 2 p. 116 Reiske): ἀνὴρ . . . ἐπαίετο τὸ μετάφρενον κωλυόντων μὲν παλαιῶν νόμων, κωλύοντος δὲ τοῦ νῦν τεθέντος, item in Icarium 2 (vol. 2 p. 136 R.): νόμον ἔθηκας, ὦ βασιλεῦ (Theodosius I), μὴ ἐξεῖναι τύπτεσθαι παρὰ τῶν ἐπὶ τῶν ἀρχῶν τοὺς ἐν ταύτῃ τῇ τάξει καὶ προσηγορίᾳ.*

3 aut] *Iust.*, ad *V* culpae *V*[rec.], cupae *V* | natam *V*[1] eluere] *Iust. (K)*, ueluere *V*, eruere *Iust. (OI)*
8 ne] *Iust. (OI)*, nec *Iust. (K)*, ut nec *V*

XII, 1, 86 (381 Iul. 21).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui labores curialis officii declinantes per inlicitae ambitionis conpendia provecti non merito probantur esse, sed pretio, nulla debent ratione defendi, sed functionibus debitis redhiberi. Super eorum autem filiis revocandis nullius dubietatis exstet ambiguum. DAT. XII KAL. AVG. HERACLEAE EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

V

1 labores] *Seeck*, labore *V*, laborem *Tilius* 2 copendia *V*[a]

XII, 1, 87 (381 Iul. [?] 30).

IDEM AAA. AD FLORVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Universos, qui se tam causarum actionibus quam etiam sacramentis militaribus cessantes ac stipendiis manciparunt, ad obsequium sublimitas tua iubeat redire curiale. Eos vero, quos emptae defensionem praeferre conpererit dignitatis, cunctas, quas crediderant subtrahendas, complere praecipiat functiones. DAT. III KAL. AVG. HERACLEAE EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

V

2 cessantes *collocandum post* manciparunt *vel delendum* 5 *subscriptio dubia propterea* | *quod praecessor Flori Eutropius mansisse videtur ad a. 381 Septembrem*

XII, 1, 88 (382 Apr. 9).

IDEM AAA. AD SYAGRIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Curiales nisi per quinquennium armata militia vel per XXX annos dignitas palatina defendat, certum est origini esse reddendos, ita ut, servata quinquennii de praeterito condicione et in posterum istiusmodi personis a consortio militiae celsioris exclusis, omnes, qui intra praescribtum tempus inter palatinos habentur seu inter protectores aut domesticos, restituantur suae fortunae. P(RO)P(OSITA) V ID. APRIL. KARTHAG(INE) POST CONS. SYAGRI ET EVCHERI V̄V̄. C̄C̄.

V

3 preterito *V* 4 prescribtum *V*

I, 1, 89 (382 [381] Iul. 5).

IDEM AAA. AD SYAGRIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Omnes omnino, quos paterna obsequia municipes fecerunt, resultandi curiae nexibus, quaelibet avorum atque maiorum stemmata referant, licentiam penitus amittant, non minore rectoribus, si hoc concesserint,
1 periculi denuntiatione constrictis. Veteranorum quoque filios armis inpares seque otio vel debilitate membrorum vel mentis torpore donantes vindicet curiarum necessitas. DAT. III NON. IVL. VIMINACIO POST CONSS. SYAGRI ET EVCHERI VV. CC.

V

3 paenitus *V* 5 mentis] *Cuiacius*, meritis *V* 6 *scribendum esse* Syagrio et Eucherio conss. | *intellegitur collata altera 1, 10, 1 et reliquis horum annorum*

I, 1, 90 (382 [383?] Mart. 8).

IDEM AAA. PROCVLO COM(ITI) OR(IENTIS). Universos, qui ex consulatu divi pii Constanti X et Iuliani III, hoc enim tempus divorum parentium nostrorum Valentiniani et Valentis decreta signarunt, ex genere curiali ad senatoriam dignitatem adspirasse constiterit, vel restituendis omnibus functionibus quas debebunt curabis addicere vel, si cunctis functionibus obsecuti sunt, in substituendis quam maxime idoneis obnoxios facere non desistas. DAT. VIII ID. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

V

1 qui] *requiritur* quos 2 tempus] tempus est *V*, tempus est quod *Tilius* 6 *subscriptio corrupta videtur esse non solum in mense propter constitutionum ordinem turbatum, sed etiam in anno propterea, quod rescripta reliqua* | *data per hos annos ad comites Orientis Philagrium a. 382 Sept. 20 et Proculum hunc a. 383 Ian. 11. Iul. 6 et 27 hanc nostram ad eundem annum videntur reicere*

I, 1, 91 (382 Aug. 6).

IDEM AAA. DARIO CONS(VLARI). Si qui curiales curia derelicta neque debitas patriae reddiderint functiones nec, cum ipsi discederent, idoneos subrogarunt, ita eos constringi oportet, ut et agenda persolvant et in locum suum idoneos pro publica utilitate constituant. DAT. VIII ID. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

V

I, 1, 92 (382 Oct. 23).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis procurationem facultatum suarum curiali crediderit esse mandandam, totius dignitatis exceptione depulsa ⌜patrimonium eius quod crediderat curiali proscribtio fiscalis invadat⌝. Ille vero, qui immemor libertatis et generis infamissimam suscipiens vilitatem existimationem suam servili obsecundatione damnaverit, ⌜deportationis incommodo subiugetur⌝. DAT. X KAL. NOV. CONSTANT(INO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

⌜gravissima poena plectetur⌝ IVST.

⌜tradatur exilio⌝ IVST.

V. — IVST. 10, 32, 34.

7 subiungetur *V*

[, 1, 93 (382 Nov. 25).

IDEM AAA. CLEARCHO P(RAEFECTO) ... ecti, qui ex decurionibus senat... se splendori et collegio miscuerunt, ... suboles, vel quae prius edita ...

2 omnes *V* quae] que *V*

quae postmodum docetur esse suscepta, remittatur ad curiam. DAT. VII KAL. DEC. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

V

XII, 1, 94 (383 Ian. 31).

IDEM AAA. CONSTANTIANO VIC(ARI)O DIOEC(ESEOS) PONTIC(AE). Universos, quos per furtivam militiam et fraudes varias dignitatum obsequia civitatum gravitas tua conpererit refugisse ac per ambitum honoris indebiti necessarium patriae ministerium denegasse, ad collegium ordinum et consortium functionum amota revocare dilatione contendat neque eos sub excusatione alicuius officii vel honoris permittat evagari. Qui tunc demum libero poterunt honore gaudere, si universis muneribus nominationibusque completis absolutam possidere coeperint dignitatem. DAT. PRID. KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

V

1 per] *Gothofredus, om. V*

XII, 1, 95 (383 Febr. 26).

IDEM AAA. AD EVSIGNIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Viri ordinibus nati ad militiae non debent sacramenta confugere. Post XV vero stipendia vinculo prioris ordinis liberetur, qui se tribus lustris adsidue militasse et neque bellicis necessitatibus neque muneribus militaribus ostenderit defuisse. DAT. IIII KAL. MART. MED(IOLANO) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

V

1 uiri] uri *V*

XII, 1, 96 (383 Mart. 5).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Concessum curialibus provinciae Mysiae, ut, si quos e plebe idoneos habent, ad decurionatus munia devocent, ne personae famulantium facultate locupletes onera, pro quibus patrimonia requiruntur, obscuritate nominis vilioris evadant.
1 In quorum desiderio etiam istud adiectum est, ut originales, qui ad diversa provinciarum officia confugerunt, ex divi Iuliani tempore ad curiales functiones sublata omni ambiguitate retrahantur. DAT. III NON. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

V

1 concessum est *Haenel* 2 persone *V* 4 originalis *V* 5 temporea ad *V*

XII, 1, 97 (383 Mart. 8).

IDEM AAA. CYNEGIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Scias excepta dioecesi Aegyptiaca ubique servandum esse, ne usquam penitus in susceptionem vel minimi vectigalis decurio conductor accedat, sed eorum professionibus et personis omnis haec diversarum locationum summa credatur, qui ad exhibendam publicis rationibus fidem periculo et fortunae coguntur et vitae. DAT. VIII ID. MAR. CONSTANT(INO)P(OLI) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

V

2 esse] *Tilius,* est *V* paenitus *V*

1, 98 (383 Apr. 6).

IDEM AAA. POSTVMIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In muneribus peragendis, si qua soluta ante non fuerant, vel in substituendis idoneis, ne quid patriae perisse videatur, vel || in filiis ⌜ retinendis priorum praecepta principum sublimitas tua custodiat. Eos quoque, qui advocationis obtentu curialia onera declinant, agere universa compellat, quae etsi necessitas non exigit, tamen patria non remittit. Ipsos quin etiam filios magistrorum, qui ex curiali stirpe descendunt, simili modo obnoxios esse decernat. DAT. VIII ID. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⌜ decurionum

V. — IVST. 10, 32, 35.

3 praecepta principum] *scripsi*, praeceptorum *V*, praeceptorum decreta *eandem lectionem interpolantes Iustiniani* 5 agere] *Iust.*, onera *V* 6 curiali] V^b, culi V^a

1, 99 (383 Apr. 18).

IDEM AAA. AD HYPATIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. POST ALIA: Iussio, qua sibi Iudaeae legis homines blandiuntur, per quam eis curialium munerum ˹datur˺ immunitas, rescindatur, || cum ne clericis quidem liberum sit prius se divinis ministeriis mancipare, quam patriae debita universa persolvant. Quisquis igitur vere deo dicatus est, alium instructum facultatibus suis ad munera pro se complenda constituat. DAT. XIIII KAL. MAI. MEDIOL(ANO) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

IVST.
˹dabatur˺ | || *fin.*

V. — IVST. 1, 9, 5.

1/2 iudeae *V Iust.* (R^b), iudaicae *Iust. (rel.)* 5 instructum] *Gothofredus*, instructus *V* 6 xiiii] *V*, xuiii *Iust. (Hal. Bamb.)*, xuii *Iust. (PL)*

1, 100 (383 Apr. 19).

IDEM AAA. AD HYPATIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Omnes, qui ex origine curialium se diversis gradibus inseruere militiae, reddi propriis ordinibus oportebit, exceptis his, quibus legis vetustae, quae certum numerum stipendiorum vel palatinae militiae viris statuit, opitulatur auctoritas. DAT. XIII KAL. MAI. MED(IOLANO) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

V

3 uel palatinae] armatae uel palatinae *Seeck (cf. 7, 1, 6. 12, 1, 82)* 4 statut *V*

1, 101 (383 Iun. 16).

IDEM AAA. AD BASILIVM COMITEM S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Exemplo senatorii ordinis patris originem ˹municeps˺ unusquisque sequatur. Nec valeant specialiter delata rescribta, si quis se matris origine defendens a maiore curia ad minorem transferri fortasse promeruerit, neque ulla pro more provinciae referri sinatur exceptio. DAT. XVI KAL. IVL. ROM(AE) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

˹ ˺ *om.* IVST.

V. — IVST. 10, 32, 36.

3 quis se matris] *Iust.*, qui se magistris *V* defendens] *V Iust.* (Z^a), defensa *Iust. (reliqui)* 4 fortasse .... referri] *Iust.*, *om. V* dat.] *immo* pp

1, 102 (383 Iul. 19).

IDEM AAA. POSTVMIANO II P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quotienscumque se ex rescribtis nostris aliquid impetrasse contendent ii, quos obnoxios curiae vel origo fecerit vel latum

1 ii] *V*, *om. 7, 2, 1 neque est in aliis constitutionibus datis ad Postumianum* 2 hii *V*

inter partes iudicium designarit, nullam prorsus spem curias declinandi ex colore sacrae iussionis accipiant. DAT. XIIII KAL. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

V. — IVST. 10, 32, 37.

1 designauerit *Iust.*

XII, 1, 103 (383 Iul. 27).

IDEM AAA. AD PROCVLVM COM(ITEM) OR(IENTIS). Voluntate propria unusquisque syriarchiae munus suscipere debet, non necessitate inposita. DAT. VI KAL. AVG. SALAMARIAE MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

V

1/2 syriarchiae] tiriaciae arcem *scholia Vaticana*

XII, 1, 104 (383 Nov. 7).

IDEM AAA. POSTVMIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Curiales, qui ecclesiis malunt servire quam curiis, si volunt esse quod simulant, contemnant illa, quae subtrahunt. Nec enim eos aliter nisi contemptis patrimoniis liberamus. Quippe animos divina observatione devinctos non decet patrimoniorum desideriis occupari. DAT. VII ID. NOV. CONSTANT(INO)P(OLI) MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

V

XII, 1, 105 (384 Mai. 6).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ob penuriam Edessenorum municipum divi parentes nostri statuerunt, ut officii praesidis Osdroenae provinciae principum liberi, si singuli essent, memoratae civitatis curialibus iungerentur, sin vero bini, divisa fecunditate singuli militiae, singuli vero curiae necterentur. Quod cum ita sit, iubemus et praesenti lege et superiore servata, ut omnes omnino, qui ordine militiae ad principatum venturi sunt vel venisse monstrantur, etiamsi aliqua calliditatis arte se a principatus munere putaverint subtrahendos, memoratae curiae suos liberos tradant dividantque cum Edessena civitate subolem rei publicae profuturam. Hi quoque, qui iam contra legem ante principatum patrum quibuslibet sacramentis innexi sunt, retracti memoratae curiae congregentur. DAT. PRID. NON. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V

1 aedesenorum *V* 2 praesides *V* 4/5 *expectes* iubemus praesenti lege superiore servata 6 monstantur *V* arte] a te *V*[a] 8 aedesena *V* 10 richomerae *V*

XII, 1, 106 (384 Iul. 8).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Curiales quicumque perfuncti provincialibus dignitatibus fuerint, ad persolvenda ea, quae debent patriae, detinentur. DAT. VIII ID. IVL. HERACLEAE RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V

XII, 1, 107 (384 Aug. 31).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque heres curiali vel legitimus vel electus testamento graduve successerit quique fideicommissarius aut legatarius eiusdem

2 quisque fideiconmissarius *V*

arbitrio morientis exstiterit vel si quem liberalitas locupletaverit forte viventis, quos a curiae nexu condicio solet dirimere, sciant pecuniariis describtionibus pro ea tantum parte patrimonii, in quam quisque successit ad denarismum sive uncias sese auctoris sui nomine retinendum. DAT. PRID. KAL. SEPT. VERONAE RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V

3 unicias *V* 4 *locus et inscriptio non possunt conciliari.*

[, 1, 108 (384 Nov. 6).

IDEM AAA. AD CYNEGIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ne quis officialium curiae poenae specie atque aestimatione dedatur, nisi si quis forte curiam defugiens ob hoc coeperit militare, ne ingenitis fungatur officiis. Omnes itaque omnino iudices tuae censurae subditos admonebis, ne quis ⌈ aestimet curiae loco supplicii quemquam ⌈ eorum IVST. deputandum, cum utique unumquemque criminosum non dignitas debeat, sed poena comitari. DAT. VIII ID. NOV. CONSTANT(INO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V. — IVST. 10, 32, 33.

1 curiae *post* 2 aestimatione *Iust.* 2 dedatur] *V Iust. (KI) Iust.*, edatur *V* defugiens] *Iust. (O)*, diffugiens

, 1, 109 (385 Apr. 26).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nec cogi ad agonothesiam volumus invitos et ad eum statum cuncta referenda sunt, in quo inveniuntur. Atque ideo curiales, qui universa persolverint nihilque iam vel ex honoribus reliquum habeant, quod debere videantur, dumtaxat huius ac similium pro qualitate generis functionum, postquam patriae cuncta reddiderint quae publica poscit utilitas, etsi praesentare forsitan nolunt, tamen propter personarum condicionem praestare cogendi sunt, ut concessa sibi generaliter atque in perpetuum ex comitibus dignitate laetentur, osculum quoque his in provincia iudicantum et consessus indultus sit. DAT. VI KAL. MAI. ARC(ADIO) A. I ET BAVTONE CONSS.

V

5 praesentare] praesidere *Seeck* 6 popter *V*[a] ut] *Gothofredus*, et *V*

, 1, 110 (385 Mai. 28).

IDEM AAA. AD NEOTERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Universos municipes sibimet debitos ordo aput proprium repetat cognitorem, si quidem nullum magis uniuscuiusque forum conpetens poterit appellari quam patriae. Si quis tamen provinciam rexerit curialis, aditum sibi interclusum senatoriae dignitatis intellegat, nisi patriae quidquid debet ante dissolverit. Et ne conludio forte municipum quae sunt iussa frustrentur, sciant singularum ordines civitatum XXX libras auri se esse multandos, nisi ad reposcendos proprios sedulis instituerint querellis. DAT. V KAL. IVN. MED(IOLANO) ARC(ADIO) A. I ET BAVTONE CONSS.

V

1 neotherium *V* 5 frustentur *V* 7 quaerellis *V*

, 1, 111 (386 Apr. 30).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo prorsus curialium substituto filio vel quolibet alio deserendorum munerum patriae habeat facultatem, sed unusquisque, qui relicto in aliqua civitate vel filio vel vicario ordini se inplicat senatorio, tam suis

quam subrogati muneribus obligatus sub specie munerum publicorum enormia utrubique cogatur patrimonii subire dispendia. DAT. PRID. KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO) N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

V

1 obligatos *V* speciae *V*

XII, 1, 112 (386 Iun. 16).

IDEM AAA. FLORENTIO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTA)LI. In consequenda archierosyne ille sit potior, qui patriae plura praestiterit nec tamen a templorum cultu observatione Christianitatis abscesserit. Quippe indecorum est, immo ut verius dicamus, inlicitum ad eorum curam templa et templorum sollemnia pertinere, quorum conscientiam vera ratio divinae religionis imbuerit et quos ipsos decebat tale munus, etiamsi non prohiberentur, effugere. EMISSA XVI KAL. IVL. CONSTANT(INO)P(OLI) HON(ORIO) N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

V

1 archierosinae *V* 4 uerae *V* 6 euuodio *V*

XII, 1, 113 (386 Sept. 3).

IDEM AAA. VNIVERSIS COM(ITI)B(VS) ET MAG(IS)TRIS EQVIT(VM) ET PEDITVM. Admonitis v(iris) c(larissimis) ducibus tribunis praepositis cunctos transfugas statuat inlustris magnificentia vestra ad originem pristinam revocari, seu qui diversis officiis dedicati seu qui sacramentis militaribus mancipati sunt. Nemo se annositate tueatur, nemo, si tamen eius pater aut avus decuriones fuerunt, factum suum incongrua usurpatione defendat. Ordines quoque meminerint se condemnationi obnoxios et periculo, si quibuscumque in locis reppertos non, etiam renitentes ac repugnantes, huius statuti auctoritate reddiderint. DAT. III NON. SEPT. VALENTIAE HONOR(IO) N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

V

2 ūū c̄c̄ *V* 5 factum] *fortasse* statum 6 ordines] *Gothofredus*, ordine *V* si quibuscumque] *scripsi*, qui quibuscumque *Cuiacius*, quibuscumque *V* 8 euuodio *V*: *propter subscriptionem vide ad 8, 5, 49*

XII, 1, 114 (386 Dec. 25).

IDEM AAA. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Curiales, qui sese privilegio domus nostrae defendi posse crediderint, ad curiam retrahantur et propriis functionibus mancipentur et publica damna sarciant. || Tamen si quis ex his domui divinae detectus fuerit quippiam debere, exsolvat. DAT. VIII KAL. IAN. HONOR(IO) N̄. P̄. ET EVODIO CONSS. || *fin.* IVST.

V. — IVST. 10, 32, 39.

2 et] *Iust.*, et ut *V*, ut et *Seeck* 5 euuodio *V*

XII, 1, 115 (386 Dec. 31).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Clerici ad curiam pertinentes sciant ex patrimonio suo, si ipsi immunes cupiunt permanere, alios idoneos esse faciendos, qui recedentum praesentiam personamque restituant in publicis muneribus subeundis. DAT. PRID. KAL. IAN. CONSTANT(INO)P(OLI) HONOR(IO) N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

V

4 euuodio *V*

I, 1, 116 (387 Mart. 27).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes, qui ex origine decurionum ad perorandas causas laudum atque industriae amore ducuntur, reddant patriae, cui nati sunt, debitas functiones nec sese superflui nominis praerogativa defendant, quando quidem facilius parere muniis possint, si necessitatem publicam eo tempore, quo student causis, industriae favore toleraverint. DAT. VI KAL. APRIL. CONSTANTI(NO)P(OLI) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

V

3 sese] V^2, esse V^1 superflui] *fortasse* superbi *requiri videtur* 4 muniis possint eo tempore quo (quod V) student causis *deletis* si nec. publicam *et* ind. fauore tolerauerint

I, 1, 117 (387 Mart. 31).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quilibet principalium vel decurionum vel decoctor pec(un)iae publicae vel fraudulentus in adscribtionibus inlicitis vel inmoderatus in exactione fuerit inventus, iuxta pristinam consuetudinem non solum a vobis, quibus propter loci dignitatem rerum summa commissa est, verum a iudicibus ordinariis plumbatarum ictibus subiciatur. DAT. PRIDIE KAL. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

V. — IVST. 10, 32, 40.

2 pēcae V 4 uerum] uerum etiam *Iust. (I)* 5 pridie] die V

I, 1, 118 (387 Iul. 6).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Decurio fortunam, quam nascendo meruit, suffragiis atque ambitione non mutet, et si vacare per senectutem potuerit, propter ordinationem, quae per plurimos cito definiri solet, curiam non relinquat. || || *fin.* IVST.

1 Illud vero iterata lege praecipimus, ne in locum proprium homo curialis filium suum substituat et ipse otiosus defendatur senatorii nominis dignitate. Si quis vero ad indebitum honorem posthac adspirare ausus fuerit, auctoritate ordinarii iudicis remotus patriae reddatur et civibus. DAT. PRID. NON. IVL. CONSTANT(INO)P(OLI) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

V. — IVST. 10, 32, 41.

1 furtunam V 6 ordinari V

I, 1, 119 (388 Iun. 21).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Claudiopolis, Prusiadis ac Tottai et Doridis oppidorum sive mansionum per Bithyniam curiales publicis inludere functionibus per suam fugam cognovimus iubemusque, ut edictis primitus evocati utilitatibus se patriae et ei cui nati sunt restituant civitati. Quod si etiam post publicam admonitionem fugae et indevotionis vita praefertur, tunc ex idoneis quibusque corporibus ac potissimum ex his, qui in sublimitatis tuae officio probatam militiam peregerunt, in locum fugacium subrogentur, ita ut, quorum subeunt necessitates, et patrimonia consequantur, illis, qui sponte patriam reliquerunt, id necessitatis habituris, ut perpetuo careant cui nihil commodi contulerunt. DAT. XI KAL. IVL. SCVPIS THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO CONSS.

V

2 bythyniam V 5 *expectamus* idonei ex quibusque corporibus 8 careant] ea careant *Gothofredus*

XII, 1, 120 (389 Dec. 17).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Universos, qui ad indebitam militiam similiter adspirarunt, datis litteris ad inlustrem virum magistrum officiorum, comitem sacrarum ac privatarum, solutos militia ordinibus propriis atque officiis iussimus subrogari. DAT. XVI KAL. IAN. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

V. — *Scholia Vaticana:* curiales agentibus in rebus factis curiae restituendis.

2 *scr.* inlustres viros mag. off. comites

XII, 1, 121 (390 Iun. 17).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui ante secundum consulatum mansuetudinis meae ex ordine curiali vel presbyteri fastigium vel ministerium diaconi vel exorcistae suscepit officium, omne eius patrimonium immune a curialibus nexibus habeatur ac liberum. Is vero, qui se ad religiosa divini cultus obsequia quocumque sub nomine post memorati consulatus tempora praescribta contulerit, omni sciat cedendum esse patrimonio. DAT. XV KAL. IVL. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

V

2 curiali] *Gothofredus*, curialis *V* uel ex.] el ex. *V*[a] 6 neotherio *V*

XII, 1, 122 (390 Sept. 2).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ii quibus detulimus splendidos magistratus quosque etiam ornavimus insignibus dignitatum, si non habent curiam, cui aut necessitudinis foedere aut nexu sanguinis teneantur, in splendidissimum ordinem senatorium et illam nobilissimam curiam cooptentur. Is vero ratio diversa sit, qui statim ut nati sunt, curiales esse coeperint. Ii namque praerogativa quidem concessae dignitatis utantur atque eos praestiti honoris splendor exornet, sed maneant in sinu patriae et veluti dicati infulis mysterium perenne custodiant; sit illis piaculum inde discedere. De filiis vero eorum ut in avitis curiis debeant permanere, adfatim cautum est, cum adempta sit patribus licentia discedendi. DAT. IIII NON. SEPT. VERONAE VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

V

1 hii *V* 1/2 magistatus *V*[1] 2 quoque *V* 3 necessitudinis] *fortasse* necessitatis splendidissimus *V* 4 his *V* 5 hii *V* prerogatiua *V* concesse *V* 7 iufulsis *V*[a] perenne] peree *V*[a] discere *V*[a] 10 neotherio *V*

XII, 1, 123 (391 Iul. 28).

IDEM AAA. AD TATIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Dudum super his, qui relicta
curia vel senatoriam dignitatem adepti sunt vel Christianitatis obtentu curialium se con-
sortio separarunt, evidens sanctionum nostrarum processit auctoritas, ut, si eorum per-
sonas vel honor vel religio defenderet, quod ex curiali substantia vel ipsi retinerent vel
1 in alios transtulissent, obnoxium publicis describtionibus haberetur. Evidens etiam
praecepto nostro tempus expressum est, ex quo consulatu, si qui de curialibus ad eccle-
2 siam confugissent, omni scirent patrimonio curiae esse cedendum. Quidquid ex sub-
stantia curialium ad unumquemque diversa largiendi occasione pervenerit, denarismo vel
unciis habeatur obnoxium in ea parte, in qua auctoris sui nomine fuerat retentatum.
3 Eos vero, qui honores aliquos consecuti naturale nomen dignitate mutarunt, his etiam
4 post honorem muneribus obligamus, quibus debitores patriae monstrabuntur. Super
filiis autem eorum evidens sanctionis definitio est, quae, cum patres patria non concedat

5 transtulisset *V* 6 precepto *V* 10 his] *scripsi*, hos *V* 11 debetores *V* 12 definitio] *sic V*

5 excedere, non potest filios curiae muneribus liberare. Si qui autem divino cultu occupati et sacrosanctis mysteriis servientes legitima filiorum successione nituntur, si nullum filii eorum adhuc in ecclesia locum tenent vel his, quae per leges conprehensa sunt, non
6 defendantur officiis, hos cum patrum facultatibus curiae inservire decernimus. Vacuas vero et inanes sine naturali successione fortunas, ut evidenter expressimus, sibi curia vindicabit, habitura solacium facultatum, cui desit in functionibus numerus personarum. DAT. V KAL. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

V

1 cultu] cult *V*ª 3 tenent] *Gothofredus*, tenentes *V* 6 numeros *V*

, 1, 124 [= BREV. XII, 1, 7] (392 Apr. 3).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA FILOXENO VIC(ARI)O THRACIAR(VM). Si quis filiam decurionis vel principalis suo iunctam consortio nullis exstantibus liberis fatali sorte perdiderit atque eius ultimo hereditatem fuerit adeptus arbitrio, si ab omnibus alienus officiis est et nullis, quibus merito excusari possit, privilegiis adiuvatur, eius mox civitatis curiae mancipetur, in qua antea uxore vivente, sine rerum dominio et proprietate liber, curiae obnoxias facultates heres coeperit uxoris possidere. DAT. III NON. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quis filiam curialis acceperit et haec ipsa in coniugio eius mortua fuerit et omnia ad maritum, quaecumque supra dicta videbatur possidere, testamenti voluntate pervenerint, omnibus curiae necessitatibus maritus ille, qui heres est, teneatur obnoxius.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMS).*

1 theod. arc.] arc. th. *G* et *om. O* aaa *om. O* filoxeno] *V*, filoxino *GOECPM*, philoxino *S*, filoxemo *H*, filoxio *N* uic] uc *NG*, uiro claro *S* trachiarum *PM* 2 decuriones *N* 3 fatali] fata *H*ª ultimum *E*¹ hereditatem (-te *N*) fuerit] f. h. *O* si] sit *H* ab] ob *C* 4 est off. al. *O* et *om. H* nullus *G*ª poss. exc. *O* adiuuetur *E*, abprobatur *N* 5 ciuitatis] *brev. (in his Pith. ex 2),* citatis *V* ante *GPM* dominium *N*, domino *HXPMS* et] ex *G* 6 obnoxius *G* heres *post* liber *O* coeperis *V*, cepit *O* uxoris *post* obnoxias *O* 6/7 dat. iii (iiii *HGES*) non. apr. *(om. S)* constantinopoli (-lim *H*, imp. *G*) arc. a. *(om. HNGOC)* ii (u *E*, *om. H*) et rufino (profino *G*, bautone *N*) *libri* 8 si] lex ista hoc dicit si *E* curiales *N* acceperit] a. uxorem *edd.* in *om. H* 9 quaecumque] et q. *G* 10 praeuenerint *N* tenetur *PM*

, 1, 125 (392 Apr. 24).

IDEM AAA. VICTORIO PROC(ONSVLI) AS(IAE). Submoto privilegio militari, quo sibi actuarii blandiuntur, eum, qui evidenter ostenditur curiali patre genitus, mox necessariis atque origini suae debitis functionibus mancipari praecipimus. DAT. VIII KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

V

1/2 actuarii] *Pithoeus (inde Cuiacius 1586),* auctuarii *V*

, 1, 126 (392 Iun. 22).

IDEM AAA. AD POTAMIVM P(RAE)F(ECTVM) AVG(VSTA)LEM. Principales devoti et nihil debentes habeant privilegium, ut nihil corporalium molestiarum patiantur, scitura experientia tua, nisi praeceptionis nostrae forma servetur, et officium et ipsam sedis tuae iudiciariam potestatem propositae multae esse subdendam. DAT. X KAL. IVL. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

V

XII, 1, 127 (392 Iun. 30).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque decursis perfunctus officiis primum obtinuerit in sua curia sequentibus ceteris locum, comitivae tertii ordinis habeat dignitatem, ut ab omnibus eum iniuriis dignitas concessa defendat. ita tamen, ut hoc honore donatus a nexu propriae originis non recedat. DAT. PRID. KAL. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

V

1 perfunctus] *Gothofredus*, perfunctis *V*: *fortasse del.* 3 dignitatum *V*

XII, 1, 128 (392 Iul. 31).

IDEM AAA. ABVNDANTIO COM(ITI) ET MAGISTRO VTRIVSQVE MIL(ITIAE). Militaribus viris nihil sit commune cum curiis; nihil sibi licitum sciant, quod suae non subiectum est potestati; nullum iniuria, nullum verbere, nullum gravi pulsatione, tribunus dux ille an comes sit, curialem principalemve contingat. Si quis posthac temerario et inconsiderato ausu ullum ex principalibus viris usurpata adtrectaverit iniuria, sciat se X auri libris esse multandum. DAT. PRID. KAL. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) ARC(ADIO) A. II ET RVFINO CONSS.

V. — IVST. 10, 32, 42.

2 sciat *V* 3 uerbera *V* 4 principalemue] *Iust.*, principalem *V* 6 ii] i *V*

XII, 1, 129 (392 Nov. 22).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Quicumque est e curia senator effectus, quicumque militiam, cum esset curialis, adgressus est, restituatur obstringendus ei quam declinaverat functioni. Quin etiam iubemus eos ad munera relicta adgnoscenda constringi, quos administrationum honor diversa suffragiorum ambitione provexit, ut eo quidem quem adepti sunt honore non careant, sed ab ea quam reliquerant functione non absint, providendo, ne quispiam curiae natus ad consortium senatoriae dignitatis adspiret, cum ita sibi videat et praeterita et praesenti iussione praescribtum, ut ei vel affectata vel emendicata huius ordinis gratia prodesse non possit. DAT. X KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

V

3/4 relicta adgnoscenda] *scripsi*, relicta et adcognoscenda *V*

XII, 1, 130 (393 Febr. 27).

IDEM AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quis municipum ad senatorium transire ordinem omnibus muniis perfunctus optaverit, bona sua, quibus substitui idoneus possit, sciet curiae semper esse obnoxia. DAT. III KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

1 *requiritur* imppp. Theodosius Arcadius et Honorius

XII, 1, 131 (393 Febr. 27).

IDEM AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In calefaciendis aput Antiochiam thermis veterem praestationis consuetudinem servari placet. Constat enim merito sub-

1 p̄p̄o] *scr.* p̄u, *ut est et in ea quae praecedit in similibus compluribus, quamquam argumentum legis praefecturae urbanae parum convenit* 2 thrermis *V*[a]

movendum, quidquid a Tatiano probatur adiectum. DAT. III KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

I, 1, 132 (393 Mart. 10).

IDEM AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis curialis tres mares filios susceperit, unum dare senatui non vetetur. DAT. VI ID. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

1 *de inscriptione diximus ad eam quae praecedit* filius *V*

[, 1, 133 (393 Mart. 27).

IDEM AAA. SILVANO DVCI ET CORR(ECTORI) LIMITIS TRIPOLITANI. Quicumque ex numero plebeiorum praesentibus singularum ordinibus civitatum agro vel pecunia idonei conprobantur, muniis curialibus adgregentur. || Qui ⸢vero nullam⸣ rei familiaris substantiam habent, militare in apparitorum numero non vetentur. DAT. VI KAL. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVND(ANTIO) CONSS.

IVST.	
|| *inc.*	⸢vel exiguam⸣

V. — IVST. 12, 59, 4.

2 singularum] V^1, singulorum V^2

[, 1, 134 (393 Apr. 12).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes, qui curiali obstricti sanguine diversis se officiorum privilegiis et actuum praeiudiciis adgregarunt, reddendos muniis esse non ambigas. || Eos etiam, qui adepti honores esse dicuntur, debitis statuas functionibus subrogandos manente privilegio dignitatis. Ac ne ab his sententia promenda se temperet, quos praesidalis officii defendit obscuritas quosve nullum munus alligat navicularia functionis. Usque eo super hac re iudicantis est sententia porrigenda, ut, quoniam curialium fundos diversis titulis huiuscemodi homines tenere coeperunt, intellegant sese, quos nulla militiae privilegia, nulla honorum suffragia, non aetatis defensabit infirmitas, in eorum locum suscipiendis functionibus subrogandos, quorum vel habendo vel habitando sibi patrimonia praesumpserunt. DAT. PRID. ID. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

|| *fin.* IVST.

V. — IVST. 10, 32, 43.

3 ambiges *Iust.* 5 nullum *videtur delendum* alligat] *Gothofredus*, allegat *V* 7 coeperunt ... 10 praesumpserunt] *fortasse sic ordinanda* coeperunt, quos nulla militiae privilegia, nulla honorum, non aetatis defensabit infirmitas, (curiales) intellegant sese in eorum locum suscipiendis functionibus subrogandos, qui eorum uel habendo uel habitando sibi patrimonia praesumpserunt

---

, 1, 135 (393 Iun. 4).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullus vacationem temporariam curialis accipiat, nisi id forte veris ac probatis causis adnotatio nostra concesserit. DAT. PRID. NON. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V. — IVST. 10, 45, 1.

1 *$\overline{ppo}$*] $\overline{fpo}$ V^a

XII, 1, 136 (393 Iun. 23).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nec debitis curiae licitum potest esse negare aut vitare quod declinare non possunt, nec curiis esse liberum debet eos expetere, quos iustis adsertos privilegiis non poterunt obtinere. DAT. VIIII KAL. IVL. CONSTANTINO-P(OLI) THEOD(OSI)O A. III ET ABVNDATIO CONSS.

V

XII, 1, 137 (393 Aug. 9).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes, qui municipibus genere aut actu tenentur obnoxii, a militia vel a quibuslibet retrahi mandamus officiis, || ⌜nec⌝ rescribta aut adnotationes ad munerum fugam prodesse permittimus. || Incolas etiam et vacantes, qui tamen
1 idonei sunt, iubemus adstringi. || Nullus ⌜sane solis⌝ materni sanguinis vinculis inligetur, quia mulierum infirmitas numquam huiusmodi functionibus reddit obnoxios, a quibus ipsa ⌜habeatur⌝ immunis. DAT. V ID. AVG. CONST(ANTINO)-P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

IVST.
|| *inc.* 10, 32, 43 ⌜sed nec⌝ IVST.
|| *fin.*
|| *inc.* 10, 32, 44. | ⌜solius⌝
⌜habetur⌝

V. — IVST. 10, 32, 43. 44.

XII, 1, 138 (393 Dec. 8).

IDEM AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Curiales, qui gradu meritorum usque ad honorariam pervenerint dignitatem, nulla equorum praestatio maneat, nec gleba senatoria ab his poscatur, quos non ita fecit obligatos. DAT. VI ID. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

1 ppo] *V*, *scr.* pu *(vide ad 12, 1, 131)* 2 nec] *Gothofredus*, ne *V* ita] *fortasse* ita lex

---

XII, 1, 139 (394 Mai. 30).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes ilico, qui curiis debiti militarint, patriis muneribus restitui oportet. In qua re sublimis auctoritas tua providebit, ut de singulorum nominibus ad sedem vestram singulae quaeque referant civitates, ne quis dissimulatione suggerentium delitescat, ut cuncti sine frustratione aliqua restituti curiarum muniis cum omni posteritate deserviant. Quod ita fixum volumus intemeratumque servari, ut adversum hoc potestas nulla, nulla denique adnotatio audiatur. Quod si quis ex illis in officia externa transierit, omnis eius substantia iure curiae et possessione teneatur. DAT. III KAL. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) ARC(ADIO) III ET HON(ORIO) II AA. CONSS.

V

4 ut] *malim* et 5 muniis] *Gothofredus*, munus *V* 6 nulla nulla] *Gothofredus*, nulla *V* | 7 cure (-rae *V*) curiae] *scr.* curiae iure

---

XII, 1, 140 (395 [397—399?] Ian. 20).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ad subeunda patriae munera dignissimi et meritis et facultatibus ⌈ eligantur, ne

⌈ curiales IVST.

---

1 aa.] a. *V*

tales forte nominentur, qui functiones publicas implere non possint. DAT. XIII KAL. FEB. OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V. — GEMINA 12, 1, 148. — IVST. 10, 32, 46.

1/2 *dies et duplex est et suspectus uterque, cum ad Theodorum praefectum praetorio Italiae datae reliquae constitutiones incipiant ab a. 397. Is cum ante eam praefecturam alteram in Gallia obtinuerit, ad eam Tillemontius (ad Honorium not. 9) has leges rettulit.*

1, 141 (395 Mai. 16).

IDEM AA. ENNOIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Inconcussa volumus permanere, quae de incolatus iure antiquitus sunt constituta. DAT. XVII KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V

1, 142 (395 Mai. 16).

IDEM AA. ENNOIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Nominationum forma vaccillare non debet. Si omnes, qui albo curiae ‹continentur›, adesse non possunt, ne paucorum absentia sive necessaria sive fortuita debilitet, quod a maiore parte ordinis salubriter fuerit constitutum, cum duae partes ordinis in urbe positae totius curiae instar exhibeant. ET CETERA. DAT. XVII KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

‹detinentur› IVST.

V. — IVST. 10, 32, 45.

1 ennoio] *V*, *om. Iust.* uaccillare] *V* 2*, uaecillare V^{1}

1, 143 (395 Mai. 16).

IDEM AA. ENNOIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Fraudem civium non ferendam in dispendium ire civitatum animadvertimus, cum municipes aut peregrinando munera civitatum aut militiae ambitione declinant. Intra quinquennium igitur nisi ad curiam reverterint, facultates eorum pro muneribus et oneribus curiae addici decernimus. DAT. XVII KAL. IVN. MEDIOL(ANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V. — GEMINA 12, 1, 144.

1 faudem *V** 2 municeps *V* 4 addidici *V* iun.] iun. d *V*

1, 144 (395 Mai. 16).

IDEM AA. ENNOIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Ne diu in fraudem civitatum municipes evagentur vel ad militiam socientur, nisi intra quinquennium ad civitates proprias revertantur, facultates eorum pro muneribus et oneribus curiae addicantur. DAT. XVII KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V. — GEMINA 12, 1, 143.

1 ennio *V*

1, 145 (395 Mai. 16).

IDEM AA. ENNOIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Africanis sacerdotales Karthagini restitui ibique arbitratu suo agere cum favorabili editione placuit. Quod facientes divi patris nostri beneficium renovamus. DAT. XVII KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V

1 ennio *V* africanis] *scripsi,* africani *V*, africanos *Gothofredus*

XII, 1, 146 (395 Iun. 15).

IDEM AA. DEXTRO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Multos animadvertimus, ut debita praestatione patriam defraudarent, sub umbra potentium latitare. Oportet igitur statui multam, ut, quisquis in praescribti iuris formam inciderit, pro curiali quinque auri libras fisco nostro cogatur inferre, pro collegiato unam. Omnes igitur quos tegunt expellant, ne clementia nostra ob contumaciam dissimulantium in maiorem indignationem exurgat. DAT. XVII KAL. IVL. MED(IOLANO) OLYB(RIO) ET PROBINO CONSS.

V

3 libris *V* 5 exurgãt *V*

XII, 1, 147 (416 Sept. 9).

IDEM AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque decuriones patre atque maioribus adprobantur et armatam quacumque occasione adepti docentur esse militiam,
1 absoluti sacramento militari, ut constitutum est, ad munia civilia revocantur. Si quos etiam huiusmodi homines palatinorum officiorum consortia retinent, exempti matriculis
2 ad propriam urbem sub prosecutione dirigantur. Ac si in apparitione praetoriana aliquis inventus fuerit decurio inmorari, pari condicione ad civitatem originariam dirigatur.
3 Reliqua quoque ministeria atque officia palatina pari forma legis adstringimus, ut quisquis municeps deprehensus fuerit, absolutus militari cingulo reddatur muneribus civitatis. ET CETERA. DAT. V ID. SEPT. RAV(ENNAE) D. N. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

V

1 idem aa.] *intellegendi Honorius et Theodosius AA.* 2 quamcumque *V* 3 reuocentur *Gothofredus* 4 homines] *Tilius*, hemines V^1, eminens V^2 8 fuerit] *sic V* 9 *subscriptio non suspecta ipsa non recte interponitur inter constitutiones a. 395*

XII, 1, 148 (395 [397—399?] Sept. 28).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum super ordinando sacerdote provinciae publicus esset ex more tractatus, idem nostra auctoritate decretum est, ut ad subeunda patriae munera dignissimi et meritis et facultatibus eligantur nec huiusmodi nominentur, qui functiones debitas implere non possint. DAT. IIII KAL. OCT. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V. — GEMINA 12, 1, 140. — Cf. IVST. 10, 32, 46.

1 sacerdotae *V* 2 idem *delendum* 4,5 *propter diem vide ad geminam*

XII, 1, 149 (395 Dec. 26).

IDEM AA. ENNOIO SVO SAL(VTEM). Curiales in exitium curiarum se conantur exuere quacumque occasione patrimonii qualitercumque quaesiti naviculariorum onere volentes suam originem commutare. Qua in re, quia totum inhibere non possumus, ratione dividimus. Civitas ergo quem genuit, non amittat: patrimonium, quod ex ordine naviculariorum advenerit, prodat pro moderatione quem ditat, quia ⁞ nec emere nec donatum adsequi nec damnosam quisque hereditatem adire conpellitur. ⁞ cum et in deliberationibus coniunctionum futurarum commodis prospiciatur heredum. Neminem igitur sublimitas tua ad expediendas publicas necessitates parenti [illegible] permittat auferre detque operam, ut et ordines curiarum nostrarum reddantur [illegible] et patrimonia naviculariorum non pereant, sed functionis uterque status habea[illegible]. DAT. VII KAL. IAN. OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

⁞ *inc.* IVST.
⁞ *fin.* IVST.

XII.

[illegible] IVST. [illegible]

1 [illegible] 2 quocumque *V*

, 1, 150 (395 Dec. 29).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Curiales, qui honorariam adepti sunt comitivam, formidare debent eos, quorum sunt moderationi commissi nec se existimare ideo meruisse dignitatem, ut iudicum praecepta despiciant. Quod si in eadem culpa perseverent, quinque librarum auri multae obnoxius subiugetur, honore quoque quem prodidit spoliandus. DAT. IIII KAL. IAN. CONSTANT(INO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V. — IVST. 10, 32, 47.

2 se existimare] V^b *Iust.*, ***istimare V^a 4/5 prodidit] *Iust.*, prodit *V*

, 1, 151 [= BREV. XII, 1, 8] (396 Mai. 7).

IDEM AA. PETRONIO VIC(ARI)O HISPANIAR(VM). Municipalia gesta non aliter fieri volumus quam trium curialium praesentia, excepto magistratu et exceptore publico, semperque hic numerus in eadem actorum testificatione servetur. Sic enim et fraudi non patebit occasio et veritati maior crescit auctoritas. DAT. NON. MAI. MED(IOLANO) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

Haec lex interpretatione non indiget.

V. — BREV. (*HNGOECPMS*).

1 idem] *V*, impp. arc. et hon. *HGOEXPMS*, impp. hon. et arc. *NC* aa *om. O* uic] ucl *N*, uc *G*, uiro claro *S* spaniarum *H*, span *E* municipialia *S* 2 curialium] *libri, etiam E et Cuiacius 1566*, principalium **E (ex E descriptus, hoc loco interpolatus adsumpta Nov. Val. 19, 10) et inde margo Pithoeanorum exemplarium duorum (bibl. Paris. rés. F^2 et F^3) et Cuiacius 1586* praesentiam *NS* excepto] excepit * *E (non E) Pith.* magistratum *N* et exceptore publico] et excepto re publica *N*, et excepta re pub *C*, rei publicae *G* 3 huic *N* auctorum *GPMS*, autorem *C* testificationes *XCPM*, testificationem *S* 4 ueritatis *G* maior] maiori *C*, mater *N* crescit] escit *V*, crescet G^t*O*, cessit G^v 4/5 dat. non. mai. (mar. *NG*) med. arc. iiii et hon. iii (ii *GE*) aa. *(om. G) libri (subscr. om. O)* 6 haec lex] *HNE*, ista lex *GS*, ista *XC*, *om. PM* expositionem *N* eget *N*, egit *E*

, 1, 152 (396 Aug. 3).

IDEM AA. AFRICANO P(RAEFECTO) V(RBI). Ne quis ex corpore togatorum ⌈provinciales suscipiat functiones, scilicet ut et ambientibus claudatur ingressus et invitis necessitas auferatur. P(RO)P(OSITA) CONSTANT(INO)P(OLI) III NON. AVG. ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

⌈minime curialibus nexibus inligatus IVST.

V. — IVST. 2, 7, 3.

4 pp.] d. *Iust. (Sal. l).*

, 1, 153 (397 Dec. 21).

IDEM AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). Nonnulli decurionum honorarias ex protectoribus vel domesticis vel quaslibet alias obtinent missiones. Unde, licet superiore praecepto consultum sit, ut sic penes eosdem emendicata dignitas permaneret, ne quicquam ob hoc patriae negaretur, nunc altius intuentes honoris eius ab his penitus amovemus umbracula, ita ut, si quis id meruit, ac si nihil impetraverit habeatur neque ob hoc sordido quolibet minimove tueatur vel a verberibus, si id modo personae eius qualitas patitur, iudiciariae emendationis excusetur. DAT. XII KAL. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

2/3 praecepito V^a 3 paenes *V* ne] *Beck*, nec *V* 4 paenitus *V* 5 *post* ob hoc *excidisse videntur talia:* a munere se

XII, 1, 154 (397 Dec. 21).

IDEM AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Si qui municipum vel palatinam vel armatam aliquando militiam debitis praetulerit functionibus, nullis privilegiis, nullis postremo temporibus exuatur nec ei annorum spatia stipendiorumque merita supputentur, sed teneat suum curia et perpetua sibi obnoxium vindicatione defendat. ET CETERA. DAT. XII KAL. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

2 milititiam *V*

XII, 1, 155 (397 Dec. 21).

IDEM AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Quia receptum in splendidissimum ordinem submoveri dignitatibus non oportet, quisquis emensus curialia onera honorum vel administrationis vel quarumcumque aliarum dignitatum infulas impetraverit, ipse quidem decoretur insignibus, sed liberi omnisque successio paternae dignitatis obiectu curialia vincula non exuant, nisi forte quis iam senatore susceptus consortio curiae nobilioris adnectitur. Inlustrium quoque virorum liberos, si non otio et torpore degeneri paternam exuere virtutem, fas erit excusari. In his tamen, qui ante expletas curialium munerum functiones meruerint dignitates, speciali humanitate tribuimus, ut, quae illis inponentur a patria, per substitutos praebere, si maluerint, non vetentur, nec agentis persona quaeratur, dummodo debiti non negetur officii. ET CETERA. DAT. XII KAL. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

1 receptum in] *scripsi dubitans*, ex *(supra asteriscos posuit m. rec.) V* 2 quisquis e. c. o. honorum] *scripsi*, quisquis honorum e. c. o. uel honestis (*in archetypo videtur fuisse* quis- uel honestis quis e. c. o. honorum) *V* 3 infulas] V^2, infulans V^1 4 obiecto *V* 5 non exuant] nexuant V^a iam senatore] *scr.* patre iam senatore 7 in *fortasse delendam* 9 si maluerint] *Gothofredus*, simulauerint *V* non] $V^{rec.}$, enim *V* 10 negetur] *fortasse scr.* neget curam

XII, 1, 156 (397 Dec. 21).

IDEM AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Omnes ordines collegia centuriones ac si qui .... cuiusque muneribus vel officiis, ubicumque sunt corporati, ita generaliter inligentur, ut testimoniales impetratas sciant sibi nihil honoris privilegii excusationisve conferre. ET CETERA. DAT. XII KAL. IAN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

2 *post* qui *ins.* cuiusque generis obnoxii *Seeck*, alio nomine sunt, generis *ego* 3 testimonialis *V*

XII, 1, 157 (398 Febr. 13 vel Sept. 13).

IDEM AA. THEODORO P(RAEEECTO) P(RAETORI)O. Omnes, qui quolibet curiae iure debentur, cuiuscumque superstitionis sint, ad implenda munia teneantur. DAT. ID. FEB. MED(IOLANO) HON(ORIO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

V. — GEMINA 12, 1, 158. — IVST. 10, 32, 49.

1 iure *V* 2 feb.] sept. *gemina*

XII, 1, 158 (398 Febr. 13 vel Sept. 13).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Vaccillare per Apuliam Calabriamque plurimos ordines civitatum comperimus, quia Iudaicae superstitionis sunt et quadam se

2 plurimos] V^{2*}, plurima V^1 quia i. s. sunt et quadam] quia qui iud. sup. sunt quadam *scr.*

lege, quae in Orientis partibus lata est, necessitate subeundorum munerum aestimant defendendos. Itaque hac auctoritate decernimus, ut eadem, si qua est, lege cessante, quam constat meis partibus esse damnosam, omnes, qui quolibet modo curiae iure debentur, cuiuscumque superstitionis sint, ad conplenda suarum civitatum munia teneantur. DAT. ID. SEPT. MED(IOLANO) HON(ORIO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

V. — GEMINA 12, 1, 157.

5 sept.] feb. *gemina.*

, 1, 159 (398 Oct. 25).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes omnino curiales in originalibus ac debitis perpetuo curiis perseverent et qui ex his ad provinciarum regimen atque administrationem qualibet fraude atque ambitione pervenerint, sciant se ⌜eo quem meruerant honore privandos et non solum ad curiam velut manu mox iniecta revocandos et⌝ cunctis rursus ab exordio muneribus servituros, || verum etiam media patrimonii parte multandos. DAT. VIII KAL. NOV. CONSTANT(INO)P(OLI) HON(ORIO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

⌜non solum in sua curia remansuros, sed etiam⌝ IVST.

|| *fin.* IVST.

V. — IVST. 10, 32, 50.

2/3 administrationem] *Iust.*, administrationum *V*

, 1, 160 (398 [405] Nov. 24).

IDEM AA. OPTATO P(RAEFECTO) V(RBI). POST ALIA: Si quis ex curia usque ad diem iduum Novembrium cons(ulatu) d(omini) n(ostri) Hon(orii) Aug(us)ti fratris aeternitatis meae IIII et Eutychiani v(iri) c(larissimi) administratione donatus senatorio est ordini mancipatus, senator quidem esse non desinat neque ad novellae legis vincula pertineat, sed de substituto et rebus, ut antea caveramus, omnia incunctanter quae sunt iussa custodiant. DAT. VIII KAL. DEC. CONSTANT(INO)P(OLI) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

V

1 optatio *V* 5 custodiantur *Gothofredus* 6 *cum intellegatur omnino dies praeteritus, subscriptio necesse est interpolata sit ex ipsa lege; accedit, quod ad Optatum praefectum alia lex (2, 33, 4) data est a. 405.*

, 1, 161 (399 Aug. 16 [21]).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Plectibili severitate eorum fraudibus obviandum est, qui genitalem curiam deserentes ad indebita officia fraude callidae molitionis inrepunt. Et || quamvis provisum fuerat congruae emendationis occursu, quemadmodum ⌜isti⌝ militiae nomine et honore suspenso officiis redderentur, tamen quia hoc callido consilio reppererunt, ut evitatis provinciae suae finibus, tamquam istorum tantum interdictus fuisset accessus, peregrinos expeterent commeatus, ne diutius in perniciem curiarum latitandi spes et solacium eos inpunitatis exacuat, horum cupiditatibus obviamus, ut ex eorum bonis, qui se vel prosecutioni vel muniis civitatum interdictae dudum ambitione militiae vel qualibet fraude ⌜subtraxerint⌝, curiis quas deseruerant consulatur. Itaque si

IVST.
|| *inc.*
⌜curiales⌝
⌜subtrahere conati fuerint⌝

3 callide *V* 4 fuerit *Iust.* 5/6 officiis] *expectamus* obsequiis *vel* officiis eriperentur 7 istorum] *scripsi*, his eorum *Iust.*, his earum *V*[1], hisparum *V*[2] 8 commeatos *V* 11 persecutioni *Iust.*

vocati edictis intra anni metas hi tamen, qui manifestis curiae nexibus inligantur, latere potius quam redire maluerint ⌜nec suffecerint, qui ad vicem eorum munera patriae post emensum annum, ut ordinis ratio postularit, exsolvant, sciant⌝ interpellatis provinciarum moderatoribus ex facultatibus suis ⌜suis⌝ curiis quas destituerunt consulendum. Neque enim de inmaturo praeiudicio temporis possunt brevitatem causari. ET CETERA. DAT. XVII KAL. SEPT. THEODORO V̄. C̄. CONS.

⌜nec ... sciant⌝] sciant post emensum annum

⌜ ⌝ *om.*

V. — IVST. 10, 32, 51.

1 hii *V* 3 suffecerit *V* 7 breuitate *V* 8 xuii kal.] xii kal. *iunctae* conss. *V*

XII, 1, 162 (399 Dec. 1).

IDEM AA. BENIGNO VIC(ARI)O VRB(IS) ROM(AE). Ne relictis urbibus plures sese ad corpus centonariorum transferant, spectabilitas tua, quoscumque et ubicumque latentes curiis atque collegiis debitos adprobarit, matura exsecutione restituat, si quidem tot existentibus legibus, quae occultatores certa feriri poena voluerunt, executiones praestare iudices conveniat, non referre. DAT. KAL. DEC. MED(IOLANO) THEODORO CONS.

V

2 centonariorum] *Gothofredus (cf. 14, 8)*, centenariorum *V* 3 debitos] *Gothofredus*, debitis *V* 4 que *V* feriri poena uoluerunt] *Cuiacius*, ferri poenam luerunt *V*, ferri poena multari uoluerunt *Pith.* 5 conss. *V*

XII, 1, 163 (399 Dec. [?] 11).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui ex secundo divi patris nostri consulatu curiam relinquentes clericorum se consortio mancipaerunt, si iam episcopi vel presbyteri diaconesve esse meruerunt, in sacris quidem et secretioribus dei mysteriis perseverent, sed aut substitutos pro se curiae offerre cogantur aut iuxta legem dudum latam tradant curiae facultates. Residui omnes, lectores subdiaconi vel ii clerici, quibus clericorum privilegia non debentur, debitis mox patriae muneribus praesententur. DAT. III ID. DEC. THEODORO CONS.

V

3 diaconesue] *scripsi*, diacones *V* 5 hii *V* 6 presententur *V* 7 conss. *V.* — *Dies dubius, nam Eutychianus praefecturam deposuit eo anno inter Iul. 25 et Aug. 27*

XII, 1, 164 (399 Dec. [?] 28).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis umquam natus patre curiali vel initis muneribus curiae affectata militia a suis consortibus in iudicio rectoris provinciae lite pulsabitur, nullo fori praescribtionis obice, quae quidem habeat locum, . . . licebit. In aliis actionibus aput eundem provinciae moderatorem suis allegationibus utatur. DAT. V KAL. IAN. THEODORO V̄. C̄. CONS.

V

3 que *V* *ante* licebit *exciderunt quaedam; uti inseruit Tilius itemque scholiasta Vaticanus:* derelicta curia quisque si militaverit, lite pulsatus fori praescribtione eum uti non posse, *sed videntur plura deesse talia fere:* quae quidem habeat locum [alibi, in hoc iudicio uti ei] licebit 5 conss. *V.* — *Propter diem vide ad 12, 1, 163.*

XII, 1, 165 (399 Dec. [?] 30).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque ex Iudaeis obnoxii curiae conprobantur, curiae mancipentur. DAT. III KAL. IAN. THEODORO V̄. C̄. CONS.

V. — IVST. 1, 9, 10.

1 iudeis obnoxii curia *V* 2 conss. *V.* — *Propter diem vide ad 12, 1, 163*

I, 1, 166 (400 Iun. 30).

IDEM AA. POMPEIANO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Iuxta veterem morem Mecilianus legatus adstruxit, ut sacerdotum filii inviti ad sacerdotium non cogantur. Antiquam igitur consuetudinem laudabilitas tua praecipiat custodiri, ita ut neque ullus indebite teneatur et tamen idonei sacerdotes deesse non possint. DAT. PRID. KAL. IVL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

V

4 tamen] *Pithoeus et Gothofredus*, tam *V*

I, 1, 167 (406 Oct. 5).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne quis curialium per substitutionem muneribus se patriae, quibus natus est, abstrahat, intercludi curialibus iussimus licentiam supplicandi. DAT. III NON. OCTOB. CONSTANTINOP(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

V

I, 1, 168 (409 Mai. 18).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Universarum civitatum ordinibus consulentes retro principum statuta firmamus, ut nemo nexui curiae mancipatus ad cuiuslibet militiae sacramentum audeat adspirare vel hoc admisso mox abstractus militia obsequiis oppidaneis mancipetur. DAT. XV KAL. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

V

I, 1, 169 (409 Sept. 27).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Sescentorum solidorum praebitionem, qua magistratuum census Antiochenae per Syriam civitatis, cum frequenter nutaret, erectus est, gratanter admisimus. Fruatur itaque decora civitas tuae provisionis iugiter incrementis et largitione nostrae clementiae, ut sub hac oblectatione populus sua tristitia consoletur. DAT. V KAL. OCT. CONSTANT(INO)P(OLI) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

V

1 sescentorum] sexcentorum *V* 4/5 suam tristitiam *Gothofredus*

I, 1, 170 [= BREV. XII, 1, 9] (409 [412?] Nov. 26).

IDEM AA. LIBERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Eos curiales, qui non expletis muneribus declinarunt esse quod nati sunt, reddi urbibus debita censura praecipimus. ET CETERA. DAT. VI KAL. DEC(E)M(B.) RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque curialis non actis servitiis quae debebat, a debito officio declinavit, ad civitatis, unde discessit, servitia revocetur.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMS)*.

1 idem] *VO*, impp. hon. et theod. *Brev. (praeter O)* ppo] pfu G^a, pfo G^b curiales (-lis *E*) qui] q. c. *O* expetis *X* 2 debita] *VHG*[t]*O*, a debita *E*, addebita *PMS*, aut debita *XC*, adhibita *NG*[v] praecepimus *NXC* 3 dat. ui *(om. G)* k. dec. rau. (lampadio et *G*) hon. uiii (iiii *G*) et th. iii aa. *(ante* iii *O, om. G) libri reliqui*, dat. uiiii mai. *(sic)* mediolanis archadio iiii et honorio uiiii et th. iii aug. aug. aug. *S*. — Honorio VIIII et Theodosio V *(a. 412) leges duae iunctae* (8, 4, 25—14, 7, 2); *vide quae adnotavimus ad priorem* 4 quicumque] lex ista hoc dicit q. *E* quae] qua *PM*[1] a debito] *NGPM*, a dibito *E*, adhibito *H***EXC*, adhibeto *Pith. (ex 2)* 5 ciuitates *NE* seruitio *HE* reuertatur *G*[v]

XII, 1, 171 (409 [412] Dec. 7).

IDEM AA. DARDANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O GALL(I)AR(VM). Placuit principales viros e curia in Galliis non ante discedere, quam quindecennium in ordinis sui administratione compleverint, per quae annorum moderata curricula impleant patriae gratiam. Et quamvis cunctos deceat revocari, qui brevi tempore videntur elabsi, sectandam tamen moderationem esse censuimus, ut eos tantum ad declinatas necessitates nunc redire iuberemus, qui ante hoc recessisse sexennium deteguntur. Nec quemquam convenit constituta salubriter annorum spatia recusare, quando expletis omnibus splendoris et honoris ornamenta
1 succedunt. Sane quoniam principalem locum et gubernacula urbium probatos administrare ipsa magnitudo deposcit, sine ordinis praeiudicio consensu curiae eligendos esse
2 censemus, qui contemplatione actuum omnium possint respondere iudicio. Eum vero, qui usque ad secundum evectus locum administrationem aut aetate implere aut debilitate nequiverit, suffragium meritorum et transactae testimonium vitae, tamquam primus constituto tempore curiam rexerit, obtinere conveniet. DAT. VII ID. DEC. RAVEN(NAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

V

2 gallis *V* 5 tantum] *Tilius*, tanti *V* 6 sexsennium *V* 10 possit *V* eum] *Gothofredus*, cum *V* 11 etate implere *V*b, etatemplere *V*a 13 *scribendum esse* Honorio VIIII et Theodosio V AA. conss. *observavit Tillemont (Honor. not. 26)*

XII, 1, 172 (410 Mai. 24 vel Iun. 25).

IDEM AA. HERCVLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI. Sententiae conquiescant, quae in praeiudicium curiarum transactis temporibus sub examine magnificae sedis tuae contra rationem veritatis prolatae curiae debitos per gratiam absolverunt, universique, quos sors nascendi municipalibus muneribus obligavit, fortunam propriam subire cogantur.
1 Eos autem, qui sub patrocinio clericatus muneribus debitis patriam fraudaverunt, reddi sub ea condicione praecipimus, ut pro temporis consideratione et gradu, quem in ecclesiis obtinent, vel ipsi ad statum pristinum redeant et functionibus municipalibus obsecundent
2 vel eorum patrimonia curiis consignentur: his etiam, qui ultro se curiarum coetibus inseruerunt, in ea quam elegerunt fortuna residentibus, circa eorum filios legum auctoritate servata. DAT. VIIII KAL. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) VARANE V̄. C̄. CONS.

V

1 p̄p̄o] p̄f *V* illyci *V*a 2 magnifice *V* 4 cogentur *V*a 5 *fortasse scr.* patr. fraud. mun. deb. 6 ecclesiis] *V*a, aeclesiis *V*b 9 fortunam a residentibus *V*: *fortasse* fortuna manere debentibus 10 uiii k. iul. *lex iuncta* conss. *V*

XII, 1, 173 (410 Aug. 26).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ad inferiorum curialium relevandas fortunas et inpressionem potentium ⌈ cohibendam placuit, ut ⌜ab instanti octava indictione⌝ describtiones, ⌈ quae per singulos ordines agitantur cogentibus diversis negotiis, non sumant ante principium, quam aput acta provinciarum rectoribus intimentur et ex eorum
1 fuerint ⌜auctoritate firmatae⌝. Sed et aurum, quod ex huiusmodi contributione redigitur, ita debet susceptori aurario consignari, ut securitatibus nomen inferentis, dies ⌜consul⌝ mensis, causa et summa conprehendatur, quo et describtionis aequitas inlustretur et describtus documentis evidentibus
2 fulciatur. Hoc etiam observando, ut ⌈ quadrimenstruis

IVST.

⌈ itidem curialium | ⌜ ⌝ *om.*
⌈ si
⌜receptae sententiis⌝
⌜consules⌝
⌈ in

4/5 cogentibus diu. negotiis agitentur *Iust.* 10 quo] *Iust.*, quodam *V*

quoque brevibus, qui ⸢ab excellentiae tuae officio⸣ sollemniter diriguntur, celebratae describtionis dispunctio societur, ut ⸢ vestrae potestatis scientiam formidantes nihil ad relevationem locupletum atque inopum perniciem audeant pertemptare.
3 Quod et ⸢circa hos⸣ optimum est custodiri, ⸢quibus⸣ lucrativae facultates ex bonis curialium ⸢obvenerunt⸣, ut et ⸢ipsi⸣ fructu provisionis simillimae potiantur.
4 Quam dispositionem si quis iudicum, numerariorum vel curialium mutilandam ⸢ crediderit, interminationi, quam vestra sedes statuerit, subiacebit. DAT. VII KAL. SEPT. CONSTANT(INO)P(OLI) VARANE V̄. C̄. CONS.

⸢ad e. t. officium⸣
⸢ omnes
⸢tunc⸣
⸢cum⸣ | ⸢curiae obvenerint⸣
⸢inopes et locupletes⸣
⸢ esse

V. — IVST. 10, 22, 1.

2 discribtiones *V* 7 ut] *Iust., om. V* 8 numerariorumue *scr.* 9 mutilamdam *V* 10 sedis *V* | 11 conss. *V*

1, 174 (412 Mart. 10).

IDEM AA. EVCHARIO PROC(ONSVLI) AFR(ICAE). Duumvirum inpune non liceat extollere potestatem fascium extra metas ⸢ propriae civitatis. || Curiales etiam sacerdotio provinciae, sed et filios reddi praecipimus propriae civitati. DAT. VI ID. MAR. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

⸢ territorii IVST. | || *fin.* IVST.

V. — IVST. 10, 32, 53. — *Scholia Vaticana:* magistratum sine poena fasces adtollentem curialemque foris (= *extra*) terminos suae civitatis non transgredi

3 *scr.* a sacerdotio

1, 175 (412 Mai. 18).

IDEM AA. LVPIANO COM(ITI) ET MAG(IS)TRO MIL(ITVM) PER ORIENT(EM). Hi, quos moderatores provinciarum maximeque Foenices, ordinibus civitatum prosequentibus docti, ex consortio curiali ad officium culminis tui demigrasse suggesserint, mox sub fida prosecutione ad eiusdem iudicis transmittantur examen, qui super eorum nominibus rettulerit, vel sponte civilia munera subituri vel, si litigandum putaverint, post sententiam cognitoris, si id ea suggesserit, ordini mancipandi. DAT. XV KAL. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) HON(ORIO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

V

1 hii *V* 2 maximique *V* persequentibus *scr.* 4 rettulerit] *Gothofredus*, rettulerint *V*

1, 176 (413 Ian. 27).

IDEM AA. IVLIANO II PROC(ONSVLI) AFR(ICAE). Exceptis his, qui Karthaginiensi curiae munus sacerdotii transegerunt, omnes, quicumque ex aliis provinciis atque civitatibus hoc honore decorantur, ad proprias urbes redire praecipimus. Quidquid sane provinciarum nomine agi sacerdotalium superflua turba consuevit, id ab eo, qui sacerdotium reddet, suo tempore iubemus impleri. Ac ne quid festis ac legitimis diebus subtraxisse videamur, etiam illud definiendum esse censemus, ut, quicumque propter pompam illius diei Karthaginem forte convenerit, intra quinque dies ad propria rediturus ex eadem urbe discedat. Ne autem certa statuta inpune ullus audeat violare, XXX librarum auri multam statim a proconsulari officio exigi se cognoscat, qui in Karthaginiensi urbe excepto ipsius decuriae viro habitandi gratia voluerit residere, cum dierum numerum, qui

1 *post* curiae *fortasse excidit* adscripti 4 sacerdotalium] a sacerdotalium *scr.* 9 multam] *Gothofredus*, multa *V* | 10 decuriae] curiae *Gothofredus*

est statutus, excesserit: ipsius quoque dignitatis privilegio spoliandum esse se non dubitet. Inhiberi autem etiam illas occasiones praesenti auctoritate censemus, ne comparatis sacerdotalis aliquis subito aedibus domicilium se habere confingat, cum specialiter statuisse videamur, ut quisque illo redeat, unde eum ducere originem constat. DAT. VI KAL. FEB. RAV(ENNAE) POST CONS. HON(ORII) VIIII ET THEOD(OSII) V AA.

V

1 esse se] esse *V* 2/3 sacerdotalis] *Haenel*, sacerdotalibus *V* 3 aliqui *V*

XII, 1, 177 (413 Apr. 16).

IDEM AA. LEONTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI. Etsi veterum principum sanctiones eos, qui nullis curiae nexibus obligati soli genitalis amore vel liberalitatis cupiditate suadente munus curiale subierint, obligari necessitatibus curiarum praecipiunt, tamen vastato Illyrico consulentes aput omnes dumtaxat Illyrici civitates praecipimus observari, ut, quisquis posthac integrae opinionis a consortio curiae penitus alienus ultro munus curiale putaverit subeundum vel oblata dumtaxat pecunia, per quam id ex integro poterit expediri, vel actu muneris ipsius vel insignibus subeundis, id est sive cum populi plausu sive etiam verecundae et tacitae conscientiae remuneratione contentus, adhibito ordine vel maiore eius parte illius videlicet civitatis, in qua munus spontaneum crediderit explicandum, in iudicio rectoris provinciae vel absente eo aput duumviros sive defensorem eiusdem civitatis primo se curiae non teneri incorrupta ordinis adstipulatione perdoceat, dein si certum munus se explicaturum promiserit, curialium praesentium responsione munitus, quod nec ipse nec facultates eius aut successores utpote curialis inquietudinem sustinebunt, liber et ab omni securus molestia curiali promissum munus absolvat, nec enim quod coeperit semiplenum deserere permittatur; ita ut pro hac liberalitate, peracto munere quod sponte promisit, eum honorem in ea civitate habeat, quem curialis habet eodem munere suscepto pariter et impleto.

1 Sed si quis ex curiali prosapia vel gratia vel angustiis ordinis abusus praetextu legis per munus aliquod se putaverit curia liberandum, post expletum munus et gratiosam vel necessitate expressam professionem ordinis nihilo minus pulsetur a curia utpote curialis. Quam legem, ex quo lata est videlicet valituram, per omne dumtaxat Illyricum praecipimus observari. DAT. XVI KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) LVCIO V̄. C̄. CONS.

V

5 integre *V* paenitus *V* 7 expediri] *Gothofredus*, experiri *V* siue] *scr.* si siue 8 adhibito] *Gothofredus*, adebito *V* 12 si *delendum* 13 aut successores utpote] utpote successoris *malim* inquietudine *V* 14 adsoluat *V* 15 quo *V* desere *V* 18 praetexto *V* 21 omnem *V* 22 conss. *V*

XII, 1, 178 (415 Ian. 21).

IDEM AA. SELEVCO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes, qui curiali genere origine vel stirpe gignuntur, curiarum nexibus obligentur. Aequum est enim, ut ingenua matre nascentes et quorum natales origo demonstrat, ex matre ingenua nati maiorum suorum dignitatibus socientur. Nec quisquam privatorum suorum iuri lege nostra putet aliquid derogatum, qua, eorum morem secuti, rei publicae nostrae ex feminis cupimus esse consultum. ET CETERA. DAT. XII KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

V

1 seleucho *V* 3/4 ingenua matre nascentes et *delenda* 4 suorum] suo *Gothofredus* 5 eorum] *fortasse* ueterum

XII, 1, 179 (415 Ian. 21).

IDEM AA. SELEVCO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Senatusconsulti Claudiani auctoritatem firmantes ingenua stirpe creatos, quorum maiores curiae servierunt, civitati-

1 seleucho *V*

bus iussimus redhiberi. Quod non solum de futuris, sed etiam de praeteritis observan-
1 dum esse censemus. Vacantes quoque et nulla veterum dispositione ullius corporis
2 societati coniunctos curiae atque collegiis singularum urbium volumus subiugari. Eos
etiam, qui ad militiae cuiuslibet sacramenta venerunt, conventos propriis volumus inser-
3 vire muneribus. Ita ut, si quis de reddendis ac iungendis eligendisve curialibus vocem
reluctationis obiecerit, quinque librarum auri multa protinus feriatur, fisci nostri conpen-
4 diis profutura. Servus vero actor sive procurator flammis detur ultricibus, obnoxiis
curialibus nihilominus restitutis. DAT. XII KAL. FEB. RAV(ENNAE) HON(ORIO) X ET THEO-
D(OSIO) VI AA. CONSS.

V. HALBERSTAD. (*inde a* 3 societate).

3 societati] *scripsi*, societate *V Halberstad.* singularum] *Halberstad.*, singulorum *V*

180 (416 Febr. 17).

IDEM AA. VRSO P(RAEFECTO) V(RBI). Licet augeri coetum amplissimum cupiamus, cuius consortio gratulamur, tamen, si quis functionibus involutus et nexibus municipalis ordinis innodatus codicillos clarissimatus potuerit inpetrare, nec suscipiendos eos tua sublimitas nec penitus allegandos esse cognoscat. Nec enim credimus utrumque per unum, prout convenit, posse compleri. DAT. XIIII KAL. MART. CONSTANT(INO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

V. HALBERSTAD.

1 anplissimum *V*

181 (416 Mai. 3).

IDEM AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Salvis his, quae iam dudum tam a nobis
quam a retro principibus parentibus nostris super curialibus
statuta noscuntur, hac etiam || generali lege sancimus, ut, si
quis suum decurionem ⌈ vindicare ⌜voluerit⌝, si ⌜iudicis⌝ de-
sit copia, eundem manus iniectione concessa sciat ad examen
cognitoris resultantem esse deducendum, ita ut moderator
provinciae, si quaestio fortasse fiducia defensionis ulla genera-
tur, nisi intra tres menses causam originis conpetenti discep-
tatione cognoverit atque convictum cum poena restituerit
debitis muneribus vel liberum ab inquietudine ⌜vindicaverit⌝,
X librarum auri multam cogatur exsolvere, eius etiam officium
1 pari damni inrogatione teneatur. || Si quos sane curiae
obnoxios in diversis officiis atque militia subterfugientes
decurionatum ante esse claruerit, si per suffectam personam et periculo suo idoneam
originis nexum procurare noluerint, exutos sacramento militiae ad civitates proprias dirigi
convenit sub prosecutione idonea, ita ut de eorum nominibus, qui armatum adpetierint
sacramentum, ad viros inlustres magistros militum scribta mittantur, ut eorum auctori-
tate soluto cingulo militari reddantur muniis civitatum. DAT. V NON. MAI. RAV(ENNAE) D.
N. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

IVST.
|| *inc.*
⌈curiae | ⌜maluerit⌝ | ⌜praesidis⌝
⌜pronuntiauerit⌝
|| *fin.*

V. HALBERSTAD. — IVST. 10, 32, 54.

1 *numerus constitutionis est* CLXXXII *in Halberstad.* que *V* 5 eundem] *V Iust.*, in eundem *priores errore* sciat] *Iust.*, sciet *V* 14 ante] *fortasse scr.* ante debitum *similiterve* 16 adpetierit *V*

182 (416 Aug. 26).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo posthac munerum ordine transcurso ad altioris curiae honores audeat pervenire, sed prius universis functionibus per

1 munerum] nisi munerum *scr.* 2 altioris] *V*, altiores *Halberstad.* honores] *Halberstad.*, honoris *V*

ordinem propriae civitatis expletis tum demum ad conpetentem honorem singuli venire deproperent. DAT. VII KAL. SEPT. EVDOXIOP(OLI) THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

V. HALBERSTAD. (*finit* 707, 2 [uni]versis functionibus).

XII, 1, 183 (418 Apr. 17).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Neminem obnoxium curiae et publicis functionibus involutum ad incongruam sibi fortunam deinceps adspirare elicitis codicillis clarissimatus magnitudo tua permittat, ut singulae civitates retineant obnoxios suis muneribus. Super hoc enim etiam et inlustris praefectura urbana nostra est commonita sanctione. DAT. XV KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) HON(ORIO) XII ET THEOD(OSIO) VIII AA. CONSS.

V

3 tua] a *V*[1] 4 et *delendum*

XII, 1, 184 (423 Apr. 15).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Liberos curialium vel cohortalinorum quandoque susceptos, sive ante praerogativam et tempora expressa praesumptae militiae sive post decursa stipendia, originalem sequi condicionem oportet, quoniam satis est parentibus eorum vacationem a nostra clementia pro remuneratione fuisse concessam. DAT. XVII KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

V. — GEMINA 6, 35, 14 (*ubi vide*).

XII, 1, 185 (429 Apr. 27).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. CELERI PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Semel securitatem de refusione munerum emissam ab alio ˹proconsule˺ non liceat refricari. Et ideo spectabilitas tua saluberrimae ac iustissimae praeceptionis formam secuta prohibebit in posterum eos ad discussionem transacti muneris constringi, quos claruit ˹acceptae˺ securitatis prosperitate laetari. DAT. V KAL. MAI. RAV(ENNAE) POST CONS. FELICIS ET TAVRI VV. CC.

˹iudice˺ IVST.

˹accepta˺ IVST.

V. — IVST. 10, 22, 2.

1 celere *V*

XII, 1, 186 (429 Apr. 27).

IDEM AA. CELERI PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Legatio proconsularis provinciae per Bubulcum spectabilem virum comitem curiales pro aliis, qui nec in eodem territorio possident, deflevit adstringi, quod ab obnoxiis saepe debetur devotissimi quique cogantur exsolvere. Quae res pro arbitrio conpulsorum vel opinatorum sive iudicum in eam famam mali iugitate pervenit, ut nullus paene curialis idoneus in ordine cuiusquam urbis valeat inveniri. Cuius praesumptionis abolita consuetudine || iubemus neminem curialem pro alieni territorii debitis adtineri, sed tantum municipem pro gleba propria conveniri. || Spectabilitas tua, salubrem sanctionem secuta, unumquemque debitorem suo deinceps nomine faciet adtineri. DAT. V KAL. MAI. RAV(ENNAE) POST CONS. FELICIS ET TAVRI VV. CC.

|| *inc.* IVST.

|| *fin.* IVST.

V. — IVST. 11, 59, 16.

-es in] *scripsi*, quin *V* 3 saepe debetur] debita saepe *scr.*

1, 187 (436 Apr. 3).

IDEM AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui ante hanc legem spectabilium vel inlustrium quocumque modo sortiti sunt dignitatem, parto semel honore et privilegiis perfruantur. Si qui vero postea ex decurionibus vel subiectis curiae ad spectabilium gradum processerint, per se tam curialia quam senatoria subeant munera eorumque liberi post senatoriam suscepti dignitatem patrum obstringantur exemplo. Quod si qui inter inlustres etiam viros locum occupaverint non laborioso administrationis actu, || sed honorario titulo dignitatis, senatui quidem per se respondeant, curiae vero per substitutos suarum periculo facultatum satisfaciant; || quorum liberos et post eorum inlustrem dignitatem progenitos non solum senatorum, sed etiam decurionum munia per se, non per subrogatos, subire conveniet. ET CETERA. DAT. III NON. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS. EODEM EXEMPLO EVBVLO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI.

|| *inc.* Ii vero qui honorario titulo illustrem dignitatem consecuti sunt, per substitutos periculo suarum facultatum curiae muneribus satisfacere non vetentur *fin.* IVST.

V. — IVST. 10, 32, 60.

10 satis] *Cuiacius*, statim *V*

1, 188 (436 Apr. 3).

IDEM AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). POST ALIA: Si ⌜qui⌝ decurio aut subiectus curiae || ullam ante hanc legem gessit militiam aut coeptam dudum etiamnunc gerit aut causidicinam in foro amplissimae praefecturae Orientis atque Illyrici vel urbano profitetur iudicio, in eodem latarum pridem constitutionum sanctio observetur. Post hanc vero legem si quis ex his || ausus fuerit ullam affectare militiam, nulla praescribtione temporis muniatur, sed ad condicionem propriam retrahatur, ne ipse vel eius liberi post talem ipsius statum procreati quod patriae debetur valeant declinare. ET CETERA. DAT. III NON. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

⌜quis⌝ IVST.
|| *fin.* IVST.
|| *redit* IVST.

V. — GEMINA (?) 8, 4, 30 *(ubi vide)*. — IVST. 10, 32, 55.

3 amplissime *V* 4 atque] *scr.* uel

1, 189 (436 Iun. 4).

IDEM AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Alexandrinis principalibus, etsi advocatione fungantur, nihilo minus peregrinatio ne incumbat nec cura publica nisi in sua tantum civitate committatur. Et primus curiae, ⌜qui in⌝ muneribus universis expletis ad summum pervenerit gradum, comitivae primi ordinis ⌜frui per quinquennium⌝ dignitate praestita ⌜nec senatoriis minime functionibus obstringatur,⌝ in ⌜curia⌝ tamen permaneat. DAT. PRID. NON. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) ISID(OR)O ET SENATORE CONSS.

IVST.
⌜cum⌝
⌜fruatur post biennium⌝
⌜nec . . . obstringatur⌝ *om.*
⌜curialibus⌝

V. — IVST. 10, 32, 56.

2 peregrinatio ne] *scripsi*, peregrinationis *V Iust. (KOI)*

1, 190 (436 Iun. 4).

IDEM AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quinque ⌜primates⌝ ordinis Alexandrini a corporalibus iniuriis immunes esse censemus, ut voce libera com-

⌜summates⌝ IVST.

1 isido *V* primates] *V Iust. (Russ. ex Theod. puto)*, summates primi *Iust. (Z)*, summates *Iust. (KOI)* 2 a *om. Iust.*

moditates patriae defendant, cum possint, si quid egerint criminose, pecuniariis coherceri dispendiis. Aestimabuntur autem praesente curia viri spectabilis Augustalis iudicio. DAT. PRID. NON. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

V. — IVST. 10, 32, 57.

2 uiris *V* 3 pridi *V*

XII, 1, 191 (436 Iun. 4).

IDEM AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eum, qui XXX annos in Alexandrina civitate civilibus inhaeserit muneribus, corporalibus muniis, non pecuniariis excusari conveniet, habita consideratione videlicet meritorum, ut hoc bene cogniti privilegium consequantur nec eo passim fruantur indigni. DAT. PRID. NON. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

V. — IVST. 10, 32, 58.

2 inhaeserint *V* 2/3 conuenit *Iust.* 3 cogniti] *Iust.*, cogni V^1, cognitum V^{2*}

XII, 1, 192 (436 Aug. 4).

IDEM AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quos spontaneos hypomnematografi munificos suis exhortationibus ad publicas nominaverint functiones, ⌈ Augustalis iubemus non expectandum esse consensum, qui fit plerumque venalis, sed utriusque partis sufficere voluntatem, ut incipiat functio, quam nullus incusat, tum ad memoratum iudicem tam nominati quam etiam creatoris consona relatione currente: quam si suscipere vel confirmare distulerit, sciat se XXV auri librarum condemnatione plectendum. DAT. PRID. NON. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

⌈ pro tempore viri spectabilis IVST.

V. — IVST. 10, 32, 59.

1 ypomnematografi *V* 2 exortationibus *V* 3 augustalis *ante* 4 qui fit *Iust.* 4 fit] *Tilius Iust. (Z)*, sit *Iust. (KOI)*, fir *V* 6 tunc *Iust.* creatoris] *Iust.* ($K^a I^a$), creatores *V Iust. (rel.)*

II. DE PRAEBENDO SALARIO.

Iust. 10, 37.

XII, 2, 1 (349 Oct. 3).

IMP. CONSTANTIVS A. AD MARCELLINVM C(OMITEM) OR(IENTIS). POST ALIA: Nulli salarium tribuatur ex viribus rei publicae nisi ei, qui iubentibus nobis specialiter fuerit consecutus. || Gravitas igitur tua placitis obsequatur. ET CETERA. DAT. V NON. OCTOB. CONSTANTINOP(OLI) LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

|| *fin.* IVST.

V. — EXCERPTA DE SALARIO *(cod. Montispess. 306)*. — IVST. 10, 37, 1.

1 imp. constantinus *(sic V)* ā *V*, idem *(praec. 13, 3, 1. 13, 4, 1) Montispess.* c̄ or̄] *V (unde editores ante Haenelium effecerunt correctorem) et sic fere Iust. (O), om. Montispess. (errat Haenel)* post alia *om. Montisp.* 2 tribuatur] praebeatur *Montisp.* 3 grauitas . . . 4 conss. *om. Montisp.*

III. DE PRAEDIIS ET MANCIPIIS CVRIALIVM SINE DECRETO NON ALIENANDIS.

Iust. 10, 34: de pr. c. sine d. n. a.

3, 1 (386 Nov. 24).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARC(ADIVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis decurionum vel rustica praedia vel urbana ⌜vel quaelibet mancipia⌝ venditor necessitate coactus addicit, interpellet iudicem conpetentem omnesque causas singillatim quibus strangulatur exponat, ⌜ut mereatur valituram in perpetuum conparatori probata adsertione sententiam⌝. Ita enim fiet, ut nec inmoderatus venditor nec emptor ⌈ inveniatur iniustus. Denique nihil erit postmodum, quo venditor vel circumventum se insidiis vel obpressum potentia comparatoris queri debeat, quandoquidem sub fide actorum et de necessitate distrahentis et de voluntate patuerit comparantis. Quod si quis contra vetitum occultis molitionibus per subpositas fraude personas cuiuslibet loci, quem tamen decurio distrahat, comparator exstiterit, sciat se pretio ⌜quod dederit et loco, quem comparaverit, esse privandum⌝. DAT. VIII KAL. DEC. CONSTANT(INO)P(OLI) HON(ORIO) N. P. ET EVODIO CONSS.

IVST.
⌜*om.*⌝
⌜ut . . . sententiam⌝ *om.* *(pro his ins. locus ex Th. 12, 3, 2)*
⌈ cuiuscumque sit condicionis *(cf. Th. l. c.)*
⌜quod dedit esse privandum et locum quem comparavit cum fructibus esse restituendum⌝ *(cf. Th. l. c.)*

V (cum Solms.). — IVST. 10, 34, 1.

3 quelibet *V* 6 stranguilatur] *V*, strangulatur *Iust.* 12 quaeri *V* 13 necessitati *V*

3, 2 (423 Aug. 9).

IMPP. HON(ORIVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quoniam de constitutione inclytae recordationis avi nostri de alienandis praediis curialium promulgata dubitatum est, utrum soli principales sine decreti interpositione collegarum possessiones emere vetentur an omnibus conparandorum huiuscemodi fundorum copia sine praedicta observatione negata sit, generali sanctione decernimus, ut, si curialis praedium urbanum aut rusticum vendat cuiuscumque condicionis emptori, apud rectorem provinciae idoneas causas alienationis alleget, non perfunctorie a iudice, sed verissime requirendas, || ⌜ut⌝ ita demum distrahendae possessionis facultatem accipiat, si alienationis necessitatem probaverit. Infirma enim erit venditio, si haec fuerit forma neglecta, || ita ut et pretium emptor amittat et venditori cum fructibus inlaesam
1 possessionem restituat. Quae quidem de futuris contractibus observanda sunt. Praeteritas vero emptiones in Osdroëna specialiter provincia confectas, licet ex tempore legis sub divo avo nostro promulgatae sine gestorum testificatione a qualibet persona celebratas infirmari oporteat, tamen ex prima transacta nuper indictione ita volumus infirmari, ut alterius fortunae vel honoris homines, qui sine decreto praedia curialium in memorata

|| *inc.* IVST. | ⌜et⌝
|| *fin.* IVST.

4 huiuscemodi] huiusce *V* 5 cernimus *V* 6 condicion *V*ᵃ 7 alliget *(sic utroque loco)* non . . . 9 alienationis *bis in transitu a pagina ad paginam V* perfunctoriae *priore loco,* perfunctione *altero V* 10 enim] *V Iust. (Z)*, ei *Iust. (X)*, *om. Iust. (KOI)* neclecta *V*ᵇ, nelecta *V*ᵃ 11 praetium *V* amittat et] amittatur *V* 13 pecialiter *V*ᵃ

provincia conpararunt, receptis pretiis possessiones quas emerant dominis restituant; ita ut, si usuras vel sumptus rei melioratae poposcerint, a venditore percipiant, fructus invicem reddituri. DAT. V ID. AVG. EVDOXIOP(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

V. — IVST. 10, 34, 1.

1 praetiis *V* 3 u] ui *lex iungenda*

IIII. DE INPONENDA LVCRATIVIS DESCRIBTIONE.

Iust. 10, 36.

XII, 4, 1 (428 Iun. 9).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VALENTINIANVS AA. FLORENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ii qui ex lucrativa causa possessiones detinent, quae aliquando curialium fuerint, pro singulis earum iugis et capitibus quaternas siliquas annuas ordinibus nomine describtionis exsolvant, ita ut praebitionis istius forma non praeiudicet illis civitatibus, in quibus consuetudo praecedens vel pacta quaedam vel alia necessitas ampliorem summam exigi persuadet. ET CETERA. DAT. V ID. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) FELICE ET TAVRO CONSS.

V

1 hii *V* 3 annuus *(sic) V*

V. QVEMADMODVM MVNERA CIVILIA INDICANTVR.

Iust. 10, 43: q. c. m. indicuntur.

XII, 5, 1 (326 Iul. [?] 30).

IMP. CONST(ANT)INVS A. TIBERIANO COM(ITI) PER AFRIC(AM). Ii magistratus, qui sufficiendis duumviris in futurum anni officium nominationes inpertiunt, periculi sui contemplatione provideant, ut, quamvis populi quoque suffragiis nominatio in Africa ex consuetudine celebretur, tamen ipsi nitantur pariter ac laborent, quemadmodum possint ii, qui nominati fuerint, idonei repperiri. Nam aequitatis ratio persuadet, nisi idonei fuerint nominati, ipsos, quorum est periculum, adtineri. DAT. NICOMEDIAE III KAL. AVG. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

V

1 hii *V* 2 futuri *fortasse* 4 hii *V* 6 constantino] constantp *V* 7 constantio] *scripsi*, constante *V* *Dies dubius, nam eo tempore Constantinus morabatur Romae*

XII, 5, 2 (337 Mai. 21).

IDEM A. AD CONCILIVM PROV(INCIAE) AFRIC(AE). Sacerdotales et flamines perpetuos atque etiam duumvirales ab annonarum praeposituris inferioribusque muneribus inmunes esse praecipimus. Quod ut perpetua observatione firmetur, legem hanc incisam aeneis tabulis iussimus publicari. P(RO)P(OSITA) XII KAL. IVN. KARTHAGINE FELICIANO ET TITIANO CONSS.

V

1 flammines *V* 2 inmuni *V* 3 precipimus *V* 4 karthagini *V* tatiano *V*

XII, 5, 3 (397 Mart. 17).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. PROBINO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Quis tam inveniri iniquus arbiter rerum potest, qui in urbibus magnifico statu praeditis ac votiva curialium

numerositate locupletibus ad iterationem quempiam transacti oneris ⸢inpellat⸣, ut, cum alii necdum paene initiati curiae sacris fuerint, alios continuatio et repetitae saepe functiones adficiant? DAT. XVI KAL. APRIL. MED(IO-LANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

> ⸢compellat⸣ IVST.

V. — IVST. 10, 32, 52.

VI [= BREV. II]. DE SVSCEPTORIBVS, PRAEPOSITIS ET ARCARIIS.

prepositis *V*, propositis *N* hacriis *X*. — *Iust.* 10, 72.

[I, 6, 1 (321 Apr. 7).

IMP. CONSTANTINVS A. AD EDICTVM. Si quem susceptorem evertisse constiterit rationem et ad solvendum non esse idoneum, creator eius hac necessitate teneatur, ut, quidquid ille dilapidavit, ipse de propriis rebus instauret conpellaturque damnum omne sarcire, quod non esset inlatum, si in idoneis nominandis conpetens adhibitum esset examen. DAT. VII ID. APRIL. CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

V

1 ad edictum] *V*, *debuit esse* edictum (*vide ad 11, 16, 3*) 2 hac] ac *V* 4 quod non] *Gothofredus*, quod *V* 5 constantino ii ca conss. *V*

[I, 6, 2 (325 Iul. 19).

IDEM A. AD EVFRASIVM RATIONALEM TRIVM PROVINCIARVM. POST ALIA: Pro multis etiam et in diversis locis constitutis liceat simul auri pondus inferre, ita ut pro omnibus fundis securitas emissis cautionibus detur, ne separatim ab unoquoque auro exacto multis et adsiduis incrementis provincialium utilitas fati-
1 getur. || ⸢Hoc quoque addimus, ut unusquisque quod debet intra anni metas, quo tempore voluerit, inferat et per tabularium apparitorem inlatio cognoscatur absque omni mora auro suscipiendo, ne quis in aliena civitate sumptus faciat vel, quod est gravius, legem commissi frustratus incurrat⸣. Nam si solvere volens a suscipiente fuerit contemptus, testibus adhibitis contestationem debebit proponere, ut hoc probato et ipse securitatem debitam commissi nexu liberatus cum emolumentis accipiat et qui suscipere neglexerit, eius ponderis quod debebatur ⌈ duplum fisci rationibus per vigorem officii ⸢tui⸣ inferre cogatur. ⌈ DAT. XIIII KAL. AVG. PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

> IVST.
> ⸢hoc . . . incurrat⸣] || Susceptores publicos absque omni mora aurum suscipere censemus, ne quis per hanc occasionem sumptus facere compellatur.
>
> ⌈ in
> ⸢praesidis⸣
> ⌈ Quod autem susceptores iudice cuius interest neglegente violaverint, ex ipsius iudicis facultatibus sarcietur.

V. — IVST. 10, 72, 1.

1 eufrasium] *Iust. cum coniuncta 12, 7, 1*, eufraxium *V* 3 *aut* detur *aut* datur *V* 4 intertrimentis *Gothofredus* 8 cognoscatur] *malim* agnoscatur 15 liberatis *V*

I, 6, 3 (349 Aug. 1).

IMPP. CONST(ANT)IVS ET CONSTANS AA. CLAVDIO P(RAE)F(ECTO) ANNON(AE) ALEXANDRIAE. Suscepto[*res cen*]tesimae dimidium, annotatores ve[*ro ce*]terorumque officiorum diversos

homines, quos rationibus constat obnoxios [*esse*], alterum dimidium habere censuimus, [*et*] nihil impetratoribus beneficii per rescribtum adversus ordinem constitution[*is*] possint prodesse commenta. DAT. KAL. A[*VG*]. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

V ([ ] comprehensa sic relata a Tilio iam evanuerunt in vv. extremis madore corrupta).

1 [et]] ut *Tilius*

XII, 6, 4 (365 Iun. 18).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ad virum clarissimum proc(onsulem) Afric(ae) dari litteras iubemus, ut, sive ex principalium sive ex honoratorum numero pro merito fidei suae industriaeque susceptor vestium electus fuerit, huiusmodi necessitatis sarcinam uno dumtaxat anno sustinere praecipiatur: exceptis tamen his, qui palatinae militiae privilegiis muniuntur vel qui officiis ac ministeriis functi merito stipendiorum, merito dignitatis ornatum se adprobant consecutos: ita tamen, ut creationis periculum a proconsulari officio non recedat. DAT. XIIII KAL. IVL. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V. — GEMINA 7, 6, 1 (*inde a* 2 siue).

3 pro merito f. s. industriaeque (-trieque *V*) *om. gem.* 3/4 electus fuerit] nominetur *gem.* 4 huiusmodi . . . praecipiatur] et vir spectabilis proconsul africae moneatur, ut ad excludendas fraudes uno anno non plus haec necessitas procuretur *gem.* 4/5 exceptis . . . 6 consecutos] exceptis videlicet his qui p. m. privilegiis fulciuntur vel qui o. ac m. perfuncti m. st. consecuti sunt dignitates (*post* uestium nominetur) *gem.* 6 merito *ante* dignitatis *delendum* 7 *post* kal. iul. *ins.* mediolano *gem.*

XII, 6, 5 (365 Iul. 4).

IDEM AA. AD SECVNDVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Perpenso prospeximus studio, ut susceptores et praepositi horreorum ex praesidali officio, qui per diversa officia militiae sacramenta gestarunt, congrua ratione crearentur. Sed quoniam praeses Ciliciae adseruit deesse ex his corporibus quibus possit haec sollicitudo committi, ne in praesens tempus fisci nostri seu publica emolumenta vaccillent, excellentia tua, ubi eos deesse perviderit, quos susceptores ac praepositos creari scitis prioribus iusseramus, vetustum morem consuetudinemque sectabitur, scilicet ut ex eo ordine constituantur, ex quo ante consueverant ordinari, modo ut ipse Ciliciae praeses et ceteri magnitudinis tuae litteris urgeantur, ut idoneos ex diversis officiis tota sagacitate vestigent eosque gerere praestitutam scitis nostrae mansuetudinis sollicitudinem faciant. Nam si qui per gratiam fuerint praetermissi, necesse habet exigere publica commoditas ultionem. Nec enim dubium est eos officiales, qui nunc diversis officiis obsecundant, plurimos praetermittere, quorum si qui in huiusmodi fuerint arte deprehensi, dabunt poenas, facultatibus traditis curiis, etiam capitis ac salutis. DAT. IIII NON. IVL. CAESAREA VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

2 presidali *V* 3 preses *V* 5 publicemolumenta *V* 7 more *V* 8 magnitudine *V* 9 ut idoneos] ut idoneos ut *V* 12 praetermittere] *Tilius*, praemittere *V*

XII, 6, 6 (365 Iul. 18).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECVVM) P(RAETORI)O. Tametsi iam lege apertissime cautum sit de officiis diversis, quae extra palatium sunt, susceptores debuisse constitui, tamen et hac iussione similiter designamus || ab his, qui in officio magistrorum equitum et peditum militarunt, si quidem ordinis sint militaris, || inquietudinem submovendam, eligendos autem susceptores e diversis officiis, scilicet quae extra palatium deputantur, additis etiam

IVST.

|| Qui in officio magistrorum equitum ac peditum militiam sortiti sunt, ordinis sint militaris. ||

7 que *V*

largitionalibus civitatum, quos post militiam volumus inter cetera corpora susceptionis munus agnoscere. DAT. XV KAL. AVG. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

V. — IVST. 12, 54, 2 *(si est eadem).*

2 *annus recte traditur, dies dubius propter fines incertos inter Mamertinum et Rufinum*

II, 6, 7 (365 Aug. 4).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ad susceptionem specierum veniant, qui ante omnia sciant se decuriones non esse. Ex corpore igitur diversorum officiorum quisquis idoneus repperitur tam moribus quam facultatibus, veluti matriculae per singulas provincias nomen suum adscribat, ut hac ordinatione dispositi annuas susceptiones peragant, ita ut nihil praeterea muneris pertimescant, atque expleta susceptione erogationibusque perfectis transacto illo officio cum aput iudicem fidele obsequium conprobarint, iudicii nostri digna praemia consequantur. Adiungi autem ad hoc corpus debent etiam illi, qui ex officiis singulis sint, hoc est ex tabulariis et numerariis similibusve officiis eorum officiorum, de quorum ordine hoc corpus constitui volumus. Quicumque vero ex his ad honores potiores per suffragium pervenerint, susceptionis munus perfungantur ita, ut salva sit dignitas quam habent, nec ex hac ordinatione curiale consortium pertimescant. DAT. PRID. NON. AVG. SIRMIO VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

7 premia *V* 8 similibusue officiis] *fortasse* similibusue officialibus 10 *fortasse* munere fungantur 12 *Sirmium cum Valentinianus post a. 364 non adierit, lex ibi videtur proposita esse ut aliae datae ad Probum*

I, 6, 8 (365 Iul. [?] 30).

IDEM AA. AD SECVNDVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Iuxta inveteratas leges nominatores susceptorum et eorum, qui ad praeposituram horreorum et pagorum creantur, teneantur obnoxii, si minus idonei sint qui ab iisdem fuerint nominati, nec quicquam ex eorum substantia celebrata per interpositam personam emptione mercentur. DAT. III KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V. — IVST. 10, 72, 2.

3 si *bis in transitu a pagina ad paginam V* hiisdem *V* 4 per] *fortasse* nec per iii kal. aug.] *cum praecedat* prid. non. Aug., *in die erratum est, neque eo Valens fuit Constantinopoli*

I, 6, 9 (365? 368? Aug. 31).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Susceptores specierum idcirco per Illyrici provincias ex officialium corpore creari praecepimus, quod cognitum est illos et re et fide idoneos haberi quam eos, qui in curia suscipere consueverint. Verum in provinciis Africae tua sinceritas hoc ab his officium iubeat amoveri atque eos susceptores specierum annonariarum manere, quos ad hanc necessitatem vetus consuetudo constringit, maxime cum, si susceptores de curia dati aliquid vel neglegentia vel fraude decoxerint, ad redintegrationem specierum, sicuti moris est, ordo qui creaverit possit artari. ACC. PRID. KAL. SEPT. CONSTANTINAE VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

2 praecepimus] *Gothofredus*, praecipimus *V* 3 in curia] *requiri videtur* in curia creati *similiave* 8 *propter annum vide ad 10, 1, 10*

XII, 6, 10 (365 Oct. 31).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Susceptores novi non modo praesentis anni debita, verum etiam species, quae ex reliquis inferuntur, quia novae sunt ac recentes, suscipiant. DAT. PRID. KAL. NOV. ROM(AE) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V. — IVST. 10, 72, 3.

2 inferunt *Iust.* 2/3 acrescentes *Iust.* 3 dat.] *immo* pp̄ *annus recte traditur, dies* | *dubius propter fines incertos inter Mamertinum et Rufinum*

XII, 6, 11 (366 Sept. 17).

IDEM AA. AD FLORENTIVM C(OMITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Neminem ⸢biennio iugi allegationis officiis inservire permittat, neminem ab huiusmodi munere⸣ ad idem munus adstringi, nisi prius se vinculo sollicitudinis superioris absolverit. Nam neque eos qui placuerint gravare iusti est neque illos qui displicuerint tenere prudentis. Integro igitur singuli anniversario anno transcurso cogantur exponere, quibus titulis suscepta disperserint, ut facilius, si quis in furto fuerit deprehensus, recentem queat redintegrare iacturam. DAT. XV KAL. OCT. MANTEBRI GR(ATI)ANO N̄. P̄. ET DAGALAIFO CONSS.

⸢susceptionis munere functum⸣ IVST.

V. — IVST. 10, 72, 4.

2/3 allegationis] allectionis *Gothofredus* 3 idem] *Iust.*, id *V* 5 iusti] iustitia *Iust.* | *(KOI)* 7 quaeat *V*

XII, 6, 12 (366 Nov. 10).

IDEM AA. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nulla debet esse causatio, quin solidi ex quocumque titulo congregati, sicut iam pridem praecepimus, in massam obryzae soliditatemque redintegrentur. Et ita fiat omnis inlatio, ut largitionalium et prosecutorum allectorumque fraudibus aditus obstruatur. Facile etenim eos provinciae rector a dispendio vindicabit, qui binis solidis seu ternis necessitatem solutionis implebunt, si, postquam viritim nominatimque susceperint solidos plurimorum ea, quam superius memoravimus, qualitate poscenda, omnium debitum confletur in massam. Sane si idem suscipientium deprehenditur quod fuerat ante fastidium, cum obryzae materies adferatur, quae non potest displicere, sub congrua animadversione plectendus est, qui id calumniatur et reprobat, quod ad compendium simplicis satisfactionis inventum est. Prius tamen ad comitatum mansuetudinis nostrae massa obryzae, quae fuerit repudiata, mittatur, ut qua sit mente reiecta, videamus. DAT. IIII ID. NOV. GR(ATI)ANO N̄. P̄. ET DAGALAIFO CONSS.

V

2 praecipimus *V* 3 redintegrantur *V* largitionalium] *Gothofredus*, largitionum *V* 6 susceperint] *scr.* allectos susceperint *similiterve* | quam] quae *V* 7 confletur] *scripsi*, conpletur *V* 8 adfueratur *V* 9 sub] *Gothofredus*, sed *V*

XII, 6, 13 (367 Ian. 8).

IDEM AA. AD GERMANIANVM COM(ITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Quotienscumque solidi ad largitionum subsidia perferendi sunt, non solidi, pro quibus adulterini saepe subduntur, sed aut idem in massam redacti aut, si aliunde qui solvit potest habere materiam, auri obryza dirigatur, pro ea scilicet parte, quam unusquisque dependit, ne diutius vel allecti vel prosecutores vel largitionales adulterinos solidos subrogando in conpendium suum fiscalia emolumenta convertant.
1 Illud etiam cautionis adicimus, ut, ‖ quotienscumque certa summa solidorum pro tituli qualitate debetur

‖ *inc.* IVST.

3 aut si] *scripsi*, si *V* soluit] *Gothofredus*, solui *V* 4 dependit] *Gothofredus*, defendit *V*

et auri massa transmittitur, in septuaginta duos solidos libra feratur accepto. ET CETERA. DAT. VI ID. IAN. ROM(AE) LVPICINIO ET IOVINO CONSS.

V. — IVST. 10, 72, 5.

1 et] aut *Iust.* accepta *Iust.* 2 rom.] Remis *Gothofredus*

I, 6, 14 (367 Sept. 25).

IDEM AA. ALEXANDRIANO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Singulas tantum dependant centesimas, qui reditus domui nostrae debitos arcariis quotannis iuxta consuetudinem tradunt, ita tamen, ut earum quoque singularum centesimarum ratio semper evidens scientiae tuae digesta referatur, ut erogationibus cunctis aperta instructione patefactis reliquorum ratio ex eadem centesima possit agnosci. DAT. VII KAL. OCT. DOROSTOLI LVPICINO ET IOVINO CONSS.

V. — GEMINA 10, 1, 11, *quam vide.*

2 quodannis *V* 5 agnosci] agnoscit *V*

I, 6, 15 (369 Ian. 7).

IMPPP. VAL(ENTINIA)NVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. PROBO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. A possessoribus per tres vices petatur annona. In epimetris autem eam consuetudinem sinceritas tua faciat observari, ut in aridis quidem fructibus centesimam levandi dispendii causa a possessore susceptor accipiat, laridi vero et vini vicesimam consequatur. P(RO)P(OSITA) VII ID. IAN. SAVARIAE VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

V

4 laridi] *V*ᵇ, ridi *V*ᵃ uicensimam] *V*¹, uicentisimam *V*² 5 sabariae *V*

I, 6, 16 (375 Apr. 9).

IDEM AAA. AD CHILONEM. Frumenta, quae horreis inferuntur, pro inlationis modo ilico apocharum cautionibus annotentur. Non autem oportet in horreis fiscalibus nisi fiscalia frumenta constitui. DAT. V ID. APRIL. TREV(IRIS) POST CONS. GR(ATI)ANI A. III ET EQVITI V. C.

V. — IVST. 10, 72, 6.

1 Chilonem] *procos. Africae* de horreis *Iust.*

I, 6, 17 (383 Apr. 29).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. HAVE HYPATI K(ARISSIME) N(OBIS). ⌜Unus posthac in una dioecesi auri vel argenti susceptor ne sit, nec⌝ | ⌜minime⌝ IVST. | diu penes ipsos susceptores maneat facta conlatio, sed statim quodcumque a provincialibus fuerit exsolutum, sacris thesauris inferatur. DAT. III KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) POST CONS. ANTONI ET SYAGRI.

V. — IVST. 10, 72, 7.

1 habe *V* hypati] *scilicet praefectus Augustalis, non* $\overline{\textit{ppo}}$, *nisi fallit subscriptio* 3 poenes *V*

I, 6, 18 (383 Mai. 10).

IDEM AAA. FLAVIANO PROC(ONSVLI) ASIAE. Quisquis posthac, quem exactionis vel susceptionis provincia manet, non specialiter et quid et in qua specie et ex quibus titulis

et pro qua indictione videatur accepisse rescribserit, quadrupli eius rei, quam debitor dedisse se dicit, inlatione multetur. Officium quoque, nisi ad fraudes, si forte deinceps iteratae fuerint, detegendas .... tale commissum et inquisitioni subiaceat. DAT. VI ID. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

V. — THEODERICVS 144.

3 *post* detegendas *exciderunt talia:* tales animum adverterit similiter plectatur propter | inquisitione *V*

XII, 6, 19 (383 Oct. 3).

IDEM AAA. AD POSTVMIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In singulis stationibus et mensurae et pondera publice conlocentur, ut fraudare cupientibus fraudandi adimant potestatem. DAT. V NON. OCTOB. MEROB(AVDE) II ET SATVRNINO CONSS.

V

1 ad postumiano *V* 2 publicae *V*

XII, 6, 20 [= BREV. XII, 2, 1] (386 Oct. 27).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Exactores vel susceptores in celeberrimo coetu curiae consensu et iudicio omnium sub actorum testificatione firmentur provinciarumque rectoribus eorum nomina, qui ad publici munus officii editi atque obligati fuerint, innotescant. Et animadvertant quicumque nominaverint, ad discrimen suum universa quae illi gesserint redundare. DAT. VI KAL. NOV. CONSTANT(INO)P(OLI) HON(ORIO) N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

INTERPRETATIO. Exactores et susceptores publicae functionis non secretim, sed publice praesentibus aliis curialibus vel populo necessitates agendas expediendasque suscipiant: et qui nominati vel electi fuerint, iudicibus innotescant: scituris his, qui de electione talium fuerint aput acta professi, quod, si quid everterint, ad eorum, a quibus electi sunt, dispendium pertinebit.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMS).* — IVST. 10, 72, 8.

1 idem] *V*, imppp. grat. (arcadius *N*, et *ins. X*) ualent. (ualens *G*) et theod. *brev.* aaa *om. O* cynegio (cynigio *N*, cinigio *G*) ppo (pfu G^a, pfo G^b) exactores (etactores *X*) uel susceptores *om. C* 2 consensum NG^a, et consensu *XC* iudicium NG^a, iudicum G^b atorum *C*, auctorum *S* firmetur G^a 2/3 prouiarum quoque *G* 3 rectoribus eorum] *NGOECS*, rectoribus quorum *H*, rectores eorum *V*, rectorum *PM* nomina] omnia *PM* qui ad] quia *NS* publici munus] publicum honus *Iust. (O)* editi] *rel. (in his ex Pithoeanis* v(etus), *scilicet V*, dediti *Pith.* oblati G^v 4 nouerint *PMS* 5 illis *N* 5/6 dat. ui k. (id. *N*) nou. constantinopoli (-lim *HG*) honorio np *(sic VH*, nobp *XCPM*, nobili puero *S*, nup G^a, nupb *N*, uiiii *E Pith. [ex 2]*, nono praefecto G^b, *om. O)* et euodio (euuodio *VN*, theud. *EPMS Pith. [ex 2]) libri* 7 exactores] lex ista hoc dicit e. *E* publicae] qui publice (-cas G^b) *G*, publicae praesentibus *S* functiones *NG* secrete *GS* 8 populo] populi si *G*, perpetuo *PS* necessitatis *S* expetiendasque *S* 9 ignotescant *H* scitoris *MS*, et scituris (soturis G^a) *G* de electione] declinatione *N* fuerit *P* 10 quid] quis *E*, qui *S* euerterint] *scr.* auerterint a *om. PMS* dispendio *N*

XII, 6, 21 (386 Nov. 28).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARC(ADIVS) AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Modios aeneos ⌜seu⌝ lapideos cum sextariis atque ponderibus per mansiones singulasque civitates iussimus conlocari, ut unusquisque tributarius sub oculis constitutis rerum omnium modiis sciat, quid debeat susceptoribus dare; ita ut, si quis susceptorum conditorum modiorum sextariorumque vel ponderum normam putaverit excedendam,

| ⌜atque⌝ IVST.

3 tributarius] *sic V dilucide* 4 rerum *del.* modiis] *Cuiacius*, modi *V*, modis *Iust.* | 5 conditorumue *malim*

poenam se sciat conpetentem esse subiturum. Et submotis, quae contra utilitatem populorum omnium hactenus gesta sunt, frumenti quinquagensimas, hordei quadragensimas, vini et laridi vicensimas susceptoribus dari praecipimus. Humanitatis autem necessitate ˹commoniti susceptoribus˺ in Armeniae susceptionibus longinquitatis causa frumenti et hordei quadragensimas, vini et laridi quintas decimas dari praecipimus. DAT. IIII KAL. DEC. CONSTANT(INO)P(OLI) HONOR(IO) N. P. ET EVODIO V. C. CONSS.

˹commoti˺ IVST.

V. — IVST. 10, 72, 9.

2 actenus *V* 3 lardi *Iust.* precipimus *V* 5 ordei *V* 6 euuodio *V*

I, 6, 22 [= BREV. XII, 2, 2] (386 Nov. 30).

IDEM AAA. AD PAVLINVM P(RAE)F(ECTVM) AVG(VSTA)LEM. Non perpetui ⌈ exactores in continuata vexandorum provincialium potestate veluti concussionum dominatione teneantur, sed per annos singulos iudiciaria sedulitate mutentur, nisi aut consuetudo civitatis aut raritas ordinis eos per biennium esse conpellat. ‖ Quod nisi factum fuerit, scias te et officium tuum non minus multa quam gravi poena esse plectendum. DAT. PRID. KAL. DEC. CONSTANT(INO)P(OLI) HON(ORIO) N. P. ET EVODIO V. C. CONSS.

⌈ autem IVST.

‖ *fin.* IVST.

INTERPRETATIO. Lex ista hoc iubet non debere exactores, qui uno anno exegerint, secundi anni exactionem suscipere et possessores superflua exactione vexare, sed hoc observari debere, ut annis singulis iudiciaria electione mutentur, nisi forte aut consuetudo civitatis aut raritas curialium per biennium eos exactores esse conpellat. Aliter enim si factum fuerit, et iudicem et officium suum multa pariter et gravis poena constringat.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMS).* — IVST. 10, 72, 4.

1 idem] imppp. ualent (ualens *G*) th. et arc. *brev.* aaa *om. O* paulinum] *reliqui (in his Pith.:* sic vet(us) *[scilicet V], et* 2), populum *Pith.* praefectum] ppm *N*, praeposito *O*, philippum *G* 2 potestatem *V* uelut E^1 3 concussionum] coniussionum P^a, concessionum *VNG*E^t *Pith.*, concuss***** E^v, concussorum **E Pith.*, consensionum *Pith.* nominatione *GXCPMS* teneantur (teneatur *N*) *post* 2 exactores *Iust.* 4 sedulitate] sed utilitate *H*G^t*E* mutentur] multentur G^t, utentur *C* nisi *om. N* ciuitates *N* aut raritas] *V Iust. (Basil.),* aut auctoritas *Iust. (Lat.),* auctoritas G^t ordines G^a 6 tum *H* multam *E* graui] nobis ui P^1(?)*MS* poena esse] esse poena (-nam G^a) *G* plectendum] *VN*G^b*O*, plectendam G^a, plectendos *XCP MS*, compelendum *E Pith. (ex 2)* 6/7 dat. prid. *(om. G)* k. dec. constantinopoli (-lim *H*) hon. n. p. *(sic VH,* nobp *XCM,* nbp *N*, nobili puero *S*, uiiii *E Pith. [ex 2], om. GOP)* et euodio (euuodio *VN*, theodosio *E Pith. [ex 2])* uc *(HE Pith. [ex 2], om. V et reliqui) libri* 8 iubet] dicit *E Pith.* 9 exactionem (-ne *N*) s. et p. superflua *om. XC* exactionem *E* uexari *HM* obseruare *E*G^b, seruare G^a 10 iudicaria E^1*P* ciuitatis] ciuitates *G*, aut ciuitates *N* aut raritas] auctoritas G^t 12 multa (*non* mulcta) *teste Violeto etiam H* graui *N*

I, 6, 23 (389 [?] Nov. 28).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Susceptores praesentibus defensoribus et modum iugationis possessorum et species singulas vel earum numerum quantitatemque perscribant. DAT. IIII KAL. DEC. CONSTANT(INO)P(OLI) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

V. — IVST. 10. 72, 10.

2 eorum *Iust.* 3 praescribant *Iust.* *in subscriptione erratum est (vide ad 8, 4, 17)*

I, 6, 24 (397 Apr. 15).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. AD SENATVM ET POPVLVM. POST ALIA: Susceptores canonis horreorumque praepositi singulis annis audiente viro spectabili vicario et praefecto annonae expensionem susceptarum specierum probare cogantur, ita ut, si qui eorum

1 susceptoris *V* 2 prepositi *V*

idonei probabuntur, quinquennio in huius officii statione permaneant et electi deinceps de curiis memorato muneri subrogentur. ET CETERA. DAT. XII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

2 xii] *scr.* xuii *ad iunctas*

XII, 6, 25 (399 Mart. 18).

IDEM AA. FIRMINO COM(ITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Palatinum iubemus procurare officium, ut nullus praeposituræ vel cuiuscumque susceptionis subeat munus, antequam iuxta legem divae memoriae Gratiani et susceptorum substantiae et fideiussorum facultates diligenti describtione collectae ad eiusdem officii notitiam perferantur, cessante responso, quod per subreptionem in aerarii nostri dispendium elicitum est. DAT. XV KAL. APRIL. MED(IOLANO) THEODORO V. C. CONS.

V

1 com. r. p.] *aut* com. s. l.: *vide ad 10, 2, 2* 4 collecte *V* offici *V*

XII, 6, 26 (400 Iun. 8).

IDEM AA. BENIGNO VIC(ARI)O VRB(IS) ROM(AE). Securitates semel publicatas et gestis lectas vini susceptoribus inputari et coeptam arcae discussionem volumus in apertum quaesita ratione deduci et omnes publicas securitates quae gestis tenentur a susceptoribus ferri accepto. DAT. VI ID. IVN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

V. — IVST. 10, 72, 11.

1 uini] *V*[1] *Iust.*, binis *V*[2*] *cum scholio:* securitates lectas et semel publicatas binis susceptoribus imputari debere 3 a] *V Iust. (KO), om. Iust. (I)* 4 acc. ferri *Iust.*

XII, 6, 27 (400 Dec. 31).

IDEM AA. POMPEIANO SVO SALVTEM. Ne fraude susceptorum, dum subducunt eos, qui apochas scribserunt, denuo soluta poscantur, manifeste sancimus, ut periculo totius corporis intra ipsam indictionem mutare eos non liceat, a quibus emissae sunt securitates,
1 nisi falsitatis arguantur, et plurima inprobare non audeant. Item a tabulariis quadrimenstruos breves publicari iubemus, ut, si isdem relatae securitates
2 fideliter continent debitum, duplex non teneat exactio. || Si ⸢autem⸣ aliquid a susceptore vel tabulario fraudis admissum esse possessor deprehendat, nemo eorum semel in interversione convictus id rursus officium gerat, in quo ante decoxit, etsi rescribtum nostrum elicitum clandestina supplicatione ⸢detulerit⸣. DAT. PRID. KAL. IAN. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⸢ ⸣ *om.*
⸢tulerit⸣

V. — IVST. 10, 72, 12.

1 Pompeiano] *proconsuli Africae* 4 a] *addidi, om. V* 5 hisdem relate *V* 7 faudis *V* esse] *Iust.*, et *V* 8 in *om. Iust.*

XII, 6, 28 (401 Febr. 26).

IDEM AA. POMPEIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Si apochae ad susceptores nomine militum deferantur, nihil ex ea pecunia intra provinciam tibi creditam prorogetur, quam sub testificatione gestorum ad instructionem provinciae Numidiae vel Mauretaniae oportet integram pervenire, ut illic devotissimus miles emolumenta sibi debita ex integro con-

sequatur. Si quis autem post interdictum mansuetudinis nostrae apochas putaverit esse deferendas, inaniter eas sciat esse delatas nec in acceptum ei qui susceperit referendum. DAT. IIII KAL. MART. MED(IOLANO) POST CONS. STILICHONIS ET AVREL(IANI) VV. CC.

V

[I, 6, 29 (403 Febr. 20).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. SEPTIMINO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Dudum praecepimus, ut ex corpore negotiatorum ad suscipiendam tuendamque aurariae nostrae rationem adponeretur idoneus, qui tamen fide omnium et periculo fuisset electus. Et nunc eadem renovantes ex negotiatorum sive quolibet alio corpore ad suscipiendam arcae rationem idoneum adponi praecipimus ea dumtaxat condicione servata, ut tam de suis quam officii sui facultatibus iudices noverint eruendum, si quid ille ex commissa sibi ratione crediderit usurpandum. DAT. X KAL. MART. RAV(ENNAE) THEOD(OSIO) A. I ET RVMORIDO CONSS.

V

1 praecipimus *V*

[, 6, 30 (408 Ian. 27).

IDEM AAA. LVCIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Duos tabularios ⌈ et susceptores totidem per universas provincias oportere constitui clementia nostra praecepit. ⌞Super hoc autem admonuimus et⌟ praetorianam amplissimam praefecturam, ⌞quo sciret⌟ eos, qui aurum largitionale susceperunt, nihil cum arcae ratiociniis habere commune, iudices autem provinciarum quinque libris auri multandos et primates officiorum capitali poena plectendos, si hoc ⌞vel in praesenti⌟ non fuerit custoditum ⌞vel postea commutatum⌟. DAT. VI KAL. FEB. BASSO ET PHILIPPO CONSS.

IVST.
⌈ seu numerarios
⌞scire autem volumus⌟
⌞ ⌟ *om.*
⌞ ⌟ *om.*
⌞ ⌟ *om.*

V. — IVST. 10, 72, 13.

4/5 anplissimam prefecturam *V* 5 largitionale] *Iust.*. largitione *V*

[, 6, 31 (412 Febr. 29).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. EVCHARIO SVO SAL(VTEM). ⌞Humilibus⌟ officiis aut extraordinariis oneribus occupari curiales non patimur, ne publica vaccillet utilitas. Susceptionem itaque vestium aequius est ab officio proconsulari vel ab his qui in eodem meruerunt sollemniter procurari. Horum namque interest huiusmodi explorare rationem et quaerere qualitatem eorum, quorum ad contuendum cura commodior est. Neque enim aequum est, ut ad officium ⌞lucella⌟, ad curialem susceptionis tantum damna pertineant. Hanc igitur ab ordinibus iniuriam submovemus, exceptis his, si qui curialium ⌈ officio memorato aut militasse aut militare fuerit deprehensus. DAT. PRID. KAL. MART. RAV(ENNAE) HON(ORIO) VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.

IVST.
⌞humilioribus⌟

IVST.
⌞lucra⌟
⌈ in

V. — IVST. 10, 72, 14.

1 Euchario] *procos. Africae* 6 contuendum] *Iust. (O)* equum *V* 9 deprehensi *Iust.* *V*, constituendum *Iust. (IK)*, custodiendum | 10 theodosius *V*

, 6, 32 (429 Febr. 27).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. VOLVSIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Aurum sive argentum quodcumque a possessore confertur, arcarius vel susceptor

2 quodcumque] *Iust.*, cumque *V*

accipiat, ita ut provinciae moderator eiusque officium ad crimen suum noverit pertinere, si possessoribus ullum fuerit ex aliqua ponde-
1 rum iniquitate inlatum dispendium. || Possessori sane securitatem sub designatione titulorum arcarius vel susceptor emittat || et quidquid ex provinciis ad nostrum dirigetur aerarium, id ˹non solum˺ ad inlustres viros aerarii nostri comites, ˹sed etiam ad eminentiam tuam
2 pari˺ relatione deferatur. || Contra ˹haec nostra˺ si quicquam vetito ausu ˹palatinus˺ audebit, licebit provinciae moderatori eundem correptum ad sublimitatis tuae iudicium sub prosecutione dirigere, licebit provinciali, etsi probatur obnoxius, ˹palatini˺ contra vetitum exactionem sibi vindicantis temeritatem legitime repellere. || Quam si provincialis pulsare nequiverit et delata ad inlustres viros aerarii comites querimonia inpediente palatino officio non meruerit ultionem, tunc demum licebit magnificentiae tuae possessorum querellas et probata aput se dispendia vindicare. DAT. III KAL. MART. RAV(ENNAE) POST CONS. FELICIS ET TAVRI VV. CC.

IVST. 10, 72, 15
|| *fin.*
|| *redit*
˹ ˺ *om.*
˹sed . . pari˺ *om.*
IVST. 12, 60, 5 | ˹nostra praecepta˺
˹executor˺
˹executoris˺
|| *fin.*

V. — IVST. 10, 72, 15. 12, 60, 5.

10 quicquam] *Iust. (K)*, quisquam *V Iust. (OI)* 19 quaerellas *V* 20 conss. *V*

XII, 6, 33 (430 Febr. 15).

IDEM AA. THEODOSIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. A Byzacena provincia dudum impetratum fuisse comperimus, ut urbium suariorum curiales horreorum custodiam curamque susciperent; ideoque sancimus proconsularis provinciae horreis non praefici principalem. DAT. XV KAL. MAR. RAVENN(AE) THEODOSIO XIII ET VAL(ENTINI)ANO V AA. CONSS.

V

1 byzacena] *V*a, byzachena *V*b 3 suariorum] *fortasse* non magis *scr.* suarum ne *(sic fere Cuiacius)* 3 non] 4 theodosius *V*

VII. DE PONDERATORIBVS ET AVRI INLATIONE.

Iust. 10, 73.

XII, 7, 1 (325 Iul. 19).

IMP. CONST(ANT)INVS A. AD EVFRASIVM RATIONALEM TRIVM PROVINCIARVM. Si qui solidos appendere voluerit, auri cocti septem solidos quaternorum scripulorum nostris vultibus figuratos adpendat pro singulis unciis, XIIII vero pro duabus, iuxta hanc formam omnem summam debiti inlaturus. Eadem ratione servanda, et si materiam quis inferat, ut solidos dedisse videatur. Aurum vero quod infertur aequa lance et libramentis paribus suscipiatur, scilicet ut duobus digitis summitas lini retineatur, tres reliqui liberi ad susceptorem emineant nec pondera deprimant nullo examinis

IVST.
Aurum, quod infertur a collatoribus, si quis vel solidos voluerit vel materiam appendere, aequa lance et libramentis paribus suscipiatur.

1 eufraxium *V* 2 quis *Tilius* 3 coeti *V* semptem *V*: *requiri* sex, *item postea* XII *pro* XIIII *verasque lectiones expulsas esse propter solidorum Francicorum imminutionem exposui in Bekkeri et Mutheri annali vol. 3 p. 454 (cf. 4, 309. 5, 129).* 8 summit/tas *V*

libramento servato, nec aequis. ac paribus suspenso statere momentis. ET CETERA. P(RO)P(OSITA) XIIII KAL. AVG. PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

V. — IVST. 10, 73, 1.

1 nec] *scr.* sed equis *V*

I, 7, 2 (363 Apr. 23).

IMP. IVLIANVS A. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Emptio venditioque solidorum, si qui eos excidunt aut deminuunt aut, ut proprio verbo utar cupiditatis, adrodunt, tamquam leves eos vel debiles nonnullis repudiantibus inpeditur. Ideoque ‖ ⌈placet quem sermo Graecus appellat per singulas civitates ⌞constitui⌟ zygostaten, qui pro sua fide atque industria neque fallat neque fallatur, ⌞ut ad eius arbitrium atque ad eius fidem, si qua inter vendentem emptoremque in solidis exorta fuerit contentio, dirimatur⌟. DAT. VIIII KAL. MAI. SALONAE IVLIANO A. IIII ET SALLVSTIO CONSS.

IVST.

‖ ⌈ Quotiens de qualitate solidorum orta fuerit dubitatio | ⌞constitutum⌟ ⌞contentionem dirimere⌟

V. — IVST. 10, 73, 2.

2 si qui eos] *scripsi*, quos *V* 5 grecus *V* | *Iust.* (*O*), nicostratem *Iust.* (*KI*) 10 dat.] *scr.* pp
6 zygostaten] *V*[rec.], gygostaten *V*, ygostatem

[, 7, 3 (367 Aug. 4).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD DRACONTIVM. Si quid ex proscribtionibus vel condemnationibus deposcitur, si quid ex ceteris titulis, qui annui atque sollemnes sunt vel veteres vel recentes, aut peculiaris in singulis aut certa per paucos aut uniformis in cunctos cogit indictio, non in materia conferatur, sed sub condicionalium oculis ac periculis diu multumque flammae edacis examine in ea obryza detinetur, quemadmodum pura videatur. DAT. PRID. NON. AVG. NEMASIA POST CONS. GRAT(IA)NI N̄. P̄. ET DAGALAIFI.

V

1 Dracontium] *scilicet vicarium Africae* 4/6 *expectes* sed in ea obryza, quae sub c. o. ac p. diu multumque flammae edacis examine detinetur tamdiu dum pura videatur 6 prid. *bis V* post cons̄] pon conss. *V* dagalaifi ɔss *V*

VIII. DE AVRI PVBLICI PROSECVTORIBVS.

Iust. 10, 74. — persecutoribus *Iust.*

, 8, 1 (409 Iul. 20).

IMPP. HON(ORIVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Auri prosecutores partim nulla praemissa, ut adsolet, prosecutoria aurum praesumunt, partim diutius retentant quod statim fuerat adsignandum. Ideoque censemus, ne quis absque praecepto viri inlustris comitis sacrarum largitionum vel coquendum aurum sumat vel capiat deinceps retinendum. DAT. XIII KAL. AVG. HON(ORIO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

V. — IVST. 10, 74, 1.

1/2 persecutores *Iust.* 2 persecutoria *Iust.*

VIIII. DE HIS, QVAE EX PVBLICA CONLATIONE INLATA SVNT, NON VSVRPANDIS.

quae] *Iust. (rel.)*, qui *V Iust. (O*^a^*)*. — *Iust.* 10, 75.

XII, 9, 1 (325 [?] Mart. 6).

IMP. CONST(ANT)INVS A. Nullus iudicum id, quod a re publica ex conlatione susceperit, mutui interventione obposita vel invadat vel conetur invadere. DAT. PRID. NON. MART. TREV(IRIS) PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

V. — IVST. 10, 75, 1.

3 *locus et annus non conveniunt.*

XII, 9, 2 (382 Apr. 11).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. HAVE, LAMPADI K(ARISSIME) N(OBIS). Nullus penitus ex eo, quod refertur in conditis vel in arca continetur, ad quemlibet titulum usurpet, nisi forte praesumendi facultatem sublimium potestatum iussione perceperit. DAT. III ID. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

V. — IVST. 10, 75, 2.

1 habe *V* Lampadi] *mag. incertus* 2 paenitus *V* ad] at *V*

XII, 9, 3 (399 Mai. 17).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Sciant ⌈ iudices nihil sibi ex privatae rei canone vel ⌈ eo, quod ex isdem titulis ˹exegerint˺, ad necessitates alias ˹transferre licere˺, nisi malunt gravissima severitate ˹suam˺ licentiam coherceri. DAT. XVI KAL. IVN. MED(IOLANO) THEODORO CONS.

IVST. 11, 65, 5.
⌈ vero memorati
⌈ ex | ˹contigerit˺
˹transferendum˺
˹eorum˺

V. — IVST. 10, 75, 3. 11, 65, 5.

3 eo] ex eo *Iust. (utroque loco)* hisdem *V* 4 malunt] *V Iust. 10, 75, 3 (O), Iust. 11, 65, 5 (I*^a^*)*, malint *Iust. (alii)*

X. NE PRAEFECTIANVS EXACTORIS VEL CVRIOSI VEL HORREORVM CVSTODIS FVNGATVR OFFICIO.

prefectianus *V* uel horr.] horr. *V* fungatur] *V*²*, fugatur *V*¹

XII, 10, 1 (373 [365] Nov. 18).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD ZOSIMVM PRAESID(EM) EPIRI NOVAE. Comperimus imperatoriae iussionis auctoritate neglecta praefectianos ad perniciem provincialium exitiumque remeasse et exactionibus in provincia meritis tuis credita vel potius lucris et quaestibus suis contra vetitum laborare, praeterea vel horreorum

IVST.

Praefectianos ad perniciem provincialium exactionibus in provinciis vel potius lucris et quaestibus suis sese immiscere vetamus: praeterea vel horreorum

1 *addi debuit* Gratianus, *si est a. 373* 6 tui *V*
2 epyri *V* comperimos *V* 3/4 prefectianos *V*

gerere custodiam vel curarum ius atque arbitrium sibi praesumere. Horum si quis existat, volumus huius auctoritate praecepti in futurum susceptorum officiis eum deputari deque eius nomine universa clementiae nostrae auribus intimari. DAT. XIIII KAL. DEC. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE IIII AA. CONSS.

gerere custodiam vel curarum ius atque arbitrium sibi praesumere his denegamus. Horum si quis praesentis legis temerator existat, volumus eum competenti motu et indignatione percelli.

V. — IVST. 12, 52, 2.

6 iiii conss.] iiii *delendum propter locum*

XI. DE CVRATORIBVS KALENDARII ET FIDEIVSSORIBVS EORVM.

kalendariis *V*

II, 11, 1 (314 Ian. 30).

IMP. CONST(ANT)INVS A. LOCRIO VERINO SVO SAL(VTEM). Aput eos, quos superstites integris facultatibus esse pervideris vel quorum heredes incolumia retinent patrimonia, sortes ⸢kalendarii⸣ perseverare debebunt, ita tamen, ut annuas usuras suis quibusque temporibus exolvant, cum simul et rei publicae utile sit retinere idoneos debitores et ipsis commodum cumulum debiti minime nutriri.

IVST. ⸢rei publicae⸣

1 Et quia nefas est obnoxiis corporibus alienatis circumscribi civitates, placuit, si qui debitor rei publicae civitatis quippiam ex eo patrimonio, quod habuit, cum pecuniam rei publicae sumeret, donaverit vel distraxerit vel qualibet in alium ratione contulerit, qualitate rei alienatae perspecta atque omnibus debitoris facultatibus consideratis, quas habuit, cum ei pecunia crederetur, pro rata ab eo, qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet, ex sorte atque usuris postulari. Itaque quotiens minus idoneum deprehenditur eius patrimonium, cuius nomen ⸢kalendario civitatis alicuius⸣ invenitur obnoxium, iudex omni diligentiae sollicitudine debebit inquirere, ad quos ex qualibet condicione transierint debitoris facultates, ut singuli aequa aestimatione habita pro rata rerum quas possident conveniantur, personalem actionem contra eum habituri debitorem, qui ipsis solventibus liberatur. Ab eo autem, a quo constat fortunarum suarum partem maximam recessisse, etiam reliquam portionem quae aput eum resederit transferri ad idoneum oportebit.

IVST. ⸢civitati alicui⸣

2 Quod si quispiam debitor rei publicae civitatis fisco nostro locum fecerit, emptores ⸢quidem⸣, qui ex fisco nostro conparaverint, manifestum est secundum ius vetus et rescribta divorum constitutionesque nostras nullam debere molestiam sustinere, || cum huiusmodi casibus rem publicam placuerit fortuita dispendia sustinere; qui vero aliquid ex eiusdem bonis principali liberalitate fuerint consecuti, iuxta legem latam obnoxii erunt rei publicae habita solidarum facultatum consideratione, quae fuerant debitoris, cum pecuniam rei publicae sumeret, ut pro rata corporis, quod ex largitate nostra retinent, conpetentem sortis atque usurarum partem exigantur.

IVST. ⸢ ⸣ *om.* || *fin.*

3 || Quod si quis debitor non conparuerit vel certe ita omnia sua consumpserit, ut nemo aliquam rem ex eius bonis possideat, id ⸢quoque⸣ debitum convenit ad dispendium rei publicae pertinere. Ideoque ⸢periculo curatoris kalendari et magistratuum et creatorum⸣ aput idoneos vel dominos rusticorum praediorum pecunia conlocanda est. P(RO)P(OSITA) III KAL. FEB. VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

IVST. || *redit* ⸢ ⸣ *om.* ⸢cura patris civitatis⸣

V. — IVST. 11, 33, 2.

1 Locrio (*scr.* Lucerio) Verino] *mag. incertus* 2 prouideris *Iust.* 9 alienate *V*[a] 10 credideretur *V* 11 detinent exorte *V* 15 transierit debitores *V* 25 fuerat *V* 26 publice *V* 31 publice *V* 33/34 *est potius a. 323—325 (vide ad 2, 19, 1)*

XII, 11, 2 (386 Aug. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD HELLENIVM VIC(ARIVM) VRB(IS). Kalendariorum nomen tam oleariae arcae quam frumentariae non multo ante oratio ad senatum missa noscitur antiquasse. Ne igitur ea, quae aboleri ante censuimus, novis calumniarum facibus inardescant, tua providebit instantia. Nos enim, quo sanctius quae cauta sunt observentur, XX librarum auri multa iudicem censuimus esse plectendum ac primates officii capitali cohercendos esse sententia. DAT. NON. AVG. HON(ORIO) N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

V

3 noscitur antiquasse ne] *Cuiacius*, nascitur antiquas sane *V* 7 euuodio *V*

XII. DE LEGATIS ET DECRETIS LEGATIONVM.

Iust. 10, 65: de legationibus.

XII, 12, 1 (355 Aug. [?] 1).

IMPP. CONST(ANT)IVS ET CONSTANS AA. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In Africanis provinciis universis conciliis liberam tribuo potestatem, ut congruente arbitrio studii condant cuncta decreta aut commodum quod credunt consulant sibi, quod sentiunt eloquantur decretis conditis missisque legatis. Nullus igitur obsistat coetibus dictator, nemo conciliis obloquatur. DAT. KAL. AVG. MED(IOLANO) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

V

1 constantius] constinus *V* et constans *del.* 2 conciliis] *Cuiacius*, consiliis *V* tribuo] *V*[2*], trebuo *V*[1] 3 aut commodum quod] *scr.* aut quomodo 5 conciliis] *scripsi*, consiliis *V* *dies dubius, quoniam constitutiones aliae ostendunt Constantium hoc anno Iul. 25 et Sept. 2 fuisse non Mediolani, sed in expeditione Raetica*

XII, 12, 2 (356 Ian. 15).

IDEM AA. ET IVLIANVS C. MVSONIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullus ad gentem Axumitarum et Homeritarum ire praeceptus ultra annui temporis spatia debet Alexandriae de cetero demorari nec post annum percipere alimonias annonarias. DAT. XVIII KAL. FEB. MED(IOLANO) INDICTIONE XV CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO C. CONSS.

V

1 *requiritur* imp. Constantius A. 2 homeritarum] *Pithoeus indeque Cuiacius 1586*, eomerita *V* 2/3 alexandriae de cetero demorare *V*, alexandria de cetero emorari *Gothofredus*, alexandria decedens inde morari *ego* 4 indictione xu] *id est a. 356 Sept. 1 ad a. 357 Aug. 31; itaque consulatus non respondet*

XII, 12, 3 (364 Mai. [?] 30).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Provinciales desideriorum suorum decreta initio aput acta ordinariorum iudicum prosecuti ad sedis tuae eminentiam mittant, ut inpudentior petitio refutetur aut iustior petita commoda consequatur. Si qua autem eiusmodi fuerint, quae magnificentiam tuam probabili cunctatione destringant, super his satis erit consuli scientiam nostram, ita ut cunctas petitiones cum litteris tuis legatorum unus advectet. DAT. III KAL. IVN. SERDICAE DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

3/4 conmoda *V* 6 serdice *V*: *eo die Valentinianus non fuit Serdicae*

12, 4 (364 Sept. 7).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Iuxta legem divi Constantini nihil post tractatum habitum civitatum voluntate mutetur sive mutiletur, sed integrae atque inlibatae civitatum petitiones ad magnificentissimae sedis tuae notitiam perferantur, ‖ ut sit examinis tui, ⌜quaenam⌝ ex his auxilio tuo inplenda protinus, ⌈ quae clementiae nostrae auribus intimanda videantur. DAT. VII ID. SEPT. AQVIL(EIAE) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

IVST.
‖ *inc.* | ⌜quae⌝
⌈ sunt et

V. — IVST. 10, 65, 5.

2 integre *V* 4 ex *om.* *V*ᵃ 5 protinus implenda *Iust.*

12, 5 (364 Dec. 28).

IDEM AA. VICTORI DVCI AEGYPTI. Cum legati gentilium venerint, obsignari eorum tabulas oportet, ut ad mansuetudinem nostram fides earum, quae a regulis profectae fuerint, litterarum et numerus perferatur, ne per hanc occasionem etiam addendi in epistulis possit his facultas aperiri. DAT V KAL. IAN. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

2 eorum] *V*

12, 6 (369 Febr. 2).

IDEM AA. ET GR(ATI)ANVS A. AD CLAVDIVM PROCONS(VLEM) AFRIC(AE). Legati, qui ad comitatum nostrum non cum necessariis desideriis et probabilibus rebus advenerint, cum iniuria sui ad provinciam animalibus propriis revertentur. DAT. IIII NON. FEB. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO N̄. P̄. ET VICTORE CONSS.

V

12, 7 (380 Iul. [?] 27).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum desideria sua singulae civitates cupiunt explicare, non viritim legatos mittant ad nostri numinis comitatum, sed tractatu habitoque conventu tres e provincia, qui petitiones advehant, deligantur; multae conpetentis denuntiatione praestrictis his, ... qui provincias moderantur. DAT. VI KAL. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

V

2 singule *V*ᵃ 3 *fortasse* habito conuentuque 4 deligantur] *Haenel*, delegantur *V* *post* his *talia videntur excidisse:* qui contra fecerint ab his 5 ui kal. aug.] *in die erratum est, nam Thessalonica profectus post Nov. 16 Theodosius Constantinopolim venit Nov. 24.*

12, 8 (382 Mart. 25).

IDEM AAA. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quaecumque civitas legatos ad sacrarium nostrum voluerit ordinare, libera ei tribuatur facultas, ita tamen, ut a te probata atque elimata ad nos desideria perferantur. P(RO)P(OSITA) KARTHAG(INE) VIII KAL. APRIL. POST CONS. SYAGRII ET EVCHERII V̄V̄. C̄Ō.

V

1 p̄ū] *vide ad 6, 6, 1* 4 conss. *V*

II, 12, 9 (382 Mai. 10).

IDEM AAA. AD PROVINCIALES. Sive integra dioecesis in commune consuluerit sive singulae inter se voluerint provinciae convenire, nullius iudicis potestate tractatus utilitati earum congruus differatur neque provinciae rector aut praesidens vicariae potestati
1 aut ipsa etiam praefectura decretum aestimet requirendum. Illud etiam addimus, ut si integra dioecesis unum vel duos elegerit, quibus desideria cuncta committat, redae cursualis unius isdem tribuatur evectio; si vero singulae provinciae separatim putaverint dirigendos, singularum angariarum copia praebeatur, dummodo, sicut licere volumus oppressis deflere quae perferunt, ita provinciales nostri nec incassum peregrinationem suscipiendam eaque ad sacras aures deferenda cognoscant, quae probabiliter principibus adserantur nec superfluis perennitatem nostram existiment actibus occupandam. DAT. VI ID. MAI. BRIXIAE ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

V

1 pouinciales V* 2 uoluerin V 6 hisdem V 7 prebeatur V

II, 12, 10 (385 Nov. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARC(ADIVS) AAA. PRINCIPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quotienscumque ex diversis provinciis ad sacrum mansuetudinis nostrae comitatum legationes, quas instruxere decreta, necesse erit commeare, in auditorio quidem celsitudinis tuae universa tractentur, sed ita, ut nullum finem capiat ordo gestorum inlibataque rerum decisio singularum nostro auditui sententiaeque servetur, ita ut deinceps excellentia tua, cum in consistorio mansuetudinis nostrae secundum consuetudinem ex decretis petitiones legatorum de nostris scriniis recitantur, motum proprii arbitrii ratione decursa sententiis, quas pandimus, referat. DAT. NON. NOV. AQVIL(EIAE) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE CONSS.

V

II, 12, 11 (386 Febr. 15).

IDEM AAA. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis vel civitatis vel provinciae vel corporis alicuius ita prosequi desideria voluerit, ut non omnia mandata litterarum, decretorum auctoritate demonstret, inauditus ac sine effectu remeare protinus iubeatur. DAT. XV KAL. MART. TICINI HON(ORIO) N. P. ET EVODIO CONSS.

V

3 *fortasse* decretarum effectu] effecto V 4 ticeni V euuodio V

I, 12, 12 (392 Iul. 28).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARC(ADIVS) ET HON(ORIVS) AAA. APODEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O PER ILLYRICVM. Si quod extraordinarium concilium postulatur, cum vel ad nos est mittenda legatio vel vestrae sedi aliquid intimandum, id, quod inter omnes communi consilio tractatuque convenerit, minime in examen cognitoris ordinarii ⌜perferatur⌝. Provincialium enim desideria, quibus necessaria saepe fortuitis remedia deposcuntur, vobis ⌜solis⌝ agnoscere atque ex-
1 plorare permittimus, || nobis probationem ac iudicium reservamus. Ad provinciale concilium in una frequentiore totius provinciae urbe cunctos volumus convenire, qui primatum honorantur insignibus, exceptis praefectoriis, quos dignitatibus ampliatos indignum a consiliantibus praeteriri, indignius vero ad

IVST. ⌜referatur⌝ ⌜ ⌝ *om.* || *fin.*

3 sedi] *Iust.*, sedili V 4 consilio] *Iust.*, concilio (*sic*) V 10 indignum] *Gothofredus*, indignibus V, *fortasse* insignibus indignum

publicum cum honoris iniuria devocari; unde honestum esse censemus de singulis quae
2 tractanda erunt intra domos suas eos consuli, ut nec plebi mixta dignitas inclinetur nec eius, cuius praesentiae copia deerit, probatum in re publica consilium neglegatur; scilicet ut || in loco ⌈ publico de communi utilitate ⌈⌈ sententia proferatur atque id, quod maioris partis probarit adsensus, sollemnis firmet auctoritas. DAT. V KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) ARC(ADIO) A. II ET RVFINO CONSS.

IVST.
|| *redit* | ⌈ autem | ⌈⌈ provincialium

V. — IVST. 10, 65, 5.

1 publicum cum] *Gothofredus*, publicum *V* quae] qua *V* 2 ut nec] *scripsi*, et ne *V* | 5 probauerit *Iust.*

[I, 12, 13 (392 Sept. 10).

IDEM AAA. APODEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Provinciale concilium quo tempore iniri debeat, cum adsensu omnium atque consilio propria auctoritate definiat, ita ut ipse conventus in una opulentiore totius provinciae urbe absque ullius iniuria celebretur. Inde quod in consilium communia vota deducunt, vel in aede publica vel in aliqua fori parte tractetur, ad quam omnium possit esse concursus, ne quid dispositio paucorum
1 tegat, quod in communem utilitatem expetat sollicitudo cunctorum. Si quis autem eorum virorum, quos emeritos honor a plebe secernit, provincialium extraordinario cupit interesse concilio, pro suo loco atque ordine servata reverentia dignitatis vel ad eum locum, in quo cunctorum desideria possit agnoscere, ire debebit vel procuratoribus destinatis sententiae suae promere voluntatem, modo ut, quod voluerit paucorum voluntas, publica convocetur auctoritas. DAT. IIII ID. SEPT. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

V

6 *fortasse* expectat 8 consilio *V* 11 puplica *V* conuocetur] non uocetur *Gothofredus*, | conprobet *ego*

[, 12, 14 (408 Sept. 18).

IMPPP. HON(ORIVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ET PATRICIO. Omnium legationum provincialium instructiones aput sublimitatem tuam actis legi pensarique praecipimus, ut, quae digna nutu vel indulgentia nostrae clementiae probabuntur, eligere ac referre ad nos sublimitas tua non ambigat. Nam remedia fessis quibusque necessaria nostro arbitrio decernentur. DAT. XIIII KAL. OCTOB. CONST(ANTINO)P(OLI) BASSO ET FILIPPO CONSS.

V

1 et] t *V*ᵃ 2 actis] *scr.* ab actis 2/3 pensariquae *V* 4 fissis *V*ᵃ

[, 12, 15 (416 Oct. 5).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quotiens ⌈ legatio destinatur, universos curiales praecipimus, qui intra urbem consistunt, si non aegritudine vel alia inexcusabili necessitate inpediuntur, in locum curiae convenire et decreta sua propria subscribtione firmata viro spectabili praefecto Augustali insinuare, ut eius relatione ⌜tuis virtutibus intimata et sub examine tuo perpensa venire necne legati debeant, ordinetur⌝: || nulli penitus legatione libera committenda et

IVST.
⌈ ab Alexandrina civitate

⌜comitati tuis virtutibus suas petitiones intiment et s. e. t. perpensa legatione res ordinetur⌝ *fin.*

6 suscribtione *V* 9 necne glegati *V* 10 paenitus *V*

auro coronario non, sicut nuper factum est, ab his colligendo, qui venditis honoribus, ut ad gradus altiores venirent, contra licitum coemerunt, quos quidem recepta summa quam dederunt universa munia patriae implere praecipimus, sed a curia omni praestando; vindicta huius facinoris tuae sublimitati permissa. ET CETERA. DAT. III NON. OCT(O)B. CONSTAN(TINO)P(OLI) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO V C. CONSS.

V. — IVST. 10, 65, 6.

1 uenditis honoribus *collocandum post* factum est

XII, 12, 16 (426 Iun. 1).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. HIERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Civitatum postulata, decreta urbium, desideria populorum liquido tua sublimitas recognoscit ad imperialis officium pertinuisse responsi admissosque sacrariis nostris semper sui imperatoris aspectu decoratos esse legatos; dixisse libere, quae illorum fuerant a communi fidei constantiaeque commissa. DAT. KAL. IVN. NICOMEDIAE D̄D̄. N̄N̄. THEOD(OSIO) XII ET VAL(ENTINI)ANO II AA. CONSS.

V

4 esse *fortasse delendum* fuerant] *Cuiacius,* fuerat *V* 5 nichomediae *V*

XIII. DE AVRO CORONARIO.

Iust. 10, 76.

XII, 13, 1 (362 Apr. 29).

IMP. IVLIANVS A. AD SALLVSTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Aurum coronarium munus est voluntatis, quod non solum senatoribus, sed ne aliis quidem debet indici. Licet quaedam indictionum necessitas postulaverit; sed nostro arbitrio reservari oportebit. DAT. III KAL. MAI. MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

V. — Constitutio nuper in Aegypto eruderata de non exigendo auro coronario proposita in Aegypto anno imperatoris cuiusdam primo die Payni 30 = Iun. 24 (ediderunt eam Grenfell Hunt Hogarth Fayum towns and their papyri [Londini 1900] c. 20 p. 116) si est Iuliani, ut statuit Dessau (revue de philologie tom. 25 [1901] p. 285) probabiliter, tamen verborum tenor huic nostrae ullo modo respondet.

2 licet] *scr.* scilicet nisi *malim* scilicet quaedam indictionem num necessitas postulaverit, id 2/3 quedam *V*

XII, 13, 2 (364 Aug. 28).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Universi, quos senatorii nominis dignitas non tuetur, ad auri coronarii praestationem vocentur exceptis his, quos lex praeterita ab hac conlatione absolvit. Omnes igitur possessores aut inter decuriones coronarium aurum aut inter senatores glebalem praestationem deinceps recognoscant. DAT. V KAL. SEPT. EMONAE DIVO IOVIANO ET VARR(ONIANO) V. C. CONSS.

V

3 haec *V*

XII, 13, 3 (368? 370? 373? Iun. 23).

IDEM AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nullus exceptis curialibus, quos pro substantia sui aurum coronarium offerre convenit, ad oblationem hanc adtineatur. DAT. VIIII KAL. IVL. SAVARIAE VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

2/3 dat.] *scr.* pp *pariter atque in altera Savariensi* (12, 6, 15) *a. 369, nam Valentinianus Savariam per hos annos vix adiit* 3 sabariae *V*

I, 13, 4 (379 Aug. 10).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. PANCRATIO P(RAEFECTO) V(RBI). Quae diversarum ordines curiarum vel amore proprio vel indulgentiarum laetitia vel rebus prospere gestis admoniti in coronis aureis signisque diversis obtulerint, in quacumque fuerint oblata materia, in ea suscipiantur, ne id, quod voluntate offertur, occasione obryzae incrementi, necessitatis iniuria insequatur. DAT. IIII ID. AVG. VICO AVGVSTI AVSONIO ET OLYBRIO CONSS.

V

1/2 p̄ ū] *erratum videtur esse in inscriptione, nam eo tempore Pancratius fuit comes r. pr.*

I, 13, 5 (384 Ian. 18).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ad conlationem auri coronarii placuit neminem absque consuetudine esse cogendum. DAT. XV KAL. FEB. CONSTANT(INO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V. — IVST. 10, 76, 1.

I, 13, 6 (387 Iun. 14).

IDEM AAA. GADDANAE SATRAPAE SOFANENAE. Aurum coronarium his reddi restituique decernimus, quibus inlicite videtur ablatum, ut secundum consuetudinem moris antiqui omnes satrapae pro devotione, quae Romano debetur imperio, coronam ex propriis facultatibus faciant serenitati nostrae sollemniter offerendam. DAT. XVIII KAL. IVL. CONSTANT(INO)P(OLI) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

V

1 idem aaa.] *requiritur* impp. Valentinianus, Theodosius et Arcadius 2 ut] *malim* at | 3 que *V*

XIIII. DE IRENARCHIS.

hirenarchis *V.* — *Iust.* 10, 77.

I, 14, 1 (409 Dec. 25).

IMPP. HON(ORIVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Irenarcharum vocabula, quae adsimulata provincialium tutela quietis ac pacis per singula territoria haud sinunt stare concordiam, radicitus amputanda sunt. Cesset igitur genus perniciosum rei publicae; cesset rescribtorum irenarchas circiter inconvulsa simplicitas et celsitudinis tuae sedes provinciarum defendenda suscipiat pacis huiusmodi, locupletioribus commissura, praesidia. DAT. VIII KAL. IAN. CONSTANT(INO)P(OLI) HON(ORIO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

IVST.

Irenarchae, qui ad provinciarum tutelam quietis ac pacis per singula territoria faciunt stare concordiam, a decurionibus iudicio praesidum provinciarum idonei nominentur *fin.*

V. — IVST. 10, 77, 1.

2 hirenarcharum *V* 6 hirenarchas *V* 7 inconuulsa] inconsulta *Gothofredus*

XV. DE CENTVRIONIBVS.

XII, 15, 1 (399 Sept. 13).

IMPP. ARC(ADIVS) ET HON(ORIVS) AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Hac auctoritate sancimus, ut, quicumque centurionum corpus deseruit nullis dignitatum privilegiis excusatus, debitum munus subire cogatur. DAT. ID. SEPT(EM)B. MED(IOLANO) THEODORO CONS.

V

3 conss. *V*

XVI. DE MANCIPIBVS.

XII, 16, 1 (389 Aug. 16).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCA(DIVS) AAA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBIS) ROM(AE). Quicumque vel rescribti adversus veteres sanctiones subreptiva defensione munitur vel de minusculis corporibus aut certe otiosis idoneus adprobatur, functioni mancipatus est addicendus. DAT. XVII KAL. SEPT. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

V (cum Solms.)

XVII. DE HIS, QVI NVMERO LIBERORVM VEL PAVPERTATE EXCVSATIONEM MERVERINT.

libero liberorum *V.* — meruerunt *Iust.* — *Iust.* 10, 52.

XII, 17, 1 (324 Jan. [un] 19).

IMP. CONST(ANT)INVS A. DALMATIO. Quoniam cognovimus nonnullos vacationem a nobis personalium munerum impetrasse, alienos pro suis liberis nostris conspectibus offerentes, iubemus eos, cum hoc probatum sit, indulto beneficio privari, || eos ⌜autem⌝, qui cuiuscumque sexus liberos quinque habeant, impetrata semel vacatione potiri ⌜, ita ut, si in hoc numero filius legitimae aetatis inveniatur, obeundis statim pro suo patre muneribus adplicetur, patribus, qui filios vel filias quinque
1 habuerint, promissa legibus immunitate servanda. Quod si quis propter censum ⌜tenuem⌝ vacationem meruerit atque hoc probaverit, beneficio potiatur, si propter rerum angustias ad personalia ⌜vocabatur⌝ obsequia. DAT. XIIII KAL. FEB. SIRMIO CRISPO III ET CONSTANTINO II CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⌜ ⌝ *om.*
⌜ convenit
⌜tenuiorem⌝
⌜vocatur⌝

V. — IVST. 10, 52, 6.

1 *mag. incertus* 2 liberos *Gothofredus* 5 habeat *V* potiri] potiris V^1 *(vel* V^a*)* | 6 obeundi *V* 11 *scr. aut* crispo ii *(a. 321) aut potius* constantino iii *(a. 324)*

XVIII. SI CVRIALIS RELICTA CIVITATE RVS HABITARE MALVERIT.

V Epit. Parisina (Haenel brev. p. 238). — *Iust.* 10, 38.

XII, 18, 1 (367 Mai. 10).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD TATIANVM P(RAE)F(ECTVM) AEGYP(TI). Iudiciario omnes vigore constringes, ne vacuatis urbibus ad agros magis, quod frequenti lege pro-

hibetur, larem curiales transferant familiarem. DAT. VI ID. MAI. MARCIANOP(OLI) LVPICINO ET IOVINO CONSS.

V

2 iuuino *V: confirmat subscriptionem prologus Athanasianus (Larsow Festbriefe p. 43) ad eundem annum praefectum nominans Tatianum Lycium*

I, 18, 2 (396 [?] Dec. 15).

IMPP. ARC(ADIVS) ET HON(ORIVS) AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Curiales omnes iubemus interminatione moneri, ne civitates fugiant aut deserant rus habitandi causa, fundum, quem civitati praetulerint, scientes fisco esse sociandum eoque rure esse carituros, cuius causa impios se vitando patriam demonstrarint. DAT. XVIII KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) ARC(ADIO) IIII ET HON(ORIO) III AA. CONSS.

V. Epit. Parisina (Haenel brev. p. 238). — IVST. 10, 38, 1.

2 oneri *V* 4 rure esse] *scr.* rure sese patriam uitando demonstrauerint *Iust.* 4/5 *subscriptio parum convenit cum nomine praefecti (vide ad 3, 12, 3)*

XVIIII. DE HIS, QVI CONDICIONEM PROPRIAM RELIQVERVNT.

I, 19, 1 (400 Iun. 29).

IMPP. ARC(ADIVS) ET HON(ORIVS) AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O GALL(IARVM). Destitutae ministeriis civitates splendorem, quo pridem nituerant, amiserunt: plurimi siquidem collegiati cultum urbium deserentes agrestem vitam secuti in secreta sese et devia contulerunt. Sed talia ingenia huiusmodi auctoritate destruimus, ut, ubicumque terrarum repperti fuerint, ad officia sua sine ullius nisu exceptionis revocentur. De eorum vero filiis, qui tamen intra hos proxime quadraginta annos docebuntur fuisse suscepti, haec forma servabitur, ut inter civitatem et eos, quorum inquilinas vel colonas vel ancillas duxerint, dividantur, ita ut in ulteriorem gradum missa successio nullam calumniam perhorrescat. ET CETERA. DAT. III KAL. IVL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO VV. CC. CONSS.

V

3 uita *V* 9 stilicone *V*[a]

I, 19, 2 (400 Iun. 29).

IDEM AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O GALL(IARVM). Actiones publicas privatasque non eadem ratione concludimus, si quidem statui publico inpensius providendum est. || Eum igitur, qui curiae vel collegio vel burgis ceterisque corporibus intra eandem provinciam per XXX annos, in alia XL sine interpellatione servierit, neque res dominica neque actio privata continget, si colonatus quis aut inquilinatus quaestionem movere temptaverit. ET CETERA.

IVST.

|| Eum, qui curiae vel collegio vel burgis ceterisque corporibus per triginta annos sine interpellatione servierit, res dominica vel intentio privata non inquietabit, si colonatus vel inquilinatus quaestionem movere temptaverit: sed in curia vel in corpore, in quo servierit, remaneat.

DAT. III KAL. IVL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

V. — IVST. 11, 66, 6.

5 per] *Iust.*, post *V*

XII, 19, 3 (400 Iun. 29).

IDEM AA. VINCENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O GALLIAR(VM). POST ALIA: Manente hoc praecepto mansuetudinis nostrae, ut is, qui XXX annis docebitur functus officiis neque ulla umquam interpellatione pulsatus, intra eandem dumtaxat provinciam nihil calumniae super statu suo a privato neque a rei dominicae actoribus pertimescat, intra definiti temporis metas si quis docebitur fuisse conventus, iure legitimo in ordinaria sede pulsabitur, ut illic de statu eius sententia proferatur. Primates sane ordinum defensoresque civitatum poenae denuntiatione constringimus, ne passim vagari curiae vel collegii defugas in publica damna patiantur. Quod si per gratiam tacuisse detegentur, poenam relegationis excipiant. DAT. III KAL. IVL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

V

7 poene *V*

LIBER TERTIVS DECIMVS.

I [= BREV. I]. DE LVSTRALI CONLATIONE.

i *add. m. rec. in V* illustrali *O*, conlatini *L*. — *Iust.* 11, 1: de tollenda lustralis auri conlatione.

II, 1, 1 (356 Dec. 2).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Negotiatores omnes protinus convenit aurum argentumque praebere, clericos excipi tantum, qui copiatae appellantur, nec alium quemquam esse inmunem ab huius conlationis obsequio. DAT. IIII NON. DEC.; ACC. ROM(AE) VIII ID. FEB. CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

V

2 prebere *V*

II, 1, 2 (360 Iul. 10).

IDEM A. ET CAES. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Praeter eos, quos manifesta probatio demonstrat sub armis militiae sacramenta tolerasse quosque, cum requiem sortirentur, in pecuniarum certo numero inmunitatem claruerit consecutos, universi, qui negotiandi videntur exercere sollertiam, ad onus conlationis adstringantur. ACC. VI ID. IVL. KARTHAGINE CONSTANTIO A. X ET IVLIANO C. III CONSS.

V

4 uii d *sic V*

II, 1, 3 (361 Mai. 3).

IDEM A. AD SENATVM. Rusticanos colonosque vestros inter negotiatores describi non oportet, scilicet si nequaquam exercent negotiationis industriam, siquidem in eo negotiationem et mercimonia non oporteat aestimari, si ea homines vestri ac rusticani etiam in vestris possessionibus commorantes distrahant, quae in his terris quas incolunt adque in eodem rure gignuntur. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

V

1 id. a. *in litura V; debuit esse* imp. Iulianus

[II, 1, 4 (362 Mart. 13).

IMP. IVLIANVS A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Decuriones, qui ut
1 Christiani declinant munia, revocentur. Et ab auri atque argenti praestatione, quod negotiatoribus indicitur, curiae inmunes sint, nisi forte decurionem aliquid mercari constiterit, ita ut ordines civitatum ex huiusmodi reliquis sarcinarum, ut iam diximus, amoveantur. P(RO)P(OSITA) III ID. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

V. — GEMINA 12, 1, 50 *(ubi vide)*.

2 xpiani *V* prestatione *V*

XIII, 1, 5 (364 Apr. 17).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Negotiatores, si qui ad domum nostram pertinent, si modo mercandi videantur exercere sollertiam et Christianos, quibus verus est cultus, adiuvare pauperes et positos in necessitatibus volunt, potiorum quoque homines vel potiores ipsos, si tamen his mercandi cura est, ad necessitatem pensitationis adhibeas, praesertim cum potiorum quisque aut miscere se negotiationi non debeat aut pensitationem debeat, quod honestas postulat, primus agnoscere. DAT. XV KAL. MAI. CONSTAN(TINO)P(OLI) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

IVST. 4, 63, 1
Negotiatores, si qui ad domum nostram pertinent, potiorum quoque homines necessitatem debitam pensionum, ut honestas postulat, agnoscere moneantur, ut per cunctos, qui emolumenta negotiationibus captant, tolerabiles fiant agnoscendae devotionis effectus.

IVST. 1, 4, 1
Negotiatores, si qui ad domum nostram pertinent, ne commodum (modum *Montisp.*) mercandi videantur excedere, Christianos, quibus verus cultus est, adiuvare pauperes et positos in necessitate provideant.

V. — IVST. 1, 4, 1 *(forma interpolata certe in recensione Latina)*. 4, 63, 1

1/2 secundo ppo] *V*, ad Iulianum comitem orientis *Iust. utroque loco. Crediderim constitutionem in Theodosiano relatam fuisse bis et eo loco quo superest inscriptam Secundo, et altero deperdito, a quo pendet Iust. loco utroque, directam ad Iulianum comitem Orientis, perperam; nam is obiit a. 362 exeunte. Subscriptio locis duobus eadem videtur fuisse, cum, ut recte ait Krueger, Haloandrina alteram confirmet magis quam refutet.* 6 xpianos *V* 7 quibus] *Iust.*, quibus si *V* 10 ipsos] *Beck*, sipos *V*, possis *Cui.*, paucis *Pith.* 16 honostas *V* 17 primus] *sic V* 17/18 dat. xu k. mai. const. diuo iou. et uarr. conss.] *V*, d. xu k. mart. constantinop. ual. et ual. aa. conss. *Iust. 1, 4, 1 (Hal.)*

XIII, 1, 6 (364 Sept. 8).

IDEM AA. AD FLORENTIVM C(OMITEM) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Aurum mercatoribus adque argentum, quo erogatio publica iuvetur, indiximus; igitur exceptione inmunitatis nullus utetur. Omnium enim regionum huiusmodi homines, omnium dignitatum hanc virilem iuvandae rei publicae partem sine aliqua privilegii venia iussimus sustinere. Exceptio autem eos tantummodo in hac communi fere sorte defendet, qui proprio rure per se aut homines suos qui evidentissime cognoscuntur negotiantes non tam mercatorum loco haberi debent quam sollertium strenuorumque dominorum. DAT. VI ID. SEPT. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

2 iubetur *V* 5 rure] *Gothofredus*, iure *V* 6 hominos *V*[1]

XIII, 1, 7 (369 Apr. 1).

IDEM AA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Qui in sudore bellandi stipendiorum gradu usque ad protectores meruerunt, ... unius vaginae pretium, etiamsi aliis mercimoniis studere videantur. Si quid autem supra hunc modum in mercimonii commutatione habeant, pro eo, quod amplius potuerit inveniri, ad necessitatem conlationis artentur. Omnes vero omnino, qui alterius nomine dignitatis emeritaeque militiae honore cumulati sunt, etsi per homines suos id exercent, ad oblationis obsequia adstringantur. P(RO)P(OSITA) KARTHAGINE KAL. APRIL. VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

V

1 *debuit addi* Gratianus 2 meruerunt unius uaginae (-ne *V*) pretium] *videntur excidisse quaedam ad hanc sententiam:* meruerunt [post missionem negotiantes ab auri argentique praestatione immunes sint ad .... et] unius uaginae pretium 3 hunc] hun *V*[a] 5 militae *V*

II, 1, 8 (370 Apr. 26).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD CLAVDIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Hi tantum ad auri argentique detineantur oblationem merces emendo adque vendendo commutantes, qui in exercitio tabernarum usuque versantur, non etiam coloni rei nostrae, qui ea distrahunt, quae in dominicis possessionibus annus tulerit. DAT. VI KAL. MAI. TREVIRIS VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

V

2 merces] *scripsi*, qui merces *V* 4 triueris *V*

II, 1, 9 (372 Iun. 30).

IDEM AAA. AD LEONTIVM CONSVL(AREM) FOENICES. Omnes iam nunc studio negotiationis intenti, seu conchyliolegulі seu ex aliquolibet corpore mercatores, ad pensitationem auri, quod negotiatoribus indicitur, conpellantur. Beneficium enim quibusdam datum plebis iniuria est. P(RO)P(OSITA) BERYTO PRID. KAL. IVL. MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

V. — *Scholia Vaticana:* algamarios *(ab alga herba marina)* vel conciliolegulos ad conlationem constringi iubet.

1 foenicis *V* 2 concylioleguli *V* 4 byrito *V* arintheo *V*

II, 1, 10 (374 Febr. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD ITALICVM VIC(ARIVM) ITALIAE. Colonos rei privatae vel ceteros rusticanos pro speciebus, quae in eorum agris gigni solent, inquietari non oportet. Eos etiam, qui manu victum rimantur aut tolerant, figulos videlicet aut fabros, alienos esse a praestationis eius molestia decernimus, ut hi tantum, qui pro mercimonio et substantia mercis ex rusticana plebe inter negotiatores sunt, sortem negotiationis agnoscant, quos in exercendis agris ingenitum iam pridem studium non retinet, sed mercandis distrahendisque rebus institutum vitae et voluntatis inplicuit. DAT. NON. FEB. MED(IOLANO) GRATIANO III ET EQVITIO V. C. CONSS.

V

1 ualent. ualens et grat.] ual(entini)anus gr(ati)anus et ual(entini)anus *V* 4 praestationis eius] *scripsi*, praestationibus *V* decernimus] *Gothofredus*, discernimus *V* 5 substantia mercis] *scripsi*, substantiae merces *V*, substantiae mercede *Tilius* 6 exercendis agris] V^{2*}, exerdis argis V^{1} ingenitum] *Gothofredus*, ingenium *V* 8 *eo tempore num Valentinianus fuerit Mediolani, dubium est.*

II, 1, 11 (379 Iul. 2,5).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Etsi omnes mercatores spectat lustralis auri depensio, clerici tamen intra Illyricum et Italiam in denis solidis, intra Gallias in quinis denis solidis inmunem usum conversationis exerceant. Quidquid autem supra hunc modum negotiationis versabitur, id oportet ad functionem aurariam devocari. DAT. III. NON. IVL. AQVILEIAE AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

V

2 spectat] V^{2*}, pectat V^{1} 5 iii] ui *iuncta* 7, 18, 2 6 conss. *V*

II, 1, 12 (384 Mart. 13).

IDEM AAA. AD ATTICVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nemo negotiator muneribus publicis eximatur exceptis his dumtaxat, qui innocenti industria fructus domesticos suis possessioni-

1 ppo] *anno 384 quinam fuerint praefecti praetorio, dubium est (cf. Tillemont Theodos. I not. 19)* 2 industria] V^{2}, inlustria V^{1} 2/738, 1 posessionibus *V*

bus innatos simpliciter vendunt, officiis et exactoribus pro his negotiatoribus adtinendis, quos excusatos subtractosve esse constiterit, in duplam quantitatem eius summae, quam illi inferre debuerant. DAT. III ID. MART. MED(IOLANO) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V

XIII, 1, 13 [= BREV. XIII, 1, 1] (384 Nov. 8).

IDEM AAA. HAVE, POSTVMIANE, KAR(ISSIME) N(O)B(IS). Singuli quique, si per eos vernacula quaeque vendantur, functione auraria non teneantur: si vero emendi vendendive conpendiis ultro citroque quaesitis familiaris rei amplitudo cumuletur, etsi militares sint, memoratae praestationi nectantur. DAT. VI ID. NOV. RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

INTERPRETATIO. Si quicumque rem, quae ei nata est aut quam non emit, vendat, ad solutionem aurariam minime teneatur. Si vero emendi vendendique studio probabitur huc illucque discurrere, etiamsi militans est, ad solutionem teneatur aurariam.

V. — BREV. (*HNGO[om. int.]EXCPMLS*).

1 idem] imppp. grat. ualent. et (*om. O*) theod. (postumo *ins. O*) *brev.* haue (habe *VNEPM*, abe *S*) postumiane (posthumiano *C*) kar̄ n̄b̄ (*sic V*, k n̄b̄ *H*, n̄b̄ *N*, kūp *E*, cariss nob *PM*, kme nobis *G*, carissimae nobis *S*, car̄ nob̄ *C*, k. nouemb *X*)] postumo aue postume carissime nobis *O*, altino p̄p̄ō *L*: *magistratus incertus* cuique *H*, queque *XL*, quibus *S* 1/2 uernucula *E* 2 quaeque] quae *S* autraria *N*, au.raria E^{t}, agraria E^{v} (agraria auraria **E* et *Pith.*), aurana *S* uendendique *GO*, uendidi uel *X*, ue *N* 3 ultro citroque] *VHE*, ultroque G^{t}, utrobique *O*, utroque *NCXPMLS*, utraque G^{v} quaestus *E*, qua sit G^{v} familiares *NG* cumulentur *M*, non comoletur *E*, non cumuletur *Pith.* (*ex 2*) 3/4 etsi militares (militates M^{a}) s. m. praestationi (-ne L^{a}) nectantur (*sic* $VHG^{v}OE^{t}$, mittantur $G^{t}XCPMLS$, teneantur E^{v}) *om. N* 4 dat. ui (u *PM*, uii *G*) id. nou. richomere (*sic H*, nichomere *V*, ricomere *OECPMS*, riccomere *N*, secumere *G*) et clearcho (*sic vel* clearco *reliqui*, clyarco *N*) *libri* 5 quicumque] quecumque G^{a} quae ei] quam ei *N*, qua ei *S*, quei *H*, quae *G* nata] donata *C*, abiecta E^{v}, abiena *G* ad] aut *X* 5/6 lutionem L^{a} 6 aurariae *HG* minime teneatur (-antur *CE*) *om. L* uendique *S* hunc *L* 7 discurrisse *G* militans est] militent *XCPM L(?)*, militant *S*, militantis est *G* teneantur $G^{a}CPMLS$ aurariae *HG*, auriae *L*

XIII, 1, 14 (385 Nov. [?] 4).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Eos, quos peractae militiae labor decurso stipendiorum ordine vel protectoris honore cumulavit vel honestae vel causariae missionis necessitate donavit, quindecim solidorum in mercimoniis omnibus inmunitatem habere iubemus, agnituros publicum munus, si ultra praestitutum legis nostrae modum emendis vendendisque rebus laxiore sumptu operam voluerint commodare. DAT. PRID. NON. NOVEMB. VERONAE ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.

V

1 archad *V* 6/7 *subscriptio in die certe a serie reliquorum rescriptorum recedit* 7 conss.] ss. *V*

XIII, 1, 15 (386 Apr. 14).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis potentior negotiatorem quempiam, quominus aurum debitum inferat, contra fisci nostri commoditates putaverit defendendum, ipse defensor negotiatoris adscribtam ei quem defenderit summam cogatur expendere. DAT. XVIII KAL. MAI. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONORIO N. P. ET EVODIO CONSS.

V

2 fisci] V^{2*}, fici V^{1}

II, 1, 16 (399 Mai. 8).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnes corporatos, de quibus orta querimonia est, quam maturissime praecipimus conveniri, ut aut commoda negotiatorum sequentes a clericorum excusatione discedant aut sacratissimo numini servientes versutis quaestibus intuitu tuae sinceritatis abstineant. Distincta enim stipendia sunt religionis et calliditatis. DAT. VIII ID. MAI. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEODORO V̄. C̄. CONS.

V

1 corporatos] copiatas *Reinesius (cf. 13, 1, 1)* 2 quaerimonia *V*

II, 1, 17 (399 Iun. 4).

IDEM AA. IANVARINO CONS(VLARI) NVMIDIAE. A negotiatoribus aurum lustrale dependi non ignoramus et cum ad eos soleat distributionis cura recurrere, quos necessitas conlationis adstringit, non convenit municipes hoc onere subiacere. Sciant igitur de corpore suo, sicut in omnibus fere civitatibus, mancipes eligere absque ulla aerarii nostri deminutione, a curialibus alienae functionis distributione reiecta. DAT. PRID. NON. IVN. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

V

4/5 diminutione *V*

II, 1, 18 (400 Iun. 30).

IDEM AA. POMPEIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Omnes negotiatores lustralem conferre convenit pensionem. Non solum igitur hi, qui probantur in territoriis sive in civitatibus exercere commercia, subcumbant aurariae functioni, verum etiam, qui studentes fenori crescentis in dies singulos pecuniae accessione laetantur. DAT. PRID. KAL. IVL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

V

3 aurarie *V* qui] quii *V* faenori *V*

II, 1, 19 (403 Mart. 26).

IDEM AAA. SEPTIMINO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Omnes devotionem aurariae functionis agnoscant, quos diversi mercimonii cura constringit, ita ut, quibus negotiandi sollicitudo est, ad solutionem teneantur. DAT. VII KAL. APRIL. RAV(ENNAE) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. I ET RVMORIDO CONSS.

V

1 idem aaa.] *V male brevians (vide ad 14, 3, 21)* septimio *V* 2 constrigit *V* 3 d̄ n̄] a. n̄ *V*

II, 1, 20 (410 Mai. 25).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Functiones, quas conferentium frequentia extenuata debilitat, ad stabilitatem revocandae sunt., ut, quod simul et sub una conventione petebatur, sub parva ac minima contributione absque consensu conferentium praebeatur. Hoc in lustralis auri conlatione in perpetuum decernimus observari, illud videlicet praecaventes, ne quis a nostra clementia vectigal huiusmodi audeat postulare. DAT. VIII KAL. IVN. VARANE V̄. C̄. CONS.

V

4 consensu] *fortasse* sensu 6 iun.] *sic* (*non* iul.) *V*

XIII, 1, 21 (418 Aug. 21).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo mercator vel possessor rerum, quae lustralis auri conlationi tenentur obnoxiae, patrociniorum fiducia vel nomine cuiuslibet altissimae dignitatis a praedicta se functione aestimet subtrahendum, nec si ad domum dominae ac venerabilis Augustae Pulcheriae germanae nostrae seu nobilissimarum sororum pietatis nostrae pertineat. DAT. XII KAL. SEPT. HONOR(IO) XII ET THEODOSIO VIII AA. CONSS.

V

1 monachio *V* quae] qae *V* 2 conlatione *V* 4 domine *V* 5 nonor. *(sic)* $\overline{\text{xii}}$ et thedosio *(sic)* uiii $\overline{\text{aa}}$ ($\overline{\text{aaa}}$ *V*[a]) *V*

II. DE ARGENTI PRETIO, QVOD THENSAVRIS INFERTVR.

ii *add. V*rec. — *Iust.* 10, 78.

XIII, 2, 1 (397 Febr. [?] 19).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORIVS AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Iubemus, ut pro argenti summa, quam quis thensauris fuerat inlaturus, inferendi auri accipiat facultatem, ita ut pro singulis libris argenti quinos solidos inferat. DAT. XI KAL. MART. CONSTANTI(NO)P(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V. — IVST. 10, 78, 1.

3 *mensis parum convenit cum nomine praefecti (vide ad 3, 12, 3).*

III. DE MEDICIS ET PROFESSORIBVS.

V. Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240). — iii *add. V*rec. — *Iust.* 10, 53: de prof. et med.

XIII, 3, 1 (321/4 Aug. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VOLVSIANVM. Medicos, grammaticos et professores alios litterarum inmunes esse cum rebus, quas in civitatibus suis possident, praecipimus et honoribus fungi; in ius etiam vocari eos vel pati iniuriam prohibemus, ita ut, si quis eos vexaverit, centum milia nummorum aerario inferat a magistratibus vel quinquennalibus exactus, ne ipsi hanc poenam sustineant,
1 servus eis si iniuriam fecerit, flagellis debeat a suo domino verberari coram eo, cui fecerit iniuriam, vel, si dominus consensit, viginti milia nummorum fisco inferat, servo pro pignore, donec summa haec exsolvitur, retinendo.
2. 3 Mercedes etiam eorum et salaria reddi praecipimus. Quoniam gravissimis dignitatibus vel parentes vel domini vel tutores esse non debent, fungi eos honoribus volentes permittimus, invitos non cogimus. P(RO)P(OSITA) KAL. AVG. SIRMIO CRISPO ET CONSTANTINO CC. CONSS.

V (cum Solms.); EXCERPTA DE SALARIO *(cod. Montispess. n. 306).* — Cf. IVST. 10, 53, 6 *(adlata ad l. 3).*

1 Volusiano] *mag. incertus* medicos et gramm. *Montisp.* 2 in ciu. suis *om. Montisp.* fungi (fulgi *V*[1])] *scr.* fungentes 3 in ius . . . 7 retinendo *om. Montisp.* 8 quoniam . . . 9 non debent] *ad sananda corrupta haec vel mutila temptavi talia:* quoniam gravissimis dignitatibus, vel parentes vel domini vel [mariti quae facere debent, remitti nequeunt, id ipsum etiam ad medicos pervenit, sed] tutores esse non debent 10 *subscr. om. Montisp.* $\overline{\text{pp}}$] *requiritur* dat. cc.] c. *V*; *fuit aut* Crispo II et Constantino II *(a. 321) aut* Crispo III et Constantino III *(a. 324)*

II, 3, 2 (326 [354] Mai. 21).

IDEM A. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Archiatri omnes et ex archiatris ab universis muneribus curialium, senatorum et comitum perfectissimorumque muneribus et obsequiis, quae administratione perfunctis saepe mandantur, a praestationibus quoque publicis liberi inmunesque permaneant nec ad ullam auri et argenti et equorum praestationem vocentur, quae forte praedictis ordinibus aut dignitatibus adscribuntur. Huius autem indulgentiam sanctionis ad filios quoque eorum statuimus pervenire. DAT. XII KAL. IVN. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

V. — Cf. IVST. 10, 53, 6 *(adlata est ad l. 3).*

2 muneribus curialium *delendum* 6/7 *de subscriptione vide ad 2, 9, 1*

II, 3, 3 (333 Sept. 27).

IDEM A. AD POPVLVM. Beneficia divorum retro principum confirmantes medicos et professores litterarum, uxores etiam et filios eorum ab omni functione et ab omnibus muneribus publicis vacare praecipimus nec ad militiam conprehendi neque hospites recipere nec ullo fungi munere, quo facilius liberalibus studiis et memoratis artibus multos instituant. P(RO)P(OSITA) V KAL. OCTOB. CONSTAN(TINO)P(OLI) DALMATIO ET ZENOFILO CONSS.

IVST.

Medicos [et maxime archiatros vel ex archiatris] *(cf. Th. 13, 3, 2)* [grammaticos et professores alios litterarum] *(cf. Th. 13, 3, 1)* una cum uxoribus et filiis nec non etiam [rebus, quas in civitatibus suis possident] *(cf. Th. 13, 3, 1)* ab omni functione et ab omnibus muneribus civilibus vel publicis immunes esse praecipimus neque in provinciis hospites recipere nec ullo fungi munere [nec ad iudicium deduci vel exhiberi vel iniuriam pati, ut, si quis eos vexaverit, poena arbitrio iudicis plectetur] *(cf. Th. 13, 3, 1).* [Mercedes etiam eorum et salaria reddi iubemus] *(cf. Th. 13, 3, 1),* quo facilius liberalibus studiis et memoratis artibus multos instituant.

V. Epit. Parisina (Haenel brev. p. 240). — IVST. 10, 53, 6.

7 conpraehendi *V* 12 zenofilio *V*

I, 3, 4 (362 Mai. 12).

IMP. IVLIANVS A. AD ARCHIATROS. Ratio aequitatis exposcit, ut veterum privilegia principum circa vos censeamus esse firmanda. Proinde nostrae mansuetudinis sanctione subnixi securi a molestiis munerum omnium publicorum reliquum tempus aetatis iugiter agitabitis. DAT. IIII ID. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

V. — *Graece inter opera Iuliani ep. 25*[b].

3 relicum t. aestatis *V*

II, 3, 5 (362 Iun. 17).

IDEM A. Magistros studiorum doctoresque excellere oportet moribus primum, deinde facundia. Sed quia singulis civitatibus adesse ipse non possum, iubeo, quisque docere vult, non repente nec temere prosiliat ad hoc munus, sed iudicio ordinis probatus decretum curialium mereatur optimorum conspirante consensu. || Hoc enim decretum ||*fin.* IVST. ad me tractandum referetur, ut altiore quodam honore nostro iudicio studiis civitatum accedant. DAT. XV KAL. IVL., ACC. IIII KAL. AVGVSTAS SPOLETIO MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

V. — IVST. 10, 53, 7. — *Scholia Vaticana:* Doctores quales esse insinuat et non ut statim exeuntes ex auditoriis, nisi Romae a principe probati, per provinciam ab ordine doctissimorum curialium fuerint, sub ac *[sic]* decreto curialium principi dirigendum, quo possit pro honore civitatis honoribus condonari.

2 quisque] *V,* quisquis *Iust.* 4 enim] *fortasse* dein 5 *scr.* nostra iudicia 6 augustas] *sic V*

XIII, 3, 6 (364 Ian. 11).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si qui erudiendis adulescentibus vita pariter et facundia idoneus erit, vel novum instituat auditorium vel repetat intermissum. DAT. III ID. IAN. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

1 *dies nisi fallit, est Ioviani.*

XIII, 3, 7 (369 Ian. 19).

IDEM AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Reddatur unusquisque patriae suae, qui habitum philosophiae indebite et insolenter usurpare cognoscitur, exceptis his, qui a probatissimis adprobati ab hac debent conluvione secerni. Turpe enim est, ut patriae functiones ferre non possit, qui etiam fortunae vim se ferre profitetur. DAT. XIIII KAL. FEB. SIRMIO VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

V. — IVST. 10, 53, 8.

1 *debuit esse* idem AA. et Gratianus A. 3 conlubione *V*, collisione *Iust.* 4 functiones] *Iust.*, functionis *V* se ferre] *scr.* posse se ferre 4/5 dat.] *immo* pp.; *vide ad 7, 23, 1*

XIII, 3, 8 (370 [368] Ian. 30).

IDEM AAA. AD PRAETEXTATVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Exceptis portus Xysti virginumque Vestalium quot regiones urbis sunt, totidem constituantur || archiatri. ⸢Qui⸣ scientes annonaria sibi commoda a populi commodis ministrari ho-
1 neste obsequi tenuioribus malint quam turpiter servire divitibus. Quos etiam ea patimur accipere, quae sani offerunt pro obsequiis, non ea, quae periclitantes
2 pro salute promittunt. || Quod si huic archiatrorum numero aliquem aut condicio fatalis aut aliqua fortuna decerpserit, in eius locum non patrocinio praepotentium, non gratia iudicantis alius subrogetur, sed horum omnium fideli circumspectoque delectu, qui et ipsorum consortio et archiatriae ipsius dignitate et nostro iudicio dignus habeatur. De cuius nomine referri ad nos protinus oportebit. DAT. III KAL. FEB. TREV(IRIS) VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS.

IVST. || *inc.* ⸢ ⸣ *om.* || *fin.*

V. — IVST. 10, 53, 9.

1 xysti] *Gothofredus*. syxti *V* 2 quod *V* 3 ministrari] *Iust.*, *om.* *V* 6 aut] autem *V* 9 dilectu *(sic)* *V* et arch.] ed arch. *V* 10/11 triū *V* 11 iii] *scr.* ii *propter magistratum*

XIII, 3, 9 (370 Mart. 10).

IDEM AAA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si qui in archiatri defuncti est locum promotionis meritis adgregandus, non ante eorum particeps fiat, quam primis qui in ordine repperientur septem vel eo amplius iudicantibus idoneus adprobetur, ita ⸢ ut, quicumque fuerit admissus, non ⸢ad⸣ priorum numerum statim veniat, sed eum ordinem consequatur, qui ceteris ad priora subvectis
1 ultimus poterit inveniri. || Hisque annonarum compendia, quae eorum sunt meritis dignitatique praestanda, tua sinceritas iuxta dispositionem prius habitam faciat ministrari. DAT. VI ID. MART. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

IVST. ⸢ tamen ⸢in⸣ || *fin.*

V. — IVST. 10, 53, 10.

1 p̄p̄u *V* quis *Iust.*

II, 3, 10 (370 [?] Apr. 29).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Medicis et magistris urbis Romae sciant omnes inmunitatem esse concessam, ita ut etiam uxores eorum ab omni inquietudine tribuantur inmunes et a ceteris oneribus publicis vacent, eosdemque ad militiam minime conprehendi placeat, sed nec hospites militares recipiant. DAT. III KAL. MAI. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

V

1 principium] *fortasse* praetextatum *pariter atque 13, 3, 8, certe Principio ppo a. 384—386 hic non est locus* 3 tribuantur] habeantur *Haenel* honoribus *V*[a] *Dies, si ad Praetextatum data est, emendandus similiter atque 13, 3, 8*

II, 3, 11 (376 Mai. 23).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. ANTONIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O GALLIARVM. Per omnem dioecesim commissam magnificentiae tuae frequentissimis in civitatibus, quae pollent et eminent claritudine, praeceptorum optimi quique erudiendae praesideant iuventuti: rhetores loquimur et grammaticos Atticae Romanaeque doctrinae. Quorum oratoribus viginti quattuor annonarum e fisco emolumenta donentur, grammaticis Latino vel Graeco duodecim annonarum deductior paulo numerus ex more praestetur, ut singulis urbibus, quae metropoles nuncupantur, nobilium professorum electio celebretur nec vero iudicemus, liberum ut sit cuique civitati suos doctores et magistros placito sibi iuvare compendio. Trevirorum vel clarissimae civitati uberius aliquid putavimus deferendum, rhetori ut triginta, item viginti grammatico Latino, Graeco etiam, si qui dignus repperiri potuerit, duodecim praebeantur annonae. DAT. X KAL. IVN. VALENTE V ET VAL(ENTINI)ANO AA. CONSS.

V. — EXCERPTA DE SALARIO *(cod. Montispess. n. 306).*

1 ad antonium *Montisp.* 2 per omnem ... 3 praeceptorum *om. Montisp.* 3 optimi ... 6 praestetur *post* 7 celebretur *Montisp.* 4 iuuenti *Montisp.* grammaticos atticae] grammaticae *Montisp.* 5 uiginti quattuor] *sic V Montisp.; potest cogitari de numero minore, puta* viginti *propter verba quae sequuntur* deductior paulo numerus 6 ut] in *Montisp.* 7 urbis *Montisp.* metropolis *V* nuncupantur] *V*, appellantur *Montisp.* 8 nec uero ... 9 compendio *om. Montisp.* nec uero iudicemus liberum ut sit] *malim* nec uero liberum sit quique *V* 9 iubare *V* triuerorum *V*, triumuirorum *Montisp.* uel] *scr.* uero 11/12 *subscr. om. Montisp.*

II, 3, 12 (379 Sept. 14).

IDEM AAA. VINDICIANO. Archiatrorum, qui intra penetralia regalis aulae totius vitae probitate floruerunt, nulla dignitatem sequatur expensa neque eorum fatiget heredes. Ab his etiam, qui comitivae honore donati sunt, ut consuetudo poscebat, sordidi muneris interpellatio conquiescat. Nam dilecti a patribus adque suscepti honoris ac muneris incrementa servamus. DAT. XVIII KAL. OCTOB. TREV(IRIS) AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

V

1 *requiritur* imppp. Gratianus Valentinianus et Theodosius Vindiciano] *conferenda est constitutio a. 379 missa* ad Vindicianum v. c. vicarium (10, 19, 9), *item apud Marcellum empiricum (p. 21 Helmreich) epistula* Vindiciani comitis archiatrorum ad Valentinianum imp. 2 dignitatem] *Gothofredus*, dignitate *V* 5 triu *V*

II, 3, 13 (387 Ian. 22).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD PINIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quid inpetratis subrepticiis in iudicio suo magnificentia tua ita viderit actitatum, ut his legibus, quae ad relationes promulgatae sunt, videatur aliquid inminutum, rescissis omnibus, quae per gratiam gesta videbuntur, eorum tenorem super archiatris ordinandis,

quae a divae memoriae patre nostro constituta sunt, a nobis quoque confirmata ex huius auctoritate rescribti faciet omnifariam custodiri. DAT. XI KAL. FEB. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

V

1 diue memoriae * patre *V*

XIII, 3, 14 (387 Mart. 10).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ea, quae principes veteres archiatris sacri palatii, salutaris ac necessariae artis professoribus, sacro et mansuro in aeternum iudicio detulerunt, et antiquorum contemplatione iussorum et laborum praesentium intuitu roborata in perpetuum manere praecipimus nec ulla cuiuspiam inprobitate convelli. DAT. VI ID. MART. CONSTAN(TINO)P(OLI) VAL(ENTINI)ANO A. III ET EVTROPIO CONSS.

V

XIII, 3, 15 (393 Iul. 26).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Archiatrorum privilegia, quae iis vetustis sanctionibus attributa sunt, inlibata volumus permanere ac tenere perpetem firmitatem. Hoc quoque addendum esse censuimus, ut qui egerunt administrationes aut earum honore fungentur vel dimissi e palatio testimonialium suffragio munientur, ad describtiones senatorias non vocentur, sed ab omnibus muniis absoluti liberi adque securi dignitatis praemiis perfruantur. DAT. VII KAL. AVGVST. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

2 iis] his *V* inlibata] *V*[2*], libata *V*[1]

XIII, 3, 16 (414 Nov. 30).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Grammaticos oratores adque philosophiae praeceptores nec non etiam medicos praeter haec quae retro latarum sanctionum auctoritate consecuti sunt privilegia inmunitatesque frui hac praerogativa praecipimus, ut universi, qui in sacro palatio inter archiatros militarunt ⌜cum comitiva primi ordinis vel secundi⌝, nulla municipali, nulla curialium ⌜conlatione, nulla senatoria vel glebali describtione⌝ vexentur, seu indepta administratione seu accepta testimoniali meruerint missionem, sint ab omni functione omnibusque muneribus publicis inmunes nec eorum domus ubicumque positae militem seu iudicem suscipiant hospitandum. Quae omnia filiis etiam eorum et coniugibus inlibata praecipimus custodiri, ⌜ita ut nec ad militiam liberi memoratorum trahantur inviti⌝. Haec autem et professoribus memoratis eorumque liberis deferenda mandamus. DAT. PRID. KAL. DEC. CONSTAN(TINO)P(OLI) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

IVST.

⌜cum comitiuam pr. ord. u. sec. adepti fuerint aut maioris gradum dignitatis ascenderint⌝ *(cf. Th. 13, 3, 19)* | ⌜conlatione . . . describtione] conventione⌝

⌜ita . . . inuiti⌝ *om.*

V. — IVST. 10, 53, 11.

1 monachio *V* $\overline{\text{ppo}}$] *immo* pu grammaticos . . . 2 nec non etiam *item clausula* 16 haec . . . mandamus *post intervallum adiecta sunt* | 3 hac] ac *V* 9 testimoniali] *V Iust. (I)*, testimonialem *Iust. (KO)*

II, 3, 17 (414 Nov. 30).

IDEM AA. HELIONI MAG(ISTRO) OFF(I)C(IO)R(VM). Artium liberalium professoribus ac praecipue medicis, qui cum comitivae primi ordinis ac secundi militant dignitate, privilegia et beneficia a retro principibus praestita nec non etiam nova ipsis eorumque filiis clementia nostra detulit, ut cohaerens sanctio protestatur: quae tenaciter observari oportet. DAT. PRID. KAL. DEC. CONSTAN(TINO)P(OLI) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

V

4 coherens *V* quae *collocari debuit ante* detulit

II, 3, 18 (427 Aug. 19).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. HELIONI MAG(ISTRO) OFFIC(I)OR(VM). Habente propriam firmitatem secundo nostrae maiestatis oraculo, quod de excusandis sive praebendis his quae militantibus debentur hospitiis promulgatum est, illa, quae dudum circa archiatros et magistros sanximus litterarum, observentur. Hos enim pro necessariis artibus et liberalibus disciplinis hospitali molestia, quoad viverent, liberari praecipimus. Inlibata ergo permaneant illa, quae quondam circa archiatros, quos in palatio nostro primi vel secundi ordinis comites militasse constiterit, et circa liberalium litterarum magistros videntur a nobis iustissime constituta. DAT. XIIII KAL. SEPTE(MB). HIERIO ET ARDABVRE CONSS.

IVST.
Archiatros nostri palatii nec non urbis Romae et magistros litterarum pro necessariis artibus et liberalibus disciplinis nec non picturae professores, si modo ingenui sunt, hospitali molestia quoad vivent liberari praecipimus *fin.*

V. — IVST. 12, 40, 8 *(cf. ad* 13, 4, 4*).*

2 habentem *V* 4 praeuendis *V*

II, 3, 19 (428 Iul. 13).

IDEM AA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI). Archiatrorum sacri palatii obsequia cogitantes id praesenti sanctione decernimus, ut, si qui ex his aut primi ordinis adepti fuerint comitivam aut maioris gradum dignitatis ascenderint, secundum id, quod eis dudum per sacras constitutiones indultum est, a glebali conlatione specialiter inmunes sint, non praeiudicante eis novella lege, per quam iussimus, exceptis quibusdam dignitatibus quae illic nominatae sunt, senatoria munera omnes agnoscere. DAT. III ID. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) FELICE ET TAVRO CONSS.

V. — Cf. Iust. 10, 53, 11 (vide ad Th. 13, 3, 16).

IIII. DE EXCVSATIONIBVS ARTIFICVM.

V. Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240) — iiii *add.* *V*[2]*. — *Iust.* 10, 66.

[I, 4, 1 (334 Aug. [?] 27 [?]).

IMP. CONSTANTINVS A. AD FELICEM. Architectis quam plurimis opus est; sed quia non sunt, sublimitas tua in provinciis Africanis ad hoc studium eos inpellat, qui ad annos ferme duodeviginti nati liberales litteras degustaverint. Quibus ut hoc gratum sit, tam ipsos quam eorum parentes ab his, quae personis iniungi solent, volumus esse inmunes ipsisque qui discent salarium competens statui. P(RO)P(OSITA) VI KAL. SEPT. KARTHAGINE OPTATO ET PAVLINO CONSS.

V; EXCERPTA DE SALARIO *(cod. Montispess. 306).*

1 imp. c. a.] idem *(praecedit* 13, 3, 1*) Montisp.* Felicem] *scilicet* ppo 2 sublimitas tua in prouinciis Africanis] *scr.* in prou. afr. subl. tua, *om. Montisp.* 4 iniugi *V* 5/6 *subscr. (quae redit paulo diverse 13, 5, 6) om. Montisp.*

XIII, 4, 2 (337 Aug. 2).

IDEM A. AD MAXIMVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Artifices artium brevi subdito conprehensarum per singulas civitates morantes ab universis muneribus vacare praecipimus, si quidem ediscendis artibus otium sit adcommodandum, quo magis cupiant et ipsi peritiores fieri et suos filios erudire. DAT. IIII NON. AVG. FELICIANO ET TITIANO CONSS.

V Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240). — IVST. 10, 66, 1.

1 idem A.] *recte fortasse, quamquam data est postquam Constantinus obiit a. eo die XI k. Iun.; nam die demum V id. Sept. filii Augusti nuncupati sunt et interim, ut ait Eusebius vita Constantini 4, 67 (cf. Socrates h. eccl. 1, 40), ἐβασίλευε μετὰ θάνατον . . . ἐπράττετο δὲ τὰ συνήθη ὡσανεὶ καὶ ζῶντος αὐτοῦ.* ppo] *Iust. (Paris. 4521), om. V Iust. (rel.)* 3/4 peritores *V*[1]

1 architecti = *Iust.*	7 laquearii laquaearii *V*: = *οἱ τὸ λακκία ποιοῦντες Iust. (Graec.)*, lectarii (*al.* electarii) seu lactarii *Iust. (Lat.)*	13 albarii albini, quos Graeci *κονιάτας* appellant *Iust.*	19 tignarii signarii *Iust. (Lat.), γλύπται Iust. (Gr.)*
2 medici = *Iust. (Graec.)*	8 lapidarii cauidarii *(IX)*, clauigarii *(O)*, clauiclarii *(K) Iust. (Lat.), καρδαράριοι Iust. (Graec.)*	14 argentarii = *Iust.*	20 structores
3 mulomedici = *Iust. (Graec.)*	9 quadratarii quadratarii (*v. l.* quadrigarii) quos Graeco vocabulo *λιθοθήκτας* appellant *Iust.*	15 barbaricarii = *Iust.*	21 scansores scasores *V*: *cf. glossae vol. 2 p. 179:* scansor *κατασιρωτής; titulus in quo* scasor *redit C. I. L. VI, 3013* (cf. n. 2947*) Ligorianus est*
4 pictores = *Iust.*	10 sculptores sculptores ligni *(γλύπται ξύλων Graec.) Iust.*	16 diatretarii *Iust.*, diatritarii *V*	22 intestinarii
5 statuarii = *Iust.*	11 musivarii musarii *Iust.*	17 aerarii = *Iust.*	23 ferrarii
6 marmorarii = *Iust.*	12 deauratores = *Iust.*	18 fusores = *Iust.*	24 blattiarii
25 tessellarii	28 aurifices = *Iust.*	31 specularii = *Iust.*	34 carpentarii = *Iust.*
26 aquae libratores = *Iust.*	29 vitriarii = *Iust.*	32 eburarii = *Iust.*	35 fullones = *Iust.*
27 figuli = figuli qui Graece *κεραμεῖς* dicuntur *Iust.*	30 plumbarii = *Iust.*	33 pelliones = *Iust.*	

IVST.

Et est notitia ista: architecti medici mulomedici pictores statuarii marmorarii lectarii seu laccarii clavicarii quadrigarii quadratarii, quos Graeco vocabulo *λιθοθήκτας* appellant, structores, id est aedificatores, sculptores ligni musarii deauratores albini, quos Graeci *κονιάτας* appellant, argentarii barbaricarii diatretarii aerarii fusores signarii fabri bracarii aquae libratores figuli, qui Graece *κεραμεῖς* dicuntur, aurifices vitrearii plumbarii specularii eborarii pelliones fullones carpentarii sculptores dealbatores clusores linarii tignarii blattearii, id est *πεταλουργοί*. ***Lectio multis locis dubia est neque versionis Graecae textum habemus plene traditum.***

V hoc ordine: 1. 7. 13. 19 — 2. 8. 14. 20 — 3. 9. 15. 21 — 4. 10. 16. 22 — 5. 11. 17. 23 — 6. 12. 18. 24 — 25. 28. 31. 34 — 26. 29. 32. 35 — 27. 30. 33; *Iust. sic: 1—9. 10—19. 26—33. 35. 34, interponens inter 9 et 10* structores id est aedificatores (= 20 *V*), *inter 19 et 26:* fabri bracarii *et post 35. 34 addens:* tergarii *(sic X, = 23 V)* sculptores dealbatores clusores *(χνιστaι Graece, si recte hoc voc. huc refertur)* linarii lignarii (*vel* tignarii *vel* trigarii) blattearii (= 24 *V*) id est *πεταλουργοί (in quibus quid varient libri non affero plene). Antiquum quem iudico ordinem numeri indicant. In Vaticani archetypo artificum notitia scripta fuit per duas paginas ordine quaterno, ita ut pagina priore singuli ordines haberent versus senos, posteriore ternos. Vaticani librarius ad ordines eos non attendens et lectionem continuans laterculum pessum dedit. Exemplar Iustinianum versuum ordinem retinuit, sed librarii posteriores alia omiserunt, alia perturbaverunt.*

I, 4, 3 (344 Iul. 6).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. AD LEONTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Mechanicos et geometras et architectos, qui divisiones partium omnium incisionesque servant mensurisque et institutis operam ⌜fabricationi⌝ stringunt, et eos, qui aquarum inventos ductus et modos docili libratione ostendunt, in par studium docendi adque discendi nostro sermone ⌜perpellimus⌝. Itaque inmunitatibus gaudeant et suscipiant docendos qui docere sufficiunt. DAT. PRID. NON. IVL. LEONTIO ET SALLVSTIO CONSS.

IVST. ⌜fabricationibus⌝ ⌜compellimus⌝

V. — IVST. 10, 66, 2.

2 geometros V^a diuuisiones V^1 3/4 stri- gunt V 6 perpellimus] *Cuiacius*, perpendimus V, compellimus *Iust.* 7 lentio V^a

I, 4, 4 (374 Iun. 20).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD CHILONEM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Picturae professores, si modo ingenui sunt, placuit neque sui capitis censione neque uxorum aut etiam liberorum nomine tributis esse munificos et ne servos quidem barbaros in censuali adscribtione profiteri, ad negotiatorum quoque conlationem non devocari, si modo ea in mercibus habeant, quae sunt propria artis ipsorum. Pergulas et officinas in locis publicis sine pensione optineant, si tamen in his usum propriae artis exerceant, neve quemquam hospitem inviti recipiant, lege praescribsimus neve pedaneorum iudicum sint obnoxii potestati arbitriumque habeant consistendi in civitate, quam elegerint, neve ad prosecutiones equorum vel ad praebendas operas devocentur; neve a iudicibus ad efficiendos sacros vultus aut publicorum operum expolitionem sine mercede cogantur. Quae omnia sic concessimus, ut, si quis circa eos statuta neglexerit, ea teneatur poena, qua sacrilegi cohercentur. DAT. XII KAL. IVL. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

IVST. Picturae professores si modo ingenui sunt hospitali molestia quoad vivant liberari praecipimus *fin.*

V. — IVST. 12, 40, 8 (*cf. ad Th.* 13, 3, 18).

2 *idem Chilo in constitutione 13, 6, 7 a. 375 appellatur* procos. Africae, *item apud Ammianum 28, 1, 8 ad a. 368* ex vicario 10 praeuendas V 11 mercedem V^1 12 teneantur V 13 triū V

V. DE NAVICVLARIIS.

u] *numerum add.* V^{2*}. — *Iust.* 11, 2: de naviculariis seu naucleris publicas species transportantibus.

I, 5, 1 (314 Mart. 19).

IMP. CONSTANTINVS A. AD VOLVSIANVM. Si navicularius originalis levamentarius fuerit, nihilo minus aput eosdem, aput quos et parentes eius fuisse videntur, firmiter permanebit. DAT. XIIII KAL. APRIL. VOLVSIANO ET ANNIANO CONSS.

V

1 constantius V Volusianum] *praef. urbi.* nau. or.] *scr.* or. nau. 2 *confirmat subscriptionem laterculus praefectorum*

I, 5, 2 (315 Iun. 1 [Dec. 30]).

IDEM A. AMABILIANO PRAEFECTO ANNONAE. Navicularios ad consortium pistorum urbicorum nominatos neque ulla hereditatis successione pistoribus obnoxios absolvi ab hoc munere oportebit. Quod si hereditario iure forsitan pistoribus teneantur, facultatem habeant, si forte maluerint, obventicias pistorum hereditates eidem corpori reddere aut

3 hereditari V^1 4 obuenticias] *Meinardus*, obuendicias V^1, ob uindicias V^2 corporis V

quibuscumque proximis defuncti cedere, ut ipsi a pistorum consortio liberentur. Quod si hereditatem amplectantur, necesse est successionis ratione pistorii muneris societatem eos suscipere et ex propriis facultatibus onera navicularia sustinere, v(iro) c(larissimo) pr(ae)f(ecto) urbi super hac re videlicet disceptante. DAT. KAL. IVN. TREV(IRIS) CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

V

4 iun.] *V*, ian. *Gothofredus* triū *V* 4/5 *propter subscriptionem vide ad 11, 30, 5*

XIII, 5, 3 (319 [315] Mai. 28).

IDEM A. AMABILIANO P(RAE)F(ECTO) ANNONAE. Si quis navicularius per obreptionem vel quacumque ratione inmunitatem inpetraverit, ad excusationem eum admitti nullo modo
1 volumus. Sed et si quis patrimonium naviculario muneri obnoxium possidet, licet altioris sit dignitatis, nihil ei honoris privilegia, in hac parte dumtaxat, opitulentur, sed sive pro solido sive pro portione huic muneri teneatur. Nec enim aequum est, ut patrimonio huic functioni obnoxio excusato commune onus non omnes pro virili sustineant portione. P(RO)P(OSITA) V KAL. IVN. CONSTAN(TINO)P(OLI) CONSTANTINO A. V ET LICIN(IO) CAES. CONSS.

V

2 quaecumque *V*[1] admitti nullo] *Cuiacius*, admitti in ullo *V* 7 *propter subscriptionem vide ad 11, 30, 4*

XIII, 5, 4 (324 Mart. 8).

IDEM A. HELPIDIO. Ex quocumqne Hispaniae litore Portum urbis Romae navicularii navis intraverit, quae onus dumtaxat fiscale subvexerit, eandem sine interpellatione cuiusquam abire praecipimus nec ulli extraordinario oneri deservire, ut facilius iniuncta sibi possit implere obsequia. DAT. VIII ID. MART. THESSALONICAE CRISPO III ET CONSTANTINO III CONSS.

V. — *Scholia Vaticana:* in hac urbe modo non tenet.

1 Helpidio] *fortasse* agenti vices praefectorum *annus num recte traditus sit, collata const.* 13, 5, 8 *potest dubitari*

XIII, 5, 5 (326 Sept. 18).

IDEM A. AD ABLAVIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Navicularios omnes per orbem terrarum per omne aevum ab omnibus oneribus et muneribus, cuiuscumque fuerint loci vel dignitatis, securos vacuos inmunesque esse praecipimus, sive decuriones sint sive plebei seu potioris alterius dignitatis, ut a conlationibus et omnibus oblationibus liberati in-
1 tegris patrimoniis naviculariorum munus exerceant. Naves quoque eorum, quantaecumque fuerint, ad aliud munus ipsis invitis teneri non convenit, ad quodcumque litus accesserint; litorum custodibus et vectigalium praepositis exactoribus decurionibus adque rationalibus et iudicibus scituris, quod qui hanc legem violaverit capite punietur. DAT. XIIII KAL. OCTOB. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

V

4 alterius] *delendum aut scr.* altiores ut] aut *V*

XIII, 5, 6 (334 Sept. [?] 7 [?]).

IDEM A. AD FELICEM. Commoda nobis visa est ea dispositio, quae expresse navicularios in hunc ordinem formavit, ut non promiscue, sed per vicissitudines rite servatas

1 Felicem] *scilicet* ppō

iuges cursus agnoscerent et exiguos implerent, quo ita levamentis alternantis auxilii cunctorum fortunae et tenuiorum potissimum confirmarentur nec necessitas fieret aliquos semper longiora lustrare ac plerisque obnoxios casibus fieri. Quod ne ulterius possit accidere, labor omnibus par et iustus adiunctus sit et subsidia pari ratione deferantur nec tenuiores in querellas infructuosae conplorationis incurrant. P(RO)P(OSITA) VII ID. SEPT. KARTHAGINE OPTATO ET PAVLINO CONSS.

V

1 currus V^1 2 tenuiorum] *Cuiacius*, tenuioribusum *V* confirmarentur] *Haenel*, confirmentur *Cuiacius*, confirmen *V* 5 sept.] se.. *V* (*em. m. rec.*) *propter diem vide ad 13, 4, 1*

II, 5, 7 (334 Dec. 1).

IDEM A. NAVICVLARIIS ORIENTIS. Pro commoditate urbis, quam aeterno nomine iubente deo donavimus, haec vobis privilegia credidimus deferenda, ut navicularii omnes a civilibus muneribus et oneribus et obsequiis habeantur inmunes et ne honores quidem civicos, ex quibus aliquod incommodum sentiant, subire cogantur. Ab administratione etiam tutelae, sive legitimae sive eius, quam magistratus aut provinciae rectores iniungunt, habeantur inmunes. Et vacatione legis Iuliae et Papiae potiantur, ut etiam nullis intervenientibus liberis et viri ex testamento uxorum solidum capiant et ad uxores integra voluntas perveniat maritorum. De proprietate etiam vel hereditate vel qualibet alia civili causa pulsati ne ex rescribto quidem nostro ad extraordinarium iudicium evocentur, sed agentibus in suo foro respondeant. Et ad exemplum Alexandrini stoli quaternas in frumento centesimas consequantur ac praeterea per singula milia singulos solidos, ut his omnibus animati et nihil paene de suis facultatibus expendentes cura sua frequentent maritimos commeatus. ACC(EPTA) KAL. DEC. OPTATO ET PAVLINO CONSS.

V

5 eius] V^{2*}, ius V^1 7 liberis] *Cuiacius*, lucris *V* 10 stoli] cursus *superscripsit* V^{2*}

II, 5, 8 (336 Mai. 19).

IDEM A. AD SEVERVM. Navicularios Hispaniarum neque ad extraordinaria teneri officia neque alicubi retentos moras sustinere oportet, sed relatorias traditarum specierum intra decem dies a susceptoribus percipere, cumque ad aliquas insulas portus litora stationes accesserint, ostensis relatoriis nullam prorsus inquietudinem sustinere. DAT. XIIII KAL. IVN. NEPOTIANO ET FACVNDO CONSS.

V

1 Severum] *comitem Hispaniarum vide de anno ad 13, 5, 4*

III, 5, 9 (357 Iun. 1 [Mai. . . .]).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. OLYBRIO P(RAEFECTO) V(RBI). Nullam vim oportet navicularios sustinere delegatas species annonarias transferentes nec concussiones perpeti nec aliquod genus incommodi, sed venientes ac remeantes omni securitate potiri, decem auri libras multa proponenda his, qui eos inquietare temptaverint. DAT. KAL. IVN. ROM(AE) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

V. — IVST. 11, 2, 1.

1 olybrio] orfito *Gothofredus probabiliter* uim] *Iust.*, ui (= uir inlustris) *V* 3 aliquod] *Iust.*, aliquid *V* 4 libras] *V*, librarum *Iust.* temptauerit *V* 5 ā. *om. V*. — *Constantius cum hoc anno Romae fuerit a. IIII k. Mai. ad IIII k. Iunias, apparet ante k. excidisse numerum*

XIII, 5, 10 (364 Mart. [?] 8?).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD AMPELIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Navicularios Africanos, qui idonea publicis dispositionibus ac necessitatibus ligna convectant, privilegiis concessis dudum rursus augemus. DAT. XIII ID. MART. HADRIANOP(OLI) DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

3 xiii] *scr.* uiii. *Sed eo tempore Valentinianus non fuit Hadrianopoli*

XIII, 5, 11 (365 Ian. 11).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quisquis ex naviculariorum corpore defugiens solita munia ad honores indebitos venit, in corporis sui consortia revertatur. ET CETERA. DAT. III ID. IAN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

XIII, 5, 12 (369 Mai. 14).

IDEM AA. AD DEMETRIANVM P(RAE)F(ECTVM) ANN(ONAE) AFRIC(AE). Si quis naviculariorum ex nostrae perennitatis indulto fori translationem potuerit optinere, fructu careat impetrati. Circa feminarum vero personas veterum statuta teneantur, ut, in quibus foris antiqua eas dispositione constet adscribtas, illic navicularii oneris munus agnoscant. Ut enim in litibus causisque privatis fora easdem sequi convenit maritorum, ita in publicis necessitatibus originis debent servare rationem. DAT. PRID. ID. MAI. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE CONSS.

V

1 *debuit addi* Gratianus 4 antiqua eas disp.] *Tilius,* antiquae ad disp. *V* 6 triū *V*

XIII, 5, 13 (369 Dec. 2).

IDEM AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Sicut olim de linteonibus et naviculariis divus Constantinus instituit, ita nunc ex omnibus sexaginta ad praesentis necessitatis teneantur inpensas, quos tamen idoneos et communis delectus adscruit et facultatum inspectio conprobavit et sententia tuae sublimitatis adstruxit. Quibus, si quem aut necessitas fatalis aut inopia repentina aut aliquis casus inviderit, ex vocationibus obnoxiis oportebit idoneum subrogari. Sed sollicita inspectione prospiciatur, ne a quoquam amplius postuletur quam necessitas exegit lavacrorum vel instituta iam dudum forma praescribsit. DAT. IIII NON. DEC. TREV(IRIS) VALENTINIANO N. P. ET VICTORE CONSS.

V

1 *debuit scribi* idem AAA. linteonibus] *V,* lintrionibus *Gothofredus* 3 dilectus *V* | 4 adstruxit] *Haenel,* adstrixit *V* 5 uocationibus] *scr.* uocationi 7 e.egit *V*[a] 8 triū *V*

XIII, 5, 14 (371 Febr. 11).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS, AAA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Iuxta eum tenorem, quem a divo principe Constantio datum Musoniani clarissimae memoriae p(raefecti) p(raetorio) executione constat esse roboratum, intra Orientales provincias naviculariorum corpus impleri iubemus, ea videlicet statutorum ratione servata, ut per eminentiam tuam numerus naviculariorum designetur tam intra Orientem

2 datum musoniani] *scripsi,* data musoniani *V,* data musoniano *Gothofredus*

quam intra Aegyptiacas partes, qui praesenti possit indictione conpleri, excusandis videlicet pro denum milium modiorum luitione quinquagenis numero iugis in annonaria praestatione dumtaxat, ita ut vestes adque equi ceteraeque canonicae species ab indictione
1 eadem non negentur. Ad conficienda vero competentia navigia a provincialibus cunctis primitus materiae postulentur, reparationem deinceps per singulos annos isdem navicu-
2 lariis ex concessa iugorum inmunitate curaturis. Eorundem autem naviculariorum ex fide nobis nomina loca substantiae nuntientur brevibus duplici ratione conscribtis, quot
3 videlicet de veteribus quotque sint et quales recenti adsociati delectu. His autem navicularius, qui fuerint instituti, servari privilegia Africana decernimus, ita ut facultati-
4 bus propriis per succedaneas hereditatum vices perpetuo sint obnoxii functioni. Et sunt corpora, de quibus navicularii ex indictione quinta decima constituendi sunt iuxta sacram iussionem ita: ex administratoribus ceterisque honorariis viris praeter eos, qui intra palatium sacrum versati sunt, de coetibus curialibus et de veteribus idoneis navicularis et de ordine primipilario. Et de senatoria dignitate ut, si qui voluerint freti facultatibus, consortio naviculariorum congregentur. DAT. III ID. FEB. CONSTANT(INO)P(OLI) GRATIANO A. II ET PROBO CONSS.

V

1 iudictione] *Gothofredus*, intentione *V* 3 canonicae] *Cuiacius*, canicae *V* 4 negentur] *Gothofredus*, negatur *V* a] *Gothofredus*, *om.* *V* 5 hisdem *V* 6 iugorum] *V*[2*], iogorum *V*[1] curatoris *V* 7 quod *V* 8 quodque *V* adsociati delectu] *scripsi*, adsocietate delecti *V* 13 de coetibus] *scr.* et de coetibus

I, 5, 15 (379 Iul. 21).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD HESPERIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quisquis naviculariorum codicillis optaverit ornari, praebitioni equorum intellegat se esse subdendum. ACC(EPTA) XII KAL. AVG. CONSTANTINAE AVXONIO ET OLYBRIO CONSS.

V

1 ual.] et ual. *V* 3 auxioni *V*

I, 5, 16 (380 Febr. 6).

IDEM AAA. CORPORI NAVICVLARIORVM. Delatam vobis a divo Constantino et Iuliano principibus aeternis equestris ordinis dignitatem nos firmamus. Quod cum ita sit, si quis contra interdicta innumerabilium sanctionum corporali vos iniuria pulsare audeat, digna expiatione est luiturus ausum inmanis admissi, apparitione quoque sua ultimo supplicio deputanda, cuius monitio hanc debet sollicitudinem sustinere, ut iudices prava forsitan
1 indignatione succensos ab inlicitis tempestiva suggestione deducat. Huic illud additur, ne, qui certum ordinem ex nostra definitione retinetis, ulli vos alteri hominum generi haerere vereamini nec timeatis vos civitatium municipibus innecti. Ex nullo itaque nexu, nulla causa, nulla persona decurionum vos obsequia contingent, cum praesertim priscis constitutionibus, quarum series orationis paginis antelata est, magis illud invaluisse perhibeatis, ut plerumque et ordinarios curiales naviculariorum sibi necessitas
2 vindicaret. Quod vero ad negotiationis commodum advehendasque merces spectat ac respicit, in eo sollers cura competentium iudicum providebit, ut optentu nominis vestri non passim ac sine consideratione negotiatorum lateat inmunitas nec ipsi dudum delati beneficii privilegiis fructuque fraudemini. DAT. VIII ID. FEB. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

V

1 diuis *malim* 3/4 *post* audeat *inserit* nisi qui *(repetens fere illud* si qui*)* *V* 4 ausum] *Gothofredus*, aurum *V* 5 sustine *(in exitu uersus)* *V* 8 herere *V* 14 possim *V* 15 triū *V*

XIII, 5, 17 (386 Apr. 20).

IDEM AAA. AD PRINCIPIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Omnes navicularii per omne aevum ab omnibus oneribus et muneribus et conlationibus et oblationibus subleventur, cuiuscumque loci fuerint vel dignitatis. Et quicumque contra istam fecerit legem, seu custos litorum seu vectigalium praepositus seu exactor vel decurio seu rationalis vel iudex cuiuscumque provinciae, exhibitus sublatis universis facultatibus suis capitali sententiae subiugetur. DAT. XII KAL. MAI. AQVIL(EIAE) HONOR(IO) N̄. P̄. ET EVODIO CONSS.

V

3 contristam *V*[a]

XIII, 5, 18 (390 Febr. 18).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. ALEXANDRO P(RAE)F(ECTO) AVGVSTALI. Iudaeorum corpus ac Samaritanum ad naviculariam functionem non iure vocari cognoscitur; quidquid enim universo corpori videtur indici, nullam specialiter potest obligare personam. Unde sicut inopes vilibusque commerciis occupati naviculariae translationis munus obire non debent, ita idoneos facultatibus, qui ex his corporibus deligi poterunt ad praedictam functionem, haberi non oportet inmunes. DAT. XII KAL. MART. CONSTAN(TINO)P(OLI) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

V

2 sammaritanum *V* 3 quidqui *V* 7 constantinopoli] *Theodosius eo anno fuit Mediolani* neotherio *V*

XIII, 5, 19 (390 Sept. 8).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quae de naviculariis et curialibus ordinasti, maneant inlibata adque perpetua; sint perpetuo navicularii, quia, qui merito esse debeant, providisti. Ac si, cum obierint, subolem non relinquent, quilibet in eorum facultatibus qualibet ratione successerit, auctoris sui munus agnoscet. Manebit vero in ordine curiali et ei filius in officium curiale succedat. Nihil hic subripiendum decerpet ambitio; ipsa denique, si quoquo modo annotatio elicita fuerit, excludatur. DAT. VI ID. SEPT. VERONAE VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

V

3 quilibet] *scripsi*, quique ille *V* 6 annotatio (-ti *V*) el. fuer.] *scr.* elicita fuerit annotatio 7 neotherio *V*

XIII, 5, 20 (392 Apr. 12).

IDEM AAA. HYPATIO P(RAE)F(ECTO) AVG(VSTA)LI. Eum, qui agentum in rebus militiam adeptus est, certis et debitis, eatenus naviculariae inquietudinis suspicione submota, frui privilegiis non vetamus, si nec genere naviculariorum corpori cohaeret nec nauarchiae obnoxias functioni retinet facultates. DAT. PRID. ID. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS.

V. — *Scholia Vaticana:* magistrianum ex naviculario corpore factum privilegio non carere, sed facultates habere liberas ei licebit.

2 debetis *V* 3 coheret *V* 4 archadio *V* ā *om.* *V*

XIII, 5, 21 (392 Febr. 15).

IDEM AAA. APODEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ET AFRIC(AE). Unusquisque navicularius noverit intra biennium aut securitatem suscepti oneris reportandam aut pericu-

1 et africae *delendum, vide ad 11, 30, 51*

lorum adprobandam esse fortunam. DAT. XV KAL. MART. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS.

V

1 archadio *V*

I, 5, 22 (393 Sept. 3).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Naviculariorum vires ac debitas huic necessitati origines in ipsis provinciis honoratorum fides lecta pensabit mansurumque aliquid definiet vel revocando excusatos vel debitos obligando. Quos compositis omnibus ad nos referre necesse est scituros a nobis de suo iudicio iudicandum. DAT. III NON. SEPT. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

I, 5, 23 (393 Dec. 11).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Solos navicularios a vectigali praestatione inmunes esse praecipimus. Omnes vero mercatores teneri ad supra dictam praestationem in solvendis vectigalibus absque aliqua exceptione decernimus. DAT. III ID. DECEM(B). THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

I, 5, 24 (395 Mai. 26).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. PROVINCIALIBVS AFRIC(AE). Ne qua causatio vectigalium nomine relinquatur, hoc observari decernimus, ut nulla omnino exactio navicularriis ingeratur, || cum sibi rem gerere probabuntur, || sed a praestatione vectigalium habeantur inmunes. DAT. VII KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

IVST.

|| *inc.* exceptis nau. c. s. r. g. probabuntur *fin.* ||

V. — IVST. 4, 61, 6.

I, 5, 25 (395 Dec. 26).

IDEM AA. ENNOIO SVO SAL(VTEM). De navicularriis et curialibus aliquid sanxissemus, nisi divi patris nostri super his personis processisset auctoritas. DAT. VII KAL. IAN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROB(INO) CONSS.

V

1 Ennoio] *procos. Africae*

I, 5, 26 (396 Dec. 23).

IDEM AA. EVSEBIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Comperimus ⌜navicularios⌝ susceptas species in negotiationis emolumenta convertere || eo, quod abutantur Constantinianae legis indulto, quae his ex die susceptarum specierum concluso biennio securitates reportare permisit. Quod nos quoque non prohibemus, sed tantum sententiae consultae definitionis addimus, || ut intra annum quo

IVST.

⌜naucleros⌝

|| *fin.*

|| *redit addens:* ideoque decernimus

8 quo] *scripsi*, quos *V*, quas *Iust.*

susceperint inferant species et ˹eiusdem consulis˺ securitates reportent, quae etiam diem inlationis edoceant ⌈. Biennium autem propter adversa hiemis et casus fortuitos in reportandis securitatibus non negamus, dummodo intra tempus superius designatum fides peracti constet officii. Quod ad omnium notitiam volumus pervenire, ut cognoscant transmissionem vel traditionem intra annum susceptionis esse conplectendam. DAT. X KAL. IAN. MED(IOLANO) ARCAD(IO) IIII ET HON(ORIO) III AA. CONSS.

˹ ˺ *om.*
⌈ ut intra alterum annum eis reddantur, a quibus species praestitae sunt *fin.*

V. — IVST. 11, 2, 2.

5 negam̄ *V* 8 arcad̄ iii *V*

XIII, 5, 27 (397 Apr. 15).

IDEM AA. AD SENATVM ET POPVLVM. POST ALIA: Navicularios tertiam urbani canonis portionem inter prima navigationis iubemus deferre exordia. Quorum classem incuriae vetustate conlabsam praetoriana praefectura restituat, ita ut omnes, qui praedia his obligata muneribus quibuslibet modis vel contractibus impetrarunt, secundum possessionis modum ad commeandi vocentur officium. ET CETERA. DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

1 nauicularios] *Gothofredus,* nauiculario *V* 2/3 incuriae uetustate] *sic vel* incuria et uetustate *Gothofredus,* incuriae uetustatem *V*

XIII, 5, 28 (399 Febr. 16).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Provideatur, ut naves singuli quique naviculariae obnoxii functioni ad necessarium et constitutum modum exaedificare cogantur, ut onera debita et iusta suscipiant. Qui scient se de propriis periclitaturos esse fortunis, nisi in his praeparandis debitae capacitatis summam modumque servaverint. DAT. XIIII KAL. MART. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

V

1 messale *V* 3 honera *V* 4 prae.arandis *V*ᵃ mudumque *V*

XIII, 5, 29 (400 Ian. 24).

IDEM AA. FLAVIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Deprehensae fraudes iure puniuntur. Solidos itaque, quos sublimitas tua eruere valuit || ab his, qui in ˹navicularios˺ praedas egerunt, volumus ˹naviculariorum commodis reservari˺. Et ⌈ ne ˹simpli poena in raptores constituta crescat audacia, in posterum˺ sancimus, ut, quicumque in rapinis fuerit deprehensus, ˹in poenam˺ quadrupli teneatur. P(RO)P(OSITA) ROM(AE) IN FORO APRONIANI VIIII KAL. FEB. STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ˹naucleros˺
˹eorum commodis satisfieri˺
⌈ideo | ˹crescat in post. eorum audacia˺
˹poena˺

V. — IVST. 11, 2, 3.

1 deprachensae *V* 2 iurae *V* 6 *scr.* rapinis his 6/7 depraehensus *V* 7 p̄p] p̄p̄o *V*

I, 5, 30 (400 Iun. 15).

IDEM AA. POMPEIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Venerandae urbis intuitu naviculariis privilegia certa delata sunt, quae quicumque temerare temptaverit, nostra auctoritate propositam multam lege inferre cogatur. DAT. XVII KAL. IVL. MED(IOLANO) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

V

2 temptauerint *V* 3 multam lege] *scr.* lege multam

I, 5, 31 (404 Aug. 18).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Universa, quae consultis nostris vel decretis inl(ustris) praefecturae indulta sunt naviculariis, si nulla melior utiliorque sententia commutavit vel auctoritas sanctionis infregit, firma servari decernimus. DAT. XV KAL. SEPT. HONORIO A. VI ET ARISTAEN(ETO) CONSS.

V

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A. 4 aristhen̄ *V*

II, 5, 32 (409 Ian. 19).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum nauarchorum coetus circiter provincias Orientis inopia navium titubaret et investigandae classis optentu insularum secessus obiret et navigandi opportunitate transacta iudiciorum indignatio sine transvectionis expectaretur effectu, merito celsitudo tua p(rae)f(ecto) Aug(us)tali et insularum praeside conventis Alexandrinae et Carpathiae classis summates et nonnullos alios naucleros eo professionis adduxit, ut onus frumentarii commeatus, qui per Orientales nauarchos ex Alexandrinae civitatis conditis consuerat ad sacratissimam urbem transferri, in suam fidem susceptum ad eadem augustissimae urbis horrea conportarent, solaciis pro mercedula praestitis ex tributariae pensitationis inmunitate vel ex eo, quod vocatur φιλικόν, nec non etiam aliis, quae tuae cognitionis limavit examen; || ita ut, || super naufragiorum, quae contigerint casibus usitato more habita quaestione, si qui calculus modiationis dicatur tempestate maris deperisse, sub tuae sedis auditione nequaquam feratur acceptus, sed haec dispendii ⌜lacuna⌝ in omne naviculariorum concilium, pro rata scilicet contingentis muneris, deferatur. || Haec igitur nostra lege firmamus. DAT. XIIII KAL. FEB. HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

|| *fin. Iust. 11, 2, 4* | || *inc. Iust. 11, 6, 6*

⌜iactura⌝ *Iust.*

|| *fin. Iust.*

V. — IVST. 11. 2, 4. 11, 6, 6.

3 secessus] *Iust. (K),* successus *V Iust. (OI)* 5 classi *V* 7 nauarchos] V^{2a} *Iust.*, nauachos V^{1} ex] V^{1} *Iust. (KI*b*)*, et V^{2a}, et ex *Iust. (O*b*)* censuerat *V*, consueuerat *Iust.* | 8/9 conportaret *V* 10 filicon *V*, *ναυχον Iust. (K), φιλιη Iust. (X)* alios *V* 11 tuae *om. Iust.* 13 quis *Iust.*

II, 5, 33 (409 Iul. 19).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui fiscales species susceperit deportandas, si recta navigatione contempta litora devia sectatus eas avertendo distraxerit, capitali poena plectetur. DAT. XIIII KAL. AVG. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONORIO VIII ET THEODOSIO III AA. CONSS.

V. — IVST. 11, 2, 5.

1 suscepit *Iust.*

XIII, 5, 34 (410 Aug. 15).

IDEM AA. FAVSTINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Indices, qui in portibus dioeceseos suae onusta navigia, cum prosperior flatus invitat, sub praetextu hiemis inmorari permiserint, una cum municipibus et corporatis eiusdem loci fortunarum propriarum feriantur dispendiis. ʳNavicularii˺ praeterea poenam deportationis excipiant, si aliquid fraudis eos admisisse fuerit revelatum. DAT. XVIII KAL. SEPT. RAV(ENNAE) VARAN(E) V̄. C̄. CONS.

ʳnaucleri˺ IVST.

V. — IVST. 11, 2, 6.

1 portibus] *V*[1], portubus *V*[2*], partibus *Iust.* 2 dioceseos *V* honusta *V*[b] *(sic)* 6 uarañ *V*

XIII, 5, 35 (412 Mart. 6).

IDEM AA. SELEVCO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Universos, quos naviculariae condicioni obnoxios invenit antiquitas, praedictae functioni conveniet famulari. Personas igitur memoratas et eorum heredes et praedia persequenda esse decernimus, ut canon sacratissimae urbis vel expeditionalium portuum necessitas impleatur. DAT. PRID. NON. MAR. RAV(ENNAE) HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V. AA. CONSS.

V

XIII, 5, 36 (412 Mart. 17).

IDEM AA. NAVICVLARIIS PER AFRICAM. Tributa naviculariis privilegia hac interminatione firmamus, ut, si quis cuiuslibet dignitatis iudicum vel militantum crediderit neglegenda et aditus ʹnegaverit petitum a se tuitionis praesidium, patrimonium suum noverit istius functionis oneribus addicendum sine ulla spe veniae, quam de nobis sub annotationis indulto meruerit. 1 Illud etiam addimus, ut decem librarum auri multa tam naviculariis quam iudicibus nec non proconsuli et vicario spectabilibus viris et v(iro) c(larissimo) annonae p(rae)f(ecto) officiisque eorum proponatur, si umquam ordini memorato, vel ipsi coegerint vel sponte cupienti quod non potest fieri, de centesimis suis auferri permiserint vel de propria substantia quidquam sportulae nomine cuiquam donare vel offerre personae, ut a singulis constitutum multae pondus non ambigant exigendum. Accipientem quoque quadruplum fisco nostro iubemus exsolvere. ET CETERA. DAT. XVI KAL. APRIL. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

V

2 credederit *V*[a] 2/3 nec|aegenda *V* 4/5 annotationis] *sic V* 7 umquam] *scr.* umquam quidquam ordini] *Beck,* ordine *V* 8 ipsi coegerint] *scr.* ipse si coegerit centessimis *V* 9 nominae *V* 10 ambigant] *scr.* ambigatur *similiterve*

XIII, 5, 37 (412 Mart. 17).

IDEM AA. NAVICVLARIIS PER AFRICAM. POST ALIA: Si ulla dignitas vel apparitio frumenti curam sustinens dirigendi a naviculario magistrove navis aliquid accepisse detegitur, probato crimini pro motu iudicis poena non desit. ET CETERA. DAT. XVI KAL. APRIL. RAV(ENNAE) HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

V

1/2 fraumenti *V*

XIII, 5, 38 (414 Sept. 17).

IDEM AA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBI). Dissimulationi et corruptelae urbani vel annonarii officii exquisitis remediis mansuetudo nostra prospexit, ut, si quando navicularius

extra modum centesimarum diametrum incidisset, intra quinque dies, ex quo Portum venerabilis urbis esset ingressus, adhibitis tribus inlustribus viris urbana praefectura, praesente quoque annonario cognitore, quid evenisset detrimenti, inquireret et quicumque in hac fraude fuisset inventus, sub elogio, adiuncto idoneo executore, mox ad Africam adque ad v(iri) c(larissimi) p(rae)f(ecti) ann(onae) iudicium deduceretur, soluturus in-
1 stantia memorati, quidquid debere fuerit deprehensus. Hac itaque lege decernimus, ut, si ultra diem praefinitum permiserit navicularium protelari, quinque libras auri se adque officium suum sciat aerario nostro debere inferre. Apparitionem quoque praefecturae urbanae multa trium librarum auri feriendam esse censuimus. P(rae)f(ectus) annonae duas libras auri sacris largitionibus inferre cogetur, nisi eius praecipue instantia intra diem constitutum fuerit adcelerata cognitio. Huiusmodi igitur inquisitio etiam diebus feriatis et devotionum absque ulla observatione peragenda est. DAT. XV KAL. OCT. RAV(ENNAE) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

V

6 deprachensus *V* 7 praefinitum *in litura a manu prima V, fortasse* praefinitum p(raefectus) u(rbi) 8 atque officium suum *videtur adiectum esse ex interpolatione* 12/13 *aut hic dies mutandus est aut alter* 6, 24, 7

VI. DE PRAEDIIS NAVICVLARIORVM.

ui *add. V*². — *Iust.* 11, 3.

II, 6, 1 (326 Oct. 28).

IMP. CONSTANTINVS A. AD DECRETVM NAVICVLARIORVM. Alienationes possessionum a naviculariis factas fugiendi muneris gratia praeiudicare vobis non sinimus. Ideoque volumus, ut comparatores supra scribtarum possessionum interpellato p(rae)f(ecto) annonae ad id obsequium conpellantur, cui se obnoxios esse fecerunt. DAT. V KAL. NOV. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

V

1 constantius *V* 4 ad id] adit *V*

[I, 6, 2 (365 Ian. 11).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). POST ALIA: Patrimonia naviculariorum, quae quolibet genere in extraneorum dominia demigrarunt, in corporis sui ius proprietatemque remeent. DAT. III ID. IVN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

3 iun.] *scr.* ian. *ad iunctam*

[I, 6, 3 (368? 370? 373? Iul. 31).

IDEM AA. AD MVSIFILVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Adversus petitionem naviculariorum de suo iure certantium spatium non praescribat annorum, etiam illis adsertionibus remotis, quibus nonnulli amplexantur quae divorum principum consecuti fuere permissu. Sed et si est quidquam naviculario iuri obnoxium, quod domus nostrae proprietatem spectat, tolerare praecipimus navicularias functiones. DAT. PRID. KAL. AVG. VANGIONIBVS VAL(ENTINI)ANO ET VAL(ENTE) AA. CONSS.

V

1 musufilum *V* 5/6 *a. 365 excludit locus*

XIII, 6, 4 (367 Apr. 28).

IDEM AA. AD DRACONTIVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). POST ALIA: Naviculariae facultates naviculario corpori reddantur, si bona rite retinentes subire eorum onera nolint, quorum possessione fruuntur. Ceterum si sponte cognoscunt naviculariam functionem sine exceptione potioris vel cuiuscumque, bona ad se transmissa sine inquietudine possideant, cum pro rata ex parte debitis fungantur officiis. ET CETERA. DAT. IIII KAL. MAI. REMIS LVPICINO ET IOVINO CONSS.

V

1 uic(arium)] ūc *V* 2 retinentes rite *scr.* *Seeckio aut del.* 3 agnoscunt *scr.* 5 ex] *aut scr.* eorum *cum*

XIII, 6, 5 (367 Sept. 29).

IDEM AA. AD AVRELIANVM P(RAE)F(ECTVM) ANN(ONAE). Temporibus praescribtionem in vindicatione rerum ad navicularios pertinentium cognoscat tua gravitas esse succisam. || Domum etiam mansuetudinis nostrae in his, quae naviculario nomine obnoxia sunt, agnoscere praecipimus debitam functionem. DAT. III KAL. OCTOB. LVPICINO ET IOVINO CONSS.

|| *inc.* IVST.

V. — IVST. 11, 3, 1.

1 temporis *Gothofredus*

XIII, 6, 6 (372 Apr. 7).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD PROVINCIALES AFROS. Fundi omnes ad naviculariorum dominium pertinentes et ad aliorum iura translati fisco vel re publica vel naviculario vel quolibet alio distrahente sive donante vel ad filios vel propinquos vel extraneos transferente, etsi ad navicularios translati sint, reddantur dominis actione in rem et persecutione concessa, nisi maluerint hi, ad quos res pervenerint, onus agnoscere, cui erat ille obnoxius, cuius nomine vindicatio conpetit, evictionis ac melioratae rei perceptorumque fructuum inspectione habita. ET CETERA. DAT. VII ID. APRIL. TREV(IRIS) MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

V

1 ualens] et ualens *V* 2/3 re publica] *Gothofredus,* rei publicae *V* 5 nisi] *fortasse* si 6 euictionis] *Gothofredus,* euectionis *V* 8 triū *V* ariutheo *V*

XIII, 6, 7 (375 Aug. 3).

IDEM AAA. CHILONI PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). In his, quae navicularii vendunt, quoniam intercipere contractum emendi vendendique fas prohibet, emptor navicularii functionem pro modo portionis comparatae subeat, res enim oneri addicta est, non persona ⌜mercantis⌝. Neque navicularium ⌜ilico⌝ iubemus fieri eum, qui aliquid comparavit, sed eam partem quae empta est pro suo modo ac ratione esse munificam. Nec enim totum patrimonium ad functionem ⌜navicularii muneris⌝ occupandum erit, quod habuerit qui rei exiguae mercator accessit, sed illa portio, quae ab initio navicularii fuit, ad pensionem huius ⌈ functionis sola tenenda est, residuo patrimonio, quod ab hoc vinculo liberum est, otioso et
1 inmuni servando. Domos vero, quarum cultu decus urbium potius quam fructus adquiritur, ubi a navicularis veneunt, pro tanto modo ad hanc pensionem obligari placet,

IVST.
⌜mercatoris⌝ | ⌜ ⌝ *om.*
⌜naviculariam⌝
⌈ modi

1 aa. achiloni *V* procos. Africae] *vide ad 13, 4, 4* 5 aliquid] *scr.* tale quid 12 domus *Iust.* *malim* urbi

quantum habebant emolumentum, cum pecunia mutuarentur. Ubi vero spatia loci et exiguitas nullam habuit pensionem aut extructio, cuius est ardua difficilisque molitio aut decus sumptuosum, aut, ut est plerumque liberale institutum, habitationem quis suam ornamento urbis adiecit, nolumus munificentiam quae postea addita est inprobam licitationem aestimationis excipere, sed vetusta potius loci species et pensio cogitetur quam cultus hodiernus, qui per industriam hominis animosi accessit. DAT. III NON. AVG. POST CONS. GRAT(IANI) A. III ET EQVITI V̄. C̄.

V. — IVST. 11, 3, 2.

1 mutuaretur *Iust. (KI*[b]*)*: *malim* mutuabantur 2 cuius *delendum* 3 habitatione *V* 4 munificientiam *V*[a] 5 specie *V*

I, 6, 8 (399 Febr. 16).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Hi, qui fundos naviculariae functioni adscribtos a navicularii acceperunt quolibet ad se titulo transeuntes, secundum agri opinionem, quae antiquitus habetur adscribta, naviculariam functionem suscipere cogantur. Neque eas condiciones sibi aestiment profuturas, quas venditor minus idoneus in se receperit inpositas ementis arbitrio, hac tamen ratione servata, ut, si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiam auctores transscribti praedii teneantur obnoxii sitque hoc in promptu, ut damnis fiscalibus primitus ab idoneis consulatur. ET CETERA. DAT. XIIII KAL. MART. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

V. — IVST. 11, 3, 3.

1 messale *V*[a] 5 recipit *Iust.* inposita *V*

II, 6, 9 (417 Mai. 14).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. SEBASTIO COM(ITI). POST ALIA: Navalem haeresim in omnibus volumus custodiri, ut usque ante viginti annos quaecumque possessiones sub hastaria sorte distractae sunt et propter contractum publicum navali fuerant haeresi separatae, si huic oneri ante eas subiacuisse constiterit, rursus ad debitam functionem teneantur obnoxiae. ET CETERA. DAT. PRID. ID. MAI. RAV(ENNAE) HONORIO A. XI ET CONSTANTIO II CONSS.

V

1 Sebastio] *mag. incertus* heresim *V* 2/3 sub hastaria] *Gothofredus*, subhastariae *V* 3 heresi *V* 5 a. *om. V*

II, 6, 10 (423 Mai. 18).

IDEM AA. PROCVLO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quod praedium in quolibet Africani cespitis loco per quinquaginta annorum curricula ad navalem functionem nulla sollicitudo revocavit nec pulsatum aliquando intra designatam annorum seriem super hac parte constiterit ac praedictae annositatis cursum sine ulla navalis haeresis conventione transcen-
1 derit, nullis patimur sollicitudinibus agitari. Illud quoque penitus abolendum esse censemus, ut, quem non personae alicuius super navicularia functione probamenta confutarant, ulla chartarum post quinquaginta annorum seriem molestia rediviva conveniat. DAT. XV KAL. IVN. RAV(ENNAE) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

V

3 reuocabit *V* onnorum *V* 4 heresis *V* conuentione] *Gothofredus*, conuectione *V* 5 nullis] *scr.* id nullis 6/7 confutarat (*vix* confutarat̄ *V*[a]) *V* 7 ulla] *Beck*, nulla *V* chartarum] *V*[1], chastarum (*sic*) *V*[2*] rediuiua] *Pithoeus (mag.) et Gothofredus*, rediuinu *V*

VII. DE NAVIBVS NON EXCVSANDIS.

uii *add.* *V*². — *Iust.* 11, 4.

XIII, 7, 1 (399 Mart. 14).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cunctis per Aegyptum intimetur viginti librarum auri multae esse subdendos eos, qui naves suo nomine vel defensione a transvectionibus publicis excusare temptaverint, publica iactura navium quoque dominis feriendis, qui neglectis necessitatibus publicis potiorum voluerunt patrociniis excusari. DAT. PRID. ID. MART. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEODORO V. C. CONS.

V

2 uiginti] quinquaginta *scholia Vaticana* 5 excusari] *sic vel* se excusare *Haenel*, excusare *V*

XIII, 7, 2 (406 Ian. 11).

IDEM AA. LONGINIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Multi naves suas diversorum nominibus et titulis tuentur. Cui fraudi obviantes praecipimus, ut, si quis ad evitationem publicae necessitatis titulum crediderit adponendum, sciat navem esse fisco sociandam. Nam ut privatos quoque non prohibemus habere navigia, ita fraudi locum esse non sinimus, cum omnes in commune, si necessitas exegerit, conveniat utilitatibus publicis oboedire et subvectionem sine dignitatis privilegio celebrare. || Nisi igitur intra triginta dies haec fraus fuerit remota, universa navigia, quae ad exceptiones confugiunt, dominis auferantur. DAT. III ID. IAN. RAV(ENNAE) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS. || *fin.* IVST.

V. — IVST. 11, 4, 1.

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A. 2 euitatione *V* 8 a. ui] a. uii *V*

VIII. NE QVID ONERI PVBLICO INPONATVR.

uiii *add.* *V*². — *Iust.* 11, 5.

XIII, 8, 1 (395 Ian. 9).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Oneri publico sarcinam privatam ne quis inponat nec audeat portitores frumenti ad suscipiendum onus aliqua necessitate conpellere. Hoc enim facto adque commisso non in dispendium solum adque naufragii damnum tenebitur obligatus, verum etiam publicae cohercitionis experietur vigorem. DAT. V ID. IAN. CONSTAN(TINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V. — IVST. 11, 5, 1.

5 ian.] iun. *Gothofredus: certe dies corruptus, cum Theodosius obierit a. 390 Ian. 17*

VIIII. DE NAVFRAGIIS.

uiiii *add.* *V*². — *Iust.* 11, 6.

XIII, 9, 1 (372 Iun. 5).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si quis navicularius naufragium sustinuisse adfirmat, provinciae iudicem, eius videlicet, in qua res agitur, adire festinet ac probet aput eum testibus eventum relatio-

2 nafragium *V* adfirmat] ad......... *V*ᵃ 3 euentu *V*

que ad sublimissimam referatur praefecturam, ita ut intra anni spatium veritate ˹relata remedium ex indulgentia consequatur˺. Quod si per ˹huiusmodi˺ neglegentiam praefinitum anni spatium fortasse claudatur, supervacuas serasque ˹actiones˺ emenso anno placuit non admitti. DAT. P(RO)P(OSITA) BERYTI NON. IVN. MODESTO ET ARINTH(AEO) CONSS.

IVST. ˹revelata competens dispositio procedat˺ ˹ ˺ *om.* | ˹interpellationes˺

V. — IVST. 11, 6, 2.

3 huiusmodo neclegentia *V* 5 dat. *delendum* pp] *V*b, ppo *V*a 6 beryti] bersti *V* arinth *V*

I, 9, 2 (a. 372/5 . . . .).

IDEM AAA. AD DEMETRIANVM P(RAE)F(ECTVM) ANN(ONAE) AFRIC(AE). Si quando causatio est de impetu procellarum, medium ex his nautis numerum navicularius exhibeat quaestioni, quos eum in navi pro modo capacitatis constat habuisse, quo eorum tormentis plenior veritas possit inquiri. De casu autem navis, quae ad urbem Romam directa fuerit, intra annum quidquid acciderit iudiciis publicetur, de his vero, quae ad portus expeditionales longius vel Constantinopolim sint profectae, intra biennium oblato praedicto numero nautarum super fide casus examen agitetur. Addimus etiam, ut, si intra praefinitum tempus nulla fuerit delata querimonia, omnis posthac deplorationum aditus obstruatur. ACC(EPTA) AQVIL(EIAE), LECTA ACTIS.

V

7 ut si] *Gothofredus*, uti *V* 8 quaerimonia *V*

I, 9, 3 (380 Febr. 6).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. NAVICVLARIIS AFRIS SAL(VTEM).

Quotiens obruta vel submersa fluctibus navi examen adhibetur ˹p(rae)f(ecti) ann(onae)˺ duorum vel trium ⌈quaestione ˹destrictum, purgandi in alios nautas licentia offeratur˺. Quid est enim, quod non abunde intra praefinitum numerum sollers quaesitor inveniat? Circa magistros navium, quibus est scientia plenior, inmoretur; qui si fatali sorte defuerint, in alios inquisitio
1 transferetur. Sane si universos violentia tempestatis obruerit, ne veritas lateat, ˹sequimur Constantinianae legis providam sanctionem, ut adfectionibus naviculariorum˺ intra iudicia constitutis super eorum quaeratur interitu, quos navicularius naufragio perisse contendit. ‖ Cuius rei examen placuit unius lustri spatio terminari,
2 ut omnis in posterum . . . . ut a duarum semis centesimarum, quae ex hibernis oneribus postu-
3 lantur a vobis, petitio conquiescat. Placuit sane, ut, Novembri mense navigatione subtracta, April(is), qui aestati est proximus, susceptionibus adplicetur. Cuius ‖ susceptionis ⌈ necessitas ex kal. Aprilib. in diem kal. Octob. mansura servabitur; ‖ in diem vero iduum earundem navigatio

IVST. ˹competentis iudicis˺ ⌈ nautarum | ˹habita ceteri ab huiusmodi nexu liberentur˺

˹a liberis nautarum sive magistrorum˺

‖ *fin.*

‖ *redit* | ⌈ autem

‖ *fin.*

2 fluctibus] *V*2*, fructibus *V*1 5 in *del.* 6 abunde] *Iust.*, aliunde *V* 7/8 magistros navium] *scholia Vaticana:* a gubernis quos vulgo dicunt 9 *fort.* defecerint 10 transferatur *Iust.* 11 l.teat *V*a 17 *ante* ut a (puta *Gothofredus*) *quaedam videntur excidisse* 20 nouembri] *scr.* a nouembri 23 die *V* mansura] *Iust.*, mensura *V*

4 porrigetur. Et quia ordinem vestrum ampliari etiam hominum adiectione gaudemus, quoscumque vacuos publico invenerit officio, in complexum vestri ordinis adplicate, dummodo is, qui in municipalibus manet causis, nominatione ordinis non teneatur. DAT. VIII ID. FEB. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

V. — IVST. 11, 6, 3.

1 amplicari *V* 2 adplicatae *V* 3 his *V* 4 triū *V* v̄ et] uel *V*

XIII, 9, 4 (391 Iul. 18).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quae in naufragiis pereunt, nolumus nobis cum possessoribus, vel senatoribus vel privatis, esse communia, si quidem naufragii detrimentum fiscus agnoscat; quod interdum non grandis dispendii esse monstratur, si vexatam fluctibus navem levis iactura defendat quam si pondere
1 suo gravatam pelagi unda submergat. Ubi vero non est testis periculi, restituantur damna naufragii et dispendia prosecutoris fraudibus inferantur, ut ad eorum iniuriam retorqueantur, qui minus idoneos nominarunt, non ad eos redeant, quos semel constiterit fuisse devotos. DAT. XV KAL. AVG. CONSTAN(TINO)P(OLI) TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

IVST.
Pro his, quae semel a collatoribus illata naufragiis perierunt, nolumus nobis aliquam cum possessoribus, sive senatores sive privati sint, esse communionem vel aliquid periculi ad eos redundare. *fin.*

V. — IVST. 11, 6, 4.

7 fluctibus] V^{2*}, fructibus V^1 11 retorqueantur] *Gothofredus*, retorqueatur *V*

XIII, 9, 5 (397 Apr. 15).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD SENATVM ET POPVLVM. POST ALIA: Navicularios, quos vis adversa naufragii prohibuerit suscepta deferre, vel de oneribus pravitate submersis vel de diametris aliisque iacturis, quia excludere casus et inclementem non possumus cohibere fortunam, p(rae)f(ectus) annonae et vic(arius) urbis fidem probare gestorum congrua iudicatione compellant, moram et neglegentiam punituri. DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

2 quos uis] *Cuiacius*, quos uos *V* grauitate *Gothofredus*

XIII, 9, 6 (412 Mart. 17).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. NAVICVLARIIS PER AFRICAM. POST ALIA: De submersis navibus decernimus, ut levato velo istae causae cognoscantur. Et si quisquam de talibus negotiis aliquid accepisse detegitur, iudex, aput quem constiterit, his conquerentibus qui nudantur pro qualitatibus personarum multandi removendi proscribendi habeat potestatem. Si vero causarum talium cognitores, libelli datione vel planaria interpellatione commoniti, ⸢intra metas temporis constituti, hoc est⸣ intra biennium ⸢causis talibus veteri lege praescribtum⸣, has causas audire neglexerint et ⸢legitimum tempus fuerit⸣ elabsum, praeiudicium noceat eatenus cognitori, ut naviculario propter vitium iudicis absoluto mediam oneris eius partem, propter cuius probandam amissionem legitimo dumtaxat tempore cognitio petebatur, iudex cogatur inferre, residuam

IVST.
⸢ ⸣ *om.*
⸢ ⸣ *om.*
⸢hoc fuerit tempus⸣

2 cognoscatur V^a 5 datione] *Iust.*, aditione *V* 6 planaria] V^1 *Iust.* (K^vOI^b), plenaria V^{2*} | *Iust.* (K^tI^a) 8 legimum *V*

vero officium eius exsolvat. DAT. XVI KAL. APRIL. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

V. — IVST. 11, 6, 5.

X [= BREV. II]. DE CENSV SIVE ADSCRIBTIONE.

Rubr. om. V^1, *habet ante l. 3* V^2 *sic:* T X de censu sive adscriptione (*sic, non* adscribtione) *eodemque loco habet O, suo reliqui.* — *Epit. Parisina (Haenel brev. p. 240).* — siue adscr. *om. O.* — *Iust.* 11, 58: de censibus et censitoribus et peraequatoribus et inspectoribus.

I, 10, 1 [= BREV. XIII. 2, 1] (313 Ian. 18).

IMP. CONSTANTINVS A. AD POPVLVM. Quoniam tabularii civitatum per conlusionem potentiorum sarcinam ad inferiores transferunt, iubemus, ut, quisquis se gravatum probaverit, suam tantum pristinam professionem agnoscat. ET CETERA. P(RO)P(OSITA) XV KAL. FEB. ROM(AE) CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

INTERPRETATIO. Si tabularii aut hi, quibus exactionis libri traduntur, potentiores voluerint relevare et, quod relevaverint, inferioribus addiderint, is, qui gravatum se probaverit, non amplius dissolvat, quam se secundum censum ostenderit suscepisse.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMLS).* — IVST. 11, 58, 1.

1 a *om. O* quoniam *bis* V^1, quoniam omnes *G* conlusione *PM*, conclusionem *E*, collationem G^v 2 sarcina *L*, sartinam *N*, sarcinas *O* transierunt *M* iubemur *X* quisquis] quis *PM*, qui *XCS* 2/3 probauerint M^a 3 et cetera *om. G* p̄p̄ (p̄ G^a, dat. NG^b) xu k. feb. rom. (romae et *G*) const. ā (aā *V*, *om. N*) iii (iiii *V*, ii *E*) et lic. iii (iii aug. *N*, *om. OGXCPMS*) *libri* 5 hii *HNGEXS* exactiones *ES* liberi *S* tradentur *G* 6 reuelare *NE* reuelauerint *NEL* addicerint *X* is *om. H* se] se esse *E* 7 soluat *G* se] *HE*, *post* censum *G*, *om. NXCPMLS* suscepisse] possedisse *GCPMLS*

I, 10, 2 (313 Iun. 1).

IDEM A. AD EVSEBIVM V(IRVM) P(ERFECTISSIMVM) PRAESIDEM LYCIAE ET PAMFYLIAE. Plebs urbana, sicut in Orientalibus quoque provinciis observatur, minime in censibus pro capitatione sua conveniatur, sed iuxta hanc iussionem nostram inmunis habeatur, || sicuti etiam sub domino et parente nostro Diocletiano seniore A(ugusto) eadem plebs urbana inmunis fuerat. DAT. KAL. IVN. CONSTANTINO A. III ET LICINIO III CONSS.

|| *fin.* IVST.

V. — IVST. 11, 49, 1.

1 idem aā *V*, ⌜imp. constantinus ā *Iust.* 3 conueniantur *V* 5 *subscriptio legis propositae vivo Diocletiano in partibus Orientis nisi fallit, lex aut a Licinio emissa aut a Maximino errore recepta est, cum horum imperatorum constitutiones compilatores non admiserint*

I, 10, 3 (357 Mai. 30).

IMP. CONSTANTIVS A. AD DVLCITIVM CONS(VLAREM) AEMILIAE. Si quis praedium vendere voluerit vel donare, retinere sibi transferendos ad alia loca colonos privata pactione non possit. Qui enim colonos utiles credunt, aut cum praediis eos tenere debent aut profuturos aliis derelinquere, si ipsi sibi ⌜praedia⌝ prodesse desperant. DAT. III KAL. MAI. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

⌜praedium⌝ IVST.

V. Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240). — IVST. 11, 48, 2.

XIII, 10, 4 (368? 370? Nov. 22).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O GALLIARVM. In virginitate perpetua viventes et eam viduam, de qua ipsa maturitas pollicetur aetatis nulli iam eam esse nupturam, a plebeiae capitationis iniuria vindicandas esse decernimus; item pupillos in virili sexu usque ad viginti annos ab istiusmodi functione inmunes esse debere, mulieres autem, donec virum unaquaeque sortitur. DAT. X KAL. DEC. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

5/6 annos 365 et 373 excludunt reliquae epistulae ad Viventium datae

XIII, 10, 5 [= BREV. XIII, 2, 2] (367 Iun. 3).

IDEM AA. AD FLORENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O GALLIARVM. Si quis census inquisitione conpleta gravatum se esse credat, aput provinciae iudicem pulset quem mavult, ex die clausi renuntiatique census spatia praestituta dinumerans, ut, si necessitatibus publicis occupatus domesticis commodis defuit, cum census agitatus est, intra anniversarii temporis circulum fiducia competitionis adsistat, si vero praesentem sciat se esse censitum, intra quinque menses, quibuscumque viribus fultus inmineat, ultra non habeat huius vocis arbitrium. DAT. III NON. IVN. REMIS LVPICINO ET IOVINO CONSS.

INTERPRETATIO. Si aliquis in causa publica occupatus, cum discriptio agitaretur, per absentiam suam se gravatum esse queratur, intra anni spatium apud iudicem loci querellas suas allegare debebit. Nam si praesentem fuisse constat, non plus quam quinque menses ad exequendas querellas suas sibi noverit fuisse concessos, quibus transactis agendi copia denegetur.

V. — BREV. *(HNGO[om. int.]EXCPMLS).*

1 idem] impp. ualent (ualens *C*) et *(om. E)* ualens (ualent *C*) *brev.* aa. *om. H* ppo] ppm *NE*, pfu *GC*, *om. L* gallianum *S* censum *S* 2 pulsit *N* quem] quae *O* mauult] aut uult *X*, uult *G* 3 renuntiatique] renuntiatio *E*, rei noticiam atque *G* denumerans *HXCPML*, enumerans *G*, de numerariis *N* ut] et *O* necessitatatibus *L* 4 publice *G* occupatur *XCPMLS* 5 circulum] *VGOXCPMLS*, curriculum *HNE Pith. (ex 3)* fiduciam *H*, fiduciae *O* conpeticiones *G*ᵃ, cumpetitiones *NE*, compeditionis *Pith.* sciat se] se sc. *O* se esse . . . ., quinque *om. in sp. vac. C* 5/6 censetum *VO* 6 fultus] fluctus *S*, uultus *G*, *om. O* ultra] et u. *O* 7 uoces arbitrio *N* dat. iii *(om. P*ᵃ*)* non. iun. rem. (rom. *N*) lupicino et iouino (iuuino *NC*, iubino *G*, luuino *S*) *libri* 8 occupatur *G* discriptio] *HNGE*, descriptio *reliqui* agitatur *H* 9 esse gr. *E* queratur] credat *O* infra *G* 10/11 exequendas] sequendas *GXCPMLS* 11 concessos] *OE*ᵇ, concessus *HNE*ᵃ, concessum *GXCPMLS* denegatur *O*

XIII, 10, 6 (370 Mart. 30).

IDEM AA. ET GRATIANVS A. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nulla vidua, nemo pupillus ex utroque sexu, donec eos ingrediatur annos, qui iam tutoribus curatoribusve publicis non egeant, exactionem plebis agnoscat. Simili autem devotione habeantur immunes et si quae se sacrae legis obsequio perpetuo dedicarunt. DAT. III KAL. APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

V. Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240).

1 nulla uidua *del.* 2 pupilli(?)u(?)s *V*ᵃ 2/3 curatoribus uel *V* 4 immunes] *sic hoc loco V* 5 triū *V*

XIII, 10, 7 (371 Ian. 16).

IDEM AAA. AD MODESTVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Sicubi subscribtorum modo sorte fatali morientibus de scribto aliquid fuerit inminutum contraque in vicina vel contermina

1 sicubi] in sicilia *scholia Vaticana: quaedam videntur excidisse ad hoc exemplum:* sicubi [censuali in possessione cuiusdam hominibus quibusdam de] subscribtorum modo sorte fatali morientibus

eius vel in eodem vel ubilibet simili substantia ratione nascendi ultra conscribtorum numeris adcreverit, modus censuum intraque servetur, ut ex eo, qui superest, ille, qui defuerit, suppleatur. Hoc autem ut rite celebretur, auctoritas tua iudicibus tantum, id est rectoribus provinciarum, permittat potestatem, ita ut iidem, cum querimonia defensorum vel plebeiorum ad eos fuerit nuntiata, exhibitis partibus secundum fidem rerum coram cognoscant ac stabilitatem census finita altercatione componant, eos tantum, qui mortui videbuntur, ex adcrescentibus repleturi. Ceterum illos, qui relictis censibus aufugerunt, ad excusationem pertinere non est aequum, quando quidem eum, qui videbitur aufugisse, constat esse revocandum. DAT. XVII KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) GRATIANO A. II ET PROBO CONSS.

V Scholia Vaticana: In Sicilia peraequationes facta si aliquis e dinumeratis moriatur, ubi plus aliquid censitum fuerit, debere eius nomine reputari; de absentibus uero iudicibus provinciae praesentatis partibus functionem confirmet, quia qui fugit, quandoque suae culturae poterit revocari.

1 eodem] eodem territorio *Seeck* 1/2 conscribtorum numeris] *scr.* conscribtum numerus 2 intraque] integre *Gothofredus*, utrimque *Haenel*, in utraque *ego* 4 potestatem ita] *scr.* potestatis idem *V* quaerimonia *V* 6 componat *V* 7 repleturi] *Gothofredus*, repleturis *V* 7/8 aufagerunt *V*

[I], 10, 8 (383 Mart. 5).

IMPPP. GRATIANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD POPVLVM. Nemo aliquid inmune possideat; sit inritum, si quid domui nostrae tale concessimus; exaequationes censuum, quas consensus provinciarum, quas nostra responsa, quas censorum et peraequatorum officia, quas auctoritates denique ordinariorum et amplissimorum iudicum necessaria emendatione vel constitutione probaverant, inconcussa aeternitate permaneant. || Inmunitates ˹vero˺ specialiter datae, ˹iugatio vel˺ capitatio libris publicis et civitatum ac provinciarum encautariis sine aliqua probatione factae penes fruentes ereptae in functionem pristinam
1 redeant. || His nostrae serenitatis edictis civitatum tabulariis erit flamma supplicium, si cuiusquam fraude ambitu potestate iniusta cuiuspiam profiteretur inmunitas, ac non secundum praecedentem definitionem omnes omnino, abolita specialium inmunitatium gratia, necessitas tributariae functionis firmata ˹censorum˺ peraequatorum provincialium iudicum peraequatione constrinxerit. DAT. III NON. MAR. MED(IOLANO) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

IVST.
|| *inc.* IVST. 11, 48, 9 | ˹ ˺ *om.* ˹et iug. et˺
|| *inc.* IVST. 10, 25, 1
˹censitorum˺ IVST.

V. — IVST. 10, 25, 1. 11, 48, 9.

2 concensimus *V* 9 paenes *V* ereptae] *Iust.*, erepta *V* 10 redeat *V* 12 profiteretur] *V* *Iust.*, proferetur *scr.*, prouideretur *Krueger* 17 constrixerit *V*

XI. DE CENSITORIBVS, PERAEQVATORIBVS ET INSPECTORIBVS.

V Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240). — xi *add.* *V*². — *Iust.* 11, 58 *(v. ad 13, 10 rubr.).*

I, 11, 1 (381 Iun. 4).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. ˹Si quis sacrilega vitem falce˺ succiderit aut feracium ramorum fetus hebetaverit, quo decli-

IVST.
˹Quisquis vitem˺

3 sacrilegam *V* 4 habetauerit *V*

net fidem censuum et mentiatur callide paupertatis ingenium, mox detectus ⌜capitale subibit exitium et bona eius in fisci iura migrabunt⌝. Illo videlicet vitante calumniam, qui forte detegitur laborasse pro copia ac reparandis agrorum fętibus, non sterilitatem aut inopiam procurasse. DAT. PRID. NON. IVN. CONSTAN(TINO)P(OLI) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

| ⌜competenti indignationi subiciatur⌝ |

V (cum Solms.). — IVST. 11, 58, 2.

1 callidae *V* 3 exitium] V^{2*}, exitiam V^{1} 4 uitante] V^{b}, *i*ante V^{a}, euitante *Iust.*

XIII, 11, 2 (386 Mart. 27).

[IDEM AAA. ET ARCADIVS A. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum antea per singulos viros, per binas vero mulieres capitis norma sit censa, nunc binis ac ter]nis viris, mulieribus autem quaternis unius pen[dendi c]apitis adtributum est. Quocirca ⌜sublimis auctoritas⌝ [tua hu]iusmodi censibus per Comanensium et Ariarathen[sium] Armeniae secundae, Amasenorum Helenoponti et Dio[caesar]ensium Cappadociae secundae urbes salubris ac [temp]eratae peraequationis modum monumentis publi[cis iub]ebit adnecti. DAT. VI K. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) HON(ORIO) ET EVODIO CONSS.

| ⌜sublimitas⌝ IVST. |

[V cum scholiis suis omisit] T [inde a 2 nis uiris*].* — IVST. 11, 48, 10 *[inde quae accesserunt, dantur intra uncos quadratos].*

1 idem aaa. et arcadius a.] *sic scripsimus secundum vestigia:* a et arch. *Iust. (U)*, a. arc. *Iust. (K)* 3 unius] *T Iust., scr.* onus unius *(sic fere Krueger)* 4 censibus] *T*, census *Iust.* 4/5 comanensium] eomanensium *Iust. (U)*, conmagensium *T* 5 hellisponti *T* 6 urbes] *Iust. (X)*, urbis *T Iust. (reliqui)*

XIII, 11, 3 (386 Mart. 27).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si peraequatore misso aliquis aut procuratorem suum retraxerit aut colonum ⌜ad contumaciam retractionis armaverit⌝, ad eum censuum modum, quem vel eo vel procuratore illius absente peraequator adposuerit, ⌜ad nostrae sanctionis auctoritatem⌝ tenebitur. DAT. VI KAL. APRIL. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONOR(IO) N. P. ET EVODIO CONSS.

| ⌜per c. r. fugauerit⌝ IVST. |
| ⌜n. s. auctoritate⌝ IVST. |

V (sub numero ii *et sic deinceps) T.* — IVST. 11, 58, 3.

1 ..necio *T* peraequatorem *V* 2/3 rectractionis *T*, retractationis *V Iust.* 5 auctoritate *V* 6 n̄p *om. T*

XIII, 11, 4 (393 Apr. 3).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui fundum aliquem, velut afanticorum mole depressum, cupit aliquatenus relevari, omne nihilominus patrimonium suum admisso patiatur inspectore censeri. Quod quidem etiam ad singularum civitatium legationes convenit custodiri, ut scilicet || omne territorium censeatur, quotiens defectorum levamen exposcitur, ut ⌜squalida⌝ adque ieiuna ⌜in culta adque opima conpensent⌝. || Nemini autem citra nostram conscientiam in quantolibet modo tributariam suspendere liceat functionem. Quod enim ad tempus differri iubebit, aut perpetuo amittitur aut sub acerbiore reliquorum mole repetendum est. DAT. III NON. APRIL. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

IVST.
|| *inc.*
⌜sterilia⌝ | ⌜his quae culta vel opima sunt compensentur⌝ *fin.*

VT [finit 8 lice*].* — IVST. 11, 58, 4.

2 afanticorum] *V*, afantanicorum *T* depraessum *T* cupit] $V^{2}T$, capit V^{1} omne] omne aliquatenus *T* 3 admisso patiatur] *V*, admissum potiatur *T* 4 ciuitatium] *V*, ciuitatum *T* custodire *T* 5 omnem *T* defectorum] defe....um V^{a} 6 squalida] *T*, squaliola V^{1}, squaliora V^{2*}, sterilia *Iust.*

11, 5 (393 Nov. 29).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui gravatos se a peraequatoribus conqueruntur et iniusto oneri inpares esse proclamant, conpetitionis habeant facultatem, ut, quid remissum gratia, quid interceptum fuerit fraude, convincant et ex eo levamen accipiant, quod per deformia et criminosa commercia sibi inpositum esse deplorant, ut aliis demeretur. || Sed in eo tempus placuit definiri, ne plures frustra litibus premerentur, si nullis intercepta metis actio tolleretur. || ⌜Quare cum fuerint traditi codices et completa peraequatio, intra annum⌝ cui videbitur de iniusto onere conqueratur, iniquitatem peraequatoris accuset ac praestitam gratiam habita competitione convincat, ut, quod ei fuerat superfusum, ille cognoscat, quem debitae functioni fraus clandestina subtraxerat. Emenso autem eo tempore actio denegabitur ⌜sequestratis⌝ minoribus, qui fuerint indefensi; his etiam, qui aberunt causa rei publicae. Qui tamen ex eo tempore quae sunt statuta custodient, ex quo ad agendum ⌜habere potuerint⌝ facultatem. DAT. III KAL. DEC. CONSTA(NTINO)P(OLI) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO V̄. C̄. CONSS.

IVST.
|| *finit*
|| *redit* ⌜Quod i. a. post codicum oblationem⌝
⌜exceptis⌝
⌜habuerunt⌝

VT (redit 9/10 peraequatoris*) V Epit. Paris. (Haenel brev. p. 240).* — IVST. 11, 58, 5.

1 se] esse *Iust. (KI)* 1/2 conqueruntur] *Iust.*, conque V^1, conquesti sunt V^{2*} 3/4 accipiat *malim* 7 *immo* toleretur 8 cui] quid *Iust.* (Z^a), quod *Iust.* (KI^aZ^b) 11 fuerint *T* cognoscat] *VT*, agnoscat *scr.* 12 functionis *Iust.* 14/15 rei publ. causa *Iust.* 16 putauerint *T* 18 u̅c̅ *om. T*

11, 6 (396 [394] Febr. 14).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. HERODI. Actus stratoris, qui possessores iuris enfyteutici sub peraequationis colore turbavit, iubemus aboleri, alio ad id negotium dirigendo. Quem observare conveniet, ut pristinis dominis, si quidem idonei comprobantur, cuncta restituat, novis vero ad redhibenda omnia, quae per eum vel suspensa vel minuta
1 vel dilata sunt, strenuus exactor incumbat. Si quid etiam latioribus ac fecundioribus fundis addi in praestatione potest, tenax inquisitor incumbat. In omnibus vero subsignationem facultatium, quae in huiusmodi locationibus prima est quaerenda, suscipiat. DAT. XVI KAL. MART. ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

VT

1 herodi] *procos. Africae* po[ssesso]ris *T* 2 eufyteutici] *sic VT* 3 obseruari *V* 4 nouis] *T*, nobis *V* ad *om. T* rethibenda *V* 5 excator *V* 6 adquisitor *T* 7 facultatium] *V*, facultatum *T* 8 arcadio iiii et honorio iii] *immo* arcadio iii et honorio ii. *Augustinus adv. Cresconium 3, 56, 62 (vol. 9 p. 466) adfert acta apud Herodem proconsulem* a. d. VIII k. Mart. p. c. Theodosii Aug. III et Abundantii.

11, 7 (396 Mart. 19).

IDEM AA. HILARIANO. Peraequationem omnibus necessariam esse non ignoramus, ideoque praecipimus, ut nullus electus contra iudicium culminis tui rescribti se privilegii alicuius auctoritate defendat, quoniam per cognitos ac probatos viros conpendia provincialium iudicum volumus ordinari. DAT. XIIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

VT [finit 3 alicuius a . . .*].*

1 hilariano] *VT*, hilario *(qui eo anno fuit p̄p̄o) Gothofredus* 2 priuilegii] ...uilegii *T*, priuilegio *V*: *scr.* privilegiive *(similiter Gothofredus)* 3/4 compendia prouincialium iudicum] comp. prou. ordinum *Gothofredus, temptavi talia:* compendia [fisci pessum data per incuriam] provincialium iudicum

XIII, 11, 8 (396 Mart. 29).

IDEM AA. EVSEBIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Peraequatores ac discussores, ⌜quorum nobis data sunt nomina⌝, si incurrerint culpam neglegentiae vel gratiae, non solum honorum iacturam, verum etiam annonarum in quadruplum multam subire debebunt, ea vero, quae in damnum provincialium fuerint accepisse convicti, in quadruplum cogentur exsolvere. DAT. IIII KAL. APRIL. MED(IOLANO) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

| ⌜ ⌝ *om.* IVST. |

V. — IVST. 11, 58, 6.

4 multae *V* 6 iiii *om.* *V*

XIII, 11, 9 (398 Mart. 7).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui per ⌜inpotentiam⌝ fundos opimos ac fertiles occuparunt, cum quaestuosis uberibusque pro rata portione suscipiant infecundos ⌈. Quoniam itaque legati Hieropolitanae civitatis succisos esse prosecuti sunt, huiusmodi possessionum retentatores cum opimis fundis et minus idoneos suscipiant, quo eiusmodi aequalitate servata et ante dictae curiae vires possint in posterum respirare et fisci indemnitas custodiri. DAT. NON. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONO(RIO) A. IIII ET EVTY(CHIANO) CONSS.

| ⌜potentiam⌝ IVST. |
| ⌈ ex eadem substantia *fin.* IVST. |

V. — IVST. 11, 59, 10.

1 pp *V* (*KOI*) 2 opimos] *Iust.* (*X*), optimos *V* *Iust.* 5 esse] se esse *Haenel*, esse eius | reditus *ego*

XIII, 11, 10 (399 Apr. 5).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quoniam ex multis gentibus sequentes Romanam felicitatem se ad nostrum imperium contulerunt, quibus terrae laeticae administrandae sunt, nullus ex his agris aliquid nisi ex nostra adnotatione mereatur. Et quoniam aliquanti aut amplius quam meruerant occuparunt aut conludio principalium vel defensorum vel subrepticiis rescribtis maiorem, quam ratio poscebat, terrarum modum sunt consecuti, inspector idoneus dirigatur, qui ea revocet, quae aut male sunt tradita aut inprobe ab aliquibus occupata. DAT. NON. APRIL. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONSS.

V

2/3 ministrandae *scr.* 3 mereantur *V*

XIII, 11, 11 (406 Febr. 9).

IDEM AAA. LONGINIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Per hoc quinquennium multos comites ac peraequatores nec non etiam discussores per diversas provincias constat esse directos, quos nihil profuisse utilitatibus publicis cognovimus. Ideoque sublimitas tua eorum actus diligenti examinatione perpendat et si quos neglegenter invenerit iniuncta curasse, ablatis codicillis primitus et refusis faciet in duplum quae perceperunt emolumenta redhibere. Si quos vero rapacitate plectenda a provincialibus aliquid abstulisse constiterit, direpta in quadruplum redhibere compellas. DAT. V ID. FEB. RAV(ENNAE) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

V

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A. 4 neglegenter] *Reinesius*, neglegentes *V* | 5 refusis] *fortasse* et remissis *vel simile quiddam* 5/6 rethibere *V* 7 rethibere *V*

I, 11, 12 (409 Ian. 23).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cunctis per provincias administratoribus nostra insinuetur praeceptio, ut, si quando e re publica visum fuerit discussiones inspectionesque aut aliquid simile agitari, ei iniungant, qui vicarianae potestati, comitivae Orientis aut Augustalitati parendo statuta peregit stipendia, ita ut, si quis ex his, quos palam expressimus, super hoc officii munere excusando nostrum impetravit oraculum aut post elicuerit, nequaquam id admittatur. His enim ita rite digestis et ab hominibus gnaris administrabuntur publica munia et altioris adque inhabilis fortunae homines incompetentia obsequia declinabunt. DAT. X KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

V

7 gnaris] *Gothofredus*, ignaris *V* 8 altioris adque inhabilis] *scripsi*, altiores adque inhabiles *V*

I, 11, 13 (412 Iun. 6).

IDEM AA. IOHANNI P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Loca, quae praestationem suam implere non possunt, praecipimus adaequari, ut, quid praestare possint, mera fide et integra veritate scribatur, id vero quod inpossibile est e vasariis publicis auferatur. Et primo quidem veteribus dominis adscribi praedia ipsa conveniet, quorum si personae eorumve heredes non potuerint repperiri, vicinos vel peregrinos volentes, modo ut sint idonei, dominos statuendos esse censemus. In tantum autem omnium animos beneficiis provocamus, ut id, quod defectae possessioni inspectoris arbitrio adscribitur, biennii inmunitate relevetur, ut nec idonea praedia alterius glebae sarcina in posterum praegraventur. DAT. VIII ID. IVN. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V. AA. CONSS.

V

1 iohanno *V* 7 delectae possessioni *ego*, defectae possessionis *Seeck* relebetur *V* | 8 ut *delendum*

I, 11, 14 (416 Iul. 4).

IDEM AA. VRSACIO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Peraequationem Agapii in perpetuum manere censemus. DAT. IIII NON. IVL. RAV(ENNAE) THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

V

I, 11, 15 (417 Mart. 14).

IDEM AA. SEBASTIO COM(ITI) PRIMI ORDINIS. POST ALIA: Si qui aliarum possessionum dominus desertum praedium suum inspici forte voluerit, universa loca quae possidet etiamsi idonea sunt, peragrari patietur, ut sarcina destitutae possessionis, in quantum inspectio deprehenderit, possit melioribus sociari peraequatoque omni patrimonio nihil de desertis postea conqueratur. Tantum enim his praediis aperta et absoluta levamenta praestamus, quorum aut domini omnino non extant aut paupertate mediocres ipsa tantum praedia habere monstrantur. DAT. PRID. ID. MART. RAV(ENNAE) HONORIO A. XI ET CONSTANTIO II CONSS.

V

1 Sebastio] *mag. incertus* 4 depraehenderit *V* 6 dominio *V*[1] paupertatem *V*

I, 11, 16 (417 Mart. 14).

IDEM AA. SEBASTIO COM(ITI) PRIMI ORD(INIS). Competitionis obreptione seclusa || aput eum possessio firma permaneat, cui a peraequatore semel

IVST. || *inc.*

1 Sebastio] *mag. incertus* obreptioni *V*[a]

eam traditam fuisse constiterit. Reliqua vero temporis ante acti a novo domino fiscum postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subiacere dispendio. Si quis vero privatus aut obligatam sibi possessionem, quae deserta huc usque permansit, aut ex aliquo titulo deberi sibi iure confirmat, allegationes suas sine mora vel per se vel per aliam personam legibus ordinatam ⸢aput spectabilitatem tuam publicare⸣ debebit, ita ut, si aequitatis ratione suadente ad petitorem fuerit translata possessio, is, qui eam a peraequatore susceperat, rei melioratae receptis sublevetur expensis. Verum ne sub specie litis dominationes semel constitutae turbentur, ⸢duorum⸣ mensum spatium censemus debere servari, intra quod is, qui putat sibi rem probabili ratione competere, debitas exerat actiones. Quod si tempus adscribtum silentio fuerit interveniente transactum, nullum penitus repetendi volumus esse principium. Quod si quis eo tempore, quo peraequator praedium alicui addicit, de suo iure vel per se vel per homines suos non crediderit actitandum, ⸢duorum⸣ mensum curriculis evolutis in perpetuum conquiescat. ET CETERA. DAT. PRID. ID. MART. RAV(ENNAE) HONOR(IO) A. XI ET CONSTANTIO II CONSS.

⸢manifestare⸣
⸢sex⸣
⸢sex⸣

V. — IVST. 11, 58, 7.

4 huc *om. Iust.* 8 susceperit *Iust.* 9 dominationis *V* 10 mensium *Iust.* 15 mensium *Iust.* 17 a. *om. V*

XIII, 11, 17 (417 Mai. 14).

IDEM AA. SEBASTIO COM(ITI) PRIMI ORD(INIS). POST ALIA: Illa, quae ante viginti retro annos speciali inpetratione diversis petitionibus inspecta claruerint, ab spectabilitate tua convenit iterari, quatenus, aliorum cessante iudicio intra provinciam sibi commissam, tuo omnia finiantur arbitrio. Eas quoque possessiones, quae ante viginti similiter annos speciale beneficium de recisione meruerunt, studiose peragrare debebis, ut, utrum e re sint postulata remedia vel his aliquid deceat functionis adiungi, aestimatio fida demonstret. ET CETERA. DAT. PRID. ID. MAI. RAV(ENNAE) HONOR(IO) A. XI ET CONSTANTIO II CONSS.

V

1 Sebastio] *mag. incertus* 2 claruerint] *scripsi,* claruerit V^{2*}, elaruerit V^{1} 3 iterari] *Gothofredus,* iterare *V* 4 que *V* 5 e re] *scripsi,* uerae *V* 7 MAI. (*sic,* mai. *potius quam* mar) *V*

LIBER DECIMVS QVARTVS.

I. DE DECVRIIS VRBIS ROMAE.

Iust. 11, 14.

II, 1, 1 (357 [360] Febr. 24).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS CAES. AD IVLIANVM. In decuriarum ordine insigni, cui librariorum vel fiscalium sive censualium nomen est, nequaquam aliquis locum primi ordinis adipiscatur nisi is, quem constiterit studiorum liberalium usu adque exercitatione pollere et ita esse litteris expolitum, ut citra offensam vitii ex eodem verba procedant: quod cunctis volumus intimari. Ne autem litteraturae, quae omnium virtutum maxima est, praemia denegentur, eum, qui studiis et eloquio dignus primo loco videbitur, honestiorem faciet nostra provisio sublimitate .... tuave eius nomina indicante, ut deliberemus, quae in eum dignitas deferenda sit. DAT. VI KAL. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI); ACC(EPTA) ID. MAI. ROM(AE) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

V

1 iulianum] *mag. incertus* insigni cui] *scripsi*, nisi qui *V*, nisi cui *Tilius* 5 maxima] magistra *Gothofredus* 7 sublimitate tuaue *V*, sublimitate praefecti urbi tuaue *Seeck* 8 deferenda] *Gothofredus*, defenda V^1, defendenda V^{2*} maio *V* 9 ā *om. V.* — *Constantius cum a. 357 non fuerit Constantinopoli neque eo venerit nisi a. 359/360, recte emendavit Gothofredus* Constantino A. X et Iuliano Caes. III

II, 1, 2 (386 Iun. 11).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD SALLVSTIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Privilegiorum antea decurialibus concessorum firmitatem mutare nec volumus nec debemus; quin immo ea, quae primitus statuta perdocentur, etiam nostrae mansuetudinis sanctione permaneant. DAT. III ID. IVN. MED(IOLANO) HONOR(IO) N̄. P̄. ET EVOD(IO) CONSS.

V

1 salustium *V et sic in Avellanae syllogae c. 3 et apud Symmachum ep. 5, 55—57; infra* 14, 3, 18 salutium: *utra lectio vera sit, non liquet* 2 mirmitatem V^1

II, 1, 3 (389 Ian. 19).

IDEM AAA. TRIFOLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Perire nolumus, quidquid aeternae urbi constat fuisse concessum; usque adeo privilegia vetusta servamus, ut nova, in quantum ratio permittit, beneficia praestare velimus. Unde in defendendis decurialibus, quos binos esse ex singulis quibusque urbibus omnium provinciarum veneranda decrevit antiquitas, id observare debebis, quod vel priscorum principum constitutis vel nostris intellegis sanctionibus definitum. || Si quis ⌜vero⌝ decurialem de auferendis privilegiis putaverit lite pulsandum, intellegat se decuriae interpellare debere iudicem. DAT. XIIII KAL. FEB. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

|| *inc.* IVST. | ⌜ ⌝ *om.* IVST.

V. — IVST. 11, 14, 1.

1 tryfolio *V* quidquid] *Seeck*, quid *V* 2 usque] *fortasse* usqueque 8 mod̄ V^a

XIIII, 1, 4 (404 Iul. 8).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. EXSVPERANTIO, IVLIO ET CETERIS DECVRIALIBVS. Leges tam a superioribus principibus quam a divo ˹patre˺ [˹parente˺ IVST.] nostro conditas nostra auctoritate firmamus. Singulos itaque iudices scire volumus, ne quis huic collegio iniuriis corporalibus temptet notam adterere neque ab his commodis, quae rationibus adprobantur, audeat separare. Huic etenim collegio volumus antiquam privilegiorum praerogativam servari. DAT. VIII ID. IVL. ROM(AE) HONOR(IO) A. VI ET ARISTAEN(ETO) CONSS.

V. — IVST. 11, 14, 2.

5 separ.re *V*ᵃ enim *Iust.* 5 audeat] *scr.* id audeat 6 aristeñ *V*

XIIII, 1, 5 (407 Apr. [?] 7).

IDEM AAA. CVRTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cum tot et tam evidentibus praeceptionibus sacris iam inde ab antiquis principibus, nostris quoque rescribtis decuriae sint sacratissimae urbis privilegia confirmata, adtamen quae saepius statuta sunt, hac etiam lege firmamus. ET CETERA. DAT. VII ID. APRIL. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VII ET THEOD(OSIO) II AA. CONSS.

V

2 indede *V* sint] sunt *V* 3 statuta] *Tilius,* st.ta *V*ᵃ, stuta *V*ᵇ hac] haec *V* 4 *sub-* | *scriptio mendosa est, nam inde a Februario Honorius degebat Romae*

XIIII, 1, 6 (409 Sept. 25).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. BONOSIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Vellemus privilegia augere decuriae, nisi genus esset iniuriae antiquitati aliquid sociare. Quare cuncti cognoscant quinque libras auri multae nomine propositas, si quo in loco eorum actibus ullius persona obrepere forte temptaverit. Emolumenta omnia per diversos erepta redhiberi decernimus. In eos sane, qui contra divalia statuta venisse dicuntur, spectabilis vic(arius) Afric(ae) vindictam ferre curabit. DAT. VII KAL. OCTOB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

V

4 obripere *V* 4/5 rethiberi *V* 5 sanae *V* diualia] diualiqua *V*ᵃ uic afric] uicarius | *Gothofredus* 6 ferre *in litura a manu prima V*

II. DE PRIVILEGIIS CORPORATORVM VRBIS ROMAE.

Iust. 11, 15.

XIIII, 2, 1 (364 Iun. 1).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ea privilegia, quibus pro reverentia urbis aeternae varia corpora hominum vel priscarum legum cautio vel antecedentium principum fovit humanitas, magnifica sinceritas tua sciat vel confirmata esse arbitrio serenitatis nostrae vel, si in aliqua parte titubaverint, restituta. DAT. KAL. IVN. BONAMANSIONE, P(RO)P(OSITA) IN FORO TRAIANI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

5 diuo *bis V*

XIIII, 2, 2 (391 Iul. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD ALYPIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nulli sit liberum, nulli permissum, ut novum aliquid urbis incolae in urbe sustineant. DAT. PRID. ID. IVL. AQVIL(EIAE) TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

V. — IVST. 11, 15, 1.

1/2 p̄[ū nu]lli ([ ] *in litura*) *V*ᵇ

I, 2, 3 (397 Mart. 18).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). ˹In˺ honorem aeternae urbis corporatis indulta suffragia valere praecipimus. ET CETERA. DAT. XV KAL. APRIL. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

˹sed in˺ IVST.

V. — IVST. 11, 15, 1.

I, 2, 4 (412 Mart. 29).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALMATO P(RAEFECTO) V(RBI). Cura ⌈ rectorum provinciarum corporati urbis Rom(ae), qui in peregrina transgressi sunt, redire cogantur, ut servire possint functionibus, quas imposuit antiqua sollemnitas. DAT. IIII KAL. APRIL. R(A)V(ENNAE) HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

⌈ autem IVST.

V. — IVST. 11, 15, 1.

4 u *om.* *V*

III. DE PISTORIBVS ET CATABOLENSIBVS.

Iust. 11, 16: de pistoribus.

I, 3, 1 (319 Aug. 13).

IMP. CONSTANTINVS A. AD PROFVTVRVM P(RAE)F(ECTVM) ANN(ONAE). Cunctis pistoribus intimari oportet, quod, si quis forte possessiones suas ideo putaverit in alios transferendas, ut postea se, rebus in abdito conlocatis, minus idoneum adseveret, tamquam in locum eius alio subrogando, nihil ei haec astutia nec detestabilia commenta profutura sunt, sed in obsequio pistrini sine ulla excusatione durabit nec ad eius iura revocabuntur, si quas emptiones transcribserit. P(RO)P(OSITA) ID. AVG. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS.

V

3 abdito] *V*[2a], addito *V*[1] 6 emptione *malim* constantino augusto (*seq. spatiolum vacuum; numerus deest*) *V*; *subscriptio expleta est ad iunctam* 3, 1, 1

I, 3, 2 (355 Iul. 6).

IMP. CONSTANTIVS A. AD ORFITVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quis pistoris filiam suo coniugio crediderit esse sociandam, pistrini consortio teneatur obnoxius et familiae pistoris adnexus oneribus etiam parere cogatur. Et quoniam necessarium corpus fovendum est, patronos pistoribus constitutos ad altera functionis officia prohibeo devocari caudicariorum corpori minime de cetero copulandos, ut aliis necessitatibus absoluti eam tantummodo functionem liberae mentis nisibus exsequantur. DAT. PRID. NON. IVL. MED(IOLANO) ARBITIONE ET LOLLIANO CONSS.

V

2 et] *Gothofredus*, sed *V*

I, 3, 3 (364 Iun. 2).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Praedia rustica vel urbana, quae possident privato iure pistores, nec senatorem nec officialem comparare permittimus, contractu pari cum aliis non interdicto; quippe mercantes ad

3 contrastu pari *V*: *inde scholia Vaticana:* neque officialem comparare posse stupariis comparare permissum

venditoris officium vocabuntur super hac emptione aput p(rae)f(ectum) ann(onae) testa-
1 tione deposita. In donationibus vero filii excepti sunt et nepotes, eodem loco positis omnibus, qui qualibet proximitate iunguntur, quibus ideo non dempsimus beneficium
2 largitatis, quia et paneficii necessitatem suscipere successionis iure coguntur. Haec forma servabitur et in testamentis aut donatione vel novissima voluntate, ut in extraneos conlata non valeant, nisi pistoris officium sponte susceperint qui pistorum sunt munificentiam consecuti. DAT. IIII NON. IVN. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARRON(IANO) CONSS.

V

1 uo.abuntur V^a 2 donatiobus *V* 5 aut donatione uel nouissima uoluntate] *aut scr.* donationeue nouissima uoluutate, *aut excidit* mortis causa 7 iiii non.] *scr.* id. *propter iunctas*

XIIII, 3, 4 (364 Iun. 6).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAE)F(ECTVM) VRB(I). Optio concessa est his, qui e pistoribus facti sunt senatores, ut aut studio facultatum aut splendidissimo ordine segregati sint. Quod si fuerint cupidi dignitatis, in tantam paneficii substantiam idoneos de suis subrogare cogantur, quantam ipsi exhibuere pistores. DAT. VIII ID. IVN. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

1 pu.] pf urb V^b, pu urb V^a 4 uiii] *scr.* ui *propter iunctas*

XIIII, 3, 5 (364 Ian. 8).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Filios pistorum, qui in parvula aetate relinquuntur, usque ad vicesimum annum aetatis a pistrini sollicitudine defendi iubemus. Sane periculo totius corporis subrogari convenit pistores idoneos pro pupillis, sub hac videlicet condicione, ut post emensum vicesimum annum aetatis paterni muneris necessitatem subire cogantur, nihilo minus permanentibus pistoribus his, quos in locum eorum constat substitutos. DAT. VI ID. IAN. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

VW (incipit 1 idem*)*

1 pesterum *W* 2 relinquuntur] quuntur W^a 2/3 iubemusane W^a 3 pistor.s V^a, p[i]tores W^a 4 conditione *W(?)* uicesimum *om. err. typ. Haenel* 5 cogatur W^a 6 ian.] *scr.* iun. *ad iunctas*

XIIII, 3, 6 (364 Ian. 8).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Nulli liceat pistorum supplicatione delata subterfugiendi muneris impetrare licentiam. DAT. VI ID. IAN. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V [W omisit].

2 ian.] *scr.* iun. *ad iunctas*

XIIII, 3, 7 (364 [367] Oct. 8).

IDEM AA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Post quinquenni tempus emensum unus prior e patronis pistorum otio et quiete donetur, ita ut ei qui sequitur officinam cum animalibus servis molis fundis dotalibus, pistrinorum postremo omnem enthecam tradat adque consignet. DAT. VIII ID. OCTOB. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

VW

1 quinquennii *W* 2 sequetur *W* 3 molis *om. W* 4 *erratum est in anno, nam teste Ammiano (27, 3, 11) Viventius praefecturam iniit a. demum 367*

II, 3, 8 (365 Ian. 15).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). In speculis erit officium sinceritatis tuae, ne cui, qui semel pistorum corpori fuerit deputatus, abscedendi qualibet ratione copia facultasque tribuatur, etiamsi ad absolutionem eius pistorum omnium laboret adsensus et consessus convenisse videatur. Ne illud quidem cuiquam concedi oportet, ut ab officina ad aliam possit transitum facere. DAT. XVIII KAL. FEB. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VAL(ENTE) AA. CONSS.

VW

2 abscendendi *W* 3 ad] *W*, *om.* *V* 3/4 adsensus et consessus conuenisse] *scripsi*, adsensus consessus conuenisse *V*, adsens[*us conue*]nisse *W* 4 concendi *V* 5 ab] *W*, *om.* *V* feb.] fel. *V*[a]

II, 3, 9 (368? 370? Mart. 30).

IDEM AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ex libertinis catabolensium corpori statuimus sociari eum, cuius tota substantia triginta librarum argenti aestimatione colligitur. Idque pondus sive ipsum per se habet seu in aliis quibuscumque speciebus vel in aedificiis adque agris dictae adscribtionis merita non transit, iubemus ab inquietudine istius molestiae segregari. DAT. III KAL. APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

VW

2 substatia *W*[a] argenti *in litura septendecim circiter litterarum* *V*[b] 3 habet] *VW*, non habet *Gothofredus* 4 transit] trans *W* inquietudinem *W* 5 treū] *W*, triū *V* et *om.* *W* ualenti *W*

II, 3, 10 (368? 370? Iul. 7).

IDEM AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Libertini, qui a dominis cuiuscumque honoris aut meriti aliquid testamento vel donatione meruerunt, si aliqua pistrinis obnoxia consecuti sunt, pistorum corpori copulentur. Si vero libera ab hoc nexu isdem sunt corporibus derelicta, catabolensium necessitatibus obsequantur. Quin etiam si qui ex his aliis se corporibus crediderint inserendos, ab his incunctanter abstracti ei, cui hac lege sociati sunt, muneri deputentur. Si autem a clarissimis viris aliquos acceperint fundos, sic praedicto corpori pareant, ut glebae, ex qua lucrata ea sunt corpora, nullum praeiudicium comparetur. DAT. NON. IVL., LECTA IN PANTHEO NON. NOV. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

VW (mutil.).

1 idem *W*, impp. ual(entini)anus et ualens *V* 2/3 aliqua p. obnoxia (obxia *W*[a]*[?]*) *W*, aliquam p. obnoxiam *V* 3 ab] *W teste Peyrono*, a(?)b *teste Patetta*, ob *V* hisdem *VW* 4 sunt corporibus derelicta] *VW*, *scr.* sunt derelicta 7 pareant] parant *V*, par..n. *W* lucrata ea] *scripsi*, lucratiua *V*, ...iua *W*

II, 3, 11 (365 Sept. 27).

IDEM AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Hac sanctione generaliter edicimus nulli omnino ad ecclesias ob declinanda pistrina licentiam pandi. Quod si quis ingressus erit, amputato privilegio christianitatis sciat se omni tempore ad consortium pistorum et posse et debere revocari. DAT. V KAL. OCTOB. AQVIL(EIAE) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

VW (mutil.).

2 aeclesias *V* 2/3 ingressus erit] ingresserit *V*, ing.......it *W* 3 x̄pianitatis *V*

XIIII, 3, 12 (370 Dec. 1).

IDEM AA. AD CLAVDIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Secundum parentis nostri Constantini divale praeceptum omnibus lustris pistores ex officio, quod ei corpori constat addictum, ad urbem sacratissimam destinentur. In quo || illud convenit praecaveri, ne quis hanc, quae personalis est, ⌜functionem⌝ pretio putet esse taxandam. || Veniant suo tempore, quos causa constringit et ita veniant, ut eos officium, quod tibi paret, pistorum patronis adque annonae p(rae)f(ecto) aput publica monumenta consignet. Quod si quis iudicum statuto tempore personam, quae est destinanda, non miserit, ipse profecto remanebit obnoxius functioni, cui subtraxisse probatur obnoxium. In officium quoque poena conpetens exeretur, quod aut dissimulatione neglexerit aut fraude subtraxerit iudicem suum super vi legis et consuetudinis admonere. DAT. KAL. DECEM(B). TREV(IRIS) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

|| *inc.* IVST.
⌜functio⌝ IVST.
|| *fin.* IVST.

VW (mutil.). — IVST. 10, 48, 9.

4 praetio *V* 11 treuer̄ *W*, triū *V* aa. *om. W*

XIIII, 3, 13 (369 Iun. 1).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Non ea sola pistrini sint vel fuisse videantur, quae in originem adscribta corpori dotis nomen et speciem etiam nunc retentant, sed etiam ea, quae ex successione pistorum ad heredes eorum vel quos alios devoluta noscuntur, quo eorum quoque distractio inhibita evidentius cerneretur. In his vero solis liciti contractus eidem corpori reserventur, quae ad ipsos non hereditario pistorum nomine, sed privatorum institutione, liberalitate vel dote aut quolibet titulo, probantur esse transfusa et si qua ipsi ex privata munificentia consecuti in rebus humanis agentes in aliquem ex sociis, id est in pistorem alterum transtulerunt. Ceterum si haec quoque in successione propria reliquere, etiam eadem dotis nomine et titulo nuncupamus, quia pistrino proficere convenit, quod aput pistorem eo vivente permansit. Servabis igitur de cetero ordinem constitutum, ut, si vel donatione pistoris rem pistrino hereditatis successionisve meritis obligatam quicumque ex privatis a pistoribus fuerit consecutus, sciat corpori obnoxium vendere et alienare non posse, sed in sua causa et pistorum nomine ac iure residere. DAT. KAL. IVN. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO NOB. P. ET VICTORE CONSS.

VW [finit 5 corpori *es . . . .].*

1 imppp. . . . aaa.] *W*, idem aa. *V* 2 originem] *VW*, *scr.* origine 3 nomine *** speciem *W* ea quae] nunc *W* sucessione *V* 5 cerneretur] *V*, c**n**e*ur *W*, *scr.* cernetur reseruetur *V* 6 ipsos] *V*[2*], ipros *V*[1] liberalitate] *scr.* liberalitateue 11 seruabis] *Gothofredus*, seruaui *V* 12 successionisuae *V* obligam *V* 13 a pistoribus] *scr.* aut pistoribus 14 triū *V*

XIIII, 3, 14 (372 Febr. 22).

IDEM AAA. AD VRSICINVM P(RAE)F(ECTVM) ANN(ONAE). Si cui pistoris filia nubserit ac postea is eandem dilapidatis facultatibus consortio putaverit eximendam, non alia lege adque ratione eundem ipsum pistoriae necessitati et corpori praecipimus adstringi, quam si eodem munere originis vinculo teneretur. DAT. VIII KAL. MART. TREV(IRIS) MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

V

1 pf.] pp. *V*[a] 3 ipsum pistoriae] *scripsi*, ipsistoriae *V* 4 si] *Gothofredus, om. V* triū *V* 5 arintheo *V*

XIIII, 3, 15 (377 Febr. 16).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD GREGORIVM V(IRVM) C(LARISSIMVM) P(RAE)F(ECTVM) ANN(ONAE). Ne quis umquam p(rae)f(ectus) ann(onae) contra suam

1 graegorium *V*

alienamve sententiam pistorum locum eiectis permiserit reformari, cum praescribtum suum aput iudices obtinere lex debeat, per quam simul adversus decoctorum vitia et utilitati annonae publicae et rerum iudicatarum constantiae providetur. DAT. XIIII KAL. MART. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS.

V

1 *scr.* deformari 4 trū *(sic) V*

II, 3, 16 (380 Iun. 13).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD ARBORIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quidquid ex horreis plectibili usurpatione praesumptum sit, id per pistores, in quos totius criminis confertur invidia, matura exactione reddatur, ut, si quid in hac specie minus potuerit exsolvi, in quibuscumque speciebus, in aere vel plumbo seu qualibet alia solutione, pensetur, dummodo redintegratio totius summae curetur. DAT. ID. IVN. GR(ATI)ANO A. V ET THEODOSIO A. I CONSS.

V

3 criminiis *V*

II, 3, 17 (380 Iul. 12).

IDEM AAA. AD TITIANVM VIC(ARIVM) AFRIC(AE). Iudices Africanos laudabilis sinceritas tua huiusmodi interminatione conterreat, ut, nisi tempore solito debitos pistores venerabilis Romae usibus dirigere curaverint, sciant se ipsos quinquaginta argenti librarum officiumque eorum pari condemnatione multandum. DAT. IIII ID. IVL. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO V ET THEODOSIO I AA. CONSS.

V

2 contereat *V* 4 triū *V* 5 i *ante* aa. *addidi*

II, 3, 18 (386 Iun. 11).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD SALLVSTIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ut concessa decurialibus privilegia nolumus abrogari, ita lege super mancipibus data nihil iubemus inminui. Nam si qui ob hoc ad decurias inlicite transierunt, ut munus evaderent mancipatus, necesse est erga eos privilegia non posse servari, quos obnoxios sibimet recte vindicat functio memorata. In tantum etiam defensiones diversorum principum largitate concessas erga decurias manere decernimus et mancipatui obnoxios iubemus addici, ut, si quispiam super absolutione mancipatus nostrae maiestati preces obtulerit, bonorum amissione plectatur. Quod quidem non solum in decurialibus, sed etiam in ceteris decernimus perpetua lege servari. DAT. III ID. IVN. MED(IOLANO) HONOR(IO) N. P. ET EVODIO V. C. CONSS.

VT [incipit 10 *n̄p].*

1 salutium *V: vide ad 14, 1, 2* 2 abrogari] *V*[2*], adrogari *V*[1] lege] *scr.* de lege 4 quos] *Pithoeus et Gothofredus,* qui *V, fortasse scr.* q[uos mancipat]ui 5 uindicant *V* 6 concessas] *Gothofredus,* concessa *V* 8 plectetur *V* 10 euotio *V* u c *om. V*

II, 3, 19 (396 Iul. 9).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVSEBIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Pistores urbis aeternae praetermissa veteri consuetudine fundis vel praediis ad nihilum redactis, quae

1/2 urb̄ aeternae *vel* urbis eternae *T* 2 praedis *T*

eorum corpori solacia certa praebebant, novos sibi quaestus excogitasse comperimus. Ideoque in futurum provisionis remedia proferentes misso probatae industriae viro singulorum fundorum sive praediorum, quae pistorum corpori obnoxia sunt, vires discuti exquirique praecipimus, ut idem iure perpetuo idoneis adfixa praestatione tradantur adque conductores praestationis modum et solacia ministrent antiquitus constituta pistoribus. DAT. VII ID. IVL. MED(IOLANO) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

VT

1 corpori] *T*, corporis *V* exagitasse *T* 3/4 exquiri quae *T* 4 praecepimus *T* idem] *sic VT*, *intellege* iidem adfica(?)a *T* praestatione .... 5 conductores *om. T* 5 mi[nist]rent antiquitus] *T*, ministrantiquitus *V* 6 uii *om. T*

XIIII, 3, 20 (398 Apr. 25).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Adscribti semel per sententiam iudicis ordini pistorio subrepticia rescribta non quaerent, nec ulla eis supplicandi praestetur facultas. Et qui huiusmodi sperare voluerit beneficia, quinque libras auri fisco nostro inferre cogetur. Si quo enim casu vel occultis vel ambitiosis hoc precibus elicuerit, iudex, cuius in iudicio haec fuerit prolata sententia, officium quoque eius, si consensum praebuerit impetratis, quinas auri libras aerario nostro inferent. DAT. VII KAL. MAI. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

VT

1 adscribtis *V* sentiam *T* 2 quaerent] *sic VT* 4 cogatur *T* praecibus *VT* 5 fuerit] *V*, fuerit inpetratis *T* 6 praebuerit] *V*, fuerit *T* inferet *T* 7 iiii] iii *T* euticiano *T*

XIIII, 3, 21 (403 Mart. 8).

IDEM AA. ET THEODOSIVS A. VITALI P(RAE)F(ECTO) ANN(ONAE). Nulli pistori nec posteris eius in privatas personas vel thymelicas vel eas, quae aurigandi studio detinentur, liceat coniugii societate transire, etiamsi huic facto omnium pistorum accedat adsensus, etiamsi nostra elicita fuerint aliqua subreptione rescribta. Quod si quisquam in haec vetita adspirare temptaverit, sciat se verberibus adfectum deportatione puniendum facultatesque suas paneficio sociandas. Quod si non statim officium gravitatis tuae in ipsis inceptis occurrerit, sed in suggestione cessaverit, in singulis familiis librarum auri decem multa feriatur: ita ut eae quoque personae cum patrimonio ad debitum officium revocentur, quae per huiusmodi nuptias in simili consortio fuerunt. Omnes igitur, qui filias pistorum in consortium sortiti sunt, vel ex thymelicis vel aurigis vel universis privatis pistorio corpori ilico deputentur. DAT. VIII ID. MART. RAV(ENNAE) D. N. THEOD(OSIO) A. I ET RVMORIDO V. C. CONSS.

VT

1 [aa. et t]heod. a. *T*, aaa. *V* 2 thymelica[s] *T*, tymelicas *V* 3 coniungi *T* etiamsi nostra] *V*, etsi nostra *T* 4 elicita fuerint] *T Pithoeus et inde Cuiacius ed. 2*, licita fuerit *V* hac *T* 5 adspirare *vel* aspirare *T* 6 officium] *T*, officio *V* 7 sed in] *V*, sed id *T* in singulis] *V*, insign(?)is *T* 8 heae *V*, haec *T* 10 consortium] *T*, con *V* tymelicis *VT* 11 uiii] *V*, uii *T* et *in litura V*

XIIII, 3, 22 (417 Dec. 26).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque inl(ustris) urbanae sedis ˹vel annonariae potestatis˺ apparitor clandestina fraude pistorem concusserit, accusatus adque convictus perpetuis paneficii nexibus addicatur. ET CETERA. DAT. VII KAL. IAN. RAV(ENNAE) HONOR(IO) A. XI ET CONSTANTIO II V. C. CONSS.

˹ ˺ *om.* IVST.

VT HALBERSTAD. (*inde a* 3 [con]victus perpetuis, *sed pleraque evanuerunt neque de codicis lectione constat nisi ubi diserte laudatur in apparatu nostro*). — IVST. 12, 53, 2.

1 *numerus constitutionis est* uiiii *in T* 2 sedis *om. videtur T* 4/5 u. c. *om. T*

IIII. DE SVARIIS, PECVARIIS ET SVSCEPTORIBVS VINI CETERISQVE CORPORATIS.

Iust. 11, 17: de suar. et susc. vini et ceteris corporatis.

[III, 4, 1 (334 Mart. 8).

IMP. CONSTANTINVS A. AD PACATIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Quoniam suariorum corpus ad paucos devenit, iubemus eos adstante populo Romano dicere, quibus excusatio sit delata, quibus provenerit onus, ut his in medium publicae rationis eductis exemplum rei naviculariae proponatur. Itaque dinoscant facultates proprias suariorum esse obnoxias muneri ac de duobus alterum eligant; aut retineant bona quae suariae functioni destricta sunt ipsique suario teneantur obsequio aut idoneos quos volunt nominent, qui necessitati idem satisfaciant. Nullum enim vacare ab huius rei munere patimur, sed sive honoribus evecti sive quolibet versutiae genere fugerunt, revocari eos iubemus idque ipsum teste et audiente populo Romano compleri ac nos super his consuli, ut animadvertamus in eos, qui hac tergiversatione u[*si sint*]; de reliquo functionis huius vacatione nulli penitus tribuenda, sed eo qui subripere potuerit post beneficium infirmatum, salutis etiam periculum subituro. DAT. VIII ID. MART. ROM(AE) OPTATO ET PAVLINO CONSS.

V (cum Solms.) T HALBERSTAD. *(vide ad praec.).*

2 as[tante] *T* 3 prouenerit] *V*, ***uenerit *T*, peruenerit *scr.* eductis] *Gothofredus*, edoctis *V Halberstad.*, ****tis *T* 5 functione *T* 7 idem] *V*, id est *T*, *scr.* eidem 8 euicti *T* uersutia *T* eos *om. T* iubemus] *fortasse addendum* in corpus *similiave* 10 u[si sint] | de relico f. h. uacationem *T (explevit Peyron), om. V* nulli] *V*, *om. T* 11 tribuenda sed eo] tribuendas ideo *V*, t*****dam sed eum *T* 12 subituro] *V*, subitur** *T* dat.] *V*, *def. T: immo* proposita

[III, 4, 2 (326 [324] Apr. 11).

IDEM A. LVCRIO VERINO. In arbitrio suo possessor habeat, ne suario pecuniam solvat, quod ideo permissum est, ne in aestimando porcorum pondere licentia suariis praebeatur. Quod si iuste porcos suarius aestimaverit, huic pecuniam possessor, cui pensitationis utriusque copia est indulta, numerabit. Ne autem suario in suscipienda pecunia detrimenti aliquid adferatur, singulis quibusque annis ea pretia porcinae possessor adnumeret, quae usus publicae conversationis adtulerit. Et quoniam non semper nec in omnibus locis una est forma pretiorum, pro diversitate locorum et temporum in specie pretia danda sunt, nisi ipsa porcina praestetur. Iudices autem regionum monendi sunt, ut per singulos annos ad scientiam tuam referant, quae in quibus locis sunt pretia porcinae, ut instructione hac a tua gravitate perpensa tunc demum suarii per diversa proficiscantur et pretia suscipiant, quae in his regionibus versari cognoveris. Queri enim suarii non poterunt, quia nihil interest, carius an vilius comparent, cum, quantum pretium daturi sunt, a possessore accipiant; et possessores erunt moderati in specie distrahenda, cum se sciant, quanto maiora pretia pro carne poposcerint, tanto plus suariis soluturos. DAT. III ID. APRIL. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.

VT HALBERSTAD. *(ad* 13 in specie distra[henda]; *vide ad 14, 3, 22).*

1 lucrio (*scr.* lucerio) uerino (**bino *vel* **pino *Halberst.*)] *praef. urbi* saluat *T* 2 corporum *T* 3 aestimari[t] *T* 5 praetia *VT* 7 praetiorum *VT* praetia *V*, [pr]aetia *T* 9 ad scient *bis V* praetia *V*, [pr]aetia *T* 10 demum] *T*, dem *V* 11 praetia *VT* | quaeri *VT* 12 an uilius] annuilius *T* quatum *V* praetium *V Halberst.*, *def. T* 14 maiore *T* praetia *VT* [s]uario *T* 15 ō *om. T: Verinus praef. urbi fuit 323 Sept. 13—325 Ian. 3*

[III, 4, 3 (363 Dec. 9).

IMP. IVLIANVS A. FL(AVIO) APRONIANO SVO SALVTEM. Ea pretia, quae in Campania per singulos annos repperiuntur, suariis urbis Romae debent solvi, ita ut periculo suariorum

1 *Iuliano adscribitur secundum usum compilatorum, quoniam imperabat anno hoc incipiente; videtur esse Ioviani* Fl. Aproniano] *pū Romae* praetia *T* 2 repperiuntur] *sic VTW*

populo porcinae species adfatim praebeatur. Et quia officialibus pro omni supplicio sufficit direptorum restitutio, quidquid ultra senos folles per singulas libras claruerit flagitatum, id fisci viribus protinus vindicetur. Exactio autem nummaria non per officium tuum vel ipsos suarios, sed per officiales consularis iuxta praeceptum nostrae mansuetudinis competentem sortiatur effectum. Nam quia maiorum potestatum officiales solent esse provincialibus perniciosi, per ordinarios iudices adque curias etiam hanc exactionem convenit celebrari. Per singulos itaque annos iuxta pretia, quae repperiuntur in publica conversatione, per Campaniam habitantes pecuniam pro singulis libris porcinae praecipiantur exsolvere, ita ut non ad pretia, quae in urbe Roma repperiuntur, sed quae aput Campanos in publicis usibus habentur, nummaria celebretur exactio, suariis autem celebrandae nummariae exactionis facultas denegetur. Nam dedimus litteras ad v(irum) c(larissimum) consularem, ut remotis officialibus praefecturae urbanae et suariis ipse totius exactionis instantiam adque periculum ad suam curam sollicitudinemque revocare contendat. Qui evidentissimo discrimini constituetur obnoxius, si in transmittendis pecuniis aliqua fuerit materia deceptionis exorta. DAT. V ID. DECEMB. ANTIOCHIAE D. N. IVLIANO A. IIII ET SALLVST(IO) CONSS.

VTW [incipit 779, 1 pania per*]*.

1 pro omni supplicio *om. W* 2 restitui *W* ultran *W* 3 exacto *T*ᵃ 3/4 officiaum *T*ᵃ 4 officiales] *VT*, officium *W* 6 adque] *VW*, autemque *T* curias] *VT*, curiales *W* 7 praetia *W*, prae[tia] *T* repperiuntur] *sic V TW* 8 capaniam *V* 9 praetia *TW* [r]omae *T* repperiuntur] *sic VTW* 10 campanus *W* 10/11 nummaria celebretur exactio •••••• | [suariis] autem celebrandae nummariae exactio suari | •••••• celebrandae nummariae exactionis *T*, nummariae exactionuariis (*em. in* exactio suariis) autem celebrandae num|mariae exactionis *W*, nummariae exactionis *omissis reliquis V* 12 uc̄] *T*, uirum clarissimum *VW* 14 in *om. W* 15 antiochiae *W*, anthiociae *T* dn̄] *T*, *om. VW* 16 ā iiii] *V*, āā iiii *W*, ā iii *T* cons. *W*

XIIII, 4, 4 (367 Oct. [?] 8).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD PRAETEXTATVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Per singulas et semis decimas, quibus suariorum dispendia sarciuntur, damnum, quod inter susceptionem et erogationem necessario evenit, vini, hoc est septem et decem milium ampho-
1 rarum perceptione relevetur. Cui rei illud provisionis accedat, ut Lucanus possessor et Brittius, quos longae subvectionis damna quatiebant, possit, si velit, speciem moderata, hoc est septuagenarum librarum compensatione dissolvere, quod ibi debebit inferre,
2 ubi vina fuerat traditurus. Quibus in rebus illud quoque a decessore tuo salubriter institutum est, quo suariis aestimandi licentia denegetur pondusque porcorum trutinae examine, non oculorum libertate quaeratur, ita videlicet, ut ne volenti quidem possessori tradere animal liceat, cuius modum non prius ponderatione certa deciderit suarius. Animal vero a possessore tradendum ob digeriem prius unius noctis tantum ieiunitate vacue-
3 tur. Illud quoque salubris Constantinianae legis forma conpescat, videlicet ut cum possessore, cui commodioris pretii beneficia indulta a veteribus principibus praerogativa providit, proprium ordo decidat ac transigat isque ordo suariis, quibuscum habet vini emolumenta communia, aut legitimum pretium, id est Romani fori, cui carnem fuerat in-

1 praetaxtatum *V* 2 semis decimas] *sic VT W* 2/3 susceptionem et erogationem] *VT*, susceptiones *W* 5 possint si uelint *VW*, possint si •••• *T* 5/6 moderata] *scripsi*, moderatam *VT* (*sic potius quam* adaeratam) *W* 10 anima *W*, *deficit T* prios *W* dediderit *W*, *deficit T* 12 ut *om. W* cum] *Gothofredus*, cum a *VTW* 13 praetii *T*, pr•|tii *W* 14 proprium] *Gothofredus* [*ad edictum Turcii Aproniani C. I. L. VI, 1771:* cum suarios damnis videremus adfectos et eos etiam ordines, qui suariam faciunt, providimus his levamen ex titulo canonico vinario, ut viginti quinque milia amforum annua consequantur, sub ea divisione, ut duae partes suariis, tertia vero his ordinibus proficiat, qui suariam recognoscunt, ita ut idem ordines iuxta consuetudinem tam proprium quod appellatur quam annonas exsolvant et moderatione adhibita perinde a possessore suscipiant adque accipere sunt soliti], proprius *VT*, prorios *W* isque ordo suariis] *Gothofredus*, idque ordo suarius *VTW* quicum *T* 15 communia] conmunia communia (*sic*) *T* legitimum] *T*, legitium *V*, legitim•• *W*

laturus, tradat, aut carnem debitam subministret. Porro decimae semis, quam statuimus, non petantur ab his, a quibus fuerit pecunia ministranda. Haec autem omnia aeneae tabulae in foro suario collocandae ad aeternam memoriam oportebit insculpi. DAT. VIII ID. OCTOB. REMIS LVPICINO ET IOVINO CONSS.

VTW

1 aut] ac *T* sumministret *T* 1/2 porro decimae (*scr.* decima et) semis (semes *W*) quam (quas *Beck*) st. n. p. ab (ad *W*) his a quibus fuerit pecunia] *VW*, porro ••••••• | pecunia *mediis omissis T* 3 insculpi] insc••|ci *W* uiii *spatio vacuo relicto om. W* 4 remis] *VW*, rem. *vel* rom. *T* iuuino *W* *in mense erratum est, nam ante Aug. 18 Valentinianus Remis profectus est Treveros*

III, 4, 5 (389 Aug. 18).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD ALBINVM P(RAEFECTVM) V(RBIS) ROM(AE). Suariorum vires ea concidisse occasione comperimus, quod fundi eorum adque alia praedia in extraneas quasque personas multimoda donatione transcribta sunt. Quae sublimis eminentia tua aut ad memoratorum iura revocabit aut, si eorum detentatores putaverint abnuendum, subeant cum his communem sarcinam, quorum incubuere corporibus. Consanguineos quoque eorum vel originales ut memoratorum nomini functionique iubeas adiungi, plenum et aequitatis et iuris est. DAT. XV KAL. SEPT. ROMAE TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

VT [finit 7 rom. tim . . . .*] W*

1 aaa. *om. W* 1/3 albinum p••••••|que alia *(med. om.) T* 4 reuocau(?)it *T* detentatores] *T*, detenta|res *V*, detentores *W* 5 abnuendum] *TW*, abluendum *V* 6 originalis *W* 7 xu *vacuo spatio relicto om. W* romae] *V*, rom *TW*

III, 4, 6 (389 Aug. 25).

IDEM AAA. AD ALBINVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Porcinarii urbis aeternae cum pervigilem laborem populi Romani commodis exhibeant, ⌈ id se divae memoriae Gratiani beneficio meruisse proponunt, ne sordidis umquam muneribus subiacerent. Inl(ustris) igitur auctoritas tua divalium praeceptorum formam conservans etiam cum interminatione conpetenti suo insistat officio, quatenus id, quod et ante constitutum est et nulla postmodum iussione mutilatum, indubitatum adque intactum faciat perdurare. DAT. VIII KAL. SEPT. ROMAE TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

⌈ sordidis semper muneribus liberentur *fin.* IVST.

VW [finit 5 praeceptorum*]*. — IVST. 11, 17, 1.

1 aa. *W*

III, 4, 7 (397 Febr. 15).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. FLORENTINO P(RAEFECTO) V(RBI). Heredes suariorum, filiorum etiam emancipatorum bona omnia ac patrimonia requirantur, ut, sive personarum agatur ratio sive rerum, non minus habeatur obnoxius quem possessio tenet quam quem successio generis adstringit, dummodo suo ordini adtributos suarii non amittant et propriis facultatibus solitisque subsidiis aliena adque longinqua et ab hoc munere distracta non quaerant. DAT. XV KAL. MAR. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

3 obnoxiis *V* 4 generis] V^b, •ene•is V^a amittant] *scripsi*, admittant *V* 5 subsidiis] *scr.* subsidiis contenti

III, 4, 8 (408 Ian. 15).

IDEM AA. HILARIO P(RAEFECTO) V(RBI). Quicumque de suariorum corpore originariam functionem sub cuiuslibet desiderio auxilii vel honore declinasse noscuntur vel ad diversa

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A. 2 ad diuersa] *Cuiacius*, aduersa *V*

se officia contulisse aut adnotationibus vel rescribtis nostrae serenitatis elicitis, ad munus pristinum revocentur, tam qui paterno quam qui materno genere inveniuntur obnoxii: oportet enim viribus vacuari, quae in dispendium publicum adumbratione extorta sint. Nullique penitus ad quemlibet honorem adque militiam aditus tribuatur et si qua deinceps de nostris altaribus per adnotationem vel rescribtum vel quolibet genere fuerint
1 elicita vel emendicata, cassentur. Eos etiam, qui ad clericatus se privilegia contulerunt, aut agnoscere oportet propriam functionem aut ei corpori quod declinant proprii
2 patrimonii facere cessionem. Ii vero, qui praedia obnoxia corpori vel ex empto vel ex donato vel ex quolibet titulo tenent, pro rata publicum munus agnoscant aut possessioni-
3 bus cedant. Circa reliqua etiam corpora, quae ad privilegia urbis Romae pertinere noscuntur, eadem praecepti nostri forma servetur. DAT. XVIII KAL. FEB. ROMAE BASSO ET PHILIPPO CONSS.

V

1 aut *delendum* 2 reuocetur *V* tam qui] *Cuiacius*, tamquam *V* 3 extorta] *Gothofredus*, exorta *V* 4 et si] *Gothofredus*, nisi *V* 8 hii *V*

XIIII, 4, 9 (417 Dec. 26).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Ad excludendas patronorum caudicariorum fraudes et Portuensium furta mensorum unus e patronis totius consensu corporis eligatur, qui per quinquennium custodiam Portuensium suscipiat conditorum, clandestinum ad collegas digma missurus, ne quid ex specie fraus occulta vectorum pessimae qualitatis inmutet. Cui praemia ista deferimus, ut, si optima fide administraverit munus iniunctum, post expletas lustralis sollicitudinis metas comitivae tertii ordinis honore cumuletur idque non iam ex codicillis nostris, sed constituti istius consequatur indulto; deprehensus in fraude amisso patrimonio ad pistrini etiam munia prima revocetur. Illud etiam decernimus, ne in singulos tres primos patronos corporum singulorum vir clarissimus p(rae)f(ectus) ann(onae) ius habeat corporalis iniuriae; nam sufficit in delinquentem inl(ustris) urbani censura iudicii. DAT. VII KAL. IANV(AR.) RAV(ENNAE) HONOR(IO) A. XI ET CONST(ANTIO) II V̄. C̄. CONSS.

V

8 depraehensus *V* fraudem *V* 9 singulos] *Gothofredus*, singulis *V*

XIIII, 4, 10 (419 Iul. 29).

IDEM AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Suariis pecuarii iungantur: sub hac tamen condicione decreti corpora volumus miscere, ut rescissis privilegiis, quae impetrasse di-
1 cuntur, mixtae corporum vices alternis fungantur officiis. Quibus cum lege concedimus, ut corpora externa iungamus, e re est, ut his quoque suas reddi iubeamus personas, quas rescissis omnium privilegiis vinculis gratiosis sententiis, si quas in abolitionem genuinae functionis callida fraude meruerunt, restitui cum facultatibus suis posthabita
2 dilatione. Nulla tamen eos corporis iniuriae formido percellat: nam praecipimus, ut tres huius corporis principales terti ordinis comitivam recipiant, quam sibi non iam ex
3 codicillis nostris, sed ex privilegio latae legis adsumant. Per quinque autem menses quinas in obsoniis libras carnis possessor accipiat, ne per minutias exigui ponderis amplius fraus occulta decerpat. Possessores quoque, qui pro larido millenos denarios in vicenis
4 libris solebant conferre, suariis in pretio exsolvant. Primiscrinii quoque tam inl(ustris) urbanae sedis quam spectabilis vicariae potestatis, nisi anno militiae finali institerint,

---

3 uices] uires *Heinesius* 4 externa] *fortasse* alterna 4/5 ut his quoque suas iubeamus personas rescissis (*del.* reddi *et* quas) *scr.* 8 terti] *Cuiacius*, certi *V* comitiua *V* 9 menes *V* 10 accipiat] appendat *Gothofredus* 11 qui] *scr.* quos dinarios *V* 12 praetio *V* 13 finali] *Beck*, finalis *V* institerint] *Gothofredus*, institerit *V*

ad supplendam summam praeteritae dissimulationis artentur, ut ex propriis facultatibus debita suariae functionis exsolvant, quae neglexerunt flagitare dum militabant, privilegia etiam militiae perdituri. Quattuor milia sane obsoniorum, amputatis superfluis ac domus nostrae perceptionibus, diurna sublimitas tua decernat, quibus copiis populus animetur. DAT. IIII KAL. AVG. RAV(ENNAE) MONAXIO ET PLINTA CONSS.

V

V. DE MANCIPIBVS THERMARVM VRBIS ET SVBVECTIONE LIGNORVM.

u *om., sed est in margine sup.* R̃ V *V*

II, 5, 1 (368? 370? Apr. 3).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quidquid erga mancipes, qui thermarum exhibitionem Romae curant, in exercitio conpendiisque salinarum scitis priorum principum cautum est, aeterna sanctione firmamus. DAT. III NON. APRIL. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE CONSS.

V (cum Solms.).

4 triū *V*

VI. DE CALCIS COCTORIBVS VRBIS ROMAE ET CONSTA(N)T(INOPOLITANAE).

ui *om., sed est in margine sup.* R̃ VI *V*

II, 6, 1 (359 Mart. 25).

IMP. CONSTANTIVS A. AD ORFITVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ex omnibus praediis, quae iam dudum praestationi calcis coeperunt obnoxia adtineri, coctoribus calcis per ternas vehes singulae amphorae vini praebeantur, vecturariis vero amphora per bina milia et nungenta pondo calcis. Quin etiam volumus non personas, sed ipsos fundos titulo huius praestationis adstringi. Vecturarios etiam ex quattuor regionibus trecentos boves praecipimus dari. DAT. VIII KAL. APRIL. EVSEBIO ET HYPATIO CONSS.

V

3 nungenta] *sic V* 5 uecturarios] *V*, uecturariis *Gothofredus*

II, 6, 2 (364 Iun. 8).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Oratio nostra immunitatem eorum, quos coctio calcis manet, et vecturariorum est evidenter amplexa. Quaecumque igitur extraordinariorum prisca adque inveterata consuetudine huiusmodi sortis homines antea sunt adepti, nunc quoque ad leniendum opus quod sustinent publici muneris consequantur. DAT. VI ID. IVN. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARR(ONIANO) CONSS.

V

2 immunitatem] *sic V*

II, 6, 3 (365 Aug. [?] 6).

IDEM AA. AD VOLVSIANVM V(IRVM) C(LARISSIMVM) VIC(ARIVM). Statum urbis aeternae reformare cupientes ac providere publicorum moenium dignitati iubemus, ut calcis coctoribus

1 u. c. uic.] *immo* p̄ ū, *ut praescriptum est reliquis legibus ad eundem magistratum datis, id quod confirmatur titulis urbanis huiusce Caeionii Rufii Volusiani (C. I. L. VI, 512. 794. 1171. 1173. 1174. 3866 = 31763), et enuntiatur etiam in ipsa hac lege sub finem.*

vectoribusque per singulas vehes singuli solidi praebeantur, ex quibus tres partes inferant possessores, quarta ex eius vini pretio sumatur, quod consuevit ex arca vinaria ministrari: illud addentes, ut non amplius quam terna milia minores vehes annuae postulentur. Huius autem vehationis ita sit ratio partita, ut mille quingenta onera formis, alia sartis tectis annua deputentur, ita ut nulli iudicum seu officiorum excoquendae calcis licentia relinquatur, sub eo statuto, ut, qui in hac usurpatione fuerit, austeritatem vigoris publici ferre cogatur. Hoc autem excepto a Tarracinensis praestationis canone suggera, quae vetusto praeberi fari ac Portus usibus more consuevit. A curialibus vero Tuscis nungentarum vehum, quas inferre per singulos annos cogebantur, sarcinam sub ea condicione praecipimus amoveri, ut, si quando necessitas novi operis extiterit, id ipsum in notitiam nostram suggestionibus iudicum perferendum quid addendum vel quatenus inferendum sit, nostrae deliberationis moderamine sanciatur. Ex supra dicto autem numero vehationis medietatem, quam sartis tectis iussimus deputari, separatim conveniet adscribi, ita ut praefecti urb(i) officium ad suam partem hanc curam pertinere cognoscat. DAT. VIII ID. AVG. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VAL(ENTE) AA. CONSS.

V

2 pretio] *Cuiacius*, praetium *V* 6 fuerit] *scr.* fuerit deprehensus 7 *fortasse sic fuit:* hoc autem excepto Tarracinensis praestationis canone suggeratur 8/9 nungentarum] *sic V* 10 ut si] *Beck*, utri *V* 11 perferendum] *scr.* perferendo 14/15 *propter mensem vide ad 1, 6, 5*

XIIII, 6, 4 (382 Apr. 1).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ut caementorum et calcis in urbe venerabili copiae minime derogetur, quisquis ex his quippiam sibi deferendum qualibet caelestis indulgentiae definitione contenderit, nihil prorsus accipiat, nisi quod cunctis moenibus fabricationique Romanae superfluere ac redundare constiterit. DAT. KAL. APRIL. ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

V

1/2 pu̅] *vide ad 6, 6, 1* 2 cementorum *V* 5 medundare *V*

XIIII, 6, 5 (419 Oct. 4).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. AETIO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnes fornaces per omne spatium, quod inter amphitheatrum et divi Iuliani portum per litus maris extenditur, tolli praecipimus propter salubritatem urbis amplissimae et nostrarum aedium vicinitatem nec ulli in his locis coquendae calcis praeberi licentiam. DAT. IIII NON. OCTOB. CONSTANT(INO)P(OLI) MONAXIO ET PLINTA CONSS.

VW

1 aethio *V*, aetio *vel* etio *W* 2 amphiteatrum *V* 2/3 extenditur' *vel* extenditus' (*sicilicus interpunctionis gratia videtur adiectus*) *W* 3 et] ut *W* 4 iii *W* 5 monarxio *V*

VII [= BREV. I]. DE COLLEGIATIS.

uii *post rubr. W, om. V*[1]. — colleiatis *NXP M*, collegatis *ES*. — *Iust.* 11, 18: de collegiatis et chartopratis et nummulariis

XIIII, 7, 1 [= BREV. XIIII, 1, 1] (397 Mai. 24).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. GRACCHO CONS(VLARI) CAMPANIAE. De retrahendis collegiis vel collegiatis iudices conpetentes dabunt operam, ut ad proprias civitates eos,

1 aa̅] aaa̅ *H*, *om. O* gracco *VHNOPMS*, gracho *C*, graeco *E*, greco *G*, *om. L* cons̅] consulari *W*, consuli *S*, conslb *E*, comi *G* campaniae] capaniae pf̅ *L* de retrahendis] *VHOE*, retrahendis *N*, de trahendis *WGXCP MLS* 2 colligiis *H* collegiatis] *VWH GOXC*, colleciatis *N*, de collegiatis *L*, collegatis *ES*, colle•atis *M*[a], colleiatis *PM*[b] conpetentis *V*, cum petentis *E* dabunt operam (eram *N*)] o. d. *O* ciuitatis *WE*[a]

qui longius abierunt, retrahi iubeant cum omnibus, quae eorum erunt, ne desiderio rerum suarum loco originario non valeant adtineri. De quorum agnatione haec forma servabitur, ut, ubi non est aequale coniugium, matrem sequatur agnatio, ubi vero iustum erit, patri cedat ingenua successio. DAT. VIIII KALEND. IVN. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATT(ICO) CONSS.

INTERPRETATIO. Collegiati, si de civitatibus suis forte discesserint, ad civitatis suae officia cum rebus suis vel ad loca, unde discesserunt, revocentur: de quorum filiis haec servanda condicio est, ut, si de colona vel ancilla nascuntur, matrem sequatur agnatio; si vero de ingenua et collegiato, collegiati nascuntur.

VW. — BREV. *(HNG[bis]O[om. int.]EXCPMLS; verba* ubi non est aeq. c. m. s. agnatio *Seckel monuit redire in constitutione ficticia adlata supra p. 240).*

1 habierunt *VH*, habuerunt *G (loco secundo)* retrahii *L*, re *(in fine pag.) S* iubeantur *HN GE* erunt] erant *G*, sunt *W* desideriis *G* 2 suarum *om. N* locum *L*, loca *HNEG* originaria *E*, origenaria *HN*, originaria (-nalia *loco sec.*) *G*, originali *O* adtenere *N*, adtinere *G*, adtendere *H*, adtiner. *W* de quorum] decorum NXM^aL acnatio *V*, acnatione *N*, agnitione WG^tL, actione G^v 2/3 seruetur *GO* 3 ut] et *G*, *om.* OP^a matre *N* anatio W^a, agnitio *G (loco sec.)* fuerit *G* 4 ingenua] ingenuo *G* dat. uiiii *(sic V,* uiii *brev., om. in sp. vac. W)* k. *(om. in sp. vac. W)* iun. (ian. *G*) med. caes. et att. *libri* 5 collegiat P^a, colligia *L*, collegati *ES*, colligati *N* si *om. L* de] a *E* discesserint HG^aS, discesserant G^b, decesserint *E* 6/7 seruanda (obseruanda *G*) cond. est] e. s. c. *H* 7 ut] quod *G* de colonam *H* ancillam *H*, de ancilla *G* nascantur *HGE* matrem] mater L^a agnicio *G (loco sec.)* 8 et] ex *XCPS* colligiato *ES*, colleiato *PM*, colligato *N* colligiati *E*, colleiati *PM*, colligati *N* nascantur *HPMSE*

Inserit post 14, 7, 1 constitutionem hanc aperte ficticiam (14, 3, 2 apud Haenelium) L: IMPPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS). Si servus cuiuslibet in *(om. L)* fuga positus vel quacumque de causa ad aliam transmigraverit provinciam et in eadem qua adierit loca nomen sibi libertatis usurpare praesumpserit, ut sic aput ignotos (aput dignotos *L*) clarior honorabiliorque agnoscatur; is igitur si repertus fuerit et dominus eius coram iudicibus de statu personae sententiam promulgaverit, non ibi causatio audienda erit vel falsa libertas edocenda, sed ubi a petitore domino origo eius obnoxia servituti tenetur.

II, 7, 2 [3 *Haenel*] (412 [409?] Nov. 26).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. LIBERIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Collegiatos et vitutiarios et Nemesiacos signiferos cantabrarios et singularum urbium corporatos simili forma praecipimus revocari. Quibus etiam supplicandi inhibendam facultatem esse censuimus, ne originem, quod fieri non potest, commutare ulla iussio videatur ac si forte per sacram auctoritatem cognoscitur aliqui liberatus, cessante beneficio ad originem revertatur. DAT. VI KAL. DECEMB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

VW

2 uitutiarios] *sic VW* 5 per sacram auctoritatem] *V*, sacram autem *(sic) W* 6 ui *spatio vacuo relicto om. W* ũ *om. W propter subscriptionem vide ad 8, 4, 25*

VIII. DE CENTONARIIS ET DENDROFORIS.

uiii] $V^{2a}W$, *om.* V^1

II, 8, 1 (315 Sept. 18).

IMP. CONSTANTINVS A. AD EVAGRIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ad omnes iudices litteras dare tuam convenit gravitatem, ut, in quibuscumque oppidis dendrofori fuerint, cento-

---

2 grauitate *W*

nariorum adque fabrorum collegiis adnectantur, quoniam haec corpora frequentia hominum multiplicari expediet. DAT. XIIII KAL. OCTOB. NAISSO, ACC(EPTA) VIII ID. NOVEMB. CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

VW

1 colligiis *W*, *om. V* 2 xiiii *omittit in sp. vac. W* 2/3 a. iiii] *V*, a. iii *W* 3 iiii] *V*, | *def. W*

XIIII, 8, 2 (369 Ian. 28).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ne quis ex centonariorum corpore subtrahere se possit ad curiam, poena eidem corpori proposita, nisi ilico de eius abscessu querellam deposuerit. DAT. V KAL. FEB. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO N. P. ET VICTORE V. C. CONSS.

VW

1 impp. *W* aa *W* olebrium *W* 3 nisi] ne(?)si *W* quaerellam *V* u *spatio vacuo* | *relicto om. W* triū *V*, trineř *W* 4 uc.] *W*, *om. V*

VIIII. DE STVDIIS LIBERALIBVS VRBIS ROMAE ET CONST(ANTINO)P(OLITANAE).

rubrica evanuit W. — uiiii] *V*[2*], *om. V*[1]. — *Iust.* 11, 19.

XIIII, 9, 1 (370 Mart. 12).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD OLYBRIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quicumque ad urbem discendi cupiditate veniunt, primitus ad magistrum census provincialium iudicum, a quibus copia est danda veniendi, eiusmodi litteras perferant, ut oppida hominum et natales et merita expressa teneantur; deinde ut in primo statim profiteantur introitu, quibus potissimum studiis operam navare proponant; tertio ut hospitia eorum sollicite censualium norit officium, quo ei rei inpertiant curam, quam se adseruerint expetisse. Idem immineant censuales, ut singuli eorum tales se in conventibus praebeant, quales esse debent, qui turpem inhonestamque famam et consociationes, quas proximas putamus esse criminibus, aestiment fugiendas neve spectacula frequentius adeant aut adpetant vulgo intempestiva convivia. Quin etiam tribuimus potestatem, ut, si quis de his non ita in urbe se gesserit, quemadmodum liberalium rerum dignitas poscat, publice verberibus adfectus statimque navigio superpositus abiciatur urbe domumque redeat. His sane, qui sedulo operam professionibus navant, usque ad vicesimum aetatis suae annum Romae liceat commorari. Post id vero tempus qui neglexerit sponte remeare, sollicitudine praefecturae etiam inpurius ad patriam revertatur. Verum ne haec perfunctorie fortasse curentur, praecelsa sinceritas tua officium censuale commoneat, ut per singulos menses, qui vel unde veniant quive sint pro ratione temporis ad Africam vel ad ceteras provincias remittendi, brevibus conprehendat, his dumtaxat exceptis, qui corporatorum sunt oneribus adiuncti. Similes autem breves etiam ad scrinia mansuetudinis nostrae annis singulis dirigantur, quo meritis singulorum institutionibusque conpertis utrum quandoque nobis sint necessarii, iudicemus. DAT. IIII ID. MART. TREV(IRIS) VALENTINIANO ET VALENTE III AA. CONSS.

VW

1 impp. *W* aa *W* 2 cupiditatem *W* 3 ueniundi *V* 4 et merita] *V*, *om. W* expraessa *V* 6 sollicitate *W* 7 idem] *VW*, item *Gothofredus* 8 consociationes] *W*, tiones *in litura V*[b] 10 conbibia *W* 11 publicae *V* 13 professioni* *V*[a] 14 tempos *W* | remeare] *W*, remeari *V* 15 inpurius] *sic VW*, inuitus *Conring* perfunctoriae *VW* 19 adiuncti similes] *W*, *aut sic aut* adiunctis miles *V* 21 necessarii] *fortasse scr.* necne necessarii data. *W* triū *V*, tr.. *W* ualante iii aa. cons. *W*

I, 9, 2 (372 Mai. 8).

IDEM AAA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Antiquarios ad bibliothecae codices componendos vel pro vetustate reparandos quattuor Graecos et tres Latinos scribendi peritos legi iubemus. Quibus de caducis popularibus, et ipsi enim videntur e populo, conpetentes inpertiantur annonae: ad eiusdem bibliothecae custodiam condicionalibus et requirendis et protinus adponendis. DAT. VIII ID. MAI. MOD(ESTO) ET ARINT(HAEO) CONSS.

VW [finit 3/4 competentes].

1 aa. *W* bibliotecae *W* 2 latinus *W*

II, 9, 3 (425 Febr. 27).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ET VALENTINIANVS CAES. Universos, qui usurpantes sibi nomina magistrorum in publicis magistrationibus cellulisque collectos undecumque discipulos circumferre consuerunt, ab ostentatione vulgari praecipimus amoveri, ita ut, si qui eorum post emissos divinae sanctionis adfatus quae prohibemus adque damnamus iterum forte temptaverit, non solum eius quam meretur infamiae notam subeat, verum etiam pellendum se ex ipsa ubi versatur inlicite urbe cognoscat. Illos vero, qui intra plurimorum domus eadem exercere privatim studia consuerunt, si ipsis tantummodo discipulis vacare maluerint, quos intra parietes domesticos docent, nulla huiusmodi interminatione prohibemus. Sin autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitolii auditorium constituti, ii omnibus modis privatarum aedium studia sibi interdicta esse cognoscant scituri, quod, si adversum caelestia statuta facientes fuerint deprehensi, nihil penitus ex illis privilegiis consequentur, quae his, qui in Capitolio tantum docere praecepti sunt, merito
1 deferuntur. Habeat igitur auditorium specialiter nostrum in his primum, quos Romanae eloquentiae doctrina commendat, oratores quidem tres numero, decem vero grammaticos; in his etiam, qui facundia Graecitatis pollere noscuntur, quinque numero sint sofistae et grammatici aeque decem. Et quoniam non his artibus tantum adulescentiam gloriosam optamus institui, profundioris quoque scientiae adque doctrinae memoratis magistris sociamus auctores. Unum igitur adiungi ceteris volumus, qui philosofiae arcana rimetur, duo quoque, qui iuris ac legum ⌜formulas⌝ pandant, ita ut unicuique loca specialiter deputata adsignari faciat tua sublimitas, ne discipuli sibi invicem possint obstrepere vel magistri neve linguarum confusio permixta vel vocum aures quorundam aut mentes a studio litterarum avertat. DAT. III KAL. MART. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. XI ET VALENT(INIANO) CONSS.

⌜voluntates⌝ IVST.

V. — IVST. 11, 19, 1.

1 *magistratus nomen om. et Th. et Iust. (in hoc* p̄u *add. Contius coniectura omnino); collata constitutione 15, 1, 53 apparet datam esse* Constantio p̄u 7 consueuerunt *Iust.* 9 sin] *Iust.*, sint *V* 10 ii *Iust.*, hi *V* 11 statuta] *Iust.*, itauta *V* deprachensi *V* 12 consequantur *Iust.* 14 aeloquentiae *V* doctrina (doctrine *O*) commendat oratores] *Iust.*, doctrinae mandatores *V* 16 adolescentium *Vb* 17 profundiores *V* 22 a] *Iust.*, ad *V*

X. DE HABITV, QVO VTI OPORTET INTRA VRBEM.

x] *V²**, *om. V¹*

II, 10, 1 (382 Ian. 12).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD PANCRATIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Sine exceptione temporis matutini, dumtaxat intra moenia constitutus, nullus senatorum habitum sibi vindicet militarem, sed chlamydis terrore deposito quieta coloborum ac paenularum induat vestimenta. Cum autem vel conventus ordinis candidati coeperit

3 clamidis *V* 4 penularum *V* coperit *V*

agitari vel negotium eius sub publica iudicis sessione cognosci, togatum eundem inter-
1 esse mandamus. Officiales quoque, per quos statuta complentur ac necessaria peraguntur, uti quidem paenulis iubemus, verum interiorem vestem ad modum cingulis observare, ita tamen, ut discoloribus quoque palliis pectora contegentes condicionis suae necessi-
2 tatem ex huiuscemodi agnitione testentur. Servos sane omnium, quorum tamen domi-
3 nos sollicitudine constat militiae non teneri, aut byrris uti permittimus aut cucullis. Si quis de senatoribus statuta neglexerit, proprii auctoritate honoris exutus ingrediendi senatum iam non habeat potestatem; officiales vero, sed et servi, qui pudoris non possunt dispendium sustinere, exilii poenam subire iubeantur: officio censuali viginti librarum auri non inmerito dispendiis subiugando, si culpam usurpationis huiusce aut dissimulatione subpresserit aut accepta pretii mercede subtraxerit. DAT. PRID. ID. IANV(AR.) CONSTANT(INO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

V

3 penulis *V* cingulis obserare *Gothofredus*, cinguli subserere *malim* 4 pectora] *Gothofredus*, pectore *V* 6 cacullis *V* 10 dispendiis] *Beck*, dispendii *V* 11 praetii *V*

XIIII, 10, 2 (397 Apr. 7?).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD POPVLVM. Usum tzangarum adque bracarum intra urbem venerabilem nemini liceat usurpare. Si quis autem contra hanc sanctionem venire temptaverit, sententia viri inl(ustris) p(rae)f(ecti) spoliatum eum omnibus facultatibus tradi in perpetuum exilium praecipimus. ET CETERA. DAT. P(RO)P(OSITA) ROMAE IN FORO DIVI TRAIANI CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

1 bracharum *V* 3 temtauerit *V* 4 dat pp] dat et pp *iunctae subscriptionem eandem fuisse in constitutionibus quattuor hac et 14, 11, 1. 14, 14, 1. 15, 2, 3, quarum secunda sola diem servarit, iudicat Gothofredus*

XIIII, 10, 3 (399 Iun. 6).

IDEM AA. FLAVIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Intra urbem Romam nemo vel bracis vel tzangis utatur. Quod si quisquam post praeceptum nostrae clementiae in hac contumacia perduraverit, prout condicio siverit, cohercitus sacra urbe pelletur. ET CETERA. DAT. VIII ID. IVN. BRIXIAE. THE(O)D(ORO) V. C. CONS.

V

1 bracis] *Reinesius ad l. 2*, ragis *V* 2 tzancis *V* 2/3 contumachia *V* 4 theodoro] thed. *V*

XIIII, 10, 4 (416 Dec. 12).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PROBIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Maiores crines, indumenta pellium etiam in servis intra urbem sacratissimam praecipimus inhiberi, nec quisquam posthac inpune hunc habitum poterit usurpare. Si quis autem neglexerit nostrae sanctionis vigorem, ingenuus legis laqueos non evitet, servus operi publico vindicabitur. Quod innotescere non solum intra urbem protinus, verum etiam in vicinis regionibus non licere sancimus. DAT. PRI(D). ID. DEC. RAV(ENNAE) D. N. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

V

4 laqueus *V* 5 protinus] *scripsi*, pertimus *V*, petimus *Tilius*

XI. QVIBVS MILITANTIBVS AD VRBEM NON LICEAT ACCED(ERE).

xi] V^{2*}, *om.* V^1

II, 11, 1 (397 Apr. 7).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORIVS AA. AD POPVLVM. POST ALIA: Agentes in rebus adque palatinos aliosque milites inferioris militiae exceptis his, quibus negotium aliquod aut munus fuerit iniunctum, omni penitus arceri urbis venerabilis iubemus accessu, ita ut, si quis nostri edicti auctoritatem violare temptaverit, deportatione plectatur. ET CETERA. DAT. ET P(RO)P(OSITA) ROMAE VII ID. APRIL. CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

5 dat. et pp] *vide ad* 14, 10, 2

XII. DE HONORATORVM VEHICVLIS.

xii] V^{2*}. *om.* V^1. — *Iust.* 11, 20.

II, 12, 1 (386 Ian. 30).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. NEBRIDIO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnes honorati seu civilium seu militarium ⌐dignitatum¬ vehiculis dignitatis suae, id est carrucis ⌐biiugis¬, intra urbem sacratissimi nominis semper utantur. DAT. III KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONOR(IO) N. P. ET EVODIO CONSS.

⌐ ¬ *om.* IVST.
⌐ ¬ *om.* IVST.

V (cum Solms.). — IVST. 11, 20, 1.

XIII. DE IVRE ITALICO VRBIS CONSTANTINOPOL(ITANAE).

xiii] V^{2*}, *om.* V^1. — *Iust.* 11, 21: de privilegiis urbis Constantinopolitanae.

II, 13, 1 (370? 373? Aug. 4).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD CLEARCHVM P(RAEFECTVM) V(RBIS) CONSTANTINOPOLITANAE. Italici iuris auxilium arbitra aequitate renovamus. Concessi igitur gratia beneficii publicis actibus intimetur et incisa tabulis debita sollemnitate permaneat. DAT. PRID. NON. AVG. HIEROPOLI VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

4 *Clearchum praefectum cum leges aliae nominent ad a. 372. 373 et ad hunc etiam Cassiodorus (chron. min. 2 p. 153), nihil obstat, quominus eum locum etiam a. 370 obtinuerit, ex quo extant leges duae datae Hieropoli Aug. 10. Sept. 18*

XIIII. DE CAMPO MARTIO VRBIS ROMAE.

xiiii V^{2*}, *om.* V^1.

II, 14, 1 (397 Apr. 7?).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD POPVLVM. POST ALIA: Eos, qui in campo Martio casas seu tuguria conlocare temptaverint, sententia viri inl(ustris) p(rae)f(ecti)

2 casa *V*

spoliatos omnibus facultatibus tradi in perpetuum exilio praecipimus. ET CETERA. DAT. ET P(RO)P(OSITA) ROMAE IN FORO DIVI TRAIANI CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

1/2 dat. et pp] *vide ad 14, 10, 2*

XV. DE CANONE FRVMENTARIO VRBIS ROMAE.

xu] *V*[2*], *om. V*[1]. — *Iust.* 11, 23.

XIIII, 15, 1 (364 Iul. 10).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ne pessimus panis populi Romani usibus ministretur, sola ducentena milia modiorum frumenti integri adque intemerati iuxta priscum morem mensores et caudicarii levioribus pretiis pistoribus venundare cogantur. DAT. VI ID. IVL. NAISSO DIVO IOVIANO ET VARR(ONIANO) CONSS.

V (cum Solms.)

1/2 pessimus] pe......us *V*[a] 2 sola] *fortasse* solito 3 more *V* praetiis *V* 4 iul.] iun. | *ad iunctas*

XIIII, 15, 2 (366 Iun. 14).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD IVLIANVM P(RAE)F(ECTVM) ANN(ONAE). Nautici aput ⌜curatorum⌝ vel magistratuum acta ⌜fateantur⌝ incorruptas sese species suscepisse eorumque, aput quos deponitur ista testatio, praesens aspectus probet nihil in his esse vitii. Quod eo tempore, quo ad sacrae urbis Portum pervenit, praefecturam iugiter observare praeceptum est. DAT. XVIII KAL. IVL. REMIS GRATIANO A. I ET DAGALAIFO CONSS.

IVST. ⌜praesidum⌝ ⌜confiteantur⌝

V. — IVST. 11, 23, 1.

3 sese species] se respicies *V*, species *Iust.* 5 praefectura *V* 6 a. i] *requiritur* n̄. p̄.

XIIII, 15, 3 (397 Apr. 15).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORIVS AA. AD SENATVM. Certum habetis, patres conscribti, quantum curarum inpendimus pro vestris ac populi commodis; ideoque hac lege sancimus, ut, || si quid frumenti vel olei urbicarii canonis remissione indultum est, speciali beneficio contra publicum commodum elicita non valeant ||.

|| *inc.* IVST. || *fin.* IVST.

1 Urbani etiam usus frumenta si quando vel fortuna vel ratio in Africae coegerit residere litoribus, adtingere nullus audeat aut mutatis directoriis quoquam praeter sacram urbem praescribti ullius innovatione transmittere. ET CETERA. DAT. XVII KAL. MAI. MED(IOLANO) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V. — IVST. 11, 23, 2.

1 ad senatum] et populum *addunt iunctae* 4 commodum publicum *Iust.* 5 africae] | africa *V* 7 xuii] *V*, xui *Iust. (Russ.)*, xiiii (*vel* uiiii) *Iust. (I)* mai.] mart. *Iust. (Russ. K)*

XIIII, 15, 4 (398 Apr. 12).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Inproborum petitiones, qui inpudentius ausi sunt postulare pensiones aquae molarum, quae urbi venerabili annonas abundantius praestitissent, quinque librarum auri multa infligat, nisi ab hac petendi inportunitate

3 adfligat *Gothofredus*

discedant. Illos etiam, qui potestati praefecturae annonariae praesunt, et apparitores, qui isdem ministeriis obsecundant, par multa retineat, si cuiusquam inprobissimi hominis
1 consenserint vel paruerint voluntati. Simili autem poena teneantur, qui aliquid ex his horreis cellulisve, quae intra urbem Romam adque in Portu constitutae pistorio iure retinentur, sibimet tamquam possessione privata ausi fuerint vindicare. DAT. PRID. ID. APRIL. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

VW (incipit 4 que intra*).*

2 hisdem *V* par] per *V* 5 ausi] *W*, ausus *V*

III, 15, 5 (399 Sept. 4).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Neminem patimur in mutando canone urb(is) Romae nostrae clementiae beneficium postulare. ⌜Ideoque evidenti praeceptione consulentes non solum⌝ ea rescribta, quae quoquomodo potuerint impetrari, suscipi non sinimus, ⌜verum etiam illa vacuari, quae praeteritum quoque tempus elicuit. Ac ne ullus subreptioni patescat aditus, eos, qui posthac commutari sibi canonem in fraudem venerandae urbis poposcerint, ad⌝ duplum retinendos esse decernimus, || ut vetus dispositio suum robur obtineat. DAT. PRID. NON. SEPTEMB. ALTINO THEODORO V̄. C̄. CONS.

IVST. ⌜sed etiam⌝ ⌜eos uero, qui contra haec fecerint, in⌝ || *fin.*

V (cum Solms. c. ad 8 retinenta*) W.* — IVST. 11, 23, 3.

3 euidenti] *malim* euidenti ei 5 preteritum *W* | 10 conss. *W* 6 potescat *V* aditos *W* 9 robor *VW*

III, 15, 6 (399 Sept. 28).

IDEM AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. || Ne deinde facinora inpunitate coalescant, evidenti praeceptione decernimus, ut a vicario ceterisque iudicibus, quos ex urbicario canone quidquam usurpasse constiterit, in quadruplum praesumpta poscantur, ita ut duplum iudices, duplum eorum officia cogantur inferre. Deinceps autem nisi ab huiusmodi scelere temperetur, iudices deportationis poena retinendos, primates officiorum capitali supplicio subiugandos perpeti auctoritate sancimus. ET CETERA. DAT. IIII KAL. OCTOB. ALTINO THEODORO V̄. C. CONS.

|| *inc.* Vicarios quin etiam ceterosque iudices, nisi deinceps ab usurpatione urbicarii canonis abstineant, deportationis poena detineri, primates o. c. s. subiugari perpetua auctoritate sancimus IVST.

VW. — IVST. 11, 23, 3.

2 inpunitate] *W*, inpunita *V* 4 constetirit | *W* 7 temperatur *W*ᵃ 8 kapitali *W* per- *W* 5 duplum iudices] iudices i duplum *(sic)* | piti *W* 10 conss. *W*

XVI. DE FRVMENTO VRBIS CONSTANTINOPOL(ITANAE).

xui] V^{2*}, *om.* V^1. — *Iust.* 11, 24.

III, 16, 1 (409 Apr. 26).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MONAXIO P(RAEFECTO) V(RBI). Quingentas auri libras partim a tui culminis indagine, partim amplissimi senatus grata inlatione collectas ad prohibendam famem ita huic titulo consecramus, ut, quidquid super frumentaria comparatione titulus emptionis invenerit, in tribunalibus praefecturae urbanae sub gesto-

3 huic] uic *V*ᵃ titulos *W*

rum testificatione pandatur, ut summa collecta et incrementa, quae venundato tritico accesserint, patrum insinuetur examini, omni adeo, quae contra hunc titulum temptabitur, usurpatione cessante, ut nec tuae sedis auctoritate nec cuiquam liceat cuiuscumque vel honestae occasionis obtentu haec perpensa ullo pacto convellere, ne non modo tot sententiarum violare munimina videatur, sed et familiari dispendio quatiatur et id, quod ex hac auri quantitate decerpserit, geminatum arcae frumentariae inferat. Si quis autem privatim ad usus proprios intra urbem amplissimam frumentum conparare voluerit, habeat licentiam coemendi. DAT. VI KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

VW

1 testificatio *V* pandantur *W* 2 insenuitur *W* omni adeo] *W*, omnia de eo *V* 3 auctoritati *W* cuius.cumque *W* 4 honestate occansionis *V* conuellere] n(?)onuellere *W*ᵃ

XIIII, 16, 2 (416 Iul. 23).

IDEM AA. VRSO P(RAEFECTO) V(RBI). Nulli, ne divinae quidem domui nostrae frumentum de horreis publicis pro annona penitus praebeatur, sed integer canon mancipibus consignetur, annona in pane cocto domibus exhibenda. Ita enim debet canon ab inclytae memoriae Constantino praestitutus nec non a divo pietatis meae avo ⌜ auctus expendi, quoniam crescit inopia, si ⌜frumento, quod pro annona tribuitur, ad usus alios deputato⌝ cogentur sibi de publico emere quae aliis vendere potuissent. DAT. X KAL. AVG. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEODOSIO A. VII ET PALLADIO V. C. CONSS.

⌜ Theodosio IVST.
⌜frumenta quae p. a. tribuuntur ad u. a. deputata⌝ IVST.

VW. — IVST. 11, 24, 1.

1 pu.] po. *vel* pp. *W* domui] *VW*ᵃ, domuii *W*ᵇ 4 prestitutus *W*, praestitus *Iust.* 5 actus *V*ᵃ 6/7 deputato cogentur] *W*, deputatogentur *V* 7 publico] *V*ᵇ, pubico *V*ᵃ, pliblico *W* uendere] *VW Iust.*, *malim* uenire 8 theodoro *V* uc.] *W*, *om.* *V*

XIIII, 16, 3 (434 Nov. 26).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. LEONTIO P(RAEFECTO) V(RBI). ⌜Sescentarum undecim auri librarum⌝ quantitas ad coemptionem frumentariam sit perpetuo dedicata, nec liceat cuiquam postea administratione urbicariae potestatis percepta aliquid ex ⌜memorata⌝ summa minuere vel ad quoscumque alios usus convertere; sed sub gestorum testificatione certum fiat et quod mancipibus mutui nomine datum est et quod ab isdem sit excepta omni concussione solvendum. Eum autem, qui hanc formam ausus fuerit inquinare, quantitatem, in qua suam calliditatem exercuerit, in duplum redhibere iubemus, et quidquid ex praedicta ratione adcreverit, ad cumulum ⌜memoratae⌝ auri quantitatis et frumentarii tituli fomitem redundare legisque huius tenorem aeneis tabulis incidi. DAT. V KAL. DECEMB. CONSTA(NTINO)P(OLI) ARIOBINDO ET ASPARE CONSS.

IVST.
⌜auri statuta⌝
⌜eadem⌝
⌜eiusdem⌝

VW. — IVST. 11, 24, 2.

2 sexcentarum *W* librarum auri *W* 3/4 post administrationem *W* 7 hisdem *VW* 8 inquinare] *Iust.*, inquitaro *V* (inquietare *m. recens*), *deficit W* 11 quantitas *W* fomitem] firmiter *Iust.* *(KOI)* 12 u *vacuo spatio relicto om.* *W* aspere *V*

XVII. DE ANNONIS CIVICIS ET PANE GRADILI.

xuii] V^{2*}, *om.* V^{1}. — *rubricam om. in sp. vac. W.* — *Iust.* 11, 25: de annonis ciuicis.

II, 17, 1 (364 Mart. 27).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. IOVIO P(RAEFECTO) V(RBI). Quia conperimus nonnullos venditis aedibus panes earum penes se retinere, nulli liceat, ut aedes sequantur annonae. Sane si qui ex huiusmodi titulo caduci sint panes, fisci viribus vindicentur. DAT. VI KAL. APRIL. DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V (cum Solms.) W

1 iouio] Iovinus *est 8, 15, 3* 2 nulli] *scr.* nulli id 1/2 nonnullo *V* eorum *W* | 3 sunt *W* uindecentur *W*

II, 17, 2 (364 Dec. [?] 9).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Panis gradilis in alium gradum translatio inhibeatur et cognoscat officium p(rae)f(ecti) annonae severissima sibi inminere supplicia, si ulterius translationem per gradus permiserit commutari. DAT. V ID. DECEMB. NAISSI DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V (cum Solms.) W [finit 2 praefecti*].*

2 inhibetur *V* 3 *eo die Valentinianus non fuit Naissi*

II, 17, 3 (368 Apr. 4).

IDEM AA. AD MAXIMVM P(RAE)F(ECTVM) ANNONAE. Universi panem gradilem de gradibus adipiscantur neque cuiquam haec aut deferatur gratia aut inponatur iniuria, ut de pistrino accipiat. Omni igitur studio hoc curabit officium sinceritatis tuae, ut, quaecumque illa sunt, quae diurna pistores alimentis popularibus praebent, omnia ea gradibus distribuant, non ex officinarum conductoribus promant. P(RO)P(OSITA) [*PRI*]DIE NON. APRIL. VAL(ENTINI)ANO ET VAL(EN)TE AA. CONSS.

V

1 maximum] *immo* Maximinum 4/5 *requiruntur talia:* omnia ex gradibus distribuantur, non ex officinis ab earum conductoribus promantur 5 pridie] die *V*. — *Annos 365. 370. 373 excludunt quae de hoc Maximino praeterea rescivimus*

II, 17, 4 (368 Apr. 4).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Ne quid super gradili pane fraudis oriretur, iussimus omne illud, quod populo penditur, palam in gradibus, non clam a pistoribus ministrari. P(RO)P(OSITA) PRID. NON. APRIL. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

3 *diem determinat lex quae praecedit*

II, 17, 5 (369 Aug. 1).

IDEM AAA. AD POPVLVM. Civis Romanus, qui in viginti panibus sordidis, qui nunc dicuntur ardinienses, quinquaginta uncias comparabat, triginta et sex uncias in bucellis

1 *debuit esse* idem AA. et Gratianus A ciues *V* romanu(?)s V^{a}, romanos V^{b} 2 ardiniensis *V*

sex mundis sine pretio consequatur, ita ut ius in his nullus habeat officialis, nullus servus, nemo qui aedificiorum percipiat panem. Quorum si quis se aliqua ratione fortasse inmerserit, adquisito pane privabitur proprium nihilo minus perditurus aut dabit pro condicione supplicium, eo, qui commissam detulit fraudem, et emptoris panes et venditoris habituro. Popularibus enim, quibus non est aliunde solacium, quibus idem panis hodieque distrahitur, et eorum successoribus clementia nostra deputavit in quo nunc emitur loco propriis gradibus erogandum. Quibus titulus figendus est aeneus, in quem et panis modus et percipientis nomen debebit incidi. Et si ad tantum alicuius temeritas eruperit, ut aut per se aut per aliquem suorum sibi quolibet modo ius panis istius adque aereae tabulae suum voluerit nomen inserere, supra dictis condicionibus subiacebit. P(RO)P(OSITA) ROMAE KAL. AVG. VAL(ENTINI)ANO N̄. P̄. ET VICTORE CONSS.

V

1 praetio *V* 6 deputabit *V* 7 qem *V* 8 percipientes *V* 9 istius] *scr.* istius vindicare *similiterve*

XIIII, 17, 6 (370 Mart. 19).

IDEM AAA. AD MAXIMVM P(RAE)F(ECTVM) ANN(ONAE). Si quis umquam actor procurator servusve senatoris usurpatum gradilem, gratificante aut vendente scriba vel etiam consentiente, perceperit, subiciatur eculei quaestioni. Ac si eundem patuerit temeritate propria adque ignorante domino de perceptione panis inlicite transegisse, ipse sub vinculis pistrino quod fraudabat inserviat; si vero senatoris culpa id fuisse constiterit, domus eius fisci viribus adgregetur. Ex aliis quoque, si quis rei familiaris facultatibus praeditus designatum crimen admiserit, cum his quae habet pistrini exercitio subiugetur. Si quis etiam pauperrimus rerum erit, cogetur exhibere operariam servitutem. In scribas vero, quos constiterit nefas vetitum perpetrasse, vindex legum gladius exeratur. DAT. XIIII KAL. APRIL. TREV(IRIS) VALENTINIANO ET VAL(EN)TE CONSS.

V

1 aaa.] *sic praec. const.*, aa. *V* maximum] *immo* Maximinum 2 gradilem] *scr.* panem gradilem 3 aeculei *V* 5 senatores *V* fuisse] *scr.* euenisse 10 triū *V*: *annos 365 et 368 excludit ordo constitutionum, annum 373 et constitutio quae sequitur et quae praeterea de Maximino traduntur*

XIIII, 17, 7 (372 Apr. 24 [immo Mai. 8]).

IDEM AAA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Vendendi de reliquo popularibus annonam consuetudinem derogamus, ut huiusmodi celebrata venditio omni careat firmitate. Verum si quis urbe abeundum esse crediderit, panes ceteraque quae percipit in horreorum conditis reserventur, poscentibus iuxta legem eiusdem ordinis hominibus deferenda. Quin lege proposita etiam quae fuerint fortasse distractae, ad originem propriam iusque revocamus, si quidem iustum est, ut in perpetuum suum quisque detineat et per succedaneas vices proprius ordo teneat, ut palatinus palatini, militis vero militaris, popularem annonam popularis exposcat nec alter alterius sibi expetens diversorum ordinum valeat miscere rationem. DAT. VIII KAL. MAI. MODESTO ET ARINTH(AEO) CONSS.

V

4 quin] *Cuiacius*, qui in *V* 5 quae fuerint] *videntur quaedam excidisse ad hoc exemplum* quae [annonae antea inventae] fuerint 7 militis] milites *V* 8 alter] *Reinesius*, alterum *V* 9 kal.] *scr.* id. *ad iunctas 6, 4, 20. 14, 9, 2*

XIIII, 17, 8 (380 Iul. 14).

IMPPP. GRATIANVS, VALENTINIANVS ET THEODOSIVS AAA. RESTVTO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quis ex schola defecerit mortemque obierit, non ab alio corpore vacantes flagitentur

1 restuto] *sic V*

annonae, sed ipsis scholis cessurae dividendaeque perdurent. DAT. PRID. ID. IVL. THESSA-L(ONICAE) GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

V

II, 17, 9 (389 Iul. 26).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBIS) CONSTAN(TINO)P(OLITANAE). Annonas civicas in urbe Constantinopolitana scholae scutariorum et scutariorum clibanariorum divi Constantini adseruntur liberalitate meruisse. Quarum ex magna parte inminutio facta perhibetur, quod alii eas putarunt tamquam proprias distrahendas, alii per successionum gradus hereditarium ius venire. Sublimis igitur eminentia tua omnes eas, quas quoquomodo alienatas fuisse reppererit, his scholis, quibus donatae ac deputatae sunt, amota omni reluctatione restituet, habere enim debent earum perpetuitatem, quarum meruere compendium. DAT. VII KAL. AVG. ROMAE TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

V

5 *scr.* in hereditarium

II, 17, 10 (392 Iun. 25).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBI). Annonas ⌜civicas⌝ non tam titulis dignitatum, quam singulorum viritim meritis adtributas divi Constantini liberalitate sat claruit. Ideoque nihil ex his scholarum nomine vindicetur, sed pro uniuscuiusque merito quae sunt concessa serventur, ut, quicumque perceptarum annonarum emolumenta vel in heredes proprios iure sanguinis transfuderunt vel in extraneos distractionis titulo transscribserunt, maneat quod gestum est vel hereditatis merito vel venditionis arbitrio. DAT. VII KAL. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCADIO A. II ET RVFINO CONSS.

| ⌜publicas⌝ IVST.

V. — IVST. 11, 25, 1.

3 liberalitate sat] V^{2*}, liberalitates ad V^{1} 6 distractiones *V*

II, 17, 11 (393 Apr. 26).

IDEM AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Annonas civicas ad hoc militaribus viris beneficium divale distribuit, ut qui emolumenta perciperent, aedificandi studio magnitudinem urbis augerent. Ac proinde, ne frustra deputatis commodis perfruantur quorum ope incrementa moenium non iuvantur, id super his annonis, quae scholis erogari solent, servandum est, ut ii tantum, qui domus habent, deputata suo nomini commoda consequantur, aliae retractatae adque in suspenso habitae nostrae munificentiae reserventur, his tantummodo, etiam si liberalitas sacra extiterit, deputandae, qui ex numero militarium virorum annonas pro extructis domibus beneficio nostrae adnotationis acceperint, ut et parata sui munera habeat largitas et superfluis necessitas non gravetur. DAT. VI KAL. MAI. CONSTAN(TINO)P(OLI) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

1 āā *V* 4 scolis *V* 5 hii *V* deputatas *V* 6 retractae *Gothofredus* nostrae] *Tilius*, nos *V* 7 etiam si l. s. extiterit *fortasse delendum* 9/10 *fortasse scr.* III k. Mart. *ad similes ea die datas*

II, 17, 12 (393 Nov. 20).

IDEM AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quae speciatim annonae domus in hac urbe habentibus divae memoriae Constantini vel Constantii largitate concessae sunt adque

2 largitates *V*

in heredes proprios iure successionis vel in extraneos venditionis titulo transierunt, erogatione solita ministrentur, et si quae scholarum nomine defenduntur. Inl(ustris) igitur magnificentia tua et hanc super his formam custodire debebit. Si quae vero ad arbitrium Proculi datae nobis nescientibus erogantur, et retrahere eas ilico et revocare debebit. DAT. XII KAL. DECEMB. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

XIIII, 17, 13 (396 Iul. 30).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AFRICANO P(RAEFECTO) V(RBI). Eos, quos in hac urbe domos non habere cognoveris, annonis novis quolibet titulo acceptis privari tua magnitudo praecipiet nec ullis emolumentis civicis adiuvari. Neque enim fas est, ut qui urbis adfectum domus indicio monstrare neglexerint, eius commodis perfruantur. Sin vero quisquam est, qui se aedes spondeat habiturum, nisi intra sex menses instruxerit, nequaquam publicarum annonarum modum potiatur. P(RO)P(OSITA) III KAL. AVG. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

V

2 nobis *V*: *fortasse* a nobis 3 adiuuari] adiuuare *V* 4 adfectum] *Tilius*, adfestum *V* | 6 modum] commodum *Gothofredus*

XIIII, 17, 14 (402 Mart. 22).

IDEM AAA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Inclytae recordationis pater clementiae nostrae post solitum canonem, qui urbi augustissimi nominis praebetur, certum annonarum modum de novo canone addendum esse constituit. Et quia nonnullos absque liberalitate nostra ex ea quantitate annonas consequi conpertum est, magnificentia tua nulli ex eo modo annonam faciat ministrari nisi qui vel liberalitate nostra perceperit vel super his, quae ab inlustri sede magnitudinis tuae ei sunt deputatae, triumphalis dexterae nostrae confirmationem est consecutus. DAT. XI KAL. APRIL. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCAD(IO) V ET HONOR(IO) V AA. CONSS.

V

1 $\overline{aaa}$] *rectius* idem AA. et Theodosius A. 5 nisi] *Gothofredus*, *om.* *V*

XIIII, 17, 15 (408 Febr. 15).

IDEM AAA. MONAXIO P(RAEFECTO) V(RBI). Dispositionem magnificentiae tuae de olei mensura firmam manere praecipimus, ut decem et octo per singulos sextarios scripulis ad certorum ordinum commodum moderante dispositione tua retentis ac distributis sextarius olei ad viginti unam semis unciam redigatur. Quam mensuram certum designatis suggestione corporibus solacium constitutam nullius posthac fraude credimus adtemptandam. DAT. XV KAL. MAR. BASSO ET PHILIPPO CONSS.

V

1 aaa.] aa. *V* monachio *V* dispositionem] *scripsi*, dispositione *V* 2 mensura] *scripsi*, mensuram *V* 3 commodum moderante] | *scripsi*, commodum commederata *V* 4 certum] *scr.* certo 5 solacium] *fortasse* ad solacium 5 credimus] concedimus *Haenel*

XVIII. DE MENDICANTIBVS NON INVALIDIS.

V; Vat. reg. 520 (v. infra); Epit. Paris. (v. infra). — xuiii] *V²*, om. V¹* — non inualidis] inualidis (*om.* non) *Vat. 520.* — *Iust.* 11, 26: de mendicantibus ualidis.

I, 18, 1 (382 Iun. 20).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Cunctis adfatim, quos in publicum quaestum ˹incepta˺ mendicitas vocabit, inspectis exploretur in singulis et integritas corporum et robur annorum, adque ˹ea˺ inertibus et absque ulla debilitate miserandis necessitas inferatur, ut eorum quidem, quos tenet condicio servilis, proditor studiosus et diligens dominium consequatur, eorum vero, quos natalium sola libertas prosequatur, colonatu perpetuo fulciatur quisquis huiusmodi lenitudinem prodiderit ac probaverit, salva dominis actione in eos, qui vel latebram forte fugitivis vel mendicitatis subeundae consilium praestiterunt. DAT. XII KAL. IVL. PATAVI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

˹incerta˺ IVST.

˹ea˺ *om.* IVST.

V; Vat. reg. 520 (antea Danielis) in folio 98 hodie solitario manu saec. X; Epit. Paris. (Haenel brev. p. 242). — IVST. 11, 26, 1.

1 pū] praepositum *Vat. 520: cf. ad 6, 61* 3 uocauit *V Iust.* 4 rubor *Vat. 520* et absque ulla] illa *(rel. om.) Vat. 520* 5 earum *Vat. 520* 7 prosequatur] *V Vat. 520 Iust. (O),* persequatur *Iust. (I^a),* persequitur *Iust. (KI^b)* lenitudinem] *fortasse* levitudinem 8 prouiderit *Vat. 520* dominis actione] *Vat. 520 Iust. (KI),* domini actione *Iust. (O),* domini san|ctione *V* latebras *Vat. 520 ante corr. ut vid.* 10 siagrio consules *Vat. 520*

XVIIII. DE PRETIO PANIS OSTIENSIS.

xuiiii] *V²*, om. V¹* praetio *V*

I, 19, 1 (398 Apr. 12).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Panem Ostiensem adque fiscalem uno nummo distrahi volumus. Sancimus autem, ut nullus per sacrum rescribtum audeat pretium ampliare; qui si obtulerit supplicationem, duarum librarum auri multa ferietur. DAT. PRID. ID. APRIL. MED(IOLANO) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

V

3 qui] *scr.* quin

XX. DE PRETIO PISCIS.

xx] *V²*, om. V¹* praetio *V*

I, 20, 1 (413 Apr. 15).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Qui ministerii nostri causa exhibendi piscis cura vel sollicitudine tenentur, plus a se exigi quam quo emere potuerint, protestantur, si quidem in tricenis libris sibi solidus ministretur et multo disparem quantitatem vix aegreque valeant comparare. Ideoque per vicena pondo piscis, primae scilicet qualitatis, memoratis solidus ministretur. Spatangium sane in primae qualitatis piscem inputari praecipimus, quod decem librarum pondus sua magnitudine minime excedere videtur. DAT. XVII KAL. MAI. LVCIO V̄. C̄. CONS.

V (cum Solms.).

2 exgi *V* 3 quo] *scripsi,* quod *V* 4 et] *fortasse* et solido aegraequae *V*

XXI. DE NAVTIS TIBERINIS.

xxi] *V²**, *om.* *V¹*. — *Iust.* 11, 27.

XIIII, 21, 1 (364 Oct. 8).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Qui navem Tiberinam habere fuerit ostensus, onus rei publicae necessarium agnoscat. Quaecumque igitur navigia in alveo Tiberis inveniuntur, competentibus et solitis obsequiis mancipentur, ita ut nullius dignitas aut privilegium ab hoc officio vindicetur. DAT. VIII ID. OCTOB. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V. — IVST. 11, 27, 1.

3 albeo *V* 5 altiuo *V*

XXII. DE SACC(ARIIS) PORTVS ROMAE.

xxii] *V²**, *om.* *V¹*

XIIII, 22, 1 (364 Iun. 8).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI.) Omnia, quaecumque advexerint privati ad Portum urbis aeternae, per ipsos saccarios vel eos, qui se huic corpori permiscere desiderant, magnificentia tua iubeat comportari et pro temporum varietate mercedes considerata iusta aestimatione taxari, ita ut, si claruerit aliquem privatum per suos adventicias species comportare, quinta pars eius speciei fisco lucrativa vindicetur. DAT. VI ID. IVN. NAISSO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

2 sacrarios *V*

XXIII. DE PATRONIS HORREORVM PORTVENSIVM.

xxiii] *V²**, *om.* *V¹*

XIIII, 23, 1 (400 Mart. 27).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. MESSALAE P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Patronos horreorum Portuensium singulis tantum annis praeesse decernimus omni subreptione cessante, ne umquam veteris erogationis ratiocinium novis commeatibus inseratur. Nec ultra tempus constitutum quispiam sibi administrationem horreorum Portuensium fraudulenter usurpet, nisi prioris anni ratiocinio ante deducto in alium annum quasi fidelis iam et idoneus subrogetur. DAT. VI KAL. APRIL. ALTINO STILICHONE ET AVREL(IANO) CONSS.

V

3 nouis commeatibus] *Gothofredus*, nobis commeantibus *V*

XXIIII. DE MENSIS OLEARIIS.

xxiiii] *V²**, *om.* *V¹*

XIIII, 24, 1 (328 Mart. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CEREALEM P(RAE)F(ECTVM) ANNONAE. Mensae oleariae, quae ita caducae fuerint, ut nullus possit adserere dominium, vicenis follibus per officium

2 adserere dominium] *scripsi*, adherere dominio *V*

distrahantur. Sed si quis mensam oleariam praedictis follibus emptam cariore pretio vendiderit, ferreis vinculis constrictus ad Illyricum transmittatur poenam congruam luiturus. Si quis autem mensam oleariam in dominio suo retinens vivendi cursum impleverit, eandem mensam ad successores proprios cum reliquis suis rebus hereditario poterit iure transmittere. DAT. KAL. MAR. NICOMEDIAE, ACC(EPTA) VIII ID. APRIL. ROMAE IANVARINO ET IVSTO CONSS.

V

2 concruam *V*

XXV. DE FRVMENTO CARTHAGINIENSI.

xxu] V^{2*}, *om.* V^{1}

I, 25, 1 (315 [?] Dec. 12).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CATVLLINVM P(RO)C(ONSVLEM) AFRIC(AE). Si quis corpora aeneo frumento obnoxia distraxerit, ab omni interpellatione liber sit, quamvis alia corpora possederit sive coemerit libera ab aenei frumenti inquietudine. Conparatores enim rerum obnoxiarum teneri oportet pro modo eius rei, quam adepti sunt, etiamsi extra liberalitatem rem fuerint consecuti. Sed quia plerique ex magistratibus aenei frumenti pensitationi obnoxii vel ipsi sibi, dum administrant, alios subrogarunt vel redempti pro aliis alios creaverunt, rescissis subrogationibus ad eiusdem aenei frumenti pensitationem teneantur. Illos enim solos ex subrogatis perseverare oportet, quos constiterit idoneos esse facultatibus et minus idoneorum loco non a redemptis magistratibus subrogatos. DAT. PRID. ID. DECEMB. SIRMI CONSTANTINO A. IIII ET LICINIO IIII CONSS.

V

1 catulinum *V* proconsulem] pū *V* 2 distraxerit] *Gothofredus*, detraxerit *V* 3 aeneis *V* 4/5 liberalitate *V* 5 fuerit *V* 5/6 pensitationi] *scripsi*, pensitatione *V* 6 uel ipsi *collocandum ante* aenei 7 ad] *requiritur* iidem ad *similiave*

XXVI. DE FRVMENTO ALEXANDRINO.

xxui] V^{2*}, *om.* V^{1}. — *Iust.* 11, 28.

I, 26, 1 (412 Ian. 28).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In aestimatione frumenti, quod ad civitatem Alexandrinam convehitur, quidquid de crithologiae et zygostasii munere et pro naucierorum tuenda substantia eminentia tua disposuit, roboramus. Adque ut curialibus praedae auferatur occasio, iubemus eos ad huiusmodi sollicitudinem adfectandam numquam accedere, sed designata officia tuis provisionibus examinata sollicitudinem praedictam implere. DAT. V KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AA. CONSS.

V. — IVST. 11, 28, 1.

2 crithologiae *scripsi*, crithologia *V Iust.* 3 naucierorum] *Iust. (K)*, naucleriorum *V Iust.* *(X)* tuendas substanti eminentia *V* 5 examinata] *Iust.*, animata *V*

II, 26, 2 (436 Iun. 4).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Diurnos centum et decem modios alimoniis Alexandrinae civitatis addi decernimus, ut nemo privetur eo quod nunc usque percepit et perissochoregiae nomen penitus amputetur et tesserae designentur et nostrae pietatis nomine censeantur. DAT. PRID. NON. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

V. — IVST. 11, 28, 2.

2 alimniis *V*

XXVII. DE ALEXANDRINAE PLEBIS PRIMATIBVS.

xxuii] *V*[2*], *om. V*[1]. — *Iust.* 11, 29: de Alexandriae primatibus.

XIIII, 27, 1 (396 Febr. 5).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. GENNADIO P(RAE)F(ECTO) AVGVSTALI. Archigerontes et dioecetae ergasiotanorum ⌜numero deligantur⌝, | ⌜non nisi Christiani dirigantur⌝ IVST. quod officium tuum sollicite observet excubiis. DAT. NON. FEBR. CONST(ANTINO)P(OLI), P(RO)P(OSITA) ALEXANDRIAE EVTYCHEO ARCAD(IO) IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

V. — IVST. 1, 4, 5.

2 dioecaetae *V* ergasiotanorum] *scr.* de ergasiotanorum 3 sollicite] *Iust.*, sollice *V*

XIIII, 27, 2 (436 Iun. 4).

IMPP. DD. NN. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Corporatos civitatis Alexandrinae repurgandi fluminis onere liberamus et pro tenore et dispositione tua quadringentos solidos ex dinummio vectigali memoratae civitatis praecommodari decernimus, ita ut ex titulo navium omnibus modis repensentur. DAT. PRID. NON. IVN. CONSTAN(TINO)P(OLI) ISIDORO ET SENATORE CONSS.

V. — IVST. 11, 29, 1.

2 teniore *V* 3 quadrigentos *V* 4 nauium] *Iust.*, nauiorum *V* repensentur] *scripsi*, repensetur *V Iust.*

LIBER QVINTVS DECIMVS.

I [= BREV. I]. DE OPERIBVS PVBLICIS.

i] *V*[2*], *om. V*[1]. — *Iust.* 8, 11.

V, 1, 1 (. . . . . [357] Febr. 2).

IMP. CONSTANTINVS A. AD FLAVIANVM P(RO)C(ONSVLEM) AFRIC(AE). Nemo propriis ornamentis esse privandas existimet civitates: fas si quidem non est acceptum a veteribus decus perdere civitatem veluti ad urbis alterius moenia transferendum. DAT. IIII NON. FEB. MED(IOLANO), ACC(EPTA) VIII ID. IVL. CONSTANTINO A. ET CAES. CONSS.

V

1 *immo* Constantius proconsulem] pū *V pro subscriptione Gothofredus restituit* Constantino A. VIIII et Iuliano C. II conss. (357), *cum extent leges ad Flavianum proconsulem Africae a. 358 et 361 et hiemem 356/7 Constantius exegerit Mediolani*

V, 1, 2 (321 Apr. 11).

IDEM A. MENANDRO. Propter neglegentiam iudicum, qui imperialia praecepta differunt, ad diversas provincias diversos misimus, qui ad scientiam nostram referant, quae vel diligentia promota viderint vel desidia corrupta culpaverint. Monendi autem iudices sunt, qui instaurare publica opera debent, ut de effectis eis potius quam inchoatis ad nostram scientiam referant, nisi forte iusta ratione petendum sit aliquos, si forte defuerint, inpensarum titulos provideri. De rebus autem praecipuis maximisque, non de quibuscumque vilissimis nostrum debent interpellare consilium. DAT. III ID. APRIL. SIRMI CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

V

1 Menandro] *mag. incertus* 8 cc.] uu. cc. *V*

V, 1, 3 (326 [362] Iun. 29).

IDEM A. SECVNDO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Provinciarum iudices commoneri praecipimus, ut nihil se novi operis ordinare ante debere cognoscant, quam ea conpleverint, quae a decessoribus inchoata sunt, exceptis dumtaxat templorum aedificationibus. DAT. III KAL. IVL. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO C. CONSS.

V

1 *Iuliani, vide ad 1, 16, 5* 2 ordinare] *Gothofredus,* ordinari *V*

V, 1, 4 (326 Iul. 22).

IDEM A. HAVE, FELIX, CARISSIME NOBIS. Omnis intra centum pedes vicinitas, quantum ad horrea pertinet, arceatur ac si quid constructum fuerit, diruatur, quoniam experimentis

1 habe *V* Felix] *fortasse praeses Corsicae* omnis i. c. p. uicinitas] *Haenel,* omnes i. c. p. uicinitus *V*

nuperrimis palam factum est aedificiorum, quae horreis adhaerebant, incendiis fiscales copias laborasse. Quod si quis aedificandi amore publica damna neglexerit, non solum quod construxit, sed omnes res eius et quidquid in suo iure habuit, fisco adiudicari praecipimus. DAT. XI KAL. AVG. SIRMIO CONSTANTINO A. IIII ET CONSTANTIO C. CONSS.

V

1 adherebant *V* 3 contruxit *V*

XV, 1, 5 (338 Iul. 27).

IMPP. CONSTANTIVS ET CONSTANS AA. HAVE, CATVLLINE, KARISSIME NOBIS. Plurimi inmunitates operum publicorum concessione iudicum adepti sunt ⌈. Itaque omnes iubemus inquiri, ut eorum nomina adque etiam privatas indulgentias lenitudo nostra cognoscat. ET INFRA: Iam nunc tamen iussimus, ut adversus fas elicitas inmunitates per detrimenta conperissent et in lucro habere desistant. In posterum aditus similia cupientibus obstruatur. DAT. VI KAL. AVG. SIRMI VRSO ET POLEMIO CONSS.

IVST.
⌈ et ideo iubemus in posterum inlicitas immunitates nullius esse momenti *fin.*

V. — IVST. 8, 11, 1.

1/2 habe catuline k. n. *V*, ad catullinum *Iust.*: *Catullinus vicarius Africae* 6 comperissent] *sententia requiritur talis:* per detrimenta rei publicae exercere et in lucro habere desistant

XV, 1, 6 (349 Oct. 3).

IDEM AA. AD MARCELLINVM COM(ITEM) ORIENTIS. Quae operibus publicis inpensa constiterit, accepto ferri oportere cognoscas. DAT. V NON. OCTOB. CONSTAN(TINO)P(OLI) LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

V. — IVST. 8, 11, 2.

2 cognoscat *Iust.* u] *V*, ii *Iust. [Hal.]* 3 catulino *hoc loco V*

XV, 1, 7 (361 Mai. 3).

IDEM AA. AD SENATVM. Quoniam diversi iudices nonnulla opera in quibusdam aestimant urbibus extruenda, ad huiusmodi necessitatem senatorum substantia non vocetur. || Eos quoque senatores, quibus per diversas provincias fuerit sollicitudo commissa, fretos sanctione nostra huiuscemodi temptamentis decet constanter obsistere, ne senatoriae facultates harum rerum contemplatione vexentur. DAT. V NON. MAI. TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

|| *fin.* IVST.

V. Epit. Parisina (Haenel brev. p. 242). — IVST. 12, 1, 7.

1 *requiritur* idem A. et Iulianus C. 3 senatores quibus] *scr.* quibus senatorum res 4 fretus *V*

XV, 1, 8 (362 Dec. 2).

IDEM A. ECDICIO P(RAE)F(ECTO) AEGYPTI. Oportuit praetoria iudicum et domos ⌜iudiciarias⌝ publico iuri adque usui ⌈ vindicari. || Sed quia salubris nostra dispositio dilata est, nunc saltem tradatur effectui. ET CETERA. P(RO)P(OSITA) IIII NON. DECEMB. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

IVST.
⌜publicas⌝ | ⌈ semper || *fin.*

V. — IVST. 8, 11, 4.

1 idem ā] *sic V Iust.*, *scr.*, *ut annus flagitat*, imp. iulianus *eamque inscriptionem fuisse in Theodosiani codice eo, a quo pendent Breviarii libri HNOE, ostendit praescriptio legis sequentis* Ecdicio praef. Aegypti] *secundum prologos Athanasianos hoc anno praefectus Aegypti fuit Gregorius Armenius et post eum Olympus Tarsensis. Attamen epistulae Iuliani aliquot (ep. n. 6. 9. 50. 56 Hertlein) extant datae* Ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ Αἰγύπτου oportuit] oportet *ante* publico *Iust.* 4 pp (*immo* data) iiii (ui *Iust. [Hal. P]*) non. dec. *cet. libri*

, 1, 9 [= BREV. XV, 1, 1] (362 Dec. 2).

IDEM A. ECDICIO P(RAE)F(ECTO) AEGYPTI. POST ALIA: Conperimus super ergasteria publica, quae ad ius pertinent civitatis plerosque sibi domos struxisse. Praecipimus ergo eas inconcusso iure qui aedificaverunt, possidere. P(RO)P(OSITA) IIII NON. DECEMB. ANTIOCHIAE MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

INTERPRETATIO. Si qui in civitate consistentes in locis publicis sibi domos forte construxerint, eas sine inquietudine possidere debebunt.

V. — BREV. *(HNG[textum bis]O[om. int.]EXCPMLSK et ad textum 14. 16. 17). — In Iust. Latinum exemplum desideratur, Graecum (quod testibus libris legitur ibi 8, 11, 3, non, ut expectes, post Th. 15, 1, 8 = Iust. 8, 11, 4, sed ante eam) unde venerit, quaeritur; potest adfuisse in Theodosiano, sicut constitutio 9, 45, 4 ibi extat et Latine et Graece, sed cur exciderit ibi sine vestigio ullo et in Iustiniano cur locum mutarit, parum perspicitur.*

1 idem ā] *V*, impp. (imperatio *S*) constantius (constantinus *GLK 14*) et constantinus (constans *GCLK*, constantius *14*, constp *S*) aa. *G XCPMLSK 14. 16. 17*, imp. iulianus a. *(om. O) HNOE recte ni fallor (vide ad praecedentem)* ecdicio] *VO*, aecditio *XC*, ecditio *S*, haecdicio *N*, etdecio G^{a}, editio *HL*, aeditio *K*, aedicto *E*, decio G^{b}, laudicio P^{b} *14. 17* praef.] pfpo *XC*, ppo *HNGEPMLK*, praeposito *OS*, po *17* aegypti *om. G* super ergasteria] $E^{b}G$, super argesteria E^{a}, supergate(e *in litura*)ria *V*, ergasteria $NOCXP^{1}MLS$, erga ministeria *H*, erga argisteria (agisteria *14*) P^{2}. *14. 17* 2 ius] *brev.*, huius *V* pertinent] pertinet et *K* plerasque *14* sibi] ibi *L*, *om. OX* domus *N 14* struxisse] *NOECX*, instruxisse *H(?)PMLSK 14. 16. 17*, construxisse *G*, extruxisse *V*, traxisse *Pith.* praecepimus *NECK* 3 eas] *sic V et* NG^{a} *EXCPMLS*, eos $H(?)G^{b}O$ incusso E^{1} qui] *G cum textu Graeco Iust. et interpr.*, quae *V et reliqui* aedificauerint *Pith.* pp (precepta *S*, dat. *N*) iiii non. dec. ant. mam. et neuitta (neuita *HOPMS*) *libri* 5 de operibus publicis *praem. E Pith.* qui] *H*, quis *reliqui* ciuitatem *G* consisteutes] *HN*, consistens *reliqui* sibi] siue *N* domos (domus *E*) forte (fortasse *G*)] f. d. *N* 5/6 construxerint] $HEXP^{b}ML$, construxerunt *NG*, construxerit $GOP^{a}S$ 6 possidere debebunt] *HNXPML*, possidere debebit *GCS*, possidebunt E^{1}, aliqua possidebunt E^{2}

, I, 10 (362 Dec. 7).

IDEM A. AD RVFINVM. Quicumque cuiuslibet ordinis dignitatis aliquod opus publicum quoquo genere obscura interpretatione meruerit, fructu talis beneficii sine aliqua dubitatione privetur. Non solum enim revocamus quod factum est, verum etiam in futurum cavemus, ne qua fraude temptetur. DAT. VII ID. DEC. AQVIL(EIAE) MAMERTINO ET NEVITTA CONSS.

V

1 Rufinum] *comitem Orientis* dignitatis] *scr.* dignitatisue *similiterve* 2 interpraetatione *V* 4 temptetur] *fortasse* temptentur aquil.] *requiritur* Antiochiae, *nisi subest error alius*

, 1, 11 (364 Mai. 25).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Intra urbem Romam ⌈ aeternam nullus iudicum novum opus informet, quotiens serenitatis nostrae arbitria cessabunt ⌈. Ea tamen instaurandi, quae iam deformibus ruinis intercidisse dicuntur, universis licentiam damus. DAT. VIII KAL. IVN. PHILIPPIS DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

IVST.

⌈ veterem et novam

⌈ nisi ex suis pecuniis huiusmodi opus construere voluerit

V. — IVST. 8, 11, 5.

7 uiiii] *V*, uii *Iust. (Hal.)* philippis *V*; philippopoli *8, 5, 19: cf. de loco ad 7, 4, 10*

XV, 1, 12 (364 Iun. 8).

IDEM AA. AD SYMMACHVM. Horrea fiscalia apud urbem Romam nec non etiam Portus in usus translata privatos cognovimus. Haec ad pristinum ..... inferioribus horreorum frumenta condantur, quae natura loci et umore vitiantur. Annonas quoque horreis antiquitus deputatas hos redhibere conpelles, qui eas in damna publica ausi sunt occupare, quarum substantiam enthecae populi Romani proficere praecipies. Sane quos invenies fabricarum destructionis auctores, ad reparationem necessario tenebis. DAT. VI ID. IVN. NAISSO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V

1 Symmachum] *praefectum urbi* 2 *exciderunt fortasse* quorum *talia:* statum restituere curabis. Curabis item ne in partibus 4 rethibere *V* 5 quarum] enthecae] *Gothofredus*, entichae *V* 5/6 precipies *V*b, procipies *V*a 6 inueniens *V*

XV, 1, 13 (364 [?] Iun. 19).

IDEM AA. TAVTOMEDI DVCI DACIAE RIPENSIS. In limite gravitati tuae commisso praeter eas turres, quas refici oportet, si forte indigeant refectione, turres administrationis tempore quotannis locis opportunis extrue. Quod si huius praecepti auctoritatem neglexeris, finita administratione revocatus in limitem ex propriis facultatibus eam fabricam, quam administrationis tempore adiumentis militum et inpensis debueras fabricare, extruere cogeris. DAT. XIII KAL. IVL. MED(IOLANO) DIVO IOVIANO ET VARRON(IANO) CONSS.

V

1 tautomedi] *idem videtur esse Teutomeres natione Francus protector domesticus (Ammianus 15, 3, 10 ad a. 354); idem nomen* Τευτομήρης *reperitur apud Libanium ep. 1288* 2/3 turres administrationis tempore] *scr.* tuae tres administrationis tempore 3 quodannis *V* oportunis *V* 5 impensis] impensis publicis *Seeck* 6 *eo die Valentinianus non fuit Mediolani*

XV, 1, 14 (365 Ian. 1).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Praesumptionem iudicum ulterius prohibemus, qui in eversionem abditorum oppidorum metropoles vel splendidissimas civitates ornare se fingunt transferendorum signorum vel marmorum vel columnarum materiam requirentes. Quod post legem nostram sine poena admittere non licebit, praesertim cum neque novam constitui fabricam iusserimus, antequam vetera reformentur, et, si adeo aliquid fuerit inchoandum, ab aliis civitatibus conveniat temperari. DAT. KAL. IAN. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE CONSS.

V

2 metropoles] *Gothofredus*, petropolis *V* 3 materia *V* 5 reformentur] *V*b, *****f*r-mentur *V*a

XV, 1, 15 (365 Feb. 16).

IDEM AA. AD DRACONTIVM. Lex sancientibus nobis rogata est, quae iudices omnes et rectores provinciarum edicto suo adque auctoritate cohibet aliquid novi operis adripere, priusquam ea, quae victa senio fatiscerent, repararent. Quae nunc etiam credidimus repetenda. DAT. XIIII KAL. MAR. MED(IOLANO) VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

3 factiscerent *V*

XV, 1, 16 (365 Mart. 15).

IDEM AA. AD MAMERTINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Censura tua hanc iudicibus licentiam penitus amputabit, ne aliquid novellum adgrediantur opus veterum inlustrium fabri-

1 hanc] *Gothofredus*, ac *V*

carum reparatione neglecta. In eo sane larga ac benigna his licentia tribuetur, ut ornamenta urbium ac decora marmorum, quae in aliquo senium temporis sentiunt, ad speciem pristinam et usum congruae utilitatis instaurent. Ceterum nihil auspicari quemquam novi operis patieris exceptis stabulorum fabricis, quae ex usu publico, si ita res tulerit, non prohibemus institui. DAT. ID. MAR. SENIGALLIA VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

3 usum congruae] urum congrua *V* 5 dat.] *locus videtur requirere* $\overline{pp}$

, 17 (365 Oct. 6).

IDEM AA. AD VALENTINIANVM CONS(VLAREM) PICENI. Si quid sinceritas tua his urbibus, quibus praeest, putaverit deferendum, instaurare antiquum opus rectius poterit quam novum inchoare. Sane si quid reparationi alicuius operis postulandum erit, non in pecunia, sed in ipsis speciebus postulare te par est. Si loca aliqua indigent novis stabulis aut horreis, videris exaedificare etiam, si emolumenta publica adverteris postulare. DAT. PRID. NON. OCTOB. VALENTINIANO ET VALENTE AA. CONSS.

V

1 ualentinus *leges aliae ad eundem datae* 2 poterit] *scr.* erit 3 alicuius] acuius *V* 5 etiam] *scr. sic fere:* recte ea etiam 6 aa. *om. V. — Annum determinant rescripta alia data ad eundem*

, 18 (374 Ian. 26).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Rectores provinciarum quodcumque opus inchoandum esse necessario viderint in aliqua civitate, id arripere non dubitent. Si civitatis eius res publica tantum in tertia pensionis parte non habeat, quantum coeptae fabricae poscat inpendium, ex aliarum civitatum rei publicae canone praesumant, tertiae videlicet portionis. P(RO)P(OSITA) VII KAL. FEB. SIRMIO GR(ATI)ANO A. III ET EQVITIO CONSS.

V

4 parte] V^b, t(?)an(?)tu(?)m(?) V^a aliorum *V*

, 19 (376 . . . .).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD SENATVM. POST ALIA: Nemo praefectorum urbis aliorumve iudicum, quos potestas in excelso locat, opus aliquod novum in urbe Roma inclyta moliatur, sed excolendis veteribus intendat animum. Novum quodque opus qui volet in urbe moliri, sua pecunia, suis operibus absolvat, non contractis veteribus emolumentis, non effossis nobilium operum substructionibus, non redivivis de publico saxis, non marmorum frustis spoliatarum aedium deformatione convulsis. LECTA IN SENATV VALENTE V ET VALENTINIANO AA. CONSS.

V

3/4 quodque] *Gothofredus*, quoque *V* 5 emolumentis] monumentis *cum prioribus Gothofredus* 7 *dies* id. Aug. *videtur esse supplendus ex* 10, 19, 8

, 20 (380 Mart. 17).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. IVLIANO P(RAE)F(ECTO) AEGYPTI. Iudex, qui ad provinciam fuerit destinatus, duas partes vel incuria vel vetustate conlabsas

2 *videntur haec male mutilata esse et sic fere explenda:* duas partes [fabricationum suarum ita instituat, ut aedes] vel incuria *cet.*

ad statum pristinum nitoris adducat adque tertiam construat novitatis, si tamen famae et propriis cupit laudibus providere. DAT. XVI. KAL. APRIL. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

V

1 construat] *Gothofredus*, constrat *V*

XV, 1, 21 (380 Aug. [?] 17).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Singuli quique iudicum primo omnium in tuendis veteribus aedificiis publicis impendant propriae sollicitudinis curam, tum adgrediantur nova. Adque studio cautae celeritatis, quidquid a superiore reppererint inchoatum, quasi a se coeptum noverint explicandum. DAT. XVI KAL. SEPTEMB. HADRIANOP(OLI) GR(ATI)ANO A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

V

4 xui kal. sept.] *in die erratum est, nam eo anno Theodosius profectus Thessalonica post Nov. 16 Constantinopolim advenit Nov. 24, iter faciens sine dubio per Hadrianopolim*

XV, 1, 22 (383 Iun. 11).

IDEM AAA. HAVE, PROCVLE K(ARISSIME) NOB(IS). Praescribtio temporis iuri publico non debet obsistere, sed ne rescribta quidem. Adque ideo diruenda sunt omnia, quae per diversas urbes vel in foro vel in quocumque publico loco ⌈ civitatis extructa noscuntur. DAT. III ID. IVN. CONSTAN(TINO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

| ⌈ contra ornatum et commodum ac decoram faciem IVST. |

V. — IVST. 8, 11, 6.

1 ad proculum *Iust.: comes Orientis* 2 ne] nec *Iust.* per] *Iust., om. V* 4 puplico *V*

XV, 1, 23 (384 Ian. 18).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ad portus et aquaeductus ⌈ instaurationem ⌈⌈ omnes certatim facta operarum conlatione instare debent neque aliquis ab huiuscemodi consortio dignitatis privilegiis excusari. DAT. XV KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

| IVST. ⌈ et murorum \| ⌈⌈ sive extructionem |

V. — IVST. 8, 11, 7.

4 huiusmodi *Iust.*

XV, 1, 24 (385 Febr. 3).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes, quibus vel cura mandata fuerit operum publicorum vel pecunia ad extructionem solito more ⌜decreta⌝, usque ad annos quindecim ab opere perfecto cum suis heredibus teneantur obnoxii, ita ut, si quid vitii in aedificatione intra praestitutum tempus provenerit, de eorum patrimonio, exceptis tamen his casibus qui sunt fortuiti, reformetur. DAT. III NON. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCADIO A. I ET BAVTONE CONSS.

| ⌜credita⌝ IVST. |

V. — IVST. 8, 11, 8.

1 idem aaa.] *V*, idem aa. arc. et *(sic) Iust. (RCM)* 4 intra] *Iust.*, infra *V* peruenerit *Iust.*

, 1, 25 (389 Iul. 17).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. PROCVLO P(RAEFECTO) V(RBIS) CONSTAN(TINO)P(OLITANAE). Turpe est publici splendoris ornatum privatarum aedium adiectione conrumpi et ea, quae conspicuae urbis decori vel nostri temporis vel prioris saeculi aetate creverunt, aviditate cogendae pecuniae sociari. Unde sublimis eminentia tua, quidquid talis astutiae deprehenderit fraude violatum, id, si publicis nitoribus faciem aspectus deterioris inducit, sive illud voluntaria praesumptione temeratum est sive expressam coactis adnotationibus occasionem fraudis obtinuit, iubebit amoveri. Tuo enim arbitrio relinquimus, a quibus temperandum quaeve diruenda diiudices. DAT. XVI KAL. AVG. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

V

4 sociari] sauciari *Reinesius* 5 astatutiae depraehenderit *V* 7 fraudis] *scr.* fraus abtinuit *V* 8 durienda *V*

, 1, 26 (390 Ian. 16).

IDEM AAA. POLEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ET ITALIAE. Quotiens clariores urbes per singulas quasque provincias expensis propriis et vectigalibus maiorem pecuniam absolvendi cuiuslibet operis necessitate deposcunt, id ex minorum viribus vindicetur, ita ut non ante poscatur, quam omnis summa, quae isdem ex suis conpendiis quaeri solet, instaurandis aedibus adsumatur. Consequens vero erit, ut in notitiam serenitatis nostrae, quotiens habita fuerit haec vectigalium usurpatio, dirigatur, quantum fuerit aliunde praesumptum, per quos expensum, quatenus consummatum. DAT. XVII KAL. FEB. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

V

2 urbis *V* et *del.* 4 omne *V* hisdem *V* 6 dirigatur] *Seeck,* diriuetur *V* 8 neotherio *V*

, 1, 27 (390 Apr. 4).

IDEM AAA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBIS) ROM(AE). Augustae in partibus civitatis magis antiqua reddi convenit quam inchoari supervacua. Nosse itaque par est officium magnitudinis tuae et ceteros, a quibus sumptus huiusmodi operibus de aerario praebebuntur, accepto omnino non ferri, si quis per usurpationem opus praeter conscientiam nostram intra aeternam urbem voluerit publica conlatione construere. Ideoque summam omnem, quae illi contra interdictum forte praebebitur, pecunia sua et propriis facultatibus pendet, sequestrata condemnatione librarum auri decem, quae plectet sacrilegam contemnentis audaciam. DAT. PRID. NON. APRIL. MED(IOLANO) VALENTINIANO A. IIII ET NEOTERIO CONSS.

V

6 que *V* pendet] *requiritur* rependet 7 plecet *V* 8 neotherio *V*

, 1, 28 (390 Apr. 4).

IDEM AAA. POLEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI ET ITALIAE. Si quis novum opus in qualibet civitate sustollere audacius quam consultius molietur, de proprio se conlaturum sumptus et perfecturum quod coeperit noscat. Nihil quippe dispensatoribus ex hoc usu feremus accepto, et contra officium adque ipsum iudicem auri pondo dena constringent, ut saltem metu, quod facere sponte debuerant, reficiendis vetustioribus inpendant laborem. DAT. PRID. NON. APRIL. MED(IOLANO) VAL(ENTINI)ANO A. IIII ET NEOTERIO V̄. C̄. CONSS.

V

1 $\overline{\text{ppo}}$] $\overline{\text{pp}}$ *V* 4 controfficium *V*[1] 6 iiii] iii *V* neotherio *V*

XV, 1, 29 (393 Febr. 27).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Ne quis iudicum nova aedificia moliatur, cum opera nonnulla aut coepta penderent aut neglecta nutarent. DAT. III KAL. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

V

XV, 1, 30 (393 Febr. 27).

IDEM AAA. AVRELIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quando concessa a nobis licentia fuerit extruendi, id sublimis magnificentia tua sciat esse servandum, ut nulla domus inchoandae publicae fabricae gratia diruatur, nisi usque ad quinquaginta libras argenti pretii aestimatione taxabitur. De aedificiis vero maioris ˹meriti˺ ad nostram scientiam referetur, ut, ubi amplior poscitur quantitas, imperialis extet auctoritas. DAT. III KAL. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

| ˹pretii˺ IVST.

V. — IVST. 8, 11, 9.

3 praetii *V* 5 referatur *Iust.*

XV, 1, 31 (394 Iul. 5).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui iudices perfecto operi suum potius nomen quam nostrae perennitatis scribserint, maiestatis teneantur obnoxii. ||
1 Illud etiam repetita sanctione decernimus, ut nemini iudicum liceat novis molitionibus industriae captare famam. Quod si quis in administratione positus sine iussu nostro aedificii alicuius iacere fundamenta temptaverit, is proprio sumptu et iam privatus perficere cogetur quod ei non licuerat inchoare, nec provincia permittetur abscedere prius, quam ad perfectam manum coeptum perduxerit et, si quid de quibuslibet publicis titulis in ea ipsa fabrica praecepto eius inpensum fuerit, reformarit. DAT. III NON. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCADIO III ET HONOR(IO) II AA. CONSS.

IVST.
Si qui iudices perfecto publicis pecuniis operi suum nomen sine nostri numinis mentione scripserint, maiestatis teneantur obnoxii *fin.*

V. — IVST. 8, 11, 10.

2 operis *V*, opere *Iust. (RM)*, operum *Iust. (C)* 5 nemine *V* 6 nobis *V* 9 perfectam manum coeptum] *scripsi*, perfectum manum coeptu *V*

XV, 1, 32 [= BREV. XV, 1, 2] (395 Iun. 21).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. EVSEBIO COM(ITI) S(ACRARVM) L(ARGITIONVM). Ne splendidissimae urbes vel oppida vetustate labantur, de reditibus fundorum iuris rei publicae tertiam partem reparationi publicorum moenium et thermarum subustioni deputamus. DAT. XI KAL. IVL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

INTERPRETATIO. Quotiens aedificia vetustate consumpta necesse fuerit reparari, ad ipsam reparationem tertiam partem de proprio fiscus inpendat.

V. — BREV. *(HNG[textum bis]O[om. int.]EXCPMLS).* — IVST. 8, 11, 11.

1 aa *om. O* csl] *V*, consl *X*, cons *C*b, conss *C*a*L*, comiti salinum *H*, com (consulari *O*) siciliae *NGOEPMS* 2 orbis *N*, urbis *E*a*MS* labuntur *PML*, labentur *E*b reditibus] hereditatibus *H*, **reditibus *E* functorum *N* iuris *om. Pith.* 3 tertia *N* reparatione *N* publicarum moenium *H*, moenium publicorum *NEXCPMLS* terinarum *L* subustione *NXC*, substitutioni (-ne *G*) *GO Pith.* 3/4 deputemus *N* 4 dat. xi k. iul. (iun. *N*) med. *(om. E)* ol. et pr. *libri* 5 consupta *H* fuerint *HPMLS* ipsa *NL* 6 reparatione *N* de (*om. P*a) proprio *om. H* fiscos *L*

, 1, 33 (395 Iul. 5).

IDEM AA. HAVE, VINCENTI, K(ARISSIME) NOBIS. Praecipua nobis cura est, ne aut provinciales nostri superindictionibus praegraventur aut opera publica pereant vetustate conlabsa. Singuli igitur ordines civitatum ad reparationem moenium publicorum nihil sibi amplius noverint praesumendum praeter tertiam portionem eius canonis, qui ex locis fundisque rei publicae quotannis conferri solet, sicut divi parentis nostri Valentiniani senioris deputavit auctoritas. DAT. III NON. IVL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V

1 Vincenti] $\overline{ppo}$ *Galliarum* 3 publicorum] *V* [1], publicarum *V* [2*] 4 noūerit *V* ex] *Gothofredus ad 5, 13, 35,* ut *V* 5 quodannis *V* 6 deputau.t *V* [a]

, 1, 34 (396 Mart. 24).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes provinciarum rectores litteris moneantur, ut sciant ordines adque incolas urbium singularum muros vel novos debere facere vel firmius veteres renovare, scilicet hoc pacto inpendiis ordinandis, ut adscribtio currat pro viribus singulorum, dein describantur pro aestimatione futuri operis territoria civium, ne plus poscatur aliquid quam necessitas imperaverit neve minus, ne instans inpediatur effectus. Oportet namque per singula ⌈ iuga certa quaeque distribui, ut par cunctis praebendorum sumptuum necessitas inponatur ⌈. DAT. VIIII KAL. APRIL. ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

⌈ non sterilia IVST.

⌈ nemini excusatione vel alia praesumptione ab huiusmodi immunitate praebenda IVST.

V. — IVST. 8, 11, 12.

3 ueteres firmius *Iust.* 4 dein describantur] *V Iust. (N),* deinde adscribantur *Iust. (reliqui)* 5 aliquid] *V Iust., malim* aliquis 9 uiiii] uiii *Iust. (Hal.)*

, 1, 35 (396 . . .).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quidquid de palatiis aut praetoriis iudicum aut horreis aut stabulis et receptaculis animalium publicorum ruina labsum fuerit, id rectorum facultatibus reparari praecipimus, qui a primo consulatu divi genitoris nostri usque praesens tempus gesserunt iudiciariam potestatem. P(RO)P(OSITA) REGIO ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

V

1 quidquid . . . . praetoriis *et* 4 potes *et* 5 nor iii *in litura V* [b] 4 *locus non convenit praefecto praetorio Orientis neque recte comparabitur 3, 1, 5*

, 1, 36 (397 Nov. 1).

IDEM AA. ASTERIO COM(ITI) ORIENTIS. Quoniam vias pontes, per quos itinera celebrantur, adque aquaeductus, muros quin etiam iuvari provisis sumptibus oportere signasti, cunctam materiam, quae ordinata dicitur ex demolitione templorum, memoratis necessitatibus deputari censemus, quo ad perfectionem cuncta perveniant. DAT. KAL. NOV. CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

3 cunctam materiam] *V* [b] *(vel V),* cuncta materia *V* [a] *(?)* 3 ordinata] *fortasse* oriunda 4 quod *V*

, 1, 37 (398 Ian. 1).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo iudicum in id temeritatis erumpat, ut inconsulta pietate nostra novi aliquid operis existimet inchoandum vel ex diversis

operibus ⸢aeramen⸣ aut marmora vel quamlibet speciem, quae fuisse in usu vel ornatu probabitur civitatis, eripere vel alio transferre sine iussu tuae sublimitatis audeat. Etenim si quis contra fecerit, ⸢tribus⸣
1 libris auri multabitur. Similis etiam condemnatio ordines civitatum manebit, nisi ornamentum genitalis patriae decreti huius auctoritate defenderint. Horreorum autem vel stabulorum fabricas arbitratu proprio provinciarum iudices studio laudandae devotionis adripiant. DAT. KAL. IAN. MED(IOLANO) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

⸢ornamenta⸣ IVST.
⸢sex⸣ IVST.

V. — IVST. 8, 11, 13.

1 uel *om. Iust.* 6 proprio] *Iust.*, pro *V* 7 kal.] *V*, iii kal. *Iust. (Hal.)*

XV, 1, 38 (398 Iul. [?] 3).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Excellens eminentia tua cuncta privata aedificia, quae coniuncta horreis publicis esse cognoverit, dirui ac demoliri praecipiet, ita ut ex quattuor lateribus privatorum consortio separata sint ac libero spatio secernantur, ut a principio fuerant fabricata. DAT. V NON. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO) A. III ET EVTYCHIANO CONSS.

V

4 secernantur] *Gothofredus*, recernantur *V* | *Bithynico*
4 *dies parum concordat cum Arcadii itinere*

XV, 1, 39 (398 Oct. 11).

IDEM AA. SEVERO P(RAEFECTO) V(RBI). Aedificia, quae ⸢vulgi more⸣ parapetasia nuncupantur, vel si qua alia opera ⸢publicis moeniis vel privatis⸣ sociata cohaerent, ut ex his incendium vel insidias vicinitas reformidet aut angustentur spatia platearum vel minuatur porticibus latitudo, dirui ac prosterni praecipimus. DAT. V ID. OCTOB. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

⸢vulgo⸣ IVST.
⸢moenibus vel publicis operibus⸣ IVST.

V. — IVST. 8, 11, 14.

2 *παραπίσσια Iust. (Graece)*, parapesia *Iust. (W^b)*, pararessia *Iust. (plerique) cf. Ducange Lexicon inf. Graec. s. u. πινσοί* 3 alia] *Iust.*, aliqua *V* moeniis] V^1, moenibus V^{2*} *Iust.* 4 coherent *V*

XV, 1, 40 (398 Dec. 13).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si aliquando operum publicorum petitores emergant, non nisi diruta penitusque destructa et quae parum sint usui civitatum petitoribus adsignentur. DAT. ID. DEC. HONORIO A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

IVST.
Si aliquando homines emergant, qui a nostra clementia opus publicum sibi praeberi postulaverint, non nisi diruta penitusque destructa et quae parum sunt in usu civitatium percipiant: intimandis huiusmodi rescriptis iudicio amplissimae tuae sedis.

V. — IVST. 8, 11, 15.

4 penitusquae *V* destructa] *Iust.*, distructa *V* 5 sit *V*

XV, 1, 41 (401 Iul. 4).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnia aedificia publica sive iuris templorum intra muros posita vel etiam muris cohaerentia, quae tamen nullis censibus

2 coherentia *V*

patuerit obligata, curiales et collegiati submotis conpetitoribus teneant adque custodiant, suarum non inmemores fortunarum, ita ut eos nullus penitus inquietet, qui aliquem locum publicum aut per sacram adnotationem meruerit aut in areis vacantibus, quae nullum usum civitatibus ornatumque praeberent, insinuata auctoritate rescribti propriis sumptibus aedificaverit. Si qua vero super huiusmodi locis fuerit orta dubitatio, non aliquid municipes sive collegiatos volumus sponte praesumere, sed a rectore provinciae ortam dirimi quaestionem vel sublimem consuli praefecturam, si iudicandi exegerit difficultas. Palatina sane officia ab his locis abstinere oportet nec praebendae instructionis gratia cuique subripiendi aditum reserari, cum, si quando a quopiam vacans locus aut area postulatur, consultius ad ordinarios iudices nostri mittantur affatus, ut, si neque usui neque ornatui civitatis adcommodum videtur esse quod poscitur, periculo ordinis et provincialis officii absque ullius gratiae conludio conpetitori sub gestorum testificatione tradantur. Pensiones autem, quae deinceps sublatae a conpetitoribus fuerint, rationabiliter inpositas reparationi iubemus proficere civitatis, exceptis videlicet pensionibus praeteriti temporis, quae iam sollemniter sacro privatoque debentur aerario. DAT. IIII NON. IVL. MED(IOLANO) VINCENTIO ET FRAVITO CONSS.

V

7 sublimi *V* 9 subripiendi] *malim* subrependi aditum] V^b, •ditum V^a 10 usui] *Tilius,* sui *V* 14 exceptis] *Gothofredus, om. V*

, 1, 42 (404 Iul. 14).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eudoxiopolitanae civitatis cives pro oblata no....... suam patriam ergasteria condonamus. Ne quis igitur ergasteria memorata a nostra serenitate deinceps petere moliatur eaque ratione civium, quorum censum cupimus ampliari, iura perturbet. DAT. PRID. ID. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO) A. VI ET ARISTAENETO CONSS.

V

1 *requiritur* idem AA. et Theodosius A. 1/2 *videntur talia excidisse:* pro oblata no[bis (*sic Haenel*) devotione conlaudamus iisque quae aiunt esse per] suam patriam 4 perturbat *V* 5 aristeneto *V*

, 1, 43 (405 Sept. 24).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Petentibus loca publica ea condicione adnuimus, ne quid usui vel ornatibus aut commodis civitatum auferatur. Et quamquam nullum opinemur existere, qui contra commoda vel ornatum propriae civitatis competitorum obreptionibus coniveret, adtamen huiuscemodi rescribta ad excellentiam tuam referri praecipimus, scientibus iudicibus, quod, si qui deinceps subrepticia voluerit allegare rescribta, non nisi reprehensione existimationis suae et poena officiorum suorum his aditum praebebunt, si in tradendis locis publicis, si qui forte nostra liberalitate fuerint concessi, excellentiae tuae non expectetur auctoritas. DAT. VIII KAL. OCTOB. RAV(ENNAE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

V

1 *requiritur* idem AAA. 2 usui] *Tilius,* ui *V* 4 conhiberet *V* rescribta non nisi ad excellentiam (ad excellentiam *in litura* V^b) *V:* non nisi (*cf. v. 6*) *hoc loco delevi* 5/6 allegare scribta *V* repraehensione *V*

, 1, 44 (406 Iun. 27).

IDEM AAA. AEMILIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quando usus exegerit vel porticus vel quaslibet aedes aetatis senio seu fortuitis concussas casibus reparari, liceat etiam incon-

1 idem aaa.] idem aa. et theod. *Iust. (R),* idem et theod. aa. *Iust. (C)* p̄u] *V,* pp. *Iust.* 2 qualibet *V*

sulta clementia nostra cum reverentia sui imaginem deponere vel nostram vel retro principum reportatamque post refecta aedificia loco proprio denuo conlocare. DAT. V KAL. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

V. — IVST. 8, 11, 16.

2 reportatamquae *V*

XV, 1, 45 (406 Oct. 22).

IDEM AAA. AEMILIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Omnibus tabulatis tam his, quae intercolumnis adfixa sunt quam his, quae superiores porticus dividunt, ad formam pristinam civitatis habitus revocetur, ascensibus etiam his, qui ad superiores porticus ducunt, tam in latiorem modum patentibus quam pro ligneis scalis lapideis gradibus fabricandis. Ita enim et pericula incendii aberunt et si qui casus adversi tulerint, facile amotis angustiis homines inter incendia discursus ac liberandi sui facultatem invenient. DAT. XI KAL. NOVEMB. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

V

1 aaa.] *scripsi,* aa. *V* tabulatis] *fortasse scr.* tabulatis sublatis 2 superioris *V* 3 dicunt *V* 5 qui] quid *Seeck*

XV, 1, 46 (406 Oct. 22).

IDEM AAA. AEMILIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Aedificia privatorum publicis aedibus adhaerentia sive superposita destrui tollique praecipimus. Et in posterum id aperte sancimus, ut, || ˹si qui aedificandi iuxta publicas aedes animos˺ dederit, quindecim pedum spatio interiecto inter publica ac privata aedificia ita sibi noverit fabricandum, ut tali intervallo et publicae aedes a periculo vindicentur et privatus aedificator velut perperam ˹fabricati loci˺ destructionis quandoque futurae non timeat detrimentum. DAT. XI KAL. NOV. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. VI ET PROBO CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ˹si cui loci proprietas aedificandi i. p. a. animum˺
˹fabricato loco˺

V. — IVST. 8, 10, 9.

1 aaa.] aa. *V*, imppp. Arc. Hon. et Theod. AAA. *Iust.* 1/2 adherentia *V* 3/4 si qui aedificandi i. p. a. animos dederit] *scr.* si cui voluntas aedificandi i. p. a. animo sederit 9 nou.] *Iust. (P Hal.) cum* 15, 1, 46, dec. *V*

XV, 1, 47 (409 Febr. 21).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MONAXIO P(RAEFECTO) V(RBI). Quicumque locus in palatio huius urbis privatis aedificiis incommode occupatus est, is quam primum subrutis omnibus quae in eo sunt aedificiis palatio reformetur. Quod privatorum non est parietibus coartandum, nam imperio magna ab universis secreta debentur: ut hi tantum locum habeant habitandi, quos legitimus maiestatis nostrae usus et rei publicae disciplina delegit, in futurum etiam universis ab huiusmodi usurpatione prohibendis. DAT. VIIII KAL. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

V. — IVST. 8, 11, 17.

4 cohartandum *V* 6 uiiii] uii *Iust. (Hal.)*

XV, 1, 48 (411 Nov. 28).

IDEM AA. BONOSIANO P(RAEFECTO) V(RBI). Nihil ex his, quae instaurationi ornatibusque singulis deputavit antiquitas, nullius colore occasionis auferri volumus. Igitur a futuro

2 ullius *malim* a *addidi*

proximo consulatu universa praedictae urbi debitorum vectigalium inlibata augmenta pervaleant. DAT. IIII KAL. DECEMB. R(A)V(ENNAE) POST CONS. VARANAE V. C.

V

2 perualeant] permaneant *Seeck,* semper ualeant *ego*

1, 49 (412 Apr. 9).

IDEM AA. HERCVLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O ILLYRICI. Constructioni murorum et comparationi transvectionique specierum universi sine ullo privilegio coartentur, ita ut in his dumtaxat titulis universi pro portione suae possessionis et iugationis ad haec munia coartentur, quo ita demum, a summis ad infimos usque sarcina decurrente, ferendi oneris non leve solacium, sed in commune omnibus profuturum communi labore curetur. Quod in partibus dumtaxat Illyricianis nostram clementiam statuisse tua sublimitas recognoscat. DAT. V ID. APRIL. CONSTAN(TINO)P(OLI) DD. NN. HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

V. — GEMINA 11, 17, 4 *(ubi vide).* — IVST. 10, 49, 1.

1 ppo] pf *V* 2 transuectionique] *gem.*, transuectionis *V* cohartentur *V* 3 pro] *gem.*, *om.* *V* munia] *gem.*, moenia *V* 4 cohartentur *V* 4/5 *fortasse scr.* ferendi oneris non levis solacium sed in c. o. profuturi

1, 50 (412 Oct. 29).

IDEM AA. ISIDORO P(RAEFECTO) V(RBI). Opus coeptum extruatur et porticus thermas Honorianas praecurrat acie columnarum, cuius decus tantum est, ut privata iuste neglegeretur paulisper utilitas. Sed ne census sui quisquam intercepta lucra deploret, sed e contrario cum pulchritudine civitatis etiam fortunas suas auctas esse laetetur, pro loco quod quisque possederat superaedificandi licentiam habeat. Nam in locum privati aedificii, quod in usum publicum translatum est, occupationem basilicae iubemus vetustae succedere, ut contractus quidam et permutatio facta videatur, cum dominus, qui suum dederat civitati, pro eo habiturus sit ex publico remota omni formidine, quod inconcusso robore et ipse habere et quibus velit tradere habebit liberam facultatem. DAT. IIII KAL. NOVEMB. CONSTAN(TINO)P(OLI) HONORIO VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

VW [incipit 3 paulisper*]*

3 lucra] *V*, iura *W* deplorit *W* 4 laetentur *W* 4/5 pro loco q. q. p. superaedificandi] *VW*, pro eo quod q. possederat insuper aedificandi *videtur requiri* 8 eo] *W*, ea *V* 9 robore] *V*[b] *W*, ..bore *V*[a] iiii *vacuo spatio relicto om.* *W* 10 aa.] a. *W*

1, 51 (413 Apr. 4).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Turres novi muri, qui ad munitionem splendidissimae urbis extructus est, completo opere praecipimus eorum usui deputari, per quorum terras idem murus studio ac provisione tuae magnitudinis ex nostrae serenitatis arbitrio celebratur, eadem lege in perpetuum et condicione servanda, ut annis singulis hi vel ad quorum iura terrulae demigraverint proprio sumptu earum instaurationem sibimet intellegant procurandam, earumque usu publico beneficio potientes curam reparationis ac sollicitudinem ad se non ambigant pertinere. Ita enim et splendor operis et civitatis munitio cum privatorum usu et utilitate servabitur. DAT. PRID. NON. APRIL. LVCIO V. C. CONS.

VW. — IVST. 8, 11, 18.

1 monitionem *W* 3 studiu *W* 4 celebratur] *V*[2] *W* *Iust.*, celeratur *V*[1] conditione *W* 5 hi] his *W* propio *W* earum] *VW*, eorum *Iust.* 6 earumque] *VW*, eorumque *Iust.* potientes] *V* *Iust.*, potientur *W* 9 uc. cons.] *V*, conss. *W*

XV, 1, 52 (424 Ian. 9).

IMP. THEOD(OSIVS) A. SEVERINO P(RAEFECTO) V(RBI). Quia plurimae domus cum officinis suis in porticibus Zeuxippi esse memorantur, reditus memoratorum locorum pro quantitate, quae placuit, ad praebenda luminaria et aedificia ac tecta reparanda regiae huius urbis lavacro sine aliqua iubemus excusatione conferri. DAT. V ID. IAN. VICTORE V̄. C̄. CONSS.

VW. — IVST. 8, 11, 19.

1 imp. theod.] *W Iust.*, idem *V* p̄u] p̄p̄o *Iust.* 2 zeusippi *W* 3 reparanda *(sic R, -dae CM)* regiae] *Iust.*, reparandae gratia *VW* 3/4 huius urbis] *W Iust.*, urbis huius *V* 4 ū] *V*, ūi *Iust.* *(Hal.)*, *vacuo spatio relicto om. W* uc.] *W*, *om. V* conss. *W*

XV, 1, 53 (425 Febr. 27).

IDEM A. ET VALENTINIANVS CAES. CONSTANTIO P(RAEFECTO) V(RBI). Exsedras, quae septentrionali videntur adhaerere porticui, in quibus tantum amplitudinis et decoris esse monstratur, ut publicis commodis possint capacitatis ac pulchritudinis suae admiratione sufficere, supra dictorum consessibus deputabit. Eas vero, quae tam orientali quam occidentali lateri copulantur, quas nulla a platea aditus adque egressus patens pervias facit, veterum usibus popinarum iubebit adscribi. His tamen ipsis, quae humiliores aliquanto adque angustiores putantur, vicinarum spatia cellularum ex utriusque lateris portione oportet adiungi, ne quid aut ministris eorundem locorum desit aut populis. Sane si qui memoratas cellulas probabuntur vel imperatoria largitate vel quacumque alia donatione aut emptione legitima possidere, eos magnificentia tua conpetens pro isdem de publico pretium iubebit accipere. DAT. III KAL. MAR. CONSTAN(TINO)P(OLI) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. I CONSS.

VW

1 idem] imp. theod. *W* constanti *W* exsedras] *sic VW* 2 adherere *VW* et] ac *W* 4 orientali .... 5 nulla *om. W* 5 patens .... 6 his tamen] *W*, pa|tamen *(mediis omissis) V* 6 ipsis *in transitu a pagina ad paginam om. W*[a] quae] que *V* 7 cellolarum *W* 8 eorondem *W*, eorumdem *V* 9 cellolas *W* imperatoriae *W* 10 aut temptatione *W* hisdem *VW* 11 dn. *om. W* ā *om. W* 12 c i *W*, caes. *V*

II [= BREV. II]. DE AQVAEDVCTV.

ii *V*[2*], *om. V*[1]. — *rubr. ante 15, 2, 7 GCS.* — de aquae ductu *(sic VW, ducto brev.) om. O.* — *Iust.* 11, 43.

XV, 2, 1 (330 Mai. 18).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMILIANVM CONSVL(AREM) AQVARVM. Possessores, per quorum fines formarum meatus transeunt, ab extraordinariis oneribus volumus esse inmunes, ut eorum opera aquarum ductus sordibus obpleti mundentur, nec ad aliud superindictae rei onus isdem possessoribus adtinendis, ne circa res alias occupati repurgium formarum facere non occurrant. Quod si neglexerint, amissione possessionum multabuntur: nam fiscus eius praedium obtinebit, cuius neglegentia perniciem formae congesserit. Praeterea scire eos oportet, per quorum praedia ⌈ ductus commeat, ut dextra laevaque de ipsis formis quindecim pedibus intermissis arbores habeant; observante ⌜tuo officio⌝, ut, si quo tempore pullulaverint, excidantur, ne earum radices fabricam formae conrumpant. DAT. XV KAL. IVN. GALLICANO ET SYMMACH(O) CONSS.

⌈ aquae IVST.

⌜officio iudicis⌝ IVST.

VW. — IVST. 11, 43, 1.

4 hisdem *VW* 5 occurrant] *VW Iust.* *(X*[t]*)*, occurrent *Iust.* *(I*[v]*)*, curent *Iust.* *(plerique)* 6 concesserit *Iust.* 8 leuaque *V* 9 tempore] *VW Iust.*, *expectamus* tempore ulterius 10 conrumpant] *V Iust.*, confungant *W* 11 x̄ū *vacuo spatio relicto om. W*

2, 2 (369 Oct. 30?).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GRATIANVS AAA. FORTVNATIANO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Aquaeductus, qui Dafnensi palatio usum aquae praestat, quorundam aviditate tenuatur adpositis maioribus fistulis, quam ex imperiali largitate meruerunt. Consensu igitur omnium in tribus locis conceptacula reparentur et singulorum nomina modusque servandus tabulis adscribatur, et si ultra licitum aliquem usurpasse constiterit, per singulos obolos librae unius auri dispendiis ingravetur. Et si sacri tenore rescribti aliqui certum modum aquae meruisse noscetur, non prius eidem accipiendi potestas aliquatenus tribuatur, nisi adito rectore ex ipso conceptaculo quantitatem quam meruit possit adipisci. DAT. III KAL. NOV. ANTIOCHIAE VAL(ENTINI)ANO N̄. P̄. ET VICTORE CONSS.

V W

1 impp. *W* aa. *W* 2 prestat *V* 3 adpositis] *W*, adpotis *V* 5 usurpasse] *W*, usurpare *V* constetirit *W* 6 tenore scribti *W* 7 modum] ***um *V*ᵃ 9 antioč *W*. *Subscriptio dubia (vide ad 10, 19, 5)*

2, 3 (382 [?] Iun. 22).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Summas quidem domus, si lavacris lautioribus praesententur, binas non amplius aquae uncias aut, si hoc amplius exegerit ratio dignitatis, supra ternas neutiquam possidere, mediocres vero et inferioris meriti domus singulis et semis contentas esse decernimus, si tamen huiuscemodi balneas easdem habere claruerit. Ceteros vero, qui mansionem spatio angustiore sustentant, ad mediae unciae usum tantum gaudere praecipimus neque obreptionem cuiquam patere, ita ut quod tibi paret officium sex librarum auri multa feriatur, nisi prodiderit usurpantes et is qui fefellit careat impetrato. DAT. X KAL. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

V W [finit 2 summas*]*.

1 impp. *W* aa. *W* 2 praesententur] *fortasse scr.* praestent 3 neutiquam] *Gothofredus*, neutique] *V* 5 mansionem sp. a. sustentant] *scripsi*, mansionem sp. a. sustentantur *V*, mansionum sp. a. sustentantur *Gothofredus* 8/9 *Clearchus praefectus urbi fuit per a. 372. 373*

2, 4 (389 [?] . . .).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. PANCRATIO P(RAEFECTO) V(RBI). Si quis de cetero vetiti furoris audacia florentissimae urbis commoda voluerit mutilare aquam ad suum fundum ex aquaeductu publico derivando, sciat eundem fundum fiscalis tituli proscribtione signatum privatis rebus nostris adgregandum. DAT. VIII . . . CONSTAN(TINO)P(OLI) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

V. — IVST. 11, 43, 2.

4/5 $\overline{\text{uiii}}$ consta$\overline{\text{np}}$ *V*. — *Annus et magistratus non conveniunt*

2, 5 (389 Aug. 28).

IDEM AAA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBIS) ROM(AE). Eos, qui aquae copiam vel olim vel nunc per nostra indulta meruerunt, eius usum aut ex castellis aut ex ipsis formis iubemus elicere neque earum fistularum quas matrices vocant cursum ac soliditatem adtemptare. DAT. V KAL. SEPT(EM)B. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

V. — IVST. 11, 43, 3.

2 eius *om. Iust.* usu *V* 3 eligere *Iust.* cursum] ursum *V*ᵃ

structum munitionis huiusce dignitate aut privatorum privilegiorum in qualibet .... studiosius adpetita. Etiam istud adiungimus, ut domos etiam clementiae nostrae, quas vetusta et innumera ab huius oneris curatione privilegia vindicabant, par condicio et sollicitudo constringat, ita tamen, ut in ceteris quae vel inlustribus vel patrimonio nostro praecedentibus edictis beneficia fuerant adtributa, intemerata permaneant. DAT. III KAL. MAI. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

V

1 in (ui *Gothofredus*) qualibet studiosius] *haec fortasse sic redintegrari poterunt:* in qualibet [re excusatione considerata licet] studiosius adpetita uetustat et *V*ᵃ

XV, 3, 5 (412 Oct. 26).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Antiquatis omnibus vel personalibus rescribtis vel per adnotationes elicitis || per Bithyniam ceterasque provincias possessores et reparationi publici aggeris et ceteris eiusmodi muneribus pro iugorum numero vel capitum, quae possidere noscuntur, adstringi cogantur. DAT. VII KAL. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS. [|| *inc.* IVST.]

V. — IVST. 10, 25, 2.

1 p̄p̄ō] p̄p̄ *V*

XV, 3, 6 (423 Febr. 15).

	IVST. 11, 75, 4:	IVST. 1, 2, 7:
IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Absit, ut nos instructionem viae publicae et pontium stratarumque ⸢operam⸣ titulis magnorum principum ⸢dedicatam⸣ inter sordida munera numeremus. Igitur ad instructiones reparationesque itinerum pontiumque nullum, genus hominum nulliusque dignitatis ac venerationis meritis cessare oportet. Domos etiam divinas ⸢ac venerandas ecclesias⸣ tam laudabili titulo libenter adscribimus. || Quam legem cunctarum provinciarum iudicibus intimari conveniet, ut noverint, quae	⸢opera⸣ ⸢dedicata⸣ ⸢*om.*⸣ || *finit*	Ad instructiones itinerum pontiumque etiam divinas domos et venerabiles ecclesias tam laudabili titulo libenter adscribimus, quia non est inter sordida munera numeratum. *fin.*

viis publicis antiquitas tribuenda decrevit, sine ullius vel reverentiae vel dignitatis exceptione praestanda. DAT. XV KAL. MART. CONSTAN(TINO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

V. — IVST. 1, 2, 7. 11, 75, 4. — BVRG. R. 17, 1.

8 meritis] *V Iust.; scr. fortasse* meritiue 9/10 aeclesias *V* 14 xu] *V Iust. 1, 2, 7 (C) et iuncta 16, 8, 25,* xui *iuncta 7, 4, 35*

IIII. DE IMAGINIBVS IMPERIALIBVS.

iiii] *V*²*, *om. V*¹. — *Iust. 1, 24:* de statuis et imaginibus.

XV, 4, 1 (425 Mai. 5).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. AETIO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). Si quando nostrae statuae vel imagines eriguntur seu diebus, ut adsolet, festis sive communibus, adsit iudex sine adorationis ambitioso fastigio, ut ornamentum diei vel loco et nostrae
1 recordationi sui probet accessisse praesentiam. || Ludis quoque simulacra proposita tantum in animis concurrentum mentisque secretis nostrum numen et laudes [|| *fin.* IVST.]

1 p̄p̄ō] p̄p̄ *V* 3 fastigio] *V Iust. (W),* fastidio *Iust. (CRM)* loco] loco addat *Seeck* 4 recordationis s. pr. a. praesentia *Iust.* 5 numen] nomen *Gothofredus*

vigere demonstrent; excedens cultura hominum dignitatem superno numini reservetur. DAT. III NON. MAI. THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINIANO) CAES. CONSS.

V. — IVST. 1, 24, 2.

1 dignitatem] *Gothofredus,* dignitatum *V* numini] *Gothofredus,* numine *V* 2 non.] | kal. *Iust. (Hal.)*

V. DE SPECTACVLIS.

u] V^{2*}, *om.* V^{1} *Iust.* 11, 41: de spectaculis et scaenicis et lenonibus.

V, 5, 1 (372 Apr. 25).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD PROBVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Magistratus et sacerdotiorum editiones, quae aut in civitatibus aut certe in his debent exigi, quas delegit antiquitas, non in potestate iudicum sint, qui plerumque, dum popularem plausum alienis spoliationibus aucupantur, ea, quae in conpetenti loco sollers diligentia praeparavit, ad alteram urbem transferri praecipiunt, sed in eorum arbitrio maneant, quorum expensis ac sumptibus procurandae sunt. DAT. VII KAL. MAI. TREV(IRIS) MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

V

1/2 $\overline{ppo}$] $\overline{pp}$ *V* 2 magistratus] magistratuum *scr.* ciuitatibus] ciuitatibus omnibus *Seeck* | 6 triū *V* arintheo *V*

V, 5, 2 (386 [392—395] Mai. 20).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nullus omnino iudicum aut theatralibus ludis aut circensium certaminibus aut ferarum cursibus vacet nisi illis tantum diebus, quibus vel in lucem editi vel imperii sumus sceptra sortiti, hisque ut ante meridiem tantum sollemnitati pareant, post epulas
1 vero ad spectaculum redire desistant. In quo tamen omnes, sive iudices sive privati, nihil penitus auri praemio dandum esse cognoscent, quod solis licet consulibus, quibus
2 erogandi moderationem vitae meritis permisimus. Illud etiam praemonemus, ne quis in legem nostram, quam dudum tulimus, committat, nullum solis die populo spectaculum praebeat, nec divinam venerationem confecta sollemnitate confundat. DAT. XIII KAL. IVN. HERACLEAE HONOR(IO) $\overline{NOB}$. $\overline{P}$. ET EVOD(IO) $\overline{V}$. $\overline{C}$. CONSS.

V

4 meridie *V* aepulas *V* 8 die p. spectaculum] *Gothofredus,* diei p. spectaculo *V* 9 confecta] *scr.* cum festa confundat dat. (*debuit esse* confundat dat) *V* 10 heracliae | *V: nisi erratum est in nomine Rufini praefecti praetorio per a. 392—395, subscriptio corrupta est*

V, 5, 3 (409 Aug. 6).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nemo iudicum ex quacumque civitate in aliud oppidum vel ex provinciae solo equos curules aurigas ⌈ cives temptet traducere, ne, dum popularibus plausibus ⌞intemperate⌟ serviunt, et publicarum rerum statum fatigent et festivitatem inpediant in cunctis oppidis celebrandam, ita ut, si quis hanc violaverit iussionem, poena teneatur ea, quae legum violatores persequitur. DAT. VIII ID. AVG. CONST(ANTINO)P(OLI) HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

IVST.
⌈ bestias histriones
⌞intemperanter⌟

VW [incipit 5 fatigent*]*. — IVST. 11, 41, 5.

4 intemperate] intemerate *V*, intemperanter *Iust.* 7 uiii id. *vacuo spatio relicto om. W*

XV, 5, 4 (424 Apr. 22).

IMP. THEOD(OSIVS) A. ISIDORO P(RAE)F(ECTO) ILLYRICI. Delforum curiae facultates novis damnis frequenter adtritas relatio tui culminis intimavit. Ideoque praeceptis ad universas Illyrici civitates iudicesque transmissis notum omnibus faciat nullum penitus spectacula oportere sollemnia urbis aeternae populis exhibere, sed unumquemque civium intra propriam civitatem debere solitae devotionis officia, prout patrimonii sui vires patiuntur, implere, gravissimae poenae interminatione proposita non solum contra eos, qui huiusmodi functiones crediderint exigendas, sed etiam contra ordinarios ubique rectores. DAT. X{KAL. MAI. CONSTAN(TINO)P(OLI) VICTORE V̄. C̄. CONS.

VW

1 pf] *V*, pfto *W* illirici *W* 2 adstrictas *W* 3 illirici *W* 7 rectores] *V*, restores *W*: | *videntur quaedam resecta huius argumenti:* si id fieri permiserint 8 uc. cons.] *V*, conss. *W*

XV, 5, 5 (425 Febr. 1).

IDEM A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Dominico, qui septimanae totius primus est dies, et natali adque epifaniorum Christi, paschae etiam et quinquagesimae diebus, quamdiu caelestis lumen lavacri imitantia novam sancti baptismatis lucem vestimenta testantur, quo tempore et commemoratio apostolicae passionis totius Christianitatis magistrae a cunctis iure celebratur, omni theatrorum adque circensium voluptate per universas urbes earundem populis denegata totae Christianorum ac fidelium mentes dei cultibus occupentur. Si qui etiamnunc vel Iudaeae impietatis amentia vel stolidae paganitatis errore adque insania detinentur, aliud esse supplicationum noverint tempus, aliud voluptatum. Ac ne quis existimet in honorem numinis nostri veluti maiore quadam imperialis officii necessitate compelli et, nisi divina religione contempta spectaculis operam praestat, subeundam forsitan sibi nostrae serenitatis offensam, si minus circa nos devotionis ostenderit quam solebat, nemo ambigat, quod tunc maxime mansuetudini nostrae ab humano genere defertur, cum virtutibus dei omnipotentis ac meritis universi obsequium orbis inpenditur. DAT. KAL. FEB. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. I CONSS.

IVST. (*praec. 2, 8, 19*) dies etiam natalis atque epifaniorum Christi et quo tempore commemoratio apostolicae passionis totius Christianitatis magistrae a cunctis iure celebratur, in quibus etiam praedictis sanctissimis diebus neque spectaculorum copiam reseramus (*seq. aliena*)

VW. — IVST. 3, 12, 6.

1 idem] imp. theod. *W* 3 natalo *V* ephifaniorum *VW* 4 quinquagessimae *V* lumeñ (*sic*) *W* 6 conmemoratio *W*, commemoratione *V* 7 magistre *V* 8 theathrorum *V*, theatorum *W* urbis *W* 10 dei ... 11 impietatis *bis W* occupantur *VW (utroque loco)* uel *om. W* | *priore loco* 10/11 uel iudaeae] *Seeck*, uel iudae *W (utroque loco)*, uel iudaei *V* pagauita*tis *W* 13 noluerint *W* honorem] horem *W* 14 nesi *W* 16 maximae *W* 17 ab] ad *W* 18 uniuersi] *W*, universis *V* 19 a.] *W*, *om. V* xi *om. W* caes. i] caes. *V*, c. i *W*

VI. DE MAIVMA.

rubr. evanuit W. — ui] *V*[2*], *om. V*[1]. — *Iust.* 11, 46.

XV, 6, 1 (396 Apr. 25).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Clementiae nostrae placuit, ut maiumae provincialibus laetitia ⌜redderetur⌝, ita

⌜reddatur⌝ IVST.

tamen, ut servetur honestas et verecundia castis moribus perseveret. DAT. VII KAL. MAI. CONSTAN(TINO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

VW. — IVST. 11, 46, 1.

1 uii *spatio vacuo relicto om. W* 2 iiii] iii *W*

V, 6, 2 (399 Oct. 2).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Ludicras artes concedimus agitari, ne ex nimia harum restrictione tristitia generetur. Illud vero quod sibi nomen procax licentia vindicavit, maiumam, foedum adque indecorum spectaculum, denegamus. DAT. VI NON. OCTOB. CONST(ANTINO)P(OLI) THEODORO V̈. Ū. CONS.

VW

2 tristitiae *V* 3 uindicabit *V* 4 ui *spatio vacuo relicto om. W* conss. *W*

VII. DE SCAENICIS.

rubr. evanuit W. — uii] *V*[2*], *om. V*[1]. — *Iust.* 11, 41 *(v. ad 15, 5 rubr.).*

V, 7, 1 (371 [367] Febr. 11).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD VIVENTIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Scaenici et scaenicae, qui in ultimo vitae ac necessitate cogente interitus inminentis ad dei summi sacramenta properarunt, si fortassis evaserint, nulla posthac in theatralis spectaculi conventione revocentur. Ante omnia tamen diligenti observari ac tueri sanctione iubemus, ut vere et in extremo periculo constituti id pro salute poscentes, si tamen antistites probant, beneficii consequantur. Quod ut fideliter fiat, statim eorum ad iudices, si in praesenti sunt, vel curatores urbium singularum desiderium perferatur, quod ut inspectoribus missis sedula exploratione quaeratur, an indulgeri his necessitas poscat extrema suffragia. DAT. III ID. FEB. TREV(IRIS) GR(ATI)ANO A. II ET PROBO V. C. CONSS.

VW

1 impp. *W* et *om. W* aa *W* pu] *fortasse scr.* ppo 2 ac] *W*, ad *V* 6 antistitis *W* consequentur *VW* 7 quod *delendum* quod ut fideliter . . . 8 quaeratur *om. W* 8 exproratione *V* 9 dat. iii *(in sp. vac. om. W)* id. feb. treu. *(sic W,* triu. *V)* gr. a. ii *(in sp. vac. om. W)* et probo uc *(sic W, om. V) libri: Viventio in praefectura urbis successit Praetextatus a. 367, itaque erratum est aut in inscriptione aut in subscriptione*

V, 7, 2 (371 Sept. 6).

IDEM AAA. AD IVLIANVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Ex scaenicis natas, si ita se gesserint, ut probabiles habeantur, tua sinceritas ab inquietantium fraude direptionibusque submoveat. Eas enim ad scaenam de scaenicis natas aequum est revocari, quas vulgarem vitam conversatione et moribus exercere et exercuisse constabit. DAT. VIII ID. SEPT. MOGONTIACI GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

VW

1 aa. *W* 2 probabilis *W* sinciritas *W* direptionisque *W* 3 aequm *V* 4 conuersationem *W* uiii *vacuo spatio relicto om. W* 4/5 mogontiaci] *W*, magontiaci *V* 5 gratiano . . . probo *om. W* cons. *W*

V, 7, 3 (376 Mart. 10).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD HESPERIVM PROC(ONSVLEM) AFRIC(AE). Non invidemus, sed potius cohortamur amplectenda felicis populi studia,

1 impp. *W* aa. *W* 2 inuidem *(sic) V*

gymnici ut agonis spectacula reformentur. Verumtamen cum primates viri populi studiis ac voluptatibus grati esse cupiant, promptius permittimus, ut integra sit voluptas, quae volentium celebretur inpensis. DAT. VI ID. MART. TREV(IRIS) VALENTE V ET VAL(ENTINI)ANO AA. CONSS.

VW. — IVST. 11, 41, 1.

1 gimnici *W* *ante* uerumtamen *quaedam de impensis ludorum aerario onerosis resecta esse apparet* 2 uoluntas *Iust.* 3 expensis *W* ui id. mart. *vacuo spatio relicto om. W* triuer. *W*, triū *V*

XV, 7, 4 (380 Apr. 24).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD PAVLINVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Mulieres, quae ex viliori sorte progenitae spectaculorum debentur obsequiis, si scaenica officia declinarint, ludicris ministeriis deputentur, quas necdum tamen consideratio sacratissimae religionis et Christianae legis reverentia suae fidei mancipavit; eas enim, quas melior vivendi usus vinculo naturalis condicionis evolvit, retrahi vetamus. Illas etiam feminas liberas a contubernio scaenici praeiudicii durare praecipimus, quae mansuetudinis nostrae beneficio expertes muneris turpioris esse meruerunt. DAT. VIII KAL. MAI. MED(IOLANO) GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

VW. — GEMINA (?) 15, 7, 9.

1 impp. *W* aa. *W* 2 mulieris *W* 3 conderatio *W* 4 chistianae *V*ᵃ leges reuerentiae suae suae *W* 5 trahi *W* 7 benificio *W* numeris turpiores *V* 7/8 dat. uiii (*V*, ui *W*) k. mai. med. (*om. W*) grat. u et th. i (ii *VW*) aa. (a. *W*) *libri*

XV, 7, 5 (380 Apr. 24).

IDEM AAA. AD PAVLINVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quisquis thymelicam ex urbe venerabili inmemor honestatis abduxerit eandemque in longinqua transtulerit seu etiam intra domum propriam, ita ut voluptatibus publicis non serviat, retentarit, quinque librarum auri inlatione multetur. DAT. V KAL. MAI. MED(IOLANO) GRATIANO V ET THEOD(OSIO) I AA. CONSS.

VW

1 aa. *W* tymelicam *VW* 2 transtulit *W* 3 uoluptibus *W*

XV, 7, 6 (381 Apr. [?] 24).

IDEM AAA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Equos, quos ad sollemne certamen vel mansuetudinis nostrae largitio subministrat vel diversorum ex amplissimo ordine magistratuum, hactenus ad copiam providendos serenitas nostra decrevit, ut, quidquid illud est, quod palmarum numero gloriosum et celebratis utrimque victoriis nobile congregatur, spectaculis potius urbanae plebis inserviat quam praedae adque compendio deputetur. || Quisquis igitur ex eo, quod vel serenitas nostra vel ordinarii consules vel praetores in huiuscemodi tribuunt voluptates, quamlibet commodis conpendioque privato derivandam duxerit esse iacturam, unius auri librae condemnatione multatus largitionibus nostris cogatur esse munificus. DAT. VIII KAL. MAI. TREV(IRIS) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

IVST.
|| Quisquis equos, quos vel serenitas nostra vel ordinarii consules tribuunt voluptatibus, ad commodum compendiumque privatum abduxerit, unius librae auri condemnatione multetur. *fin.*

VW. — IVST. 11, 41, 2.

1 aa. *W* uerianum *W* 3 illud] *W*, lud *V* 9 diriuandam *W* iacturam] *VW*, iuncturam *Gothofredus vix recte* 11 uiii *vacuo spatio relicto om. W* mart. *W* triu. *VW* eucerio *W*

V, 7, 7 (381 Mai. 8).

IDEM AAA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Eos qui agitandi munus exercent inl(ustris) auctoritas tua nullis praeter circense certamen adfici noverit oportere suppliciis. DAT. VIII ID. MAI. EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

V. — IVST. 11, 41, 3.

1 aa. W eos] W *Iust.*, equos V 2 circense] V, cense W oportere] W *Iust.*, pertinere V 3 uiii *vacuo spatio relicto om.* W eucherio et syagrio *om.* W

V, 7, 8 (381 Mai. 8).

IDEM AAA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Scaenae mulier si vacationem religionis nomine postularit, obtentu quidem petitionis venia ei non desit, verum si post turpibus volutata conplexibus et religionem quam expetierit prodidisse et gerere quod officio desierat animo tamen scaenica detegetur, retracta in pulpitum sine spe absolutionis ullius ibi eo usque permaneat, donec anus ridicula senectute deformis nec tunc quidem absolutione potiatur, cum aliud quam casta esse non possit. DAT. VIII ID. MAI. AQVIL(EIAE) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

VW

1 id. aaa. ad ualerianum p. u.] V, dat. ad quem supra W 2 petionis W uenia ei] *Gothofredus*, ueniae VW 3 uoluptata V prodisse W 4 detegitur W detracta V puplitum V 6 uiii *vacuo spatio relicto om.* W aquil. W, áquila V 7 eucerio W

V, 7, 9 (381 Aug. 28).

IDEM AAA. HERASIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Quaecumque ex huiusmodi faece progenitae scaenica officia declinarint, ludicris ministeriis deputentur, quas necdum tamen sanctissimae religionis et in perenne servandae Christianae legis secretorum reverentia suae fidei vindicarit. Illas etiam feminas liberatas contubernio scaenici praeiudicii durare praecipimus, quae mansuetudinis nostrae beneficio expertes muneris turpioris esse meruerunt. P(RO)P(OSITA) KARTHAGINE V KAL. SEPTEM(B.) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

VW. — GEMINA (?) 15, 7, 4.

1 aa. W erasio W proc.] pu V 2 declinarint] *gem.*, declinare VW 3 religioni VW in *om.* W perennae V 5 praeprecipimusque W turpiores W 6 syagrio et eucerio W, eucherio et syagrio V

V, 7, 10 (385 Iun. 24).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Fidicinam nulli liceat vel emere vel docere vel vendere vel conviviis aut spectaculis adhibere. Nec cuiquam ad delectationis desiderium erudita feminea musicae artis studio liceat habere mancipia. DAT. VIII KAL. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. I ET BAVTONE V. C. CONSS.

VW

1 aa. W 1/2 uel docere] V, u(?)e(?)docere W, *fort. scr.* uel conducere 2 conbibiis (?) W ad] aut V 4 uc.] W, *om.* V

V, 7, 11 (393 Sept. 21).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nulla mima gemmis, nulla sigillatis sericis aut textis utatur auratis. His quoque vestibus

1 imppp. *vacuo spatio relicto om.* W aa. W

noverint abstinendum, quas Graeco nomine alethinocrustas vocant, in quibus alio admixtus colori puri rubor muricis inardescit. Uti sane isdem scutlatis et variis coloribus sericis auroque sine gemmis collo brachiis cingulo non vetamus. DAT. XI KAL. OCTOB. CONST(ANTINO)-P(OLI) THEOD(OSIO) A. III ET ABVNDANTIO CONSS.

VW

1 quas] *W*, quos *V* aletinocrustas *W*, a latino crustas *V*; *vocabulum aliunde ignotum compositum est ex ἀληθινός = purpureus et χρῶμα = color (cf. Stephanus s. v. ἀληθινοχρώστης)* 2 robur *V* hisdem *VW* scutlatis *W*, scuclatis *V* siricis *W* 3 bracchiis *VW*

XV, 7, 12 (394 Iun. 29).

IVST. 11, 41, 4

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qua in publicis porticibus vel in his civitatum locis, in quibus nostrae solent imagines consecrari, pictura pantomimum veste humili et rugosis sinibus agitatorem aut vilem offerat histrionem, ilico revellatur, neque umquam posthac liceat in loco honesto inhonestas adnotare personas; in aditu vero circi vel in theatri proscaeniis ut conlocentur, non vetamus. || *fin. 11, 41, 4*
1 His illud adicimus, ut || IVST. 1, 4, 4 mimae et quae ludibrio corporis sui quaestum faciunt publice habitu earum virginum, quae deo dicatae sunt, non utantur, || *fin.* et ut nulla femina nec puer thymelici consortio inbuantur, si Christianae religionis esse cognoscitur. DAT. III KAL. IVL. HERACL(EAE) ARCAD(IO) A. III ET HONOR(IO) A. II CONSS.

VW [finit 8 tymelici*]*. — IVST. 1, 4, 4. 11, 41, 4.

1 aa. *W* plubicis *W* 3 pantomimum veste humili] ••••••••••••••ntomium *W* 4 uile *W* revelatur *V* 7 ludibrio] *W Iust.*, ludebrio *V*[2], lubrio *V*[1] 9 utantur] *W Iust.*, utentur *V* et *om. W* tymelici *VW*

XV, 7, 13 (413 Febr. 8 (?).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. DIOGENIANO V(IRO) C(LARISSIMO) TRIB(VNO) VOLVPT(ATVM). Mimas diversis adnotationibus liberatas ad proprium officium summa instantia revocari decernimus, ut voluptatibus populi ac festis diebus solitus ornatus deesse non possit. DAT. VI ID. FEB. R(A)V(ENNAE) CONSTANTIO V̄. C̄. CONS.; ACC. A TRIBVNO VOLVPT(ATVM) X KAL. FEB. KARTHAGINE POST CONS. HONOR(II) VIIII ET THEOD(OSII) V AA.

V

2 diversis] *scr.* diuinis 4 cons.] caes. *V* acc. . . . 5 theodosio u aa. conss. *(sic V) tota perversa sunt; epistula data a. 414 m. Ianuario (notabile est abesse nomen consulis ex Oriente nuntiandi) accipi non potuit anno praecedente mense Februario.* 5 aa.] aa. conss. *V*

VIII. DE LENONIBVS.

uiii] *V*[2*], *om. V*[1]. — *Iust.* 11, 41 *(v. ad 15, 5 rubr.)*.

XV, 8, 1 (343 Iul. 4).

IMP. CONSTANTIVS A. AD SEVERVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Si quis feminas, quae se dedicasse venerationi Christianae legis sanctissimae dinoscuntur, ludibriis quibusdam subicere voluerit ac lupanaribus venditas faciat vile ministerium prostituti pudoris explere, nemo alter easdem coëmendi habeat facultatem, nisi aut ii, qui ecclesiastici esse noscuntur aut Christiani homines demonstrantur, conpetenti pretio persoluto. DAT. IIII NON. IVL. HIERAP(OLI) PLACIDO ET ROMVLO CONSS.

V (cum Solms.).

1 constantinus *V* pu] *obstat laterculus praefectorum* 3 praestituti *V* 4 facultatem . . . ecclesiastici] fatici *(omisso uno versu archetypi V) Solms.* hii *V* aeclesiastici *V* 5 x̄piani *V*

8, 2 (428 Apr. 21).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. FLORENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Lenones patres et dominos, qui suis ⸢filiis⸣ vel ancillis peccandi necessitatem inponunt, nec iure frui dominii nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione subduci, ne potestatis iure frui valeant neve quid eis ita possit adquiri. Sed ancillis filiabusque, si velint, conductisve pro paupertate personis, quas sors damnavit humilior, episcoporum liceat, iudicum etiam defensorumque implorato suffragio omni miseriarum necessitate absolvi, ita ut, si insistendum eis lenones esse crediderint vel peccandi ingerant necessitatem invitis, non amittant solum eam quam habuerant potestatem, sed proscribti poenae mancipentur exilii metallis addicendi publicis, quae minor poena est, quam si praecepto lenonis cogatur quispiam coitionis sordes ferre, quas nolit. DAT. XI KAL. MAI. FELICE ET TAVRO CONSS.

IVST. 11, 41, 6	IVST. 1, 4, 12
⸢filiabus⸣	**Si lenones patres vel domini suis filiabus vel ancillis peccandi necessitatem imposuerint, liceat filiabus vel ancillis episcoporum implorato suffragio omni miseriarum necessitate absolvi *fin.***

V (cum Solms.). — IVST. 1, 4, 12. 11, 41, 6.

7 eos] *Iust.*, hac *V* ne] *Iust.*, nec *V* 8 ualeant neue] *Iust.*, ualeat ne *V* 14 poenae] *Iust. (rel.)*, poena *V Iust. (Hafn.)* pancipentur *V* 15 choitionis *V* 16 xi] *V*, xiii *Iust. 1, 4, 12 (PL)*, xiu *Iust. 1. 4, 12 (D)*

VIIII. DE EXPENSIS LVDORVM.

uiiii] V^{2*}, *om.* V^{1}. — *Iust.* 11, 42: de expensis publicorum ludorum.

9, 1 (384 Iul. 25).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD SENATVM. Nulli privatorum liceat holosericam vestem sub qualibet editione largiri. Illud etiam constitutione solidamus, ut exceptis consulibus ordinariis nulli prorsus alteri auream sportulam, dip-
1 tycha ex ebore dandi facultas sit. Cum publica celebrantur officia, sit sportulis nummus argenteus, alia materia diptychis. Nec maiorem argenteum nummum fas sit expendere, quam qui formari solet, cum argenti libra una in argenteos sexaginta dividitur; minorem dare volentibus non solum liberum, sed etiam honestum esse permittimus. DAT. VIII KAL. AVG. HERACLEAE RICHOMERE ET CLEARCHO CONSS.

V (cum Solms.).

2 olosericam *V* 3/4 dyptica *V* 5 argenteum] V^{2*}, argeum V^{1} dypticis *V* 8 uiii k.] uii k. *iuncta Iust.* 1, 16, 1 heracliae *V*

9, 2 (409 Febr. 25).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) V(RBI). Cunctos iudices admonemus, ut ludorum quidem, quibus moris est, intersint festivitati et oblectamentis favorem eliciant populorum, verum expensarum non excedant duorum solidorum librata inpendia, nec inconsulta plausorum insania curialium vires, fortunas civium, principalium domus, possessorum opes, rei publicae robur evellant: exceptis alytarchis Syriarchis agonothetis itemque Asiarchis et ceteris, quorum nomen votiva festivitatis sollemnitas dedicavit. DAT. V KAL. MARTIAS CONSTAN(TINO)P(OLI) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

V

3 eliceant *V* 5 possesorum *V* euellant] *scr.* euellat alytharcis syriarcis *V* 7 aa. *om. V*

X. DE EQVIS CVRVLIBVS.

x] *V*[2*], *om.* *V*[1].

XV, 10, 1 (371 Ian. 1).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD AMPELIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Palmatis adque Hermogenis equis, quos in curulis certaminis sorte vel contentionis incertum vel annorum series vel diversa ratio debiles fecit, ex horreis fiscalibus alimoniam praeberi decrevimus, equos vero Hispani sanguinis vendendi solitam factionariis copiam
1 non negamus. Illud quoque sinceritas tua praecipiat observari, ne Graecorum equorum nomina, qui hinc missi fuerint, commutentur. DAT. KAL. IAN. GRATIANO A. II ET PROBO CONSS.

V

2 equos *V* currulis *V*

XV, 10, 2 (381 Apr. 22).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. AD VALERIANVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Equos voluptatibus profuturos nequaquam Campanorum populus adsequatur, quam si duo milia modiorum fabae per singulas factiones stabulorum in urbe venerabili necessaria antiqua et sollemni praebitione contulerint. DAT. X KAL. MAI. AQVIL(EIAE) SYAGRIO ET EVCHERIO CONSS.

V

4 praebitione] *Gothofredus*, praebitioni *V*

XI. DE VENATIONE FERARVM.

xi] *V*[2*], *om.* *V*[1]. — *Iust.* 11, 45.

XV, 11, 1 (414 Mai. 20).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MAVRIANO COM(ITI) DOMESTIC(ORVM) ET VICES AG(ENTI) MAG(ISTRI) MIL(ITVM). Occidendorum leonum cunctis facimus potestatem, neque ⸢aliquando⸣ sinimus quemquam calumniam formidare, ‖ cum et salus nostrorum provincialium voluptati nostrae necessario praeponatur et haec ipsa propria voluptas intercludi minime videatur, quandoquidem occidendi feras, non venandi venundandique licentiam dederimus. Occidendi igitur memoratas feras, et ducibus et officiis eorum conventis, cunctis licentia tribuatur. DAT. XIII KAL. IVN. CONSTANTIO ET CONSTANTE VV. CC. CONSS.

IVST.
⸢aliquam⸣
‖ *fin.*

V (cum Solms.). — IVST. 11, 45, 1.

4 uoluptati] *Gothofredus*, uoluptatis *V* | 7/8 conuentis] *fortasse* non conuentis
5 uoluptas] *Gothofredus*, uoluptatis *V*

XV, 11, 2 (417 Sept. 27).

IDEM AA. MONAXIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Praesidalis officii Eufratensis deploratione conperimus eos, qui transductioni ferarum a duciano officio deputantur, pro septem vel octo diebus contra legationum formam tres vel quattuor menses in Hieropolitanam urbem residentes post expensas tanti temporis etiam caveas exigere, quas nulla praeberi consuetudo permittit. Ideoque ‖ praecipimus, bestias ⸢, quae ad comitatum ab omnibus limitum duci-

IVST.
‖ *inc.*
⸢ autem

3 legationum] *scr.* delegationum 5 praecipimus *post* 827, 2 retineri *Iust.* 6 quae] qui *V*

bus transmittuntur, non plus quam septem diebus intra singulas civitates retineri; ⌜scientibus ducibus et eorum officiis, si quid contra haec commissum fuerit, quinas se libras auri fisci viribus inlaturos⌝. DAT. V KAL. OCTOB. CONSTAN(TINO)P(OLI) D. N. HONOR(IO) A. XI ET CONSTANTIO II V. C. CONSS.

⌜violatoribus eorum quinas l. a. f. v. inlaturis⌝

V. — IVST. 11, 45, 1.

XII. DE GLADIATORIBVS.

xii] *V*[2*], *om. V*[1]. — *Iust.* 11, 44: de gladiatoribus penitus tollendis.

V, 12, 1 (325 Oct. 1).

IMP. CONSTANTINVS A. MAXIMO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cruenta spectacula in otio civili et domestica quiete non placent. Quapropter, ⌜qui⌝ omnino gladiatores esse prohibemus || eos, qui forte delictorum causa hanc condicionem adque sententiam mereri consueverant, metallo magis facies inservire, ut sine sanguine suorum scelerum poenas agnoscant. P(RO)P(OSITA) BERYTO KAL. OCTOB. PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

IVST. ⌜qui⌝ *om.* || *fin.*

V (cum Solms.). — IVST. 11, 44, 1.

1 ppo] *immo* uicario Orientis *(cf. 12, 1, 12)*

V, 12, 2 (357 Oct. 17).

IMP. CONSTANTIVS A. ET IVLIANVS C. AD ORFITVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Universi, qui in urbe Roma gladiatorium munus impendunt, prohibitum esse cognoscant sollicitandi auctorando milites vel eos, qui palatina sunt praediti dignitate, sex auri librarum multa inminente, si quis contra temptaverit. Sponte etiam ad munerarium adeuntes per officium sublimitatis tuae ad magistros equitum ac peditum aut eos, qui gubernant officia palatina, oneratos ferreis vinculis mitti conveniet, ut huius legis statuto palatii dignitas a gladiatorio detestando nomine vindicetur. DAT. XVI KAL. NOV. CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

V

3 auctorando] *scripsi,* auctorandos *V* sex] ex *V*

V, 12, 3 (397 Apr. 7?).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. AD POPVLVM. POST ALIA: Si quos e gladiatorio ludo ad servitia senatoria transisse constabit, eos in extremas solitudines amandari decernimus. DAT. ET P(RO)P(OSITA) ROMAE CAESARIO ET ATTICO CONSS.

V

2 transsisse *V* amandari] *Cuiacius,* emendari *V* 3 dat. et pp] *vide ad 10, 10, 2*

XIII. DE VSV SELLARVM.

xiii] *V*[2*], *om. V*[1].

V, 13, 1 (396 Dec. 25).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CLAVDIO P(RAEFECTO) V(RBI). Exceptis plebeis scaenicis et qui spectaculo sui praebuit populo materiam voluptatis et tabernariis, ceteris

2 qui] quis *V* sui] *Gothofredus laudans Dig. 3, 2, 2, 5,* suo *V*

omnibus usum sellarum et sedendi ac conveniendi in publicum tribuimus facultatem. DAT. VIII KAL. IAN. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

V

XIIII [= BREV. III]. DE INFIRMANDIS HIS, QVAE SVB TYRANNIS AVT BARBARIS GESTA SVNT.

xiiii] *V*²*, *om. V*¹ his *om. O* quae] qui *EX* aut (uel *G*) barb. *om. O*

XV, 14, 1 (324 Mai. 16).

IMP. CONSTANTINVS A. AD CONSTANTIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Remotis Licini tyranni constitutionibus et legibus omnes sciant veteris iuris et statutorum nostrorum observari debere sanctionem. P(RO)P(OSITA) XVII KAL. IVN. CRISPO III ET CONSTANTINO III CAESS. CONSS.

V

2 nostrorum *bis V* 3 xuii k. ian.] *Licinius cum victus sit primum apud Hadrianopolim Iul. 2 (vide 7, 20, 1), iterum ad Chrysopolim die Sept. 18 vel 20, quae duo proelia plerique referunt ad a. 323, deinde post tractatus inter eum et Constantinum habitos occisus, dies traditus huius legis a. 324 Mai. 16 recte videtur posse retineri neque cum Gothofredo mutabimus* Iun. *in* Ian. *nec cum chronicis Constantinopolitanis (chr. min. I p. 232) proelia illa transferemus in a. 324.*

XV, 14, 2 (325 Febr. 12).

IDEM A. AD VNIVERSOS PROVINCIALES. Tyranni et iudicum eius gestis infirmatis nemo per calumniam velit quod sponte ipse fecit evertere nec quod legitime gestum est. DAT. PRID. ID. FEB. PAVLINO ET IVLIANO CONSS.

V

2 uelit] *Gothofredus*, uel id *V*

XV, 14, 3 (326 Iul. 8).

IDEM A. ANTIOCHO P(RAE)F(ECTO) VIG(I)L(VM). Quae tyrannus contra ius rescribsit non valere praecipimus, legitimis eius rescribtis minime inpugnandis. DAT. VIII ID. IVL. ROM(AE) CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

V

2 *tam hanc quam sequentem subscriptionem Seeckius (Zeitschrift der Savigny-Stiftung, röm. Abth. 10 p. 207) reicit; constitutiones latas videri Maxentio devicto, cum agentes de rebus urbanis vix possint referri ad Licinium, nec nego difficile id admitti; sed obstant annus et mensis consentientes cum Constantini vicennalium celebratione facta Romae a. 326 Iul. 25, etsi eius adventus incidisse videtur in diem Iul. aut 18 aut 21 (CIL. I p. 397), itaque in diebus erratum est. Potest Licinius senatores quosdam morantes in partibus Orientis inter navicularios retulisse eoque sublato Romae ob aliquam causam apud praefectum vigilum controversia nata esse de eius argumenti rescripto Liciniano. Antiochus praefectus vigilum cum redeat in constitutionibus a. 319 (2, 10, 1 + 2, 10, 2) aliaque dubia a. 314* (1, 2, 1), *non obstat subscriptioni traditae*

XV, 14, 4 (326 Iul. 15).

IDEM A. AD SENATVM. Super his, qui ex senatoribus ad navicularium munus a tyranno deiecti sunt ac restitui suis natalibus deprecantur, placuit vestrae sanctitati iudicium examenque mandare, ut vos eligatis, qui splendori vestro patrimonii viribus et honestate vivendi et natalium dignitate respondent. Incongruum est enim tantae dignitatis arbitrium alteri potius quam vestris suffragiis sententiisque conmittere. Eorum

2 ac] hac *V* depraecantur *V* 2/3 iudicum *V*

autem, quos ut dignos elegeritis, nomina p(rae)f(ectus) urbis nobis insinuet, ut vestrum iudicium conprobemus. DAT. ID. IVL. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

V

2 *propter subscriptionem vide ad praecedentem*

', 14, 5 (352 Nov. 3).

IMP. CONSTANTIVS A. ET CONSTANS C. AD VNIVERSOS PROVINCIALES ET POPVLVM. Quae tyrannus vel eius iudices contra ius statuerunt, infirmari iubemus reddita possessione expulsis, ut qui vult ab initio agat. Emancipationes autem et manumissiones et pacta sub eo facta et transactiones valere oportet. DAT. III NON. NOV. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. V ET CONSTANTE CONSS.

V

1 *lex emissa est a Constantio in Italia contra Magnentium etiamtum vivum; inscriptio et subscriptio, ut passim fit in Theodosiano, Constantium Gallum appellant Constantem*

', 14, 6 (388 Sept. 22).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TRIFOLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullus sibi honorem audeat vindicare, quem tyrannica concessit audacia, sed ad pristinum statum damnata praesumptio revocetur. DAT. X KAL. OCTOB. AQVIL(EIAE) THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO CONSS.

V

', 14, 7 (388 Oct. 10).

IDEM AAA. TRIFOLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omne iudicium, quod vafra mente conceptum iniuriam, non iura reddendo Maximus infandissimus tyrannorum credidit promulgandum, damnabimus. Nullus igitur sibi lege eius, nullus iudicio blandiatur. DAT. VI ID. OCTOB. MED(IOLANO) THEOD(OSIO) A. II ET CYNEGIO CONSS.

V

2 iniuriam] *Gothofredus*, iniuria *V*

', 14, 8 (389 Ian. 14).

IDEM AAA. CONSTANTIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O GALLIARVM. Omnes, qui tyranni usurpatione provecti cuiuslibet acceperunt nomen inlicitum dignitatis, codicillos adque epistulas et promere iubemus et reddere. Iuris quoque dictionem adque sententias, quas promere nequiverunt qui iudicum nomen habere non potuerunt, ex omnibus publicorum monumentorum scriniis iubemus auferri, ut abolita auctoritate gestorum nullus his iudicatis conetur inniti, quae et tempore et auctore delentur. Exceptis his tantum negotiis adque in sui integra firmitate mansuris, quae conventionibus pactisque finita sunt, si dolo metuve caruerunt: his quoque pariter exceptis, quae donatio transtulit, emancipatio liberavit, contulit manumissio praemia meritae servitutis, quia in his omnibus voluisse sat iuris est. DAT. XVIIII KAL. FEB. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO VV. CC. CONSS.

V

4 poterunt *V* 8 emancipatio] *Gothofredus*, mancipatio *V* 9 praemio emeritae seruitutis *Gothofredus*, praemia meritae seruituti *ego*

XV, 14, 9 (395 Apr. 21).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. ANDROMACHO P(RAEFECTO) V(RBI). Valeat omnis emancipatio tyrannicis facta temporibus; valeat a dominis concessa libertas; valeat celebrata et actis quibuslibet inserta donatio; valeat deficientium omne iudicium; valeat universa venditio; valeant sententiae iudicum privatorum — convelli enim iudicium non oportet — quos partium elegit adsensus et conpromissi poena constituit; valeant conceptae sollemniter pactiones; valeant scribturae, quibus aut fides rerum aut ratio probatur aut debitum; valeant apud quemlibet habitae spontaneae professiones; valeat deposita super instituenda lite testatio; valeat impetratio iuris communium liberorum; valeat procuratio scaevis mandata temporibus; datus tutor vel curator optineat firmitatem; valeat in sponsam perfecta largitio; doli ac vis et metus inchoata actio in tempus legitimum perseveret; bonorum admissa possessio et adfectus adeundae hereditatis obtineat et interdicti beneficium non amittat; valeat in integrum restitutionis petitum auxilium; valeat vindicatio .... identidem desiderata tribuatur; locatio et conductio inviolabilem obtineant firmitatem; interdicti beneficia tempora infausta non mutilent; postulata inofficiosi actio et inmodicarum donationum rescissio petita servetur; beneficia transacta non titubent; sacramento terminata permaneant; pignoris adque fiduciae obligatio perseveret. Stent denique omnia, quae in placitum sunt deducta privatum, nisi aut circumscribtio subveniet aut vis aut terror ostenditur. Funestorum tantum consulum nomina iubemus aboleri, ita ut his reverentia in lectione recitantium tribuatur, qui tunc in Oriente annuos magistratus victuris perpetuo sunt fascibus auspicati; tempus vero ipsum, ac si non fuerit, aestimetur, si quidem tunc temporis omissa aliqua praescribtio taciturnitatis etiam de illis, quae confirmavimus, non possit obponi. DAT. XI KAL. MAI. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V Epit. Parisina (Haenel brev. p. 244).

4 iudicium *V* 5 quos] *scripsi*, quas *V* 7 debitum] *scripsi*, debitu *V* 11 admissa] *Gothofredus*, amissa *V* (*cum scholio*: perdita bonorum possessio) 12 in *om. V* 13 *ante* identidem reparatio *simileve vocabulum excidit; uindicatio rursus tribuatur optata *scholia Vat.* 16 perseuerent *V* 17 deductam *V* subuenit *malim* 19 annuus *V*

XV, 14, 10 (395 Apr. 26).

IDEM AA. EVLOGIO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). Qui tyranni Maximi secuti iussionem fundos perpetui iuris non ab ordinariis iudicibus, sed a rationalibus acceperunt, eorum amissione plectantur adque ad rem privatam denuo revertantur. DAT. VI KAL. MAI. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V

1 aaa. *V* maximi] *fortasse del., nam intellegi videtur Eugenius* 3 adque] *fortasse* eaque reuert.ntur *V*[a]

XV, 14, 11 (395 Mai. 18).

IDEM AA. ANDROMACHO P(RAEFECTO) V(RBI). Fas est sequi nos paternae dispositionis arbitrium adque ideo universos cuiuslibet ordinis viros, de quibus lex nostra reticuerat, ad veniam volumus pertinere et beneficia inopinantibus ultro deferimus, sancientes hac lege, ne is, qui tyranni tempore militavit vel etiam qualibet administratione donatus est aut honoraria dignitate perfunctus vel quicumque in aliquo honore diversis locis aut exactionibus praefuerunt, notam infamiae sustineant, aut deformi vocabulo polluantur. Quibus eas tantum dignitates valere decernimus, quas ante tyrannicum tempus habuerunt. DAT. XV KAL. IVN. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V

4 his *V* 4/5 administratione donatus aut hon. dignitate perfunctus] administratione perfunctus aut hon. dignitate donatus *Seeck*

14, 12 (395 Iun. 17).

IDEM AA. EVSEBIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. His, quos tyrannici temporis labes specie dignitatis infecerat, inustae maculae omnem abolemus infamiam. Cunctis igitur statum priorem sine cuiusquam loci aut ordinis exceptione tribuimus, ut utantur omnes iure communi, teneant statum veteris dignitatis, ita ut nihil sibi ex his quos adepti fuerant honoribus blandiantur. DAT. XV KAL. IVL. MED(IOLANO) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

V

5 *dies suspectus (vide ad 6, 4, 27)*

14, 13 (413 Aug. 3).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. ' Heracliani vocabulum nec privatim nec publice ulla memoria teneat, ideoque submovenda esse censemus, quaecumque sub eo gesta esse dicuntur. Libertates quoque, quoniam certum est scelere eius sollemnitatem consulatus esse pollutam, in melius revocamus, sciatque dominorum voluntas iterandum esse, quod illo auctore advertit stare non posse; semel tamen mutatae condicionis beneficium inplendum esse praecipimus et ita repeti manumissionum consuetudines nunc iubemus, ut nullus sub hac occasione incipiat nolle quod voluit. DAT. III NON. AVG. R(A)V(ENNAE) POST CONS. HONOR(II) VIIII ET THEOD(OSII) V. AA.

V

8 aa.] aa. conss. *V*

14, 14 [= BREV. XV, 3, 1] (416 Mart. 1).

IDEM AA. CONSTANTIO COM(ITI) ET PATRICIO. Sub clade barbaricae depopulationis si qua aut per fugam aut per congregationem infelicium populorum indigne invidioseque commissa sunt, ad invidiam placatarum legum a callidis litigatorum obiectionibus non vocentur. Habeant omnium criminum inpunitatem, qui evadendi forsitan non habuerant facultatem, nisi eos eadem crimina iuvissent; non enim crimen dicitur, quod mortis adegit inpulsus. Ex quo animadvertere cunctos litigatores congruum est, si quid depraedationis agnoverint, se recepturos, si tamen in eorum quos pulsaverint facultatibus abundare aut residere id potuerint conprobare. DAT. KAL. MART. RAV(ENNAE) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO V̄. C̄. CONSS.

INTERPRETATIO. Quicumque hostium terrore conpulsus dum mortem timet excipere, ad depraedandum se cum hostibus fortasse coniunxerit, non propter hoc vocetur ad crimen, quod pro conservanda vita fecit invitus. Sane si quit aput eum de praeda resederit et residuum invenitur, quod evidenter agnoscitur, hoc solum reddere domino sine calumnia conpellatur.

V. — BREV. *(HNGO[om. text.]EXCPMLS)*.

1 idem] *VO*, impp. hon. et theod. *reliqui* constantio] constantino *PM*, contio *L*, eidem *O*: cōm (cons̄ *S*) et patricio (et p̄p̄o *N*, *om.* *O*)] *intellege* magistro militum barbaricae] barbarica et *XC* depulationis *H*[a] 2 fugam] famulis *PML* populorum] imperatorum *PM* inuicioseque *G* 3 commissa] comes *S* inuitiam *G* placitarum *N* legum] rerum *GE* a] ac *L* ligatorum *L* obiectione *N*, abiectionibus *E* 3/4 non uocentur] reuocentur *S* 4 omnes *PML* inpunitatum *X* 5 nisi] quod si *PM*, si *S* easdem *NE*[b] iussissent *H*, non iuuissent *S* quod] quem *E* 5/6 adegit] agit *H*, adicit *G*, egit *S* 6 inpulsos *X* ex quo] *scr.* ex aequo animaduertere] anīm aduertere *X*, animaduerterit *G* 6/7 deprecationis *G* 7 agnouerunt *PML* recepturus *X* si] sed *G* quos] qui *G* pulsauerunt *NXCPMLS* 8 aut] uel *G* resideri *H* conroborare *N* 8/9 dat. (xui *ins.* *G*) k. mart. (dat. k. mart. *om.* *E*) rau. d. n. *(sic V N*, dd. nn. *ECPM*, d̄d̄ nūn̄ *S*, domno *G*, *om.* *H)* th. a. uii *(om. G)* et pall. uc (uic *C*, ū *E*, uiro claro *S*, *om.* *HN*) *libri* 10 quicumque] si quicumque *S* terrore] *bis* *H* mortem] morte *XN* timet] timorem adque *E*[v] 12 pro] propter *H* conseruandam uitam *HN* sane] sine *G* apud eum] eam *G* de praeda] depredare *L* resederit] resedederit *E*, tum sederit *O* 13 cognoscitur *G* hoc solum *ante* quod *O* dominum *E*

XV. QVOD ARMORVM VSVS INTERDICTVS EST.

xu V^{2*}, *om.* V^{1}. — quod armorum] *scripsi,* quorum *V.* — *Iust.* 11, 47 ut armorum usus inscio principe interdictus sit.

XV, 15, 1 (364 Oct. 5).

IMPP. VALENTINIANVS ET VALENS AA. AD BVLEFORVM CONS(VLAREM) CAMPANIAE. Nulli prorsus nobis insciis adque inconsultis quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur. DAT. III NON. OCTOB. ALTINO DIVO IOVIANO ET VARRONIANO CONSS.

V. — IVST. 11, 47, 1.

LIBER DECIMVS SEXTVS.

I. DE FIDE CATHOLICA.

i *om. V* *Iust.* 1, 1: de summa trinitate et de fide catholica et ut nemo de ea publice contendere audeat.

I, 1, 1 (365 Nov. [?] 17).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD SYMMACHVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quisquis seu iudex seu apparitor ad custodiam templorum homines Christianae religionis adposuerit sciat non saluti suae, non fortunis esse parcendum. DAT. XV KAL. DECEMB. MED(IOLANO), VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

VEL

1 pu] ppo *L*, pm *E* 1/2 seu iudex] iudex *E* 2 apparator *L* hominis *L* 3 salutae *L*, salutis *E* parendum *E* 3/4 dat. xu k. dec. *(om. L)* med. ual. et ual. *libri; eo die num Symmachus praefectus fuerit, dubitatur.*

I, 1, 2 (380 Febr. 27).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THE(O)D(OSIVS) AAA. EDICTVM AD POPVLVM VR(BIS) CONSTANTINOP(OLITANAE). Cunctos populos, quos clementiae nostrae regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam divinum Petrum apostolum tradidisse Romanis religio usque ad nunc ab ipso insinuata declarat quamque pontificem Damasum sequi claret et Petrum Alexandriae episcopum virum apostolicae sanctitatis, hoc est, ut secundum apostolicam disciplinam euangelicamque doctrinam patris et filii et spiritus
1 sancti unam deitatem sub parili maiestate et sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes Christianorum catholicorum nomen iubemus amplecti, reliquos vero dementes vesanosque iudicantes haeretici dogmatis infamiam sustinere ⌐nec conciliabula eorum ecclesiarum nomen accipere¬, divina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex caelesti arbitrio sumpserimus, ultione plectendos. DAT. III KAL. MAR. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

IVST.
⌐nec . . . accipere¬ *om.*

VEYDOL. COLL. QVESNELL. ET COLBERT. (inde HINCMAR opp. 1, 336). — IVST. 1, 1, 1. — *Cf. Sozomenus h. eccl. 7, 4. Schol. Vatican.:* iubet Bizantiae populos beatorum Petri et Pauli semper in Christo tenere, quemadmodum Romani populi, piam vel venerandam doctrinam.

1 et *om. O* thed. *V* edictum *om. Iust.* ad] a *L* 2 constpli *Y*, constantinopoli *Colb.*, constantinopolis *O*, *om. L* cunctus populus *L* 2/3 temperamentum] *libri et Iust. (Summa Perus.)*, imperium *Iust. (reliqui)* 3 uersare *D Y* 4 ad] *V Iust.*, *om. EYDOL* 5 si qui *Colb.* hoc est *om. E* 6 et spir.] spir. *L* 7 deitatem] ueritatem *YDO* pari *E Iust.* 8 sequantes *Y*ᵃ 9 heretici *V* 10 nec *om. O* conciliabulae *L* 10/11 aeclesiarum *V* 11 accipere] non accipere *O* diuina] sed (et *L*) diuina *YDOL* 12 motum *E* 12/13 dat. iii *(V et rel. et Iust. [p L]*, ui *Iust. [S]*, u *Iust. [Atr.])* k. mart. thessal. (thessalo *E*, thessalicae *Colb.*, mediol. thessalonice *YD*) grat. a. *(om. EYDO Quesn. Colb.)* u *(om. E)* et th. a. i (ā i *VEO*, i āā *YD Quesn. Colb.) libri*

XVI, 1, 3 (381 Iul. 30).

IDEM AAA. AD AVXONIVM PROC(ONSVLEM) ASIAE. Episcopis tradi omnes ecclesias mox iubemus, qui unius maiestatis adque virtutis patrem et filium et spiritum sanctum confitentur eiusdem gloriae, claritatis unius, nihil dissonum profana divisione facientes, sed trinitatis ordinem personarum adsertione et divinitatis unitate, quos constabit communioni Nectari episc(opi) Constantinopolitanae ecclesiae nec non Timothei intra Aegyptum Alexandrinae urbis episcopi esse sociatos; quos etiam in Orientis partibus Pelagio episcopo Laodicensi et Diodoro episcopo Tarsensi: in Asia nec non proconsulari adque Asiana dioecesi Amphilochio episcopo Iconiensi et Optimo episcopo Antiocheno: in Pontica dioecesi Helladio episc(opo) Caesariensi et Otreio Meliteno et Gregorio episc(opo) Nysseno, Terennio episc(opo) Scythiae, Marmario episc(opo) Marcianop(olitano) communicare constiterit. Hos ad optinendas catholicas ecclesias ex communione et consortio probabilium sacerdotum oportebit admitti: omnes autem, qui ab eorum, quos commemoratio specialis expressit, fidei communione dissentiunt, ut manifestos haereticos ab ecclesiis expelli neque his penitus posthac obtinendarum ecclesiarum pontificium facultatemque permitti, ut verae ac Nicaenae fidei sacerdotia casta permaneant nec post evidentem praecepti nostri formam malignae locus detur astutiae. DAT. III KAL. AVG. HERACL(EAE) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

VEYDO

1 ad *(om. O)* auxonium (ausonio *O*) proc asiae (affricae *O*) *om. Y* tradidi *E* aeclesias *V* mox *ante* omnes *O* 2 adque] et *O* 4 adsertione] *YDO*[1], adsertione praedicantes *O*[2], adsertionem *VE* unitate] *YDO*, unitatem *VE* 4 constauit *E* 4/5 communioni] *O recte*, communione *reliqui* 5 necteri *E* aeclesiae *V* nec non tim.] *O emendans*, tim. nec non *reliqui* 6 episcopi] *O emendans*, episcopos *VE*, epis *YD* 7 laodicensi (laudocinensi *E*) . . . 8 optimo *om. E** et diodoro] eliodoro *E* in asia nec non proconsulari] nec non etiam in asia proc. *O emendans; delendum* nec non 8 amphilocio *VY*, philocio *E*, amphiloco (*superscr.* id est iconii episcopo qui scripsit vitam sancti basilii) *O* episcopo iconiensi (icoensi *V*) . . . antiocheno (anthioceno *VY*, antioceno *E*) *om. O* 8/9 pontico *V*, potica *E* 9 helladio] elladio *E*, *suprascr.* id est successori sancti basilii *O* cessariensi iei otreio *E* mileteno *O*, melite *E* et *om. E* 9/10 nyseno *V*, niseno *EO* (*hic suprascr.* fratri sancti basilii), nireno *YD* 10 terenio *E*, terrenio *YD*, tirrenio *O* sitiae *E* marmario] *V*, mart(h)ario *EYD*, machario *O* 11 constiterint *E* aecclesias *V* 12 commeratio *VY* 13 fide communionis *V* hereticos *V* ecclesiis] *sic hoc loco V* 14 post haec *E* aeclesiarum *V* 15 ac nicenae *V*, agnite *E* euidentis *YDO* 16 det. loc. *O* 16/17 dat. iii (iiii *E*) k. aug. heracl. (heraclie *EDO*, heraclyae *Y*) euch. et syagr. *libri*

XVI, 1, 4 (386 Ian. 23).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. AD EVSIGNIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Damus copiam colligendi his, qui secundum ea sentiunt, quae temporibus divae memoriae Constanti sacerdotibus convocatis ex omni orbe Romano expositaque fide ab his ipsis, qui dissentire noscuntur, Ariminensi concilio, Constantinopol(itano) etiam confirmata in aeternum mansura decreta sunt. Conveniendi etiam quibus iussimus patescat arbitrium, scituris his, qui sibi tantum existimant colligendi copiam contributam, quod, si turbulentum quippiam contra nostrae tranquillitatis praeceptum faciendum esse temptaverint, ut seditionis auctores pacisque turbatae ecclesiae, etiam maiestatis capite ac sanguine sint supplicia luituri, manente nihilo minus eos supplicio, qui contra hanc dispositionem nostram obreptive aut clanculo supplicare temptaverint. DAT. X KAL. FEB. MED(IOLANO) HONORIO NOB. P. ET EVODIO CONSS.

VE. — GEMINA 16, 4, 1 (*inde a* 6 his *ad* 9 luituri).

1 aaa. *om. E* 1/2 ppo] ppm *E* 3 constanti] *V*, constantii *E* urbe romana *E* 4 desentire *E* constantinopol] *V*, constpli *E* 6 tantum] tantummodo *gem.* 7 quod *om. gem.* turbolentium *E* conta *(sic)* nostra (nostras *E**) tranquillitates *E* 8 temptauerit *E* ut] aut *E* aeclesiae *V* etiam *om. gem.* 9 sanguinem *E* 10 clanculo] *VE*[a], clangulo *E*[b]*E** temptauerit *E* 10/11 dat. x k. feb. med. (*sic VE*, constantp *gem.*) honorio nob p (nob p *V*, ā *seq. sp. vac. E*) et euodio (uc *ins. gem.*) *libri*

II [= BREV. I]. DE EPISCOPIS, ECCLESIIS ET CLERICIS.

ii *om. V* ecclesiis] aeclesiis *VT (in indice), om. O.* — *Iust.* 1, 2: de sacrosanctis ecclesiis et de rebus et privilegiis earum; 1, 3: de episcopis et clericis et orfanotrophiis et brephotrophiis et xenodochiis et asceteriis et monachis et privilegio eorum et castrensi peculio et de redimendis captivis et de nuptiis clericorum vetitis seu permissis.

, 2, 1 (313 [?] Oct. 31).

IMP. CONSTANTINVS A. Haereticorum factione conperimus ecclesiae catholicae clericos ita vexari, ut nominationibus seu susceptionibus aliquibus, quas publicus mos exposcit, contra indulta sibi privilegia praegraventur. Ideoque placet, si quem tua gravitas invenerit ita vexatum, eidem alium subrogari et deinceps a supra dictae religionis hominibus huiusmodi iniurias prohiberi. DAT. PRID. KAL. NOV. CONSTANTINO A. III ET LICINIO III C. CONSS.

VEYDO

1 *datam esse ad Anullinum proconsulem Africae ipsamque esse epistulam relatam apud Eusebium hist. eccl. 10, 7 iudicat Gothofredus, perperam opinor* hereticorum *V* aeclesiae *V* 2 seu susceptionibus *om. E*ª mox *E* et poscit *E*ª 4 eidem] et idem *E* 5 dat. prid. k. nou. const. a. iii (iiii *E*) et licinio iii c̄ *(sic V, om. EYDO) libri; aut delendum* c̄ *cum deterioribus aut probabilius mutandus consulatus sic;* Constantino A. V et Licinio Caes. conss.

, 2, 2 [= BREV. XVI, 1, 1] (319 Oct. 21).

IDEM A. OCTAVIANO CORRECTORI LVCANIAE ET BRITTIORVM. Qui divino cultui ministeria religionis inpendunt, id est hi, qui clerici appellantur, ab omnibus omnino muneribus excusentur, ne sacrilego livore quorundam a divinis obsequiis avocentur. DAT. XII KAL. NOV. CONSTANTINO A. V ET LICINIO CAES. CONSS.

INTERPRETATIO. Lex haec speciali ordinatione praecipit, ut de clericis non exactores, non allectos facere quicumque sacrilega ordinatione praesumat, quos liberos ab omni munere, id est ab omni officio omnique servitio iubet ecclesiae deservire.

VY (ubi additur in margine: iteratur haec sententia*) D.* — BREV. *(HN[Y][D]GO (om. int.) EXCPMLS).*

1 idem] *VY[Y]D[D]O,* imp. constantinus *brev. (praeter [Y][D]O)* correctore *V,* coñs *H* lucianae *E* et bricciorum *O,* tributorum *G* diunio *V*¹, diuini *PML* cultus *L,* coetui *S*ª ministerio *H* 2 hii *XCL, om. HM* cleri *L* appenlantur *[D]* omnibus *bis X, om. P*ª omnino *om. L* 2/3 excusantur *[Y][D]O* 3 ne] nec *O* sacrilegio *E* obsequiis auocentur (euocentur *HE*)] a. o. *G* 3/4 dat. xii k. nou. *(hic finiunt DY)* const. a. *(om. G)* u *(om. G)* et lic. c. (uiro claro *S, om. HNGE*), *libri, nisi quod* eisdem consulibus *O* 5 speciali ordinatione (ordine *N*) praecipit '(praecepit *XCE*)] specialiter ordinat *L* non exact.] nec exact. *G,* exact. *H* 6 allectus *NE,* allectores *H[Y][D]* 7 omne off. *L* seruire *G*

, 2, 3 (320 Iul. 18).

IDEM A. AD BASSVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Cum constitutio emissa praecipiat nullum deinceps decurionem vel ex decurione progenitum vel etiam instructum idoneis facultatibus adque obeundis publicis muneribus opportunum ad clericorum nomen obsequiumque confugere, sed eos de cetero in defunctorum dumtaxat clericorum loca subrogari, qui

1 ad basso *O* p̄p̄o] p̄p̄m̄ *E: scr.* p̄u̅ 3 oportunam *Y*¹

fortuna tenues neque muneribus civilibus teneantur obstricti, cognovimus illos etiam inquietari, qui ante legis promulgationem clericorum se consortio sociaverint. Ideoque praecipimus his ab omni molestia liberatis illos, qui post legem latam obsequia publica declinantes ad clericorum numerum confugerunt, procul ab eo corpore segregatos curiae ordinibusque restitui et civilibus obsequiis inservire. P(RO)P(OSITA) XV KAL. AVG. CONSTANTINO A. VI ET CONSTÂNTIO CAES. CONSS.

VEYDO

1 tenues] *scr.* tenues sint muneribus (munentibus *E*) ciuilibus (ciuibus V^a)] c. m. *O* illos etiam] etiam eos *O* 2 promulgationem] obligationem *YDO* sotiauerant *O* 3 liberati *E* 4 curae *E* 5 ordinibusque] ordinibus *YDO* restituti *E* 5/6 $\overline{pp}$ ($\overline{ppa}$ *Y*) xu k. aug. const. ā ui (u *YDO*) et constantio (*sic VEYD*, constante *O*; *si est anni 320, requiritur* Constantino) c̄ *(om. EYD) libri. Sed recte fortasse Seeckius hanc constitutionem, utpote explicantem eam quae legitur 16, 2, 6 reicit ad a. 326* Constantino A. VII et Constantio C. conss.

XVI, 2, 4 (321 Iul. 3).

IDEM A. AD POPVLVM. Habeat unusquisque licentiam sanctissimo catholicae venerabilique concilio decedens bonorum quod optavit relinquere. Non sint cassa iudicia. Nihil est, quod magis hominibus debetur, quam ut supremae voluntatis, post quam aliud iam velle non possunt, liber sit stilus et licens, quod iterum non redit, arbitrium. P(RO)P(OSITA) V NON. IVL. ROM(AE) CRISPO II ET CONSTANTINO II CAESS. CONSS.

VEYDO. — IVST. 1, 2, 1.

1 un. decedens hab. lic. *O* sanctissimo] *V Iust.*, sanctissimae *EYD*, sanctae *O* 1/2 uenerabilisque concilii Y^bD^b 2 decedens *post* unusquisque *O* iudicia] extrema iud. *O* 3 debetur] *VE Iust.* *(C^b)*, debeatur *YDO Iust.* *(plerique)* ut *om.* *YDO* suppremae uoluntatis] *V*, suppraeme uoluntati *E*, suprema uoluntas *YDO* iam aliud *O Iust.* 4 licens] libens *YDO*, licitum *Iust.* reddit *E* 4/5 $\overline{pp}$ ($\overline{ppa}$ *E*, $\overline{pp}$ ā *YD*) u non. iul. rom. crispo ii et constantino (constantio *YDO* ii caess. *(om. YD O) libri*

XVI, 2, 5 (323 Mai. [?] 25).

IDEM A. AD HELPIDIVM. Quoniam conperimus quosdam ecclesiasticos et ceteros catholicae sectae servientes a diversarum religionum hominibus ad lustrorum sacrificia celebranda conpelli, hac sanctione sancimus, si quis ad ritum alienae superstitionis cogendos esse crediderit eos, qui sanctissimae legi serviunt, si condicio patiatur, publice fustibus verberetur, si vero honoris ratio talem ab eo repellat iniuriam, condemnationem sustineat damni gravissimi, quod rebus publicis vindicabitur. DAT. VIII KAL. IVN. SIRMI SEVERO ET RVFINO CONSS.

VE

1 Helpidium] *fortasse* agentem vicem praefectorum praetorio aeclesiasticos *V* 2 diuersorum *E* 3 cogendus *E* 5 iniuria *E* 6 sirmi] *V*, syrmio *E*: *dies certe non potest conciliari cum iis quae novimus de bello hoc anno inter Constantinum et Licinium gesto*

XVI, 2, 6 (326 Iun. 1).

IDEM A. AD ABLAVIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Neque vulgari consensu neque quibuslibet petentibus sub specie clericorum a muneribus publicis vacatio deferatur, nec temere et citra modum populi clericis conectantur, sed cum defunctus fuerit clericus, ad vicem defuncti alius allegetur, cui nulla ex municipibus prosapia fuerit neque ea est opulentia facultatum, quae publicas functiones facillime queat tolerare, ita ut, si inter civitatem et clericos super alicuius nomine dubitetur, si eum aequitas ad publica trahat

1 ppō *E* 2 a *om.* *E* 4 allegetur] *V*, eligatur *E* ea] ca *E* 5 publica *V* queat] quead *E*, quaead *V* 6 publicat trahat *E*

obsequia et progenie municeps vel patrimonio idoneus dinoscetur, exemptus clericis civitati tradatur. Opulentos enim saeculi subire necessitates oportet, pauperes ecclesiarum divitiis sustentari. P(RO)P(OSITA) KAL. IVN. CONSTANTINO A. VII ET CONSTANTIO CAES. CONSS.

VE

1 dinoscetus *V*, dinoscitur *E* 2 opulentus *E*[a] aeclesiarum *V* 3 constantio] *E*, constante *V* | caes. *om.* *E*

I, 2, 7 (330 Febr. 5).

IDEM A. VALENTINO CONS(VLARI) NVMIDIAE. Lectores divinorum apicum et hypodiaconi ceterique clerici, qui per iniuriam haereticorum ad curiam devocati sunt, absolvantur et de cetero ad similitudinem Orientis minime ad curias devocentur, sed immunitate plenissima potiantur. DAT. NON. FEB. SERDICA GALLICANO ET SYMMACHO CONSS.

VE. — Adlegatur ab ipso Constantino in epistula data eodem loco eodemque die (consules non enuntiantur) ad episcopos Numidiae partis Donati (post Optatum p. 296 Dupuis, p. 215 Ziwsa): ad consularem quoque scribi mandavi Numidiae, ut ipse in eiusdem ecclesiae fabricatione in omnibus sanctimoniam vestram iuvaret. Lectores etiam ecclesiae catholicae et hypodiacones, reliquos quoque [qui] instinctu memoratorum quibusdam pro moribus ad munera vel ad decurionatum vocati sunt, iuxta statutum legis meae *[Theod. 16, 2, 2]* ad nullum munus statui evocandos. Sed et eos, qui ducti sunt haereticorum instinctu, iussimus protinus molestis perfunctionibus absolvi. De cetero etiam legem meam super ecclesiasticos catholicos datam custodiri mandavi, quae omnia [ut] vestrae patientiae palam fierent, harum litterarum testificatione perscripta sunt. *Ad easdem epistulas respicit, ut vidit Duchesnius (le dossier du Donatisme* 1890 p. 30*), Eusebius (vita Const. 1, 45) Constantinum testans haereticorum Africanorum iniurias ut hominum insanorum punire noluisse.*

1 ualano *E* appificum *E*[a], apificum *E*[b] et ypodiaconi *V*, prbi diac *E* 2 hereticorum *V* | 3' morientis *E* 4 calligano *E* symacho *E*

I, 2, 8 (343 Aug. 27).

IMP. CONSTANTIVS A. CLERICIS SAL(VTEM) DICIT. Iuxta sanctionem, quam dudum ⌜meruisse perhibemini⌝, et vos et mancipia vestra nullus novis collationibus obligabit, sed vacatione gaudebitis. Praeterea neque hospites suscipietis || et si qui de vobis alimoniae causa negotiationem exercere volunt, immunitate potientur. DAT. VI KAL. SEPT. PLACIDO ET ROMVLO CONSS.

IVST. ⌜meruistis⌝ || *finit.*

VEYDO HINCMAR 2, 318 (inde cod. Casin. 522). — IVST. 1, 3, 1.

1constantinus *EYD* a. *om.* *YD Hincm.* 2 et uos] et fundos *O*, fundos *YD Hincm.* pancipia *V*[1] nobis *VE* 3 obligauit *VE* | uagatione *E* 4 quid *E* 5 immunitatem *E* rumulo *VE*

I, 2, 9 (349 Apr. 11).

IDEM A. SEVERIANO PROC(ONSVLI) ACHAIAE. Curialibus muneribus adque omni inquietudine civilium functionum exsortes cunctos clericos esse oportet, filios tamen eorum, si curiis obnoxii non tenentur, in ecclesia perseverare. DAT. III ID. APRIL. LIMENIO ET CATVLLINO CONSS.

VE

1 pu achaiae *V*, proc asiae *E* 3 aeclesia *V* 3/4 dat. iii (iiii *E*) id. apr. limenio (liminio *E*) | et catullino (catulino *V*, catholind *[sic] E*) *libri*

INTERPRETATIO. Specialiter prohibetur, ne quis audeat apud iudices publicos episcopum accusare, sed in episcoporum audientiam perferre non differat, quidquit sibi pro qualitate negotii putat posse conpetere, ut in episcoporum aliorum iudicio, quae adserit contra episcopum, debeant definiri.

V. — BREV. *(HYD HINCMAR opp. 2, 325 et apud Harduinum acta concil. 5, 1347. 1356 NGO[om. int.]EXCPML[om. text.]S).*

1 audiat *S* 2 audientia *HL*, audiendia *N* quidquid] quid *X* 3 putant *X* conperere *H* | adseret *XCPM* 4 debeat *GX* definire *L*

VI, 2, 13 (357 Nov. 10).

IDEM A. ET IVLIANVS CAES. AD LEONTIVM. Ecclesiae urbis Rom(ae) et clericis concessa privilegia firmiter praecipimus custodiri. DAT. IIII ID. NOV. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

VE

1 iulianus *om. E* leontium] *mag. incertus* aeclesiae *V* et cl.] cl. *E* 2/3 dat. iiii id. (k. | *E*ᵃ) med. const. a. uiiii et iul. caes. *(om. E)* ii *(om. E) libri*

VI, 2, 14 (357 Dec.[?] 6).

IDEM A. ⌜ET IVLIANVS CAES.⌝ FELICI EPISCOPO. Omnis a clericis indebitae conventionis iniuria et iniquae exactionis repellatur inprobitas nullaque conventio sit circa eos munerum sordidorum. Et cum negotiatores ad aliquam praestationem conpetentem vocantur, ab his universis istiusmodi strepitus conquiescat; si quid enim vel parsimonia vel provisione vel mercatura honestati tamen conscia congesserint in usum pauperum adque egentium, ministrari oportet, ut, quod ex eorundem ergasteriis vel tabernis conquiri potuerit et colligi, collectum id religionis aestiment lu-
1 crum. Verum etiam hominibus eorundem, qui operam in mercimoniis habent, divi principis, id est nostri statuta genitoris multimoda observatione caverunt, ut
2 idem clerici privilegiis ⌜conpluribus⌝ redundarent. Itaque extraordi-
3 nariorum a praedictis necessitas adque omnis molestia conquiescat. Ad parangariarum
4 quoque praestationem non vocentur nec eorundem facultates adque substantiae. Omnibus clericis huiusmodi praerogativa succurrat, ut coniugia clericorum ac liberi quoque et ministeria, id est mares pariter ac feminae, eorumque etiam filii inmunes semper ⌜a censibus et separati⌝ ab huiusmodi muneribus perseverent. DAT. VIII ID. DECEMB. MED(IOLANO), LECTA V KAL. IAN. APVT ACTA CONSTANTIO A. VIIII ET IVLIANO CAES. II CONSS.

IVST. ⌜ ⌝ *om.*

IVST. ⌜pluribus⌝

IVST. ⌜a c. et separati⌝ *om.*

VEYDO. — IVST. 1, 3, 2.

1 idem ā *om. YD* iulianus *om. E* felice *E* omnes a clero *E* 4 competenter *YD* huiusmodi *O* strepidus *E*ᵃ conquiescat] *Iust. YDO*, conquiescet *V*, conquiescit *E* 5 honestatis *Y*ᵇ*D*ᵇ constia *E*ᵃ: *malim* congrua 5/6 concesserint *E* 6 uso *E* ut] *scripsi dubitans*, aut id *VE Iust.*, aut *YDO* 7 ergastyriis *YD* collectum] et c. *E*, *om. O* aestimet *E*, aestimetur *YDO* 8 hominibus] *Iust.*, ab hominibus *VEYDO* opera *E* diuis *E* 8/9 principes *EYD* 9 id est *om. YDO* nostri (-tris | *E*) stat. gen.] g. n. st. *O*, n. g. st. *Iust.* 9/10 cauerunt ut idem] *scr.* idem caverunt ut 10 quam pluribus *YDO* 11 a *(om. YD)* praedictis *om. O* parangariam *E*ᵃ, parangarium *E*ᵇ*E** 12 praestatione *E* eorundem] eorum *YDO* 12/13 omnibus] o. enim *O* 13 ac *om. YDO* 16 uiii] *E Iust. (PLD) cum 8, 5, 9*, uiiii *V* 17 et iul. c. ii *om. YDO*. — *A Mediolano cum Constantius abierit a. 357 Apr. 28, aut in die erratum est aut restituendus consulatus a. 356*

VI, 2, 15 (360 [359?] Iun. 30).

IDEM A. ET CAES. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. In Ariminensi synodo super ecclesiarum et clericorum privilegiis tractatu habito usque eo dispositio progressa est,

1 a.] aa. *E* et c. *om. Iust.* ppo] ppm *E* arimininse *V* 2 aeclesiarum *V* habitu *E*

ut iuga, quae videntur ad ecclesiam pertinere, a publica functione cessarent inquietudine
1 desistente: quod nostra videtur dudum sanctio reppulisse. Clerici vero vel hi, quos
copiatas recens usus instituit nuncupari, ita a sordidis muneribus debent immunes adque
a conlatione praestari, si exiguis admodum mercimoniis tenuem sibi victum vestitumque
conquirent; reliqui autem, quorum nomina negotiatorum matricula conprehendit eo tempore, quo conlatio celebrata est, negotiatorum munia et pensitationes agnoscant, quippe postmodum clericorum se coetibus adgregarunt.
2 || De his ⌜sane⌝ clericis, qui praedia possident, sublimis auctoritas tua non solum eos aliena iuga nequaquam statuet excusare, sed etiam pro his, ⌜quae ipsi possident⌝, eosdem ad pensitanda fiscalia perurgueri. Universos namque clericos possessores dumtaxat provinciales pensitationes fiscalium ⌈ recognoscere iubemus, || maxime cum in comitatu tranquillitatis nostrae alii episcopi, qui de Italiae partibus venerunt, et illi quoque, qui ex Hispania adque Africa commearunt, probaverint id maxime iuste convenire, ut praeter ea iuga et professionem, quae ad ecclesiam pertinet, ad universa munia sustinenda translationesque faciendas omnes clerici debeant adtineri. DAT. EPISTVLA PRID. KAL. IVL. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. X ET IVL(IANO) III CAES. CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⌜ ⌝ *om.*
⌜quae ab ipsis possidentur⌝
⌈ translationesque faciendas *(cf. v. 17)*
|| *fin.*

VE. — IVST. 1, 3, 3.

1 aeclesiam *V* 2/3 hii quos copiata *E* 5 conpraehendit *V* 6 est *om. E* 6/7 pensatione *E* 7 quippe] *VE*, quique *Gothofredus* se] et *E* 9 statue *E* 10 pro] *Iust.*, *om. VE* 11 perurguere *Iust.* 12 pensationes *E* 14 hispaniae *E* 15 africae E^a 16 aeclesiam *V* pertinent *E* moenia *V* 17 adtineri] obtineri *E* 17/18 dat. epistula *(om. E)* prid. k. iul. *(sic VE,* decb. **E)* med. const. a. x (a *E*) et iul. iii caes. conss. (et iul. cons. iii *E*) *libri: eo die cum Constantius non fuerit Mediolani, videtur cum Gothofredo cogitandum de subscriptione mutila:* data epistula [.... accepta] prid. k. iul. Mediolano

XVI, 2, 16 (361 Febr. 14).

IDEM AA. AD ANTIOCHENSES. In qualibet civitate, in quolibet oppido vico castello municipio quicumque voto Christianae legis meritum eximiae singularisque virtutis omnibus intimaverit, securitate perpetua potiatur. Gaudere enim et gloriari ex fide semper volumus, scientes magis religionibus quam officiis et labore corporis vel sudore nostram rem publicam contineri. DAT. XVI KAL. MART. ANTIOCHIAE TAVRO ET FLORENTIO CONSS.

VEYDO HINCMAR 2, 319 (inde cod. Casin. 522).

1 idem aa̅ et c *YD*, idem aug. *O*, constantius et constans *Hincmar: requiritur* idem ā in q. o. uico *om. E* 2 municipio *collocari debuit ante* oppido merito *E* uirtutes *E* 3 gloriari] V^2*YDO Hincm. fortasse ex interpolatione*, gloria V^1*E*: *fortasse desunt plura ad hoc exemplum* gloria pios cumulari ex fide semper] s. ex f. *O* 4 religionibus] religio dec nibus *(sic) E* uel] et *O* 5 dat. xui (xu *YD O*) k. mart. ant. tauro *(hic fin. YDO)* et fl. *libri*

XVI, 2, 17 (364 Sept. 10).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD BYZACENOS. Plebeios divites ab ecclesia suscipi penitus arcemus. DAT. IIII ID. SEPT. AQVIL(EIAE) DIVO IOVIANO ET VARRON(IANO) CONSS.

VE

1 et *om. E* bizazenos E^b, bizazensos E^a plebeius E^b, plebs eius E^a *post* diuites *repetit* magis .... corporis *(ex l. 16) E et *E* aeclesia *V* 2 iiii] *scr.* prid. *ad iunctas* uarronianum *E*

XVI, 2, 18 (370 Febr. 17).

IDEM AA. AD CLAVDIVM PRO(CONSVLEM) AFRIC(AE). Quam ultimo tempore divi Constanti sententiam fuisse claruerit, valeat, nec ea in adsimulatione aliqua convalescant, quae tunc

1 clau*dium *V* procons.] pu̅ *V* constanti] *V*, constantis *E* 2 sententiam] *V*, s***** E^a, sent E^b, sententiae **E* in adsimulatione (-nem *E*)] *VE*, inani simulatione *Gothofredus* conualescat *V*

decreta vel facta sunt, cum paganorum animi contra sanctissimam legem quibusdam sunt depravationibus excitati. DAT. XIII KAL. MART. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

VE

2 deprouocationibus *E* dat. xiii (xiiii *E*) treū (*sic E*, triū *V*) ualentiniano et ualente aa. (*om. E*) *libri* *Claudius proconsul a. 369 Febr. 2* (*12, 12, 6*) *magistratum videtur obtinuisse per a. 368 Febr. 17* (*16, 2, 18*) *et Apr. 26* (*13, 1, 8*) *et Dec. 1* (*14, 3, 12*)

/I, 2, 19 (370 Oct. 17).

IDEM AA. MODESTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quicumque ex curialium natus genere ad clericatum venerit et praeiudicio sanguinis coeperit postulari, certi temporis definitione defendatur, ut, si in consortio clericatus decennium quietis impleverit, cum patrimonio suo in perpetuum habeatur inmunis, si vero intra finitos annos fuerit a curia revocatus, cum substantia sua functionibus subiaceat civitatis: observando hoc, ut hi, quos decennium vindicat, petitione superflua minime fatigentur. DAT. XVI KAL. NOV. HIERAP(OLI) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE AA. CONSS.

VEYDO

1 idem] impp. ualent et ualens *YDO* 2 praeiudicium *E* 3 quietis .... 4 perpetuum] fecerit *YDO* 4 inmunes *E* finitos] *VE*, praefinitos *YDO* a curia] ad curiam *O*, a curiale *YD* 5 sua *om. E* hoc obseruando *O* hii *E* 6 hierap. *V*, herapolim *E* 7 $\overline{aa}$] *V*, $\overline{cc}$ *E*, *om. YDO*. — *Propter annum vide ad 7, 16, 8. 11, 30, 35*

/I, 2, 20 (370 Iul. 30).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, VALENS ET GR(ATI)ANVS AAA. AD DAMASVM EPISC(OPVM) VRBIS ROM(AE). Ecclesiastici aut ex ecclesiasticis vel qui continentium se volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillarum domos non adeant, sed publicis exterminentur iudiciis, si posthac eos adfines earum vel propinqui putaverint deferendos. Censemus etiam, ut memorati nihil de eius mulieris, cui se privatim sub praetextu religionis adiunxerint, liberalitate quacumque vel extremo iudicio possint adipisci et omne in tantum inefficax sit, quod alicui horum ab his fuerit derelictum, ut nec per subiectam personam valeant aliquid vel donatione vel testamento percipere. Quin etiam, si forte post admonitionem legis nostrae aliquid isdem eae feminae vel donatione vel extremo iudicio putaverint relinquendum, id fiscus usurpet. Ceterum si earum quid voluntate percipiunt, ad quarum successionem vel bona iure civili vel edicti beneficiis adiuvantur, capiant ut propinqui. LECTA IN ECCLESIIS ROM(AE) III KAL. AVG. VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE III AA. CONSS.

VEYDO. *Cf. Marcianus nov. 5, 1.*

1 impp. ualentinianus et gratianus *YD*, impp. gratianus et ualentinianus *O* $\overline{aaa}$] $\overline{aa}$ *YD*, *om. O* damasum] damasum ppm. *E* urbis *om. O* 2 aeclesiastici *V* ex *om. E* aeclesiasticis *V* uel] aut *O* qui *om. Y*[a] se continentium *O* 3 pupillorum *YDO* domus *Y* adeant] eant *E* si *om. E* 4 posthec *E* eos] ad eos *Y*[a], *om. O* eorum *YDO* potauerint *E* defendendos *YDO* 6 omne in tantum] *scr.* in tantum omne 7 fuit *YD* nec] neque *YDO* 8 donatione] *V*[2]*YDO*, donationem *E*, donatio *V*[1] 9 hisdem *VY* eae] heae *E*, hae *YDO* donationem *E* 10 reliquendum *Y* earum quid (*Gothofredus*, qui *libri*) ... quarum] ad earum quarum uolunt. perc. *O* 11 successione *E* 12 ecclesia *O* iii (iiii *E*, *om. Y*) k. aug. *om. O* iii *om. YD*[2](*sic*) *O*

/I, 2, 21 (371 Mai. 17).

IDEM AAA. AD AMPELIVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Ii, qui ecclesiae iuge obsequium deputarunt, curiis habeantur inmunes, si tamen eos ante ortum imperii nostri ad cultum se

[1] aa. *E* $\overline{pu}$] *V*, $\overline{ppm}$ *E* hii *VE* aeclesiae *V*

legis nostrae contulisse constiterit: ceteri revocentur, qui se post id tempus ecclesiasticis congregarunt. DAT. XVI KAL. IVN. GR(ATI)ANO A. II ET PROBO CONSS.

VE

1 aeclesiasticis *V*

XVI, 2, 22 (372 Dec. 1).

IDEM AAA. AD PAVLINVM PRAESIDEM EPIRI NOVAE. Forma praecedentis consulti etiam circa episcoporum virginumque personas et circa alias, quarum statuto praecedenti facta conplexio est, valeat ac porrigatur. DAT. KAL. DECEM(B). TREV(IRIS) MODESTO ET ARINTHAEO CONSS.

VE

1 epyri *V*, ephyri *E* precidentis E^{a} 3 triū *V*, treueris *E* arintheo *VE*

XVI, 2, 23 [= BREV. XVI, 1, 3] (376 Mai. 17).

IMPPP. VALENS, GR(ATI)ANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. ARTEMIO, EVRYDICO, APPIO, GERASIMO ET CETERIS EPISCOPIS. Qui mos est causarum civilium, idem in negotiis ecclesiasticis obtinendus est: ut, si qua sunt ex quibusdam dissensionibus levibusque delictis ad religionis observantiam pertinentia, locis suis et a suae dioeceseos synodis audiantur: exceptis, quae actio criminalis ab ordinariis extraordinariisque iudicibus aut inlustribus potestatibus audienda constituit. DAT. XVI KAL. IVN. TREV(IRIS) VALENTE V ET VAL(ENTINI)ANO I AA. CONSS.

INTERPRETATIO. Quotiens ex qualibet re ad religionem pertinente inter clericos fuerit nata contentio, id specialiter observetur, ut convocatis ab episcopo dioecesanis praesbyteris, quae in contentionem venerint, iudicio terminentur. Sane si quit opponitur criminale, ad notitiam iudicis in civitate, qua agitur, deducatur, ut ipsius sententia vindicetur, quod probatur criminaliter fuisse conmissum.

VW[incipit 2 ecclesiasticis*]L*. — BREV. *(HNGYDO[om. int.] HINCMAR 2, 325 EXCPMS)*.

1 ualens] ualentinianus *HE* et *om. O* ualentinianus] ualens *HE* artemio] antemio *H*, artemio epo (po *L*) *GL* euridico *VLHYDO*, curidico *XPMS*, curydico *C*, euderico *N*, eoredico *E*, cordico *G* apro *L* 1/2 gerasio *N*, cerasio *H* 2 mos est] more *L*, more est *H*, minores (?)E^{v} idem] id est *NG* negotiis] n. his *N* aeclesiasticis *V*, et lesiasticis *G* 3 obtinendus (-dos *WN*) est *(om.* Y^{1}*)*] *WL brev.*, obtinendi sunt *VE* religiunes *W* quae *Hincm.* quibusdam dissessionibus *N*, quibusdam dissentionibus *L*, quibusdam discensionibus *H*, quibus dissensionibus *G*, quibus damnandis sensibus *E* leuibusque] leuibus *G* ad] ac *E* 3/4 legionis *X*, religionem *L* 4 obseruandam (-da *L*) *LXCPMS* pertinentiam *LNGXCPMS* et a (et a *VWL et rel.*, et ad *G*, ita *HNE*, a *XPMS*) suae (suis *L*, seae *X*, see *PM*) dioeceseos *(sic W*, dioceseos *V et plerique*, diocesios *PM*, disceseos *N*, diocaesiseos *G*] eos *(rel. om. in sp. vac.) C* senodis *W* audiatur *N*, audiantue *H* 5 acti *V* extraordinariisque *om. G* 6 audienda] *WO*, audientia *VL brev.* 6/7 dat. xui (xu *YDO*, ui *N*) k. iun. (mā *G*) treu. (triū *V*, triuer̄ *W*, trium *N*) ual. u *(VWEYDOL, om. reliqui)* et ual. i *(sic W, om. rel.)* aa. (a. u *YD*, aa. u *O*) *libri* 8 rem *N* regionem *N* pertinentem *HNG*Y^{a}*EXPMS* intra *S* fuerint P^{a} 9 ut] et *G* diocesanis Y^{a}*H*, diocisanis *G*, diocesaneis Y^{b}, diocesianis *DECPMS*, dioeresanis *N*, dioecesaneis *Hincm.* 10 contentione *HNGXCPMS*, contentiones *E* uenirent *XCPM*, uenerit *N* terminetur *GXCPM* criminaliter *C* notitia *HXPMS* 11 ciuitatem *YD* qua agitur (agetur *N*) *om. H* probabitur *YD*

XVI, 2, 24 (377 Mart. 5).

IDEM AAA. AD CATAFRONIVM. Presbyteros diaconos subdiaconos adque exorcistas et lectores, ostiarios etiam ˹et omnes perinde, qui primi sunt˺, [IVST. ˹ ˺ om.]

1 aa. *W* castafronium *E: fortasse* vicarium Italiae diaconus subd̄ *W*

personalium munerum expertes esse praecipimus. DAT. III NON. MART. GR(ATI)ANO A. IIII ET MEROBAVDE V. C. CONSS.

VWE. — IVST. 1, 3, 6.

1/2 numerum' *W* grat. a. *(om. W)* iiii *(sic WE,* iii *V)* et merobaude (robaude*W*) uc *(sic W, om. VE) libri*

VI, 2, 25 (380 Febr. 27).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. Qui divinae legis sanctitatem aut nesciendo confundunt aut neglegendo violant et offendunt, sacrilegium committunt. DAT. III KAL. MART. THESSAL(ONICAE) GR(ATI)ANO A. V ET THEOD(OSIO) A. I CONSS.

VWE. — IVST. 9, 29, 1.

1 impp. *W* aa. *W* 2 confundunt] committunt *Iust. (Lat.)* uiulant *W* 3 dat. iii k. mart. thess. gr. a. *(om. WE)* u *(om. E)* et th. a. i (ā i *V*, i a *W*, i aa *E*) *libri*

VI, 2, 26 (381 Mart. 31).

IDEM AAA. AD TVSCIANVM COM(ITEM) ORIENTIS. Universos, quos constiterit custodes ecclesiarum esse vel sanctorum locorum ac religiosis obsequiis deservire, nullius adtemptationis molestiam sustinere decernimus. Quis enim eos capite censos patiatur esse devinctos, quos necessario intellegit supra memorato obsequio mancipatos? DAT. PRID. KAL. APRIL. CONSTANTI(NO)P(OLI) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

VWEYDO HINCMAR 2, 319 (inde cod. Casin. 522).

1 idem aaa.] (aa. *W*): Valentinianus et Valens *Hincmar* commorientis *D* constituerit *E* costodes *W* 1/2 aeclesiarum *V* 2 esse uel sanctorum *om. E* 3 capite (kapite *W*) censos] *VW*, c. census *E*, capitis censu *YD*, censu capitis *O: fortasse scr.* capite censo 3/4 deuinctus *W* 4 intelligit *W* supera *E* mansipatus *E*[a] 5 const. *om. D*[a] euchirio *Y*

VI, 2, 27 (390 Iun. 21).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nulla nisi emensis sexaginta annis, ˹cui votiva domi proles sit˺, secundum praeceptum apostoli ad diaconissarum consortium transferatur. || Tum filiis suis, curatore, si id aetas poscit, petito, bona sua idoneis sedula religione gerenda committat, ipsa tantum praediorum suorum reditus consequatur, de quibus servandi abalienandi donandi distrahendi relinquendi vel quoad superest vel cum in fata concedit et libera ei voluntas est, integra sit potestas. Nihil de monilibus et superlectili, nihil de auro argento ceterisque clarae domus insignibus sub religionis defensione consumat, sed universa integra in liberos proximosve vel in quoscumque alios arbitrii sui existimatione transcribat ac si quando diem obierit, nullam ecclesiam, nullum clericum, nullum pauperem scribat heredes. Careat namque necesse est viribus, si quid contra vetitum circa personas specialiter conprehensas fuerit a moriente confectum. Immo si quid ab his morienti fuerit extortum, nec tacito fideicommisso aliquid clericis in fraudem venerabilis sanctionis callida arte aut probrosa cuiuspiam coniventia deferatur; extorres sint ab omnibus quibus inhiaverant bonis. Et si quid forte per epistulam codicillum donationem testamentum, quolibet denique detegitur genere

IVST. ˹ ˺ *om.* || *fin.*

⌈ constitutionibus
|| *fin.*

E. — IVST. 1, 5, 2.

1 $\overline{ppm}$ *E* 4 plectibili ausu] *scripsi dubitans*, plectibilius *E Cui. 1566* (plectilibus *E* Cui. 1586)*, plectibilibus *Gothofredus* 6 tabificat] *Cuiacius*, abificat *E* 8 ministri] *Cuiacius*, ministris *E* 9 religionem] *Cuiacius*, religione *E* 10 hii *E* 11 syrmium *E* 13 aeque] atque *Gothofredus*

XVI, 5, 6 (381 Ian. 10).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nullus haereticis mysteriorum locus, nulla ad exercendam animi obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes etiam si quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicito ab huiusmodi hominum genere im-
1 petratum est, non valere. Arceantur cunctorum haereticorum ab inlicitis congregationibus turbae. Unius et summi dei nomen ubique celebretur; Nicaenae fidei dudum a maioribus traditae et divinae religionis testimonio atque adsertione firmatae observantia semper mansura teneatur; || Fotinianae labis contaminatio, Arriani sacrilegii venenum, Eunomianae perfidiae crimen et nefanda mon-

IVST.
|| *fin.*

1 eutro ppō *E* nullus haereticis] *Quesn. Iust.*, nullos hereticos *E Cui.* 2 exercendam] exercend *E*[a] 3 genere] *Iust.*, gerere *E* 4 est] sit *Iust.* haereticorum] *E Cui. Iust.*, *om. E** 6 adsertionis *E*[a], adsertiones *E*[b] 7 obseruantie *E* teneatur] *libri et Iust. (Bamb.)*, teneatis *Iust. (rel.)* focinianae *Cui.* labes *E Quesnell. Colb.* 8 arrianis *E* sacrilegia *Colb.* eunomianae] *Quesn. Colb.*, eunomiae *E Cui.*

struosis nominibus auctorum prodigia sectarum ab ipso etiam aboleantur auditu. ‖ Is autem Nicaenae adsertor fidei, ⌈ catholicae religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem deum et Christum filium dei uno nomine confitetur, deum de deo, lumen ex lumine: qui spiritum sanctum, quem ex summo rerum parente speramus et accipimus, negando non violat: apud quem intemeratae fidei sensu viget incorruptae trinitatis indivisa substantia, quae ⌜Graeci adsertione verbi⌝ οὐσία recte credentibus dicitur. Haec profecto nobis magis probata,

IVST.
‖ *redit* | ⌈ et
⌜Graeco verbo⌝

3 haec veneranda sunt. Qui vero isdem non inserviunt, desinant adfectatis dolis alienum verae religionis nomen adsumere et suis apertis criminibus denotentur. Ab omnium submoti ecclesiarum limine penitus arceantur, cum omnes haereticos inlicitas agere intra oppida congregationes vetemus ac, si quid eruptio factiosa temptaverit, ab ipsis etiam urbium moenibus exterminato furore propelli iubeamus, ut cunctis orthodoxis episcopis, qui Nicaenam fidem tenent, catholicae ecclesiae toto orbe reddantur. DAT. IIII ID. IAN. CONST(ANTINO)P(O)LI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

E. — COLL. QVESNELL. ET COLBERT. et inde HINCMAR 1, 337. — IVST. 1, 1, 2.

1 auctorum] *om. Cui.; scr.* auctarum 2 auditu is *(sic Cui.,* auditus *E*[b]*)* autem nicene adsertor *om. E*[a], is a. n. fidei adsertor *Iust.* 4 uno] *Quesnell. Colb. Iust.,* unum *E Cui., ἑνὶ ὀνόματι Bas. 1, 1, 2* nomini *Quesnell. (non Colb.)* ex lumine] *E et rel.,* de lumine *Cui.* 4/5 qui spiritum sanctum quem (qui id quod *E Cui. Quesnell. ex em.,* quid quod *Quesnell. ante em. et Colbert.*) ex summo rerum parente speramus et *(om. E)* accipimus (-piamus *Colb.*)] *E Cui. Quesn. Colb. Iust. (Lat.), item Iust. (Graece): ὅς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ ἐκ τῆς ἀνωτάτου φύσεως πιστεύει (al. προϊὸν πρεσβεύει) καὶ ἀποδέχεται* 7 indiuisa] indiuisus *E* 8 *οὐσία*] *E Cui. Iust. (Lat. et Graece),* omousia *Quesn.,* omousiona *Colb.* 9 hisdem *E Cui. Quesn.,* his *Colb.* seruiunt *Cui.* 10 denudentur *Quesn. Colb.* 12 congregationis *E* eruptio] *Quesnell. Colb. Iust.,* ereptio *E Cui.* 13 iubeamus] *E Cui.,* iubemus *Quesnell. Iust.,* uidebimus *Colb.* 14 ecclesiae] *E Cui. Quesn. Colb. Iust.,* fidei *E** iuniarum *Quesn. Colb.*

VI, 5, 7 (381 Mai. 8).

IDEM AAA. EVTROPIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis Manichaeus Manichaeave ex die latae dudum legis ac primitus a nostris parentibus in quamlibet personam condito testamento vel cuiuslibet titulo liberalitatis atque specie donationis transmisit proprias facultates, vel quisquam ex his aditae per quamlibet successionis formam conlatione ditatus est, quoniam isdem sub perpetua inustae infamiae nota testandi ac vivendi iure Romano omnem protinus eripimus facultatem neque eos aut relinquendae aut capiendae alicuius hereditatis habere sinimus potestatem, totum fisci nostri viribus inminentis indagatione societur. Sive id marito sive propinquo aut cuilibet bene merito sive etiam filiis, quos tamen vitae eiusdem et criminis facinora sociata coniungent, sive etiam per interpositam quamlibet personam profuturum eidem, qui e tali hominum genere et grege repperitur,
1 inlicita liberalitate provenerit, caduci titulo vindicetur. Nec in posterum tantum huius emissae per nostram mansuetudinem legis forma praevaleat, sed in praeteritum etiam, quidquid talium personarum aut proprietas reliquit aut successio habuit, usurpatio fiscalis commodi persequatur. Nam licet ordo caelestium statutorum secuturis post observantiam sacratae constitutionis indicat neque actis obesse consueverit, tamen, quoniam quid consuetudo obstinationis et pertinax natura mereatur, in hac tantum, quam specialiter vigere volumus, sanctione iustae sensu instigationis agnoscimus et eos, qui etiam post legem primitus datam nequaquam ab inlicitis et profanis coitionibus refrenari divina saltem monitione potuerunt, tamquam in ipsius depictae legis iniuriam veluti sacrilegii reos tenemus,

1 ppo] *E* (po *E**) quis] *E,* qui *Cui.* 5 hisdem *E Cui.* inustae] *E,* iustae *Cui. (E*)* 7 totum f. nostri] *Cuiacius,* toto f. nostri nos indagationi *scr.* 9 eiusdem] *Gothofredus E* 10 profuturam *Cuiacius* qui e tali *E**), qui etati *Cuiacius* 14 se- *Cuiacius,* secutoris *E* post] *malim* postea 15/16 quid c. o. et pertinax] *scripsi,* et quid c. obstinationis (-nes *E*[a]) pertinax *E Cui.* 17 instigationis] *fortasse* indignationis et, eos] *scripsi,* eos *E Cui.* 18 coitionibus] *Cuiacius,* cohibitionibus *E*[b], choibitionibus *E*[a] saltim *E* 19 potuerint *Cuiacius* depictae] dictae *Gothofredus*

severitatem praesentium statutorum non tam ad constituendae, sed ad ulciscendae legis
2 sanximus exemplum, ita ut nec defensio temporis prosit. His tantum filiis paternorum
vel maternorum bonorum successio deferatur, qui licet ex Manichaeis orti sensu tamen
et affectu propriae salutis admoniti ab eiusdem vitae professionisque collegiis pura semet
3 dediti religione demoverint, tali inmunes a crimine. Illud etiam huic adicimus sanc-
tioni, ne in conventiculis oppidorum, ne in urbibus claris consueta feralium mysteriorum
sepulcra constituant; a conspectu celebri civitate penitus coherceantur. Nec se sub
simulatione fallaci eorum scilicet nominum, quibus plerique, ut cognovimus, probatae
fidei et propositi castioris dici ac signari volent, maligna fraude defendant; cum prae-
sertim nonnulli ex his Encratitas, Apotactitas, Hydroparastatas vel Saccoforos nominari
se velint et varietate nominum diversorum velut religiosae professionis officia mentiantur.
Eos enim omnes convenit non professione defendi nominum, sed notabiles atque execran-
dos haberi scelere sectarum. DAT. VIII ID. MAI. CONST(ANTINO)P(O)LI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

E

3 uel maternorum] *E (om.* **E) Cui.* 4/5 pura (*sic Cui.*, puras *E*) semet dediti religione] purae semet d. religioni *scr.* 8 fallaci] *E*, fallaciae *Cuiacius* 9 propisiti *E* 10 engratitas *E* hidroparastatas *E* 12 conuenit] *Cuiacius*, conueniat *E* 13 haberi] *Cuiacius*, haberis E^b, aberis E^a

XVI, 5, 8 (381 Iul. 19).

IDEM AAA. AD CLICHERIVM COM(ITEM) ORIENTIS. Nullum Eunomianorum atque Arrianorum vel ex dogmate Aeti in civitate vel agris fabricandarum ecclesiarum copiam habere praecipimus. Quod si temere ab aliquo id praesumptum sit, domus eadem, ubi haec constructa fuerint, quae construi prohibentur, fundus etiam vel privata possessio protinus fisci nostri viribus vindicetur atque omnia loca fiscalia statim fiant, quae sacrilegi huius dogmatis vel sedem receperint vel ministros. DAT. XIIII KAL. AVG. CONSTANT(INO)P(O)LI EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

E

1 clicherium] *scr.* glycerium eunumianorum *E* 2 aeti] *Gothofredus*, ethi *E Cui.* ciuitate] *scripsi*, ciuitates *E*, ciuitatibus *Cuiacius* fabrican..darum *E* 3 sit] *Cuiacius*, si *E* 6 dogmatis] *Cuiacius*, et d. *E* xiiii] *E Cui.*, iiii *E**

XVI, 5, 9 (382 Mart. 31).

IDEM AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Quisquis Manichaeorum vitae solitariae
falsitate coetum bonorum fugit ac secretas turbas eligit pessimorum, ita ut profanator
atque corruptor catholicae, quam cuncti suspicimus, disciplinae legi subiugetur, ut in-
testabilis vivat, nihil vivus inpendat inlicitis, nihil moriens relinquat indignis, omnia
suis non moribus, sed natura restituat aut proximis, si deerit legitima successio, melius
regenda dimittat, fisci dominio deficiente aguatione sine fraude molitionis intellegat
1 obligata. Haec de solitariis. Ceterum quos Encratitas prodigiali appellatione cogno-
minant, cum Saccoforis sive Hydroparastatis refutatos iudicio, proditos crimine, vel in
mediocri vestigio facinoris huius inventos summo supplicio et inexpiabili poena iubemus
adfligi, manente ea condicione de bonis, quam omni huic officinae inposuimus, a latae
dudum legis exordio. Sublimitas itaque tua det inquisitores, aperiat forum, indices de-
nuntiatoresque sine invidia delationis accipiat. Nemo praescribtione communi exordium
accusationis huius infringat. Nemo tales occultos cogat latentesque conventus: agris veti-
2 tum sit, prohibitum moenibus, sede publica privataque damnatum. Ac summa explo-

1 solidariae E^a 2 turbas] *scripsi*, urbas E^a, urbes E^b *Cui.* possimorum *E* ita] *fortasse* tali 3 legi] *Cuiacius*, legis *E* 4 uiuat] *Cuiacius*, uibeat *E* 5 natura] *scripsi*, nature *E Cui.* 6 fisci dominio] fiscis domini *E*, aut fisci dominio *Cui.* deficiente agnatione] *Cuiacius*, deficietur ac natione *E* 7 engratitas *E* prodiciali *E* 8 hidroparastatis *E* 11/12 denuntiatoresque] *Cuiacius*, senunciatoresque *E* 14 sede] *Cuiacius*, side *E*

ratione rimetur, ut, quicumque in unum paschae die non obsequenti religione convenerint, tales indubitanter, quales hac lege damnavimus, habeantur. DAT. PRID. KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(O)LI ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

E

1 die] *scripsi,* diem *E Cui.*

I, 5, 10 (383 Iun. 20).

IDEM AAA. CONSTANTIANO VIC(ARIO) DIOECESEOS PONTICAE. Tascodrogitae a sedibus quidem suis minime propellantur, ad nullam tamen ecclesiam haereticae superstitionis turba conveniat, aut, si forte convenerit, a conventiculis suis sine aliqua mora propulsetur. DAT. XII KAL. IVL. CONSTANT(INO)P(OLI) MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

E

1 constantiano] *reliquae ad hunc vicarium datae,* constantiniano *E* dioceseos *E Cui.* trascodroce *E,* tascodrocitae *Cui.; vide ad* 16, 5, 65 3 aliqua] *E,* ulla *Cuiacius*

I, 5, 11 (383 Iul. 25).

IDEM AAA. POSTVMIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes omnino, quoscumque diversarum haeresum error exagitat, id est Eunomiani, Arriani, Macedoniani, Pneumatomachi Manichaei, Encratitae, Apotactitae, Saccofori, Hydroparastatae nullis circulis coeant, nullam colligant multitudinem, nullum ad se populum trahant nec ad imaginem ecclesiarum parietes privatos ostendant, nihil vel publice vel privatim, quod catholicae sanctitati officere possit, exerceant. Ac si qui extiterit, qui tam evidenter vetita transcendat, permissa omnibus facultate, quos rectae observantiae cultus et pulchritudo delectat, communi omnium bonorum conspiratione pellatur. DAT. VIII KAL. AVG. CONST(ANTINO)P(O)LI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

W [incipit 3 apotactitae*] E*

2 machedoniani *E* neumathomaci *E* 3 engratite *E* ydroparastatae *W,* hidroparastate *E* 5 parietes] *W,* pariter *E Cui.* ostendant] extendent *Seeck* 6 extetiret *W* euidenta *(sic) Cuiacius* uetita] *E*[b] *Cui.,* uitata *E*[a] (uetiata *E**) *evanuit W* transcendat] *Cuiacius,* transcendant *E,* trans•ndant *W* 7 facultate quos] facultatem quos *E,* facultate •••• *W: expectamus* facultate accusandi quos 8 viii] *E Cui.,* viii *vel* viiii *W*

I, 5, 12 (383 Dec. 3).

IDEM AAA. POSTVMIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Vitiorum institutio deo atque hominibus exosa, Eunomiana scilicet, Arriana, Macedoniana, Apollinariana ceterarumque sectarum, quas verae religionis venerabili cultu catholicae observantiae fides sincera condemnat, neque publicis neque privatis aditionibus intra urbium adque agrorum ac villarum loca aut colligendarum congregationum aut constituendarum ecclesiarum copiam praesumat, nec celebritatem perfidiae suae vel sollemnitatem dirae communionis exerceat, neque ullas creandorum sacerdotum usurpet adque habeat ordinationes. Eaedem quoque domus, seu in urbibus seu in quibuscumque locis paschae turbae professorum ac ministrorum talium colligentur, fisci nostri dominio iurique subdantur, ita ut ii, qui vel doctrinam vel mysteria conventionum talium exercere consuerunt, perquisiti ab omnibus

1 aa. *W* 2 exosa eunomiana] *Cuiacius,* exosseum nomiana *E, evanuit praeter extremum* a *W* machedoniana *E,* m(?)...... *(Krueger,* e.... *Mai.) W* [apol]linaria[na] *W,* apolliniriana *E,* apolliriana *Cuiacius* 3 cultu] *E,* sa••• *(sic dubitans Krueger,* ratione *Maius) W* 3/4 condemnat] condemna•• *W* 7 eaedem] *Cuiacius,* eedem *W,* eadem *E* 8 quibuscumque locis paschae turbae] *W,* quibus pasce turbe *E,* agris in quibus passim turbae *Cuiacius: fortasse post* paschae *excidit* tempore 9 hii *WE,* hi *Cui.* 10 consuerunt] *W,* consueuerunt *E Cui.*

urbibus ac locis propositae legis vigore constricti expellantur a coetibus et ad proprias, unde oriundi sunt, terras redire iubeantur, ne quis eorum aut commeandi ad quaelibet alia loca aut evagandi ad urbes habeat potestatem. Quod si neglegentius ea, quae serenitas nostra constituit, impleantur, officia provincialium iudicum et principales urbium, in quibus coitio vetitae congregationis reperta monstrabitur, sententiae damnationique subdantur. DAT. III NON. DEC. CONST(ANTINO)P(O)LI MEROBAVDE II ET SATVRNINO CONSS.

WE

2 ad quaelibet] *Cuiacius*, ad quae[libet] *W*, atque libet *E* (ut quilibet *E**) 3 habeat] *E Cui.*, habeant *W (E*)* 4 officia] *W* (*sic, non* et officia) *E Cui.* 5 coitio] *W Cuiacius*, coitione *E* 5/6 sententiae damnationique] *W et pro coniectura margo Pith., item Cuiacius 1586,* sequentiae damnationique *E Cuiacius 1566*, sequenti emendationiquae *E* et sic ex* v. c. *margo Pithoei* 6 dec.] *E*, sept. *Cuiacius*

XVI, 5, 13 (384 Ian. 21).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eunomiani, Macedoniani, Arriani nec non Apollinariani inter sacrae religionis officia pro suis erroribus famosa sunt nomina. Omnes itaque, qui harum professionum vel pontificium sibi vel ministerium vindicarunt, qui se fugati nominis adserunt sacerdotes quique in criminosa religione ministrorum sibi nomen inponunt, qui docere se dicunt, quod aut nescire aut dediscere sit decorosum, omnibus huius urbis latebris indagine curiosiore perspectis sine ulla gratiae interventione pellantur; in aliis locis vivant ac penitus a bonorum congressibus separentur. DAT. XII KAL. FEB. CONSTANT(INO)P(O)LI RICHOMERE ET CLEARCHO VV. CC. CONSS.

WE. — Cf. Sozomenus hist. eccl. 8, 4: (Iohannes Chrysostomus) ἐδείκνυ τὸν νόμον ὃν Θεοδόσιος ἔθετο τοὺς ἑτεροδόξους (Gothos Arianos) εἴργων ἔνδον τειχῶν ἐκκλησιάζειν.

1 aa. *W* machedoniani *WE* 2 apollinariani] *W*, apolliriani *E Cui.* inter sacrae] *E Cui.*, interuersa sacrae (*ortum ex dittographia* interersasacrae) *W* 3 sibi *om. Cui.* minesterium *W* 4 nomines *W* quiquae *W* 5 aut nescire (scire *coni. Cuiacius 1586*) aut discere (*sic WE Cui.*) sit decorosum (*sic E*, dedecorosum *W Cui.*) *libri* 6 urbis] *W Cuiacius 1586, om. E E** 8 ricomere *W* ūū. c̄c̄.] ū *W, om. E*

XVI, 5, 14 (388 Mart. 10).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Apollinarianos ceterosque diversarum haeresum sectatores ab omnibus locis iubemus inhiberi, a moenibus urbium, a congressu honestorum, a communione sanctorum; instituendorum clericorum non habeant potestatem; colligendarum congregationum vel in publicis vel in privatis ecclesiis careant facultate. Nulla his episcoporum faciendorum praebeatur auctoritas; ipsi quoque episcopi nomine destituti appellationem dignitatis huius amittant. Adeant loca, quae eos potissimum quasi vallo quodam ab humana communione secludant. His etiam illud adnectimus, ut supra memoratis omnibus adeundi atque interpellandi serenitatem nostram aditus denegetur. DAT. VI ID. MART. THESSAL(ONICA) THEODOSIO A. II ET CYNEGIO CONSS.

WE

2 heresum] *sic WE* 4 facultatem *E* 5 iis *Cui.* auctoritas] *E Cui.*, occasio *W* 6 dignitatis huius] *W*, huius dignitatis *Cui.*, huius dignitas *E* admittant *W* quae eos] *scripsi*, quae his *WE*, quae hos *Cuiacius* 7 uallo] *WE* (loco *E**) quodam] *W*, quodammodo *E Cui.* nectimus *Cui.*

XVI, 5, 15 (388 Iun. 14).

IDEM AAA. TRIFOLIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes diversarum perfidarumque sectarum, quos in deum miserae vesania conspirationis exercet, nullum usquam sinantur habere

1 aa. *W* 2 uesania] *W Cui.*, uesania a *E* exercent *W* sinant *Cui.*

conventum, non inire tractatus, non coetus agere secretos, non nefariae praevaricationis altaria manus impiae officiis inpudenter adtollere et mysteriorum simulationem ad iniuriam verae religionis aptare. Quod ut congruum sortiatur effectum, in specula sublimitas tua fidissimos quosque constituat, qui et cohibere hos possint et deprehensos offerre iudiciis, severissimum secundum praeteritas sanctiones et deo supplicium daturos et legibus. DAT. XVIII KAL. IVL. STOBIS D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. II ET CYNEG(IO) V̄. C̄. CONSS.

V [redit 860, 2 habere*]* *WE*

1 inire] ire *V* coetos *W* secretus *WE* 2 simulationum *E* 3 uerae] *WE*, ue *V* 4 quoque *V* qui et] et qui et *W* deprae-hensis *E* 5 seuirissimum *E* supplicio *E* daturus *V* 6 xviii] *W(?)E*, xviiii *V* dn.] *sic V*, don̄ *E* (donam *E**), *om. W* uc.] *V*, *om. WE*

VI, 5, 16 (388 [?] Aug. 9).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Nonnullos Arrianorum formam nostrarum talem proferre iussionum conperimus, ut his liceat usurpare quae his videantur utilitatibus convenire. Qua sublata sciant nullam huiusmodi iussionem e nostro sacrario profluxisse. Quidquid itaque fuerit ab his pro eorum commoditate prolatum, ut falsi reus teneatur, qui deinceps ea circumtulerit. DAT. V ID. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) THEODOSIO A. II ET CYNEGIO V̄. C̄. CONSS.

V (ubi haec notatur numero VII et sic deinceps, cum praecedat 16, 4, 6) WE

1 aa. *W* formam] *VW*, *om. E* 2 iussionum] *Reinesius*, iussionem *V*, iussione *E*, *def. W* quae his] *VWE*, quae suis *Cuiacius 1586 coniectura* 3 quas oblata *E* 4 probatum *W* reos *E* 5 teneantur *W* circumdetulerit *E* 5/6 dat. u (ui *E*) id. aug. const. *(om. W)* th. a. ii et cynegio ūc *(sic W, om. VE)* conss. *libri: Cynegius cum diem obierit in ipso consulatu a. 388 sepultus die Mart. 19 (vide ad 8, 4, 17), certe in die erratum est. Sed locus quoque falsus est, hoc enim anno Theodosius non fuit Constantinopoli, sed a Thessalonica in Italiam iter fecit contra Maximum. Certa emendatio non suppetit.*

VI, 5, 17 (389 Mai. 4).

IMPPP. VAL(ENTINI)ANVS, THEOD(OSIVS) ET ARCAD(IVS) AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eunomiani spadones nec faciendi nec adipiscendi habeant licentiam testamenti. Quod circa omnes, quos vivos lex invenerit, volumus custodiri nec quemquam praeteritae cuiuspiam voluntatis privilegio defensari, cum, seu facta prius testamenta seu infecta doceantur, post hanc nostri oraculi sanctionem non habeant possidendi licentiam, non petendi, non etiam relinquendi heredem nomine principali, non fideicommissario, non legatario, non tacito fideicommisso vel quamcumque in huiuscemodi negotiis nuncupationem iuris ordo constituit: sed omnia, quae talium esse vel futura esse constiterit, ut caduca fisci nostri viribus vindicentur. Nihil ad summum habeant commune cum reliquis. DAT. IIII NON. MAI. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

VW

1 āā *W* 2 eunomiani] eunomianii *W*ᵇ, eunominiani *W*ᵃ spadones] hispadones *E* adepiscendi *W* 3 quicquam *W* 4 priuiligio *W* seu *om. W* infacta *V* 5 oraculis *E* 6 relinqui *E* 8 futurae se const. *V* 9 uindicetur *E* 10 iiii] *WE*, iii *V*

VI, 5, 18 (389 Iun. 17).

IDEM AAA. ALBINO P(RAEFECTO) V(RBI). Quicumque sub nomine Manichaeorum mundum sollicitant, ex omni quidem orbe terrarum, sed quam maxime de hac urbe pellantur sub

1 aa. *W* pu] p̄p̄o *E* manicheorum *VW* 2 orbe] urbe *V* sed] ad *E*

interminatione iudicii. Voluntates autem eorundem, quin immo ipsae etiam facultates populo publicatae nec vim testamentorum teneant nec derelinqui per eos aut isdem fas sit. Nihil ad summum his sit commune cum mundo. DAT. XV KAL. IVL. ROM(AE) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

VWE

1 inmo *W* 2 nec uim] necum *E* derelinqui] *fortasse* derelinqui quicquam hisdem *VWE*

XVI, 5, 19 (389 Nov. 26).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ii, qui scaevi dogmatis retinent principatum, hoc est episcopi presbyteri diacones adque lectores et si qui clericatus velamine religioni maculam conantur infligere, sub cuiuslibet haeresis sive erroris nomine constituti ex funestis conciliabulis, seu intra urbem seu in suburbanis esse videantur, omni modo propellantur. DAT. VI KAL. DECEMB. MED(IOLANO) TIMASIO ET PROMOTO CONSS.

VWE

1 aa. *W* hii *VWE* docmatis *VE*ᵃ 2 diacones] *V*, diac̄ *WE* si qui] *W*, qui *V*, quis *E* 3 conatur *V*ᵃ heresis *VW* errores *E* | 4 ex] *WE*, et *V* 5 ui *om. in sp. vac. W* timasio et promoto *om. W*

XVI, 5, 20 (391 Mai. 19).

EXEMPLVM SACRARVM LITTERARVM. Haereticorum polluta contagia pelli urbibus, vicis proturbari ac nullis penitus iubemus patere conventibus, ne in quoquam loco sacrilega cohors talium hominum colligatur. Nulla eorum perversitati vel publica conventicula vel latentiora erroribus secreta tribuantur. DAT. XIIII KAL. IVN. ROM(AE) TATIANO ET SYMMACHO V̄V̄. C̄C̄. CONSS.

VWE. — *Scholia Vaticana:* Superioribus similis, sed hic et clericos et laicos pari iussione conclusit, ut numquam conventicula in urbibus vicinis faciant.

1 hereticorum *VW* contacta *E* uicis] *W*, uicinis *V(cum schol.) E* 2 iubemus *om. E* pater *W* loco *om. E* 3 peruersitate *E* 4 latentiora] *W*, latiora *V*, latior *E* erroribus] et roribus *V*¹ 4/5 dat. (*immo* p̄p) xiiii (*sic V*, xiii *WE*) k. iun. rom. tat. et symm. (symago *E*) uucc. (*om. WE*) *libri*

XVI, 5, 21 (392 Iun. 15).

IDEM AAA. TATIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. In haereticis erroribus quoscumque constiterit vel ordinasse clericos vel suscepisse officium clericorum, denis libris auri viritim multandos esse censemus, locum sane, in quo vetita temptantur, si coniventia domini patuerit, fisci nostri viribus adgregari. Quod si id possessorem, quippe clanculum gestum, ignorasse constiterit, conductorem eius fundi, si ingenuus est, decem libras fisco nostro inferre praecipimus, si servili faece descendens paupertate sui poenam damni ac vilitate contemnit, caesus fustibus deportatione damnabitur. Tum illud specialiter praecavemus, ut, si villa dominica fuerit seu cuiuslibet publici iuris et conductor et procurator licentiam dederint colligendi, denis libris auri proposita condemnatione multentur. Verum si quos talibus repertos obsecundare mysteriis ac sibi usurpare nomina clericorum

1 a̅a̅ *W* hereticis *VW* quoscumque *om. W* 1/2 constetirit *W* 2 suscipisse *WE* 3 conhibentia *VW*, conibentia *E* 4 putuerit *W* id] is *V* possessorem] *WE*, possessionem *V*², posionem *V*¹ gessum *E* 5 constetirit *W* libras] *VW*, auri libras *E coniectura puto* 6 si *om. E* descendes *W* paupertatem *V* hac *W* 7 tum] *WE*, cum *V* 8 domina *W* 8/9 et procurator (-tur *W*)] vel procurator *Seeck* 9 dederint] *E*, dedirint *W*, dederit *V* 10 usurpatis (*non* -tos) *W*ᵃ

iam nunc proditum fuerit, denas libras auri exigi singulos et inferre praecipimus. DAT. XVII KAL. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

VWE

1 exigi] V^b (*vel* V^2) WE^b, egi V^a (*vel* V^1), exhigi E^a infere *W* dat. . . . 2 conss. | *om. E* a. ii] *W*, iii *V*

'I, 5, 22 (394 Apr. 15).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. VICTORIO PROC(ONSVLI) ASIAE. Haeretici neque episcopi faciendi potestatem neque episcoporum confirmationes licitas habeant. DAT. XVII KAL. MAI. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) III ET HONOR(IO) II AA. CONSS.

VWE

1 imp̄p theod̄ arcad̄ et hon̄ aa̅ *W*, idem aaa. *VE* proc̄] p̄u *V* 1/2 heretici *VW* | 3 xuii *om. in sp. vac. W* arcadio . . . aa. *om. W*

'I, 5, 23 (394 Iun. 20).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eunomianis, ne caperent aliquid vel relinquerent testamento, legem dudum credidimus promulgandam, quam quidem nunc consilio pleniore revocamus. Vivant iure communi, scribant pariter ac scribantur heredes. DAT. XII KAL. IVL. HADRIANOP(OLI) ARCADIO III ET HONORIO II AA. CONSS.

VWE

1 aaa.] *E*, aa̅ *W*, *om. V* eunomiani *scr.* nec E^b caparent *V*, caperint *E* 2 reliquerint E^a, relinquerint E^b credimus promulganda *E* | 3 ac] ad *V* 4 adrianop̄p *E* hadri......... conss. (*nomina videntur afuisse*) *W*

'I, 5, 24 (394 Iul. 9).

IDEM AAA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. ˹Haereticorum dementia nec ulterius conetur perpetrare quae reppererit nec inlicita habere concilia, nusquam˺ profana praecepta vel docere vel discere: ne antistites eorundem audeant fidem insinuare, quam non habent, et ministros creare, quod non sunt, ne per conventiam iudicantum omniumque, quibus per constitutiones paternas super hoc cura mandata est, eiusmodi audacia neglegatur et crescat. DAT. VII ID. IVL. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) III ET HONORIO II AA. CONSS.

IVST.
praec. 16, 5, 5
˹et nemo ulterius conetur quae reppererit˺

VWE. — IVST. 1, 5, 2.

1 aa̅ *W* 1/2 hereticorum *VW* 2 repperit *E* 4 ne] *VWE Iust. (R)*: nec *Iust. (CM)* antistes *V* 4/5 insinuare] minuare *E* 5 conhibentiam *VW*, chonibentiam *E* 5/6 iudicantum] *VE Iust. (R)*, iudicantium *W(?) Iust. (rel.)*

'I, 5, 25 (395 Mart. 13).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnes poenas, cuncta supplicia, quae sanctionibus divae recordationis genitoris nostri adversum haereticorum sunt pertinacem spiritum constituta, nostro etiam decreto reparantes decernimus, quidquid etiam his est contra meritum delinquentum spe correctionis speciali quadam

1 impp. . . . aa.] impp. arcad. *reliquis evanidis W*, idem aaa. *VE* 2 aduersus *E* 2/3 hereticorum *V*, *def. W* 3 pertinaces spiritus *E* reparantes] *WE*, separantes *V* 4 spe] *Gothofredus*, spes *VE* correctionis] *E*, corruptionis *V*

sanctione concessum, id irritum esse. Eunomianorum vero perfidam mentem et nequissimam sectam speciali commemoratione damnamus statuimusque omnia, quae contra illorum vesaniam decreta sunt, inlibata custodiri, illud addentes, ne quis memoratae sectae militandi aut testandi vel ex testamento sumendi habeat facultatem, ut sit omnibus commune damnum, quibus etiam communis est religionis furor, cessante videlicet, si quid a patre nostro quibusdam fuerat super testandi iure beneficio speciali concessum. DAT. III ID. MAR. CONSTANT(INO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

VW [finit 863, 4 his est*]*.

1 irritum] *E*, inirritum *V* perfidiam *V* 2 quae] quae de *V* 3 uaesaniam *V*, uesania *E* | memoratae sectae] memorati sint e *E* 4 testandi] *E*, sectandi *V* sit] *V*, sitam *E*

XVI, 5, 26 (395 Mart. 30).

IDEM AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne quis haereticorum, quos iam leges innumerae divi genitoris nostri continent, audeat coetus inlicitos congregare profanaque mente omnipotentis dei contaminare mysterium, nec publice nec privatim, nec in secreto nec palam. Nemo audeat episcopi sibi nomen adsciscere vel ecclesiasticum ordinem eorumque sanctissima nomina pollutis mentibus usurpare. DAT. III KAL. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

VE

1 aaa. *VE* hereticorum *V* legis *E* 2 inlicitus *V* 3 publicae *V* 4 aeclesiasticum *V* | 5 iii] *V*, iiii *E*

XVI, 5, 27 (395 Iun. [?] 24).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Conficiendorum testamentorum dari Eunomianis praecipimus potestatem et concedi id, quod divi genitoris nostri data nuper praeceptio continebat. DAT. VIII KAL. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

VE

1 aaa. *VE* 2 concedi] *E*, concedendi *V* genotoris *E* nostri *om. E* 3 iul.] ian. *Gothofredus, nam anno 395 die Nov. 27 Rufinus ppo caesus est, cui successit Caesarius*

XVI, 5, 28 (395 Sept. 3).

IDEM AA. AVRELIANO PROC(ONSVLI) ASIAE. Haereticorum ⌈ vocabulo continentur et latis adversus eos sanctionibus debent subcumbere, qui vel levi argumento iudicio catholicae religionis et tramite detecti fuerint deviare. || Ideoque experientia tua Heuresium haereticum nec in numero sanctissimorum antistitum habendum esse cognoscat. DAT. III NON. SEPT. CONSTAN(TINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROB(INO) CONSS.

IVST. ⌈ autem || *fin.*

VE. — IVST. 1, 5, 2.

1 aaa. *VE* proc] *E*, pu *V* hereticorum *V* 3 iudicio] *V Iust.*, a iudicio *E* 4 experientie | tue *E* euresium *VE* hereticum *V* 5 sept.] *V*, sebr. *E* (febr. *E**)

XVI, 5, 29 (395 Nov. 24).

IDEM AA. MARCELLO MAG(ISTRO) OFFICIOR(VM). Sublimitatem tuam investigare praecipimus, an aliqui haereticorum vel in scriniis vel inter agentes in rebus vel inter palatinos cum legum nostrarum iniuria audeant militare, quibus exemplo divi patris nostri omnis

1 aaa. *VE* marcello *cf. 6, 29, 8* 2 hereticorum *V* in *om. V* scriminis *E* (criminis | *E**) in rebus] uel in rebus *E* 3 audeat *E* omnibus *E*

et a nobis negata est militandi facultas. Quoscumque autem deprehenderis culpae huius adfines, cum ipsis, quibus et in legum nostrarum et in religionum excidium coniventiam praestiterunt, non solum militia eximi, verum etiam extra moenia urbis huiusce iubebis arceri. DAT. VIII KAL. DECEMB. CONSTANT(INO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

VE

1 quodcumque *E* 2 adfinis *V* conhibentiam *V*, choibentium *(sic) E* 3 prestiterunt *V* | milicie *E* huiusce] huius *E*

VI, 5, 30 (396 [402] Mart. 3).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AA. CLEARCHO P(RAEFECTO) V(RBI). Cuncti haeretici procul dubio noverint omnia sibi loca ⌜huius urbis⌝ adimenda esse, sive sub ecclesiarum nomine teneantur sive ⌜quae⌝ diaconica appellantur vel etiam decanica, sive in privatis domibus vel locis huiusmodi coetibus copiam praebere videantur, his aedibus
1 vel locis privatis ⌜fisco nostro adcorporandis⌝. ‖ Praeterea omnes clerici haereticorum ex sacratissima urbe pellantur neque his fini-
2 bus liceat convenire. ‖ Ad hoc interdicatur his omnibus ad litaniam faciendam ⌜intra civitatem⌝ noctu vel ⌜interdie⌝ profanis coire conventibus, statuta videlicet condemnatione centum librarum auri contra officium sublimitatis tuae ⌈, si quid huiusmodi fieri vel in publico vel in privatis aedibus concedatur. DAT. V NON. MAR. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

IVST.
⌜ ⌝ *om.*
⌜ ⌝ *om.*
⌜ecclesiae catholicae vindicandis⌝ ‖ *finit*
‖ *redit*
⌜ ⌝ *om.* ⌜die⌝
⌈ vel praesidale quinquaginta

VE. — IVST. 1, 5, 3.

1 aa. *om. E* pu] ppo *E* 2 heretici *V* 3 aeclesiarum *V* 4 decanica] *E Iust. (rel.),* decanonica *V Iust. (C)* in *om. E*ª 5 huiusmodi ... 6 locis] *Iust., om. VE* 7 hereticorum *V* 7/8 finibus] *Iust.,* linibus *E, om. V* 8/9 letanias faciendum *E* 9 interdie] *sic VE,* die *Iust.* 10 conuentibus] conuentionibus *Iust. (praeter Montisp. 83)* 12/13 non.] kal. *Iust. (Hal.): data videtur a. 402* Arcadio V et Honorio V conss. *collatis aliis legibus ad Clearchum directis*

VI, 5, 31 (396 Apr. 21 vel 22).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Auctores doctoresque Eunomianorum facinoris investigati clericique maxime, quorum furor tantum suasit errorem, e civitatibus pellantur extorres. DAT. XI KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONOR(IO) III AA. CONSS.

VE. — GEMINA 16, 5, 32.

1 aaa. *E* auctores doctoresque] *sic c. 32,* doctores auctoresque *V*, doctoresque *E* 2 maximi *V* e] ex *E* 3 extorrens *E* 3/4 constantinopoli arc. iiii et hon. iii aa] archadio iiii et honorio iii aa. ss. constantpli *E, om. V*

VI, 5, 32 (396 Apr. 21 vel 22).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne Eunomianorum tanta dementia perseveret, sublimis magnificentia tua omni studio auctores doctoresque Eunomianorum investigare festinet clericique eorum maxime, quorum furor tantum suasit errorem, de civitatibus pellantur extorres et humanis coetibus segregentur. DAT. X KAL. MAI. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCAD(IO) IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

VE. — GEMINA 16, 5, 31.

1 aaa. *E* ne] nec *E* 2 omnes *E* eunominorum *V*ª 3 festinat *E* 4 mai. om. V

XVI, 5, 33 (397 Apr. [?] 1).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Doctores Apollinariorum tota maturitate praecipimus ex aedibus carae nobis abscedere civitatis, ita ut, si obumbrati latebris abire neglexerint, occultos coetus, ut aestimant, habituri, ea loca vel domus, quibus praedictos congregaverint, fisci rationi nectantur. DAT. KAL. APRIL. CONST(ANTINO)P(OLI) CAESARIO ET ATTICO CONSS.

VE

1 aaa. *E* apollinarionorum *E* 2 ciuitates abscedere *E* 3 occultus *E* 4 fisca *V* rationi] *Gothofredus*, ratione *VE* 4/5 *mensis* | *parum convenit cum nomine praefecti (vide ad 3, 12, 3)*

XVI, 5, 34 (398 Mart. 4).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eunomianae superstitionis clerici seu Montanistae consortio vel conversatione civitatum universarum adque urbium expellantur. Qui si forte in rure degentes aut populum congregare aut aliquos probabuntur inire conventus, perpetuo deportentur, procuratore possessionis ultima animadversione punito, domino possessione privando, in qua his consciis ac tacentibus infausti damnatique conventus probabuntur agitati. Si vero in qualibet post publicatam sollemniter iussionem urbe deprehensi aut aliquam celebrandae superstitionis gratia ingressi domum probabuntur, et ipsi ademptis bonis ultima animadversione plectantur et domus, in qua ea sorte, qua dictum est, ingressi nec statim a domino dominave domus expulsi ac proditi fuerint, fisco
1 sine dilatione societur. Codices sane eorum scelerum omnium doctrinam ac materiam continentes summa sagacitate mox quaeri ac prodi exerta auctoritate mandamus sub aspectibus iudicantum incendio mox cremandos. Ex quibus si qui forte aliquid qualibet occasione vel fraude occultasse nec prodidisse convincitur, sciat se velut noxiorum codicum et maleficii crimine conscribtorum retentatorem capite esse plectendum. DAT. III NON. MART. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO) A. IIII ET EVTYCHIANO CONSS.

VE

1 aaa. *E* euthiciano *E* 2 montanistui *E* uel] *E*, ue *V* 3 in rure] inruere *E* 4 procuratores *V* 6 iussione *E* 10 materia *E* | 11 prodi] *Tilius*, proditi *VE* 12 iudicantum] *V*, eorum iudicantum *E* qui] *V*, quid *E* 13 occultasse] *V*, *om. E* 15 euthitiano *E*

XVI, 5, 35 (399 Mai. 17).

IDEM AA. DOMINATORI VIC(ARIO) AFRIC(AE). Noxios Manichaeos execrabilesque eorum conventus, dudum iusta animadversione damnatos, etiam speciali praeceptione cohiberi decernimus. Quapropter quaesiti adducantur in publicum ac detestati criminosi congrua et severissima emendatione resecentur. || In eos etiam auctoritatis aculei dirigantur, qui eos domibus suis damnanda provisione defendent. DAT. XVI KAL. IVN. MED(IOLANO) THEODORO V̄. C̄. CONS.

IVST. || *inc.*

VE. — IVST. 1, 5, 4.

1 aaa. *E* manicheos *V* 2 iuxta *VE* 6 uc.] uōc *E*

XVI, 5, 36 (399 Iul. 6).

IDEM AA. EVTYCHIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Eunomianis poenam adimendae testamenti factionis peregrinorumque mutandae condicionis remittimus. Patimur eos et donandi e suis facultatibus, ut velint, et dono rursus ab aliis accipiendi habere liberam
1 potestatem. Conciliis vero abstineant, coetus inlicitos derelinquant et sciant sibi inter-

1 aaa. *E* euthiciano *E* poenas *E* 2 que] quae *V* 2/3 dominandi *E*ᵃ *(E*)* 4 coetos | *E* delinquant *E*ᵃ

dictas esse collectiones aut poenas paratas, ita ut fundi procurator vel domus urbanae villicus, in quibus profana mysteria fuerint celebrata, ultimo supplicio feriantur ipsaque possessio et domus fisco vindicetur, si sciente domino et non prohibente nostrae iussioni
2 fuerit obnisum. Praeterea ministri sceleris, quos falso nomine suo antistites vocant, si in collectione aliqua fuerint conprehensi, deportentur omnibus bonis ablatis. DAT. PRID. NON. IVL. CONSTAN(TINO)P(OLI) THEODORO V̄. C̄. CONS.

VE

1 collectionem] *sic V* domos *E* 4 obnixum *E* sceleri *E* suo] *scr.* suos 6 uc.] uic *E*

VI, 5, 37 (400 [405] Febr. 26 [25]).

IDEM AA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Rescribtum, quod Donatistae a Iuliano tunc principe impetrasse dicuntur, proposito programmate celeberrimis in locis volumus anteferri et gesta, quibus est huiuscemodi allegatio inserta, subnecti, quo omnibus innotescat et catholicae confidentiae stabilita constantia et Donatistarum desperatio fucata perfidia. DAT. V KAL. MAR. RAV(ENNAE) STILICHONE ET AVRELIANO CONSS.

VE

1 aaa. *E* 2 principem *E* procramate *E* 4 confidentie] *E*, confidentia est *V* desperatio] *fortasse* desperantium fugata *E* 5 *propter annum vide ad 2, 8, 24*

VI, 5, 38 (405 Febr. 12).

IDEM AA. ET THEOD(OSIVS) A. EDICTVM. Nemo Manichaeum, nemo Donatistam, qui praecipue, ut conperimus, furere non desistunt, in memoriam revocet. Una sit catholica veneratio, una salus sit, trinitatis par sibique congruens sanctitas expetatur. Quod si quis audeat interdictis sese inlicitisque miscere, et praeteritorum innumerabilium constitutorum et legis nuper a mansuetudine nostra prolatae laqueos non evadat et si turbae forte convenerint seditionis, concitatos aculeos acrioris conmotionis non dubitet exserendos. DAT. PRID. ID. FEB. RAV(ENNAE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

VE

1 aa. et theod. a.] *Oviacius*, aaa. theod. a. *E*, aaa. *(om. rel.) V* manicheum *V*, manicheos E^b, manicheus E^a 2 fuere *E* 3 sibique] sibi *E* expectatur VE^a 4 sese] esse *E* 5 nostram E^a laqueos . . . turbae] *E*, *om. V* 6 seditiones E^b agrioris *E*

VI, 5, 39 (405 Dec. 8).

IDEM AAA. DIOTIMO SVO SAL(VTEM). Donatistae superstitionis haereticos quocumque loci vel fatentes vel convictos legis tenore servato poenam debitam absque dilatione persolvere decernimus. DAT. VI ID. DECEMB. RAV(ENNAE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

VE

1 diodimo *E: proconsul Africae* hereticos *V*

VI, 5, 40 (407 Febr. 22).

IDEM AAA. SENATORI P(RAEFECTO) V(RBI). ˹Quid de Donatistis sentiremus, nuper ostendimus. Praecipue tamen Manichaeos vel Frygas sive Priscillianistas˺ meritissima severitate persequimur. Huic itaque hominum

IVST.
˹Manichaeos seu Manichaeas vel Donatistas˺

1 pu] *V Iust. (WQ)*, ppo *E Iust. (rel.)*; *cf. Tillemont Honor. nol. 23* 2 donatis..s E^a, donatis E^b 3 manicheos *V* frygas] *V*, frigas *E* priscilianistas *VE*

1 generi nihil ex moribus, nihil ex legibus sit commune cum ceteris. Ac primum quidem
volumus esse publicum crimen, quia quod in religionem divinam committitur, in omnium
2 fertur iniuriam. Quos bonorum etiam publicatione persequimur, quae tamen cedere iube-
mus proximis quibusque personis, ita ut ascendentium vel descendentium vel venientium ex
latere cognatorum usque ad secundum gradum velut in successionibus ordo servetur. Qui-
bus ita demum ad capiendas facultates esse ius patimur, si non et ipsi pari conscientia
3 polluuntur. Ipsos quoque volumus amoveri ab omni liberalitate et successione quolibet
4 titulo veniente. Praeterea non donandi, non emendi, non vendendi, non
5 postremo contrahendi ⌜cuique⌝ convicto relinquimus facultatem. In
mortem quoque inquisitio ⌜tendit⌝. Nam si in criminibus maiestatis licet
memoriam accusare defuncti, non inmerito et hic debet subire iudicium.
Ergo et suprema illius scribtura inrita sit, sive testamento sive codicillo
sive epistula sive quolibet genere reliquerit voluntatis qui ⌜aut⌝ Mani-
chaeus ⌜aut Fryga aut Priscillianista⌝ fuisse convincitur, hoc quoque
casu eadem illa circa gradus superius conprehensos condicione servata:
⌜alioquin⌝ nec filios heredes existere aut adire permittimus, nisi a paterna
6 pravitate discesserint: delicti enim veniam paenitentibus damus ⌜. Ser-
vos ⌜etiam⌝ extra noxam esse volumus, si dominum sacrilegum ⌜reverten-
7 tes⌝ ad ecclesiam catholicam servitio fideliore transierint. || Praedium,
quo se huiusmodi hominum coetus, domino, etsi non communione criminis
implicato, sciente tamen nec prohibente, contraxit, patrimonio nostro socie-
tur, ac, si dominus ignoravit, actor vel procurator possessionis cohercitus plumbo perpeti
8 metallorum operi deputetur, conductor, si idoneus est, deportabitur. Rector pro-
vinciae, si haec crimina dissimulatione vel gratia delata distulerit aut convicta neglexerit,
sciat se multa viginti librarum auri feriendum. Defensores quoque et principales urbium
singularum nec non et officia provincialia decem librarum auri poena constringet, nisi
in his, quae a iudicibus super hoc praecepta fuerint, exsequendis et sagacissimam curam
et sollertissimam operam commodarint. DAT. VIII KAL. MART. ROM(AE) HONORIO VII ET
THEODOSIO II AA. CONSS.

IVST.
⌜cuiquam⌝
⌜tendatur⌝
⌜ ⌝ *om.*
⌜ ⌝ *om.*
⌜sed⌝
⌜ *interponuntur alia*
⌜insuper⌝
⌜evitantes⌝
|| *fin.*

VE. — IVST. 1, 5, 4.

2 religionem diuinam] *scripsi*, religione diuina *VE* committimur *E* 3 quae (qui *VE*) . . . 7 polluuntur] *VE cum Basilicis, om. Iust. (libri Latini cum Graecis excerptis)* 5 conatorum *E* 6 ad] *V*, de *E* 7/8 liberalitate et successione q. t. ueniente] *Iust.*, liberalitatis et successionis q. t. uenientes *VE* 8 non uendendi non emendi *Iust. (praeter M)* 9 relinquimus] tribuimus *Iust. (praeter W)* 11 iudicio *E* 12 supprema *V* 13/14 manicheus *V* 14 fryga] *V*, friga *E* priscilianista *VE* 14/15 hoc quoque casu *(om. E)* eadem illa circa gradus (grados *V*) s. conprehensos (-sus *E*[a]) cond. seruata] *VE cum Basilicis, om. Iust. libri Latini cum Nomoc. et Const.* 16 heredes] *Iust., om. VE* 18 nosxam *V*[1] domnum *E* 18/19 reuertentes] *V*, reuerentes *E*, *fortasse scr.* relinquentes 19 aeclesiam *V* 19/20 praedium quo se] *scripsi*, praeferri *V*, perferri *E*, praedium quod *Gothofredus* 22 ignorabit *V* 22/23 perpeti] *scripsi*, perpetui *VE* 24 crimina dissimulatione] crimen ad dissimulationem *E* 25 sciat] sotiat *(sic) E*[a] 26 constringit *E* 27 a *om. E* 27/28 sagacissimam c. et sollertissimam] *V*, sanctissimam *E* 28 commodarent *E* mart.] *VE*, mai. *Iust. (Hal.)*

XVI, 5, 41 (407 Nov. 15).

IDEM AAA. PORFYRIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Licet crimina soleat poena purgare, nos tamen pravas hominum voluntates admonitione paenitentiae volumus emendare. Quicumque igitur haereticorum, sive Donatistae sint sive Manichaei vel cuiuscumque alterius pravae opinionis ac sectae profanis ritibus adgregati, catholicam fidem et ritum, quem per omnes homines cupimus observari, simplici confessione susceperint, licet adeo inveteratum malum longa ac diuturna meditatione nutriverint, ut etiam legibus ante latis

1 proc̄] *E*, p̄ū *V* 2 admonitionem *E* 3 hereticorum *V* sint *om. E* manichei *V* 4/5 et ritum quem per] *V*, meritumque *E* 5 licet] *E*, liceat *V*

videantur obnoxii, tamen hos, statim ut fuerint deum simplici religione confessi, ab omni noxa absolvendos esse censemus, ut ad omnem reatum, seu ante contractus est seu postea quod nolumus contrahitur, etiamsi maxime reos poena videatur urgere, sufficiat ad abolitionem errorem proprio damnavisse iudicio et dei omnipotentis nomen, inter ipsa quoque pericula requisitum, fuisse conplexum, quia nusquam debet in miseriis invocatum religionis deesse subsidium. Ut igitur priores quas statuimus leges in excidium sacrilegarum mentium omni executionis urgueri iubemus effectu, ita hos, qui simplicis fidem religionis licet sera confessione maluerint, censemus datis legibus non teneri. Quae ideo sanximus, quo universi cognoscant nec profanis hominum studiis deesse vindictam et ad rectum redundare cultum legum quoque adesse suffragium. DAT. XVII KAL. DEC. ROM(AE) HONORIO VII ET THEODOSIO II AA. CONSS.

VE

3 contrabetur *Gothofredus* sufficia *E* 3/4 ad obolitionem *V* 4 errorem] *Cuiacius*, errorum *VE* 5 miseriis] *E*, miseris *V* 6 ut *om. E* 7 effectu ita] *V*, effici uita *E* hos] *Cuiacius*, his *VE* fidem] *Haenel*, fide *VE* 8 confessionem *E* maluerint] maluerit *E* non] *V*, *om. E* sancximus *VE* 9 quo] quae *E* uindictam] *V*, dictam *E* 10 rom̄] *V*, romam *E* 11 aa. *om. V*

I, 5, 42 (408 Nov. 14).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. OLYMPIO MAG(ISTRO) OFFICIORVM ET VALENTI COM(ITI) DOMESTICORVM. Eos, qui catholicae sectae sunt inimici, intra palatium militare prohibemus, ut nullus nobis sit aliqua ratione coniunctus, qui a nobis fide et religione discordat. DAT. XVIII KAL. DEC. RAV(ENNAE) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

VE

3 ut *om. E*

I, 5, 43 (408 [407] Nov. 15).

IDEM AA. CVRTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnia, quae in Donatistas, qui et Montenses vocantur, Manichaeos sive Priscillianistas vel in gentiles a nobis generalium legum auctoritate decreta sunt, non solum manere decernimus, verum in executionem plenissimam effectumque deduci, ita ut aedificia quoque vel horum vel || ⸢Caelicolarum etiam, qui⸣ nescio cuius dogmatis novi conventus habent, ecclesiis vindicentur. || Poena vero lege proposita veluti convictos tenere debebit eos, qui Donatistas se confessi fuerint vel catholicorum communionem refugerint scaevae religionis obtentu, quamvis Christianos esse se simulent. ET CETERA. DAT. XVII KAL. DEC. ROM(AE) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

IVST.
|| *inc.* | ⸢Aedificia autem eorum quae⸣
|| *fin.*

VE. — IVST. 1, 9, 12. — SIRM. 12 *integra.*

1 a̅a̅] aaa. *E*, *om. V* 1/2 monteses *V* 2 manicheos *V* priscillianistas] *E*, priscilianistas *V Sirm.* 3 in executionem] *V Sirm.*, etiam exequtionum *E* 5 cellicolarum *E* qui] *edd.*, quae *VE*, *om. Sirm.* 5/6 docmatis *VE*ᵃ 6 aeclesiis *V* 7 uelut *Sirm.* conuinctos *V* 8 se] esse *E* 9 catholicorum] c. sacerdotum *Sirm.* sceuae *V*, scaeu•• *E*ᵃ, sanctaeue *E*ᵇ*(E*)* *post* obtentu *ins.* communionem refugerint *Sirm.* 10 se *om. E* *subscriptio huiusce capitis et alterius 16, 10, 14 explenda videtur ex exemplo pleno Sirm. 12:* dat. uii *(sic Sirm.,* xuii *Th.)* k. Dec. Romae [proposita Karthagine in foro sub programmate Porphyrii proconsulis non. Iun.] Basso et Philippo conss., *omissis scilicet iis quae uncis inclusimus, relato die ad subscriptionem, consulibus ad propositionem in Africa. Scilicet a. 407 extremo et 408 incipiente Honorium Romae fuisse constat, a. 408 extremo eum ab urbe afuisse. Denique leges habemus datas ad Curtium praefectum praetorio* (a. 408 Febr. 3 et *407[?] Apr. 7), ad Porphyrium proconsulem datam a. 407 Nov. 15*

XVI, 5, 44 (408 Nov. 24).

IDEM AA. HAVE, DONATE, KARISSIME NOBIS. Donatistarum haereticorum Iudaeorum nova adque inusitata detexit audacia, quod catholicae fidei velint sacramenta turbare. Quae pestis cave contagione latius emanet ac profluat. In eos igitur, qui aliquid, quod sit catholicae sectae contrarium adversumque, temptaverint, supplicium iustae animadversionis expromi praecipimus. DAT. VIII KAL. DEC. R(A)V(ENNAE) BASSO ET PHILIPPO CONSS.

VE

1 aaa. habe *E* Donate] *proconsul Africae* k̄ n̄b *E* hereticorum *V* 2 inusitate *E* quod] quo *scr.* uellit *E* 3 caue contagione] *scripsi*, atque contagionis *E*, adque contagionis si *V* 4 temtauerit *E*

XVI, 5, 45 (408 Nov. 27).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. Defensorum curialium omniumque officiorum specula custodiat, ne quis intra aliquam civitatem vel ulla territorii parte secreta, qui ab ecclesiae catholico sacerdote dissidet, inlicitae coitionis habeat facultatem. Ipsa etiam loca iuri publico sociari seclusa omni excusatione censemus et proscriptos eos in exilium detrudi, qui audent disputare ea et adserere, quae institutio divina condemnat. DAT. V KAL. DEC. R(A)V(ENNAE) BASSO ET FIL(IPPO) CONSS.

VE

1 aaa. *E* ii *om. E* curalium *V* 2 custodiant *E* ulla] ultra *V*ᵃ 3 aeclesiae *V*, ecclesia *E* catholico] *V*, catholice *E* sacerdotem dissidit *E* cohitionis *V* 4 excusatione] *E*, executione *V*

XVI, 5, 46 (409 Ian. 15).

IDEM AA. THEODORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. POST ALIA: Ne Donatistae vel ceterorum vanitas haereticorum aliorumque eorum, quibus catholicae communionis cultus non potest persuaderi, Iudaei adque gentiles, quos vulgo paganos appellant, arbitrentur legum ante adversum se datarum constituta tepuisse, noverint iudices universi praeceptis earum fideli devotione parendum et inter praecipua curarum quidquid adversus eos decrevimus non ambigant exsequendum. Quod si quisquam iudicum peccato coniventiae executionem praesentis legis omiserit, noverit amissa dignitate graviorem motum se nostrae clementiae subiturum, officium quoque suum, quod saluti propriae contempta suggestione defuerit, punitis tribus primatibus condemnatione viginti librarum auri plectendum. Ordinis quoque viri si in propriis civitatibus vel territoriis commissum tale aliquid siluerint in gratiam noxiorum, deportationis poenam et propriarum amissionem facultatum se noverint subituros. DAT. XVIII KAL. FEB. RAV(ENNAE) HONOR(IO) VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

VE. — SIRM. 14 *integra.*

1 aaa. *E* p̄p̄o ii] *V*, p̄p̄o *E*, ū inl̄ p̄p̄o *Sirm.* donatistas *E* 2 hereticorum *V* eorum] *Sirm.*, error *VE* cultustus *V*¹ 4 se datarum (daturum *E*) *om. Sirm.* tepuisse] *E*, efuisse *V*, cepisse *Sirm.* earum] *Sirm.*, eorum *VE* 5 curarum] *Sirm.*, *om. VE* 5/6 non ambigant *om. Sirm.* 6 exequendum *V*ᵃ quod *om. Sirm.* peccato] *Sirm.*, loco *VE* conhibentiae *V*, cohnibentie *E*ᵃ, conibentie *E*ᵇ 7 praesensentis *V* obmiserit *E* nouerit *om. Sirm.* dignitatem *E*ᵃ 8 suggessione *E* 9 plectendum] subdendos *Sirm.* ordinis] *Sirm.*, ordines *VE* 10/11 in gratiam noxiorum] gratia obnoxiorum *Sirm.* 11 amisione *V* 12 dat. xuiii (*Sirm.*, xuiiii *E*, xuii *V*) k. febr. rāū (*sic V*, rauenna *E et post conss. Sirm.*) (dd. nn. *ins. Sirm.*) hon. uiii (uiiii *Sirm.*, uii *VE*) et th. iii (u *Sirm.*) aa. *libri; Sirmondiana lectio quae ducit ad a. 412, ideo reicienda est, quod leges ad Theodorum datae gatenus non perveniunt*

XVI, 5, 47 (409 Iun. 26).

IDEM AA. IOVIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si quis contra ea, quae multipliciter pro salute communi, hoc est pro utilitatibus catholicae sacrosanctae ecclesiae, adversus

1 aaa. *E* iouio] *E*, iouiano *V* 2 aduersus] et diuersos *E*

haereticos et diversi dogmatis sectatores constituta sunt, etiam cum adnotationis nostrae beneficio venire temptaverit, careat impetratis. ET CETERA. DAT. VI KAL. IVL. RAV(ENNAE) HONORIO VIII ET THEOD(OSIO) III AA. CONSS.

VE

1 hereticos *V* 2 carea *E*[a]

VI, 5, 48 (410 Febr. 21).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Montanistas et Priscillianistas et alia huiuscemodi genera nefariae superstitionis per multiplicata scita divalia diversa ultionum supplicia contemnentes ad sacramenta quidem militiae, quae nostris obsecundat imperiis, nequaquam admitti censemus: si quos vero ex his curialis origo vel ordinum nexus aut cohortalinae militiae inligat obsequiis et functionibus, his adstringi praecipimus, ne sub colore damnatae religionis eliciant vacationis cupitae sibi suffragia. Nec enim placet ex lege, quae in occidentalibus partibus promulgata praedictas caerimonias ita insecuta est, ut ab omni contractu eos et propemodum Romana conversatione submoverit, cohortalis militiae vel curiarum eos necessitatibus liberari. DAT. VIIII KAL. MAR. CONSTANT(INO)P(OLI) VARANE V̄. C̄. CONS.

VE

1 aaa. *E* priscillianistas] *E*, priscilianistas *V* 2 per] *malim* post scita] secta(?) *E*[a] 4 curialis origo uel ordinum nexus] *requiritur* origo aut curiali ordinum nexui 5 quohortarine *E* 6 uocationis *E*

VI, 5, 49 (410 Mart. 1).

IDEM AA. ANTHEMIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Manentibus his, quae in Eunomianos lex divi patris clementiae nostrae iam dudum constituit, nihil deinceps invicem sibi vel donare vel ipsos donatione consequi, nihil item relinquere nec capere testamento decernimus. Careant emolumentis, quae ex donationibus vel morientium voluntate alternis solebant inlecebris fraude et circumventione percipere, ut in totum utriusque iuris communione priventur tantumque eis ab intestato succedant, quos ad succedendi ius proditus veteribus legibus ordo praescribsit, ita ut, si nullus ex his superstes fuerit, qui iure ab intestato ad hereditatem vocantur, tunc bona in hac superstitione defuncti ad fiscum nostrum pertineant. Donationes etiam praedicto more prohibitae sacrarii nostri incrementis accedant, ita tamen, ut nulli ex his quicquam a nostra munificentia deposcere liceat neminique percipere, etsi quid forte voluerimus ultro largiri, sed in iure fisci maneant semper, nisi ea publicae utilitatis ratio venditioni subiecerit. DAT. KAL. MART. VARANE V̄. C̄. CONS.

VE

1 aaa. *E* quae] que *V*, qui *E* eonomianos *E* 2 nostrae] *V*, meae *E*: *obstat ei lectioni quod lex data est in Oriente* sibi inuicem *E* 4 quae] qua *V* uoluntatem *E* 6 quos] *Cuiacius*, quod *VE* 7 superstis *VE* 8 uocantur] *E*, uocatur *V* hanc *V* 9 predito *E* 12 uinditionis obtegerit *E* 13 uic *E* conss. *V*

VI, 5, 50 (410 Mart. 1).

IDEM AA. AD STRATEGIVM C(OMITEM) R(ERVM) P(RIVATARVM). DE EADEM RE ADDITO: Ita ut officium rerum privatarum aperte cognoscat ad proprium periculum redundare, si quid umquam ex praedictis bonis dissimulatione sua cuiquam passum fuerit tradi, cum nullo

1 aaa. *E* crp̄] *V*, orp. *E* addito] *fortasse* additur 3 simulatione *E*

modo nullaque ratione huius legis auctoritatem circumveniri oporteat. DAT. KAL. MAR. VARANE V. C. CONS.

VE

1 legis a. c. oporteat] regis auctoritate c. oportet *E* 2 uarane] *V*, rauenna uarane *E*; *ob-stat loco constitutio quae praecedit* uic. consulibus *E*

XVI, 5, 51 (410 Aug. 25).

IDEM AA. HERACLIANO COM(ITI) AFRIC(AE). Oraculo penitus remoto, quo ad ritus suos haereticae superstitionis obrepserant, sciant omnes sanctae legis inimici plectendos se poena et proscribtionis et sanguinis, si ultra convenire per publicum execranda sceleris sui temeritate temptaverint. DAT. VIII KAL. SEPT. VARANE V. C. CONS.

VEYDO. — GEMINA 16, 5, 56.

1 aaa. *VE* oraculo p. remoto *om. gem.* 1/2 quo (quod *YDO*) ad ritus (ritos *E*) suos haereticae (hereticae *V*) superstitionis (*sic VE* Y^aD, -nes Y^bO) obrepserant (surrepserant *O*) sciant (*om. E*) omnes] sciant omnes qui ad r. s. haeresi (*vel* -sis) superstitionis obrepserant *gem.* 2 sanctae] sacrosanctae *gem.* leges *V* 3 poenas Y^a execranda] exercendi *gem.* sceleri *E* 4 *post* temptaverint *add.* neque vera divinaque reverentia contagione temeretur *gem.* uarane (uarano Y^2, uarrone *O*) uc cons. (uic cons. *E*)] honorio x et theodosio ui aa conss. *gem.*

XVI, 5, 52 (412 Ian. 30).

IDEM AA. SELEVCO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Cassatis, quae pragmaticis vel adnotatione
manus nostrae potuerint impetrari, et manentibus his, quae iam dudum super hoc definita sunt, et veterum principum sanctione servata, nisi ex die prolatae legis omnes Donatistae, tam sacerdotes quam clerici laicique, catholicae se, a qua sacrilege descivere, reddiderint, tunc inl(ustres) singillatim poenae nomine fisco nostro auri pondo quinquaginta cogantur inferre, spectabiles auri pondo quadraginta, senatores auri pondo triginta, clarissimi auri pondo viginti, sacerdotales auri pondo triginta, principales auri pondo viginti, decuriones auri pondo quinque, negotiatores auri pondo quinque, plebei auri pondo quin-
1 que, circumcelliones argenti pondo decem. Qui nisi a conductoribus, sub quibus commanent, vel procuratoribus executori exigenti fuerint praesentati, ipsi teneantur ad poenam, ita ut nec domus nostrae homines ab huiuscemodi censura habeantur inmunes.
2. 3 Uxores quoque eorum maritalis segregatim multa constringat. Eos enim, quos nequa-
4 quam inlata damna correxerint, facultatum omnium publicatio subsequetur. Servos etiam dominorum admonitio vel colonos verberum crebrior ictus a prava religione revo-
5 cabit, ni malunt ipsi ad praedicta dispendia, etiam si sunt catholici, retineri. Clerici vero ministrique eorum ac perniciosissimi sacerdotes, ablati de Africano solo, quod ritu sacrilego polluerunt, in exilium viritim ad singulas quasque regiones sub idonea prosecutione mittantur, ecclesiis eorum vel conventiculis praediisque, si qua in eorum eccle-

---

1 aaa. EY^2 ppo] pso *YD* pragmaticis] *Gothofredus*, pragmatici *VEYDO* uel *om. Y D* adnotationem *E* 2 nostrae manus *O* impetrare *YD* iam] *YDO*, etiam *VE* 3 nisi] nisi se *O* 4 catholice se a *E*, catholicis ea *V*, catholicae sectae a *O*, catholicae sectae *YD* qua] quos *YD* describere *E*, desciuerunt *O* 4/5 reddiderunt *E* 5 inlustris *E* pondus *E*, *item infra v. 6. 7. 8. 9* 6 auri pondo *hic et deinceps om. O* 7 uginti *V* triginta] tringinta V^a, uiginti *YDO* principales (prinpales *E*) a. p. uiginti *om.* Y^a 8 negotiatores a. p. quinque *om.* EY^a 8/9 plebei a. p. quinque *om.* Y^a 9 circumcaeliones *VW*, circumcilionès E^b, circumci.liones E^a 10 executori] et exsecutoribus *O*, executoribus *YD* exigenti] *scripsi*, exigendi *V*, exegendi *E* 11 nec] *WE*, ne *VYD* ab] *WE*, ad *V* huiusmodi *O* 12 enim] *fortasse* dein 13 subsequitur *WE*, consequetur *O* 13/14 seruos e. d. a. uel colonos (-nus *E*)] *scribendum* seruos e. uel colonos d. a. uel 14/15 reuocaret *E* 15 ad] a *E*, se ad *YDO* retinere *Y*, reteneri *W* 16 minisque Y^1 pernitiosissimi *W* 17 religionis *E* 17/18 persecutione *D* 18 ecclesiis] *sic hoc loco et mox V* uel] et *YDO*

sias haereticorum largitas prava contulit, proprietati potestatique catholicae, sicut iam dudum statuimus, vindicatis. DAT. III KAL. FEB. R(A)V(ENNAE) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

VW [incipit 872, 8 auri pondo quinque*] EYDO.*

1 hereticorum *VW* proprietatique (*om.* potestati) *E* 3 $\overline{\text{aa}}$] ā *W*, *om. O*

VI, 5, 53 (412 [398?] Mart. 6).

IDEM AA. FELICI P(RAEFECTO) V(RBI). Iovinianum sacrilegos agere conventus extra muros urbis sacratissimae episcoporum querella deplorat. Quare supra memoratum corripi praecipimus et contusum plumbo cum ceteris suis participibus et ministris exilio coherceri, ipsum autem machinatorem in insulam Boam festina celeritate deduci, ceteros, prout libuerit, dummodo superstitiosa coniuratio exilii ipsius discretione solvatur, solitariis et longo spatio inter se positis insulis in perpetuum deportari. Si qui autem pertinaci inprobitate vetita et damnata repetiverit, sciat se austeriorem sententiam subiturum. DAT. PRID. NON. MART. MED(IOLANO) HONOR(IO) VIIII ET THEOD(OSIO) V AA. CONSS.

VWEYDO

1 aaa. *E* filici *W* $\overline{\text{pu}}$] *W*, $\overline{\text{ppo}}$ *VE*, $\overline{\text{pfo}}$ *YD*, preposito *O: illam lectionem veram esse ex argumento legis colligitur, consentitque altera 6, 2, 21, quae, quamquam provinciarum mentionem facit, recte ad praefectum urbi dari potuit tractans de gleba senatoria* iouinianum] *O emendans*, iouianum *VWEYD* 2 sacratissae *W*, sacratissima *YDO* episcorum *W* querella] *W*, quaerella *V* memorato *E* 3 contuso *E*, contunsum Y^2D^2O 4 autem *om. O* festinuo *E* 5 superstiosa *W* 5/6 solitariis ... 6 positis insulis] *VWE*, eis in solitarias inter se in longo sp. positas insulas *O*, solitariis in longo spatio inter se positas insulas *YD* 6 deportari] *scripsi*, deportatis *libri* quis *EO* 7 uetitata *W* sentiam *W* 8 aa.] *VE*, *om. WYDO* *Cum argumentum (cf. Tillemont ad Honorium not. 34) tum locus abhorrent ab a. 412; magistratus* (6, 2, 21) *ducit ad a. 398 Honorio A. IIII et Eutychiano conss.*

VI, 5, 54 (414 Iun. 17).

IDEM AA. IVLIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Donatistas adque haereticos, quos patientia
clementiae nostrae nunc usque servavit, conpetenti constituimus auctoritate percelli,
quatenus evidenti praeceptione se agnoscant et intestabiles et nullam potestatem alicuius
ineundi habere contractus, sed perpetua inustos infamia a coetibus honestis et a conventu
1 publico segregandos. Ea vero loca, in quibus dira superstitio nunc usque servata est,
catholicae venerabili ecclesiae socientur, ita ut episcopi presbyteri omnesque antistites
eorum et ministri spoliati omnibus facultatibus ad singulas quasque insulas adque pro-
2 vincias exulandi gratia dirigantur. Quisque autem hos fugientes propositam ultionem
occultandi causa susceperit, sciat et patrimonium suum fisci nostri conpendiis adgregan-
3 dum et se poenam, quae his proposita est, subiturum. Damna quoque patrimonii poe-
nasque pecuniarias evidenter inponimus viris mulieribus, personis singulis et dignitatibus
pro qualitate sui quae debeant inrogari. Si igitur proconsulari aut vicariano vel comi-
tivae primi ordinis quisque fuerit honore subcinctus, nisi ad observantiam catholicam
mentem propositumque converterit, ducentas argenti libras cogetur exsolvere fisci nostri
utilitatibus adgregandas. Ac ne id solum putetur ad resecandam intentionem posse suffi-
cere, quotienscumque ad communionem talem accessisse fuerit confutatus, totiens multam
exigatur, et si quinquies eundem constiterit nec damnis ab errore revocari, tunc ad

1 proc̄] *WE*, $\overline{\text{pu}}$ *V* hereticos *V*, eritocos *W* patientiae (*vel* patientiac) *W* 2 seruabit *E* percelsi *W*, precelli *E* 3 praeceptione] *Tilius*, praeceptioni *VW*, preceptionis *E* nullam] in ullam *E* 4 contractus *om. VE* inustus *W* infamiam *E* a *om. W* 5 publico] plico V^1 6 aeclesiae *V* 7 ad] sad *E* 8 exultandi *E* quisque] *VE*, quisquis *W* hoc *E* 10 est] et *E* 12 si *om. E* 13 *post* inrogari *videtur excidisse* determinantes *vel simile vocabulum* obseruiam *W*, obseruantia *E* 14 propositumque] pr..itumque *W*, propositum *E* 16 multa *E*, *inc. W* 17 uocari *E*

nostram clementiam referatur, ut de solida eius substantia ac de statu acerbius iudicemus.
4 Huiusmodi autem condicionibus etiam honoratos reliquos obligamus, scilicet ut senator, qui nullo munitus extrinsecus privilegio dignitatis, inventus in grege Donatistarum centum lib(ras) solvat argenti, sacerdotales eandem summam cogantur exsolvere, decem primi curiales quinquaginta libras argenti addicantur, reliqui decuriones X solvant
5 libras argenti, quicumque in haeresi maluerint permanere. Conductores autem domus nostrae si haec in praediis venerabilis substantiae uti permiserint, tantum pensione poenae nomine cogantur inferre, quantum in conductione pensitare consuerunt. Eadem quoque
6 enfyteuticarios auctoritas sacrae definitionis adstringet. Conductores vero privatorum si permiserint in isdem praediis conventicula haberi vel eorum patientia sacrum mysterium fuerit inquinatum, referatur per iudices ad scientiam dominorum, quorum intererit, si poenam volunt sacrae iussionis evadere, aut errantes corrigere aut perseverantes commutare ac tales praediis suis praebere rectores, qui divina praecepta custodiant. Quod si procurare neglexerint, hi quoque in pensiones, quas accipere consuerunt, prolatae praeceptionis auctoritate multentur, ut, quod ad conpendia eorum pervenire poterat, sacro
7 iungatur aerario. Officiales autem diversorum iudicum si in hoc errore fuerint deprehensi, ad triginta lib(rarum) argenti inlationem poenae nomine teneantur, ita ut, si quin-
8 quies condemnati abstinere noluerint, coherciti verberibus exilio mancipentur. Servos vero et colonos cohercitio ab huiusmodi ausibus severissima vindicabit. Ac si coloni verberibus coacti in proposito perduraverint, tunc tertia peculii sui parte multentur.
9 Adque omnia, quae ex huiusmodi generibus hominum locisque colligi poterunt, ad largitiones sacras ilico dirigantur. DAT. XV KAL. IVL. R(A)V(ENNAE) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

VWE

1 acerbius] *W*, aceruius *V* 2 honeratos *E* 3 senatus *W* munitus] monitus *E*, *scr.* munitur 4 argenti lib soluat *W* 5 relequi decurionis *W* decim ... 6 maluerint *bis E* 6 heresim *E (utroque loco)*, haeresi *(sic hoc loco) V* 7 uti] *scr.* uti fiant tantum] *WE*, tantam *V* pensione] *W*, pensionem *VE* 9 adstringit *E* 10 hisdem *VWE* potentia *E* 11 fuerint *V* iniquitatum *E* referatur] *W*, referetur *V*, referretur *E* 12 errantes] *Gothofredus*, certantes *libri*, cedentes *Seeck* 14 procare *W* hii *WE* 15 molientur *E* ut *om. V* conpedia *V* 16 iungantur *E* si *om. E* 16/17 depraehensi *VW* 17 inlatione *VE* teantur *W* 18 noluerint *W* coherciti] *V*, cohertici *W*, coheretici *E* mancipentus *W* 19 colonus *W* cohercitio] *V*, cohertitio *W* 20 partem *W* 21 adque *bis V* omni *E* ex *om. V* 21/22 largitionis *W* 22 constante] constante aa. *E*

XVI, 5, 55 (414 Aug. 30).

IDEM AA. IVLIANO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). ⌜Notione et sollicitudine Marcellini spect(a)b(ilis) memoriae viri contra Donatistas gesta sunt ea, quae⌝ translata in publica monumenta habere volumus perpetuam firmitatem. || Neque enim morte cognitoris perire debet publica fides. DAT. III KAL. SEPT. ROM(AE) CONSTANTIO ET CONSTANTE CONSS.

⌜Gesta, quae sunt⌝ IVST.

|| *fin.* IVST.

VWE. — IVST. 7, 52, 6.

1 proc] *VW*, pu *V* notitione *E* 2 sollicitudinem *E* 3 que *VW* publicam *W* 4 perpetim *E* 5 parare debit *W* 6 rom.] *V*, romae *W*, roma *E*: *fortasse scr.* Ravennae, *unde datae sunt huius anni leges reliquae, cum consulatum tueatur magistratus* constante] c. aa. *E*

XVI, 5, 56 (415 Aug. 25).

IDEM AA. HERACLIANO COM(ITI) AFRIC(AE). Sciant cuncti, qui ad ritus suos haeresi superstitionis obrepserant, sacrosanctae legis inimici plectendos se poena et proscribtionis et

1 herisi *W*, heresis *VE* 1/2 supersimonis *W* 2 poenam *E*

sanguinis, si ultra convenire per publicum exercendi sceleris sui temeritate temptaverint, ne qua vera divinaque reverentia contagione temeretur. DAT. VIII KAL. SEPT. HONORIO X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

VWE. — GEMINA 16, 5, 51 *(ubi vide).*

1 conuinere *W* sceleris uitae meritate *E* 2 uero *E*[a] reuentia *V*[1] 3 ui *om. E* | aa.] a. (?) *W*

VI, 5, 57 (415 Oct. 31).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. Montanistae conveniendi vel celebrandi
coetus ademptam sibi et creandi clericos omnem intellegant facultatem, ita ut, si con-
ventus inlicitos celebraverint, clerici eorum et episcopi sive presbyteri vel diaconi, qui
nefaria conventicula ineunda temptaverint vel creare clericos ausi fuerint vel etiam creari
1 adquieverint, stilum deportationis excipiant. Hi vero, qui ad celebrandos interdictos
conventus eos susceperint, ea ipsa re, in qua hoc fieri concesserint et execrabilia mysteria
celebrari, procul dubio intellegant se spoliandos, sive domus ea fuerit sive possessio; si
vero procuratores ignorantibus dominis eos susceperint, in exilium se vehementer coher-
2 citos non ambigant ablegandos. Si qua etiam propria eorum nunc extant aedificia,
quae non ecclesiae, sed antra debent feralia nominari, venerabilibus ecclesiis orthodoxae
sectae cum donariis addicentur. Quod quidem ita fieri oportebit, ut abstineatur privato-
rum rebus, ne sub obtentu rerum ad ecclesias Montanistarum pertinentium adversus pri-
vatos spoliatio ac direptio perpetretur. DAT. PRID. KAL. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) HONOR(IO) X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

VWE

1 ii ppo *W* montanisiae *E* conuiniendi *W* cebrandi *V* 2 ademtum *E* 3 diac *WE* 4 nefariam conuenticulam *E* 5 hii *WE* 6 conuentos *W* cesserint *E* et *om. W* exsecrabiliam *W*, ea secrabilia *E* 7 celebrari] *E*, celebrare *VW* se] *Beck, om. libri* 7/8 si uero] *Beck*, siue *libri* 8 exilio *E* | 9 obligandos *W*, obligando *E* etiam propria eorum (eor. propria *W*) nunc] *scr.* etiamnunc pr. eorum extent *W*, ex tanta *E* 10 aeclesiae *V* uenerabilibus nominari *V*[1] aeclesiis *V* 11 rectae *W* 12 aeclesias *V* 13 spolia *E* 13 constantinopoli ... 14 aa. conss.] constan...... conss. *W*

VI, 5, 58 (415 Nov. 6).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. Domus Eunomianorum propriae cleri-
corum, quae apud inclytam urbem habentur, fisci viribus addicantur, in quibus nefarios
conventus habitos vel iteratum baptisma claruerit, quod in modum semel nati hominis
1 semel a deo conceditur. Quod facinus ne etiam a ceteris haereticis perpetretur, com-
monemus, similem exspectaturis poenam etiam aliis clericis haereticis, si divinum baptisma
2 nefarie crediderint iterandum: ne eo quoque extra poenam relegationis futuro, qui
sponte adque ultro passus fuerit ad secundum se baptisma et geminata semel indultae
3 fidei mysteria inbui temere vel perperam devocari: pari poena deportationis absque
alicuius intercessione in Eunomianos clericos processura, si conventus exercere vel in hac
inclyta urbe vel in provinciis, civitatibus ac territoriis vel creare ausi fuerint clericos
4 pestiferi dogmatis vel creari. Confirmatis itaque prioribus legibus, quae promulgatae
sunt tam circa inhibendos conventus Eunomianorum quam etiam circa interdictas novissi-
mas voluntates aut liberalitates, illud addimus, ut, si qui de Eunomianis speciali beneficio

1 ppo ii *om. W* 2 inclytam] *sic VW* quibus] *W*, quas *VE* nefarius *E* 3 conuento(?)s *W* homines *E* 4 hereticis *VW* 5 expectaturis] specta..... *W* hereticis *VW* 6 nefariae *V*, nefaria *E*, nefa... *W* 7 geminata semel indultae (indul.. *W [Krueger]*, indulta *W [Maius]*)] *VW*, geminatas et indulte *E* | 8 fide *V*, ..de *W*, fidem *E* temere] et emere *W (W*[a] *secundum Maium)*, temnere *E* 10 inclyta] *sic VW* urbem *E* 11 pestifere *vel* pestiferei *W* dogmatis ..... prioribus *(mediis omissis) W* 12 tam] tamen *V*[1] inhibendos] intuendos *E* eunominia|rum *W* 13 uoluntatis *W* qui de] quid *E*

meruerant, ut eis testamenti factio indulgeretur vel donandi vel accipiendi ex largitate licentia tribuatur, priventur hoc beneficio et pares ceteris sint, quibus pares sunt in dogmatis pravitate. Nulli penitus testari liceat Eunomiano in Eunomianum, nulli eiusdem perversitatis ex testamento quicquam percipere Eunomiani; nemo donet nec Eunomianus ab Eunomiano liberalitatem praedii vel domus accipiat, etiamsi per interpositam alterius sectae personam vel titulum venditionis imaginariae fraus quaedam legi fuerit excogitata. Tantum hi, qui ab intestato venturi sunt ex legibus, in eorum hereditate succedant atque his locus pateat successionis, ad quos iura sanguinis legitimas intestatorum deferunt heredi-
5 tates. Conventicula etiam eorum in domos si qua fuerint vel possessiones, pro norma generalium sanctionum aerario nostro absque dubio socientur sibi hoc inputante domino, qui interdictos coetus sciens passus est sub tecto proprio vel in praedio rustico exer-
6 ceri. Illo incunctanter exsequendo, ut ubiubi repperti fuerint Eunomianorum clerici, qui auctores iterati baptismatis exstiterunt, conprehensi in perpetuum sub poena depor-
7 tationis ad exilium deducantur. Etiam illo addendo, ut nemo Eunomianus vel militet vel provinciam sub administratione cuiuslibet officii suscipiat gubernandam. ET CETERA. DAT. VIII ID. NOV. CONSTANT(INO)P(OLI) DD. NN. HONOR(IO) X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

VW [finit 6 imaginariae*] E*

1 meruerunt *E* 2 tribuatur *fortasse del.* 3 eunominiano *W* eiusdem] hisdem *W* peruersitates *E* 4 *post* nemo donet *videntur excidisse:* Eunomianus Eunomiano 5 liberalibertatem *E* 6 maginariae *E* quidam *E* excogitatam *E* 7 hii *E* succendant ad quem his *V* 8 legitamas *E* 9 domus *E* uel *om. E* possessionis *E*ᵃ 10 aerario] *scr.* eae aerario socientur *om. E* 11/12 exercere *V* 12 ubiubi] *V*, ubi *E* 13 conpraehensi *V*, conprehendi *E* 15 prouintia *E* 16 constantinopoli dd. nn. *om. E* ui] u *E*

XVI, 5, 59 (423 Apr. 9).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: **Manichaei et Fryges, quos Pepyzitas sive Priscillianistas vel alio latentiore vocabulo appellant, Arriani itidem Macedonianique et Eunomiani, Novatiani ac Sabbatiani ceterique haeretici sciant universa sibi hac quoque constitutione denegari, quae illis generalium sanctionum interdixit auctoritas, puniendis, qui contra generalium constitutionum interdicta venire temptaverint.** DAT. V ID. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

VEYO (hi duo post l. 60; deficit D). — Cf. IVST. 1, 5, 5.

1 idem aa. (aaa. *Y*) ascl. ppo] eidem ascl. *O* post alia *om. Y (vide ad l. seq.)* manichei *V* fryges] *V*, friges *E*ᵇ*O*, frices *E*ᵃ 2 pepizitas *E*, pepyzistas *V*, praepyzitas *Y*, pepusitae *Iust. 1, 5, 5 (RM)*, *om. O* siue *om. O* priscillianistas] *EYO*, priscilianistas *V* arriani itidem (tidem *E*) *VE*, item arriani *O* 3 machedonianique *VEY*ᵃ, que et *om. O* eunomia *E* uatiani *YO* sabatiani *Y*ᵃ heretici *V* 4/5 interdixit .... 5 constitutionum *om. YO* 5 interdicta] indicta *E* uenire temptauerint] uetuerunt *O* 6 marinianum *E*

XVI, 5, 60 (423 Iun. 8).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORIO). De haereticis omnibus, quorum et errorem execramur et nomen, hoc est de Eunomianis Arrianis Macedonianis ceterisque omnibus, quorum sectas piissimae sanctioni taedet inserere, quibus cunctis diversa sunt nomina, sed una perfidia, illa praecipimus debere servari, quae divi avus et pater nostrae clementiae constituerunt, scituris universis, quod, si in eodem furore permanserint, interminatae poenae erunt obnoxii. ET CETERA. DAT. VI ID. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

VEYD (finit 5 *in* permanse*) O (YO itemque aliquando D post l. 59) HINCMAR 1, 337.*

1 post alia *(ex l. 59) ante* de *YD* hereticis *V* et *om. O* 2 de] *rel. et Hincm., om. YDO* machedonianis *VEY*ᵇ*D*ᵇ*O*, machidonianis *Y*ᵃ*D*ᵃ 3 quorum ... inerere *post* 4 perfidia *collocat O* sectos *E* sanctioni taedet] sanctionis et *E* cunctis] cuncta *E*, *om. O* sunt *om. E* 4 una] ad una *Y*ᵃ qua *E* auos *E* 5/6 intemeratae *V* 6 iun.] *EYO cum legibus iungendis*, iul. *V*

VI, 5, 61 (423 Aug. 8).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnis dubiae interpretationis ambages hac sententia revocantes publicari praecipimus, quod lex, quae super Eunomianis militare prohibitis ceterisque execrabilium religionum et professionum ritibus promulgata cognoscitur, nihil ad eos, qui cohortalini sunt, pertinet. His enim sunt apparitionibus obligati, in quibus emensis militiae stipendiis veterani primipili munus sustinere coguntur. DAT. VI ID. AVG. EVDOXIOP(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

VE

1 interpraetationis *V* 2 resoluentes *E probabiliter* 3 exaecrabilium *V* 4 pertinent *E* | 5 primili V^a *(aut* V^1*)* 6 ui] u *lex iungenda* eudoxiop(oli)] eudoxio $\overline{\text{ppo}}$ *E*

VI, 5, 62 (425 Iul. 17 [Aug. 6]).

IMP. THEOD(OSIVS), A. ET VAL(ENTINI)ANVS CAES. AD FAVSTVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Manichaeos haereticos schismaticos sive mathematicos omnemque sectam catholicis inimicam ab ipso aspectu urbis Romae exterminari praecipimus, ut nec praesentiae criminosorum contagione foedetur. Circa hos autem maxime exercenda commonitio est, qui pravis suasionibus a venerabilis papae sese communione suspendunt, quorum schismate plebs etiam reliqua vitiatur. His conventione praemissa viginti dierum condonavimus indutias, intra quos nisi ad communionis redierint unitatem, expulsi usque ad centesimum lapidem solitudine quam eligunt macerentur. DAT. XVI KAL. AVG. AQVIL(EIAE) THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. CONSS.

VE. COLL. QVESNELL. ET COLBERT. et inde HINCMAR 1, 337. — GEMINA (?) 16, 5, 64. — *SIRM. 6 (inscriptione diversa) integra.*

1 $\overline{\text{caes}}$] cons. *E* $\overline{\text{pu}}$] *V Quesnell.*, $\overline{\text{pm}}$ *E*, $\overline{\text{prbm}}$ *Colbert.: cf. ad 16, 2, 47* 2 manicheos hereticos *V*, omnesque haereticos *Sirm.* schismaticos] uel sch. *Sirm.*, siue schism. *Th. 16, 5, 64, om. Quesnell. Colb.* siue mathematicos] *V Quesnell. Colb. Sirm., om. E hoc loco et Th. 16, 5, 64* 3 exterminari] e. debere *Sirm.* 4 foedetur] *E*, foedentur *V Quesnell. Colb. cum Sirm. et Th. 16, 5, 64* exercenda] exercere urgenda *E* commonitio] commotio *E Quesn. Colb. Hincm.* 5 suassionibus *E* a] ac *Quesnell.* commonitione V^a, communione V^b schismatae *V*, scismata *Quesnell. Colb.* 6 condonamus *Quesnell. Colb. Hincm.* 8 solitudine] V^b *(vel* V^2*)* E^b *Quesnell. Colb. Hincm.*, sollicitudinem V^a *(vel* V^1*)*, solicitudine E^a *(cum *E)* xui k. aug.] *cf. ad 16, 2, 47* 9 *propter subscr.* ($\overline{\text{caes}}$ *om. E*) *vide ad 16, 2, 47*

VI, 5, 63 (425 Iul. 6 vel Aug. 4).

IDEM A. ET CAES. GEORGIO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Omnes haereses omnesque perfidias, omnia schismata superstitionesque gentilium, omnes catholicae legi inimicos insectamur errores. Si quos vero . . ., haec quoque clementiae nostrae statuta poena comitetur et noverint sacrilegae superstitionis auctores participes conscios proscribtione plectendos, ut ab errore perfidiae, si ratione retrahi nequeunt, saltem terrore revocentur et universo supplicationum aditu in perpetuum denegato criminibus debita severitate plectantur. ET CETERA. DAT. PRID. NON. AVG. AQVIL(EIAE) $\overline{\text{D}}$. $\overline{\text{N}}$. THEOD(OSIO) A. XI ET VAL(ENTINI)ANO CAES. CONSS.

VEYO (D deficit).

1 a.] aaa. *Y* et caes] *VY*, et cons. *E*, *om. O* georgico *Y* proc. afr. *om. V* hereses *V*, heresis *E* 2 legi] *scripsi*, legis *EYO*, leges *V* 3 si . . . comitetur] *VEY*, *om. O, hiatum signavi* 3/4 et *(om. Y)* nouerint] *VEY*, nouerint ergo *O* 4 sacrilegas superstitionis (-nes E^b) *E*, superstitionis sacrilegae *O* consocios *V*, conscii se *O recte puto* 5 saltim *E* terrore uocentur *E* uniuersa *E* 6 aditum *E* 7 $\overline{\text{dat}}$. prid. non. aug. (iul. *lex iuncta*) $\overline{\text{aquil}}$ (aquilg *E*) $\overline{\text{dn}}$ *(om. EYO)* th. a. xi et ual. $\bar{\text{c}}$ *(om. EO) libri*

XVI, 5, 64 (425 Aug. 6).

IDEM A. ET CAES. BASSO C(OMITI) R(ERVM) P(RIVATARVM). POST ALIA: **Manichaeos haereticos sive schismaticos omnemque sectam catholicis inimicam ab ipso aspectu urbium diversarum exterminari praecipimus, ut nec praesentiae criminosorum contagione foedentur. Omnes igitur personas erroris infausti iubemus excludi, nisi his emendatio matura subvenerit.** ET CETERA. DAT. VIII ID. AVG. AQVIL(EIAE) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. XI ET VALENTINIANO CAES. CONSS.

VE. — GEMINA 16, 5, 62. — *SIRM. 6 (inscriptione diversa) integra.*

1 c̄] cons̄ *E* 1/2 manicheos hereticos *V* 5 d̄n̄ *om. E* 6 caes̄] cons̄ *E*; *propter subscriptionem vide ad 16, 2, 47*

XVI, 5, 65 (428 Mai. 30).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. FLORENTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. **Haereticorum ita est reprimenda insania, ut ante omnia quas ab orthodoxis abreptas tenent ubicumque ecclesias statim catholicae ecclesiae tradendas esse non ambigant, quia ferri non potest, ut, qui nec proprias habere debuerant, ab orthodoxis possessas aut conditas
1 suaque temeritate invasas ultra detineant.** Dein ut, si alios sibi adiungant clericos vel, ut ipsi aestimant, sacerdotes, decem librarum auri multa per singulos ab eo, qui fecerit et qui fieri passus sit vel, si paupertatem praetendant, de communi clericorum eiusdem
2 superstitionis corpore vel etiam donariis ipsis extorta nostro inferatur aerario. Post haec, quoniam non omnes eadem austeritate plectendi sunt, || ⌜Arrianis quidem, Macedonianis et Apollinarianis, quorum hoc est facinus, quod nocenti meditatione decepti credunt de veritatis fonte mendacia, intra nullam civitatem ecclesiam habere liceat; Novatianis autem et Sabbatianis omnis innovationis adimatur licentia, si quam forte temptaverint; Eunomiani vero, Valentiniani, Montanistae seu Priscillianistae, Fryges, Marcianistae, Borboriani, Messaliani, Euchitae sive Enthusiastae, Donatistae, Audiani, Hydroparastatae, Tascodrogitae, Fotiniani, Pauliani, Marcelliani et qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerunt Manichaei⌝ nusquam in Romano solo conveniendi orandique habeant facultatem; Manichaeis etiam de civitatibus expellendis ⌈, quoniam nihil his ⌜omnibus⌝ relinquendum loci est, in quo ipsis etiam elementis fiat
3 iniuria. || Nulla his penitus praeter cohortalinam in provinciis et castrensem indulgenda militia; nullo donationis faciendae invicem, nullo testamenti aut voluntatis ultimae penitus iure concesso; || cunctisque legibus, quae contra ⌜hos⌝ ceterosque, qui nostrae fidei refragantur, olim

IVST. 1, 5, 5

|| *inc.*
⌜Arriani et Macedoniani, Pneumatomachi et Apollinariani et Novatiani sive Sabbatiani, Eunomiani, Tetraditae sive Tessarescaedecatitae, Valentiniani, Papianistae, Montanistae seu Priscillianistae vel Phryges vel Pepuzitae, Marcianistae, Borboriani, Messaliani, Eutychitae sive Enthusiastae, Donatistae, Audiani, Hydroparastatae, Tascodrogitae, Batrachitae, Hermeieciani, Photiniani, Pauliani, Marcelliani, Ophitae, Encratitae, Apotactitae, Saccophori et, qui ad imam usque scelerum nequitiam pervenerant, Manichaei⌝

⌈ et ultimo supplicio tradendis | ⌜ ⌝ *om.*

|| *fin.*

|| *redit* | ⌜eos⌝

1 impp. . . . ualentinianus] *E*, idem *V* 1/2 hereticorum *V* 2 abreptas tenent] abrepta stent *E* 3 eclesias *(sic) V* ecclesiae] *sic V* 5 deinde *E* 6 librarum auri] *E*, librarum *V* 10 machedonianis *VE* 13 ullam *E* aeclesiam *V* 14 nouationis *E* sabbatiani *E* 15 omnes innouationes *E*[b] *(cum *E)* qua *E* 17 montanisiae *E* priscilianistae *V* 18 boboriani *V*[a] missaliani *E* euchitae] *libri et Iust. (C)*, eutychitae *Iust. (sic fere R)* 18/19 enthusiastae] *sic fere Iust.*, enthysiastae *V*, entisiaste *E* 19 audiant *E* 20 tascodrogitae] *Iust. et sic fere supra* 16, 5, 10 *recte (v. Stephanus s. v.* *Τασκοδρούγοι)*, ascodrogitae *VE eodemque errore nov. Theod. 3, 9* 20/21 marcellini *E* 22 manichei *V* 24 manicheis *V* 25/26 reliquendi *V* 28/29 indulgendum militium *E* 30 testamento *E* paenitus *V* 32 refrautur *E*[a]

latae sunt diversisque ˹promulgatae˺ temporibus, semper viridi observantia valituris, sive de donationibus in haereticorum ˹factis ecclesias˺, sive ex ultima voluntate rebus qualitercumque relictis, sive de privatis aedificiis, in quae domino permittente vel conivente convenerint, venerandae nobis catholicae vindicandis ecclesiae, sive de procuratore, qui hoc nesciente domino fecerit, decem librarum auri multam vel exilium, si sit ingenuus, subituro, metallum vero post verbera, si servilis condicionis sit; ita ut nec in publico convenire loco nec aedificare sibi ⌈ ecclesias nec ad circumscribtionem legum quicquam meditari valeant, omni civili et militari, curiarum etiam et defensorum et iudicum sub viginti librarum auri interminatione prohibendi auxilio. Illis etiam in sua omnibus manentibus firmitate, quae de militia ‖ et donandi iure ac testamenti factione vel neganda penitus vel in certas vix concessa personas ‖ poenisque variis de diversis sunt haereticis ˹promulgatae, ita ut˺ nec speciale quidem beneficium adversus leges valeat impetra-
4 tum. ‖ Nulli haereticorum danda ⌈ licentia vel ingenuos vel servos proprios, qui orthodoxorum sunt initiati mysteriis, ad suum rursus baptisma deducendi, nec vero illos, quos emerint vel qualitercumque habuerint necdum suae superstitioni coniunctos, prohibendi catholicae sequi religionem ecclesiae. Quod qui fecerit vel, cum sit ingenuus, in se fieri passus sit vel factum non detulerit, exilio ac decem librarum auri multa damnabitur, testamenti et donationis faciendae utrique dene-
5 ganda licentia. Quae omnia ita custodiri decernimus, ut nulli iudicum liceat delatum ad se crimen minori aut nulli cohercitioni mandare, nisi ipse id pati velit, quod aliis dissimulando concesserit. DAT. III KAL. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) FELICE ET TAVRO CONSS.

˹prolatae˺

˹conventicula, quae ipsi audacter ecclesias nuncupare conantur, factis˺

⌈ quasi

‖ *finit*

‖ *redit*

˹promulgata ut˺

‖ *1, 5, 5 fin., seq. 1, 6, 3* | ⌈ est

VE. — IVST. 1, 5, 5. 1, 6, 3.

3 hereticorum f. aeclesias *V* 6 conhibente *V*, cohibente *E* conuenerit *V* 7 aeclesiae *V* 10 subiturum *E* 11 sit] si *E* 12 ecclesias] *sic V* 13 circumscribtione *V* 14 ualeat *V* omni *om. E* 16 exterminatione *E*ᵃ *(cum E*)* 17/18 firmitatem quae de militie donandi *E* 19 neganda] *Beck*, negandi *VE* 19/20 concessas *E* 20 poenasque *E* diuersi sunt *E* 21 hereticis *V* 22 beneficio *VE* 23 hereticorum *V* 24 initiati] *E*, initia *V* 26 superstitionis *E* conduntos *V* aeclesiae *V* 28 auri *om. E* 29 iudicium *E*ᵃ 31 iun.] *VE*, iul. *Iust. 1, 5, 5 (Hal.)*, ian. *Iust. 1, 6, 3 (Hal.)*

VI, 5, 66 (435 Aug. 3).

IDEM AA. LEONTIO P(RAEFECTO) V(RBI). Damnato portentuosae superstitionis auctore Nestorio nota congrui nominis eius inuratur gregalibus, ne Christianorum appellatione abutantur: sed quemadmodum Arriani lege divae memoriae Constantini ob similitudinem inpietatis Porfyriani a Porfyrio nuncupantur, sic ubique participes nefariae sectae Nestorii Simoniani vocentur, ut, cuius scelus sunt in deserendo deo imitati, eius vocabulum
1 iure videantur esse sortiti. Nec vero impios libros nefandi et sacrilegi Nestorii adversus

1 idem] *E*, impp. theod. et ualentinianus *V* $\overline{\text{pu}}$] *V*, $\overline{\text{pp}}$ urbis *Iust. (C)*, $\overline{\text{ppo}}$ *E*, $\overline{\text{pp}}$ *Iust. (rel.)* autore *V* 2 congruit *E* oppellationi *(sic)* *E* 3 quemammodum *V* 4 porfyriani a porfyrio] *V*, oporfiriani oporfirio *E* nuncupatur *V* 4/5 nostorii simoniani (sym- *E*)] *V* *E cum Iust. (Graeci) et Ephes.*, nestoriani *Iust. (Lat.)* 6 nec] ne *E* et sacrilegi] *Iust. cum Ephes.: καὶ ἱεροσύλου*, sacrilegii *VE*

venerabilem orthodoxorum sectam decretaque sanctissimi coetus antistitum Ephesi habiti scribtos habere aut legere aut describere quisquam audeat: quos diligenti studio requiri
2 ac publice conburi decernimus. Ita ut nemo in religionis disputatione alio quam supra dicto nomine faciat mentionem aut quibusdam eorum habendi concilii gratia in aedibus aut villa aut suburbano suo aut alio quolibet loco conventiculum clam aut aperte praebeat, quos omni conventus celebrandi licentia privari statuimus, scientibus universis violatorem huius legis publicatione bonorum esse coercendum. DAT. III NON. AVG. CONSTANT(INO)P(OLI) D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. XV ET QVI FVERIT NVNTIATVS CONSS.

V (finit p. 880, 4 *in* faciat *[avulsis foliis duodecim]) E.* — IVST. 1, 5, 6. — ***Integra Graece inter acta concilii Ephesini a. 431 (Mansi 5, 413), ubi additur in fine: τὸν νόμον δὲ τοῦτον τῇ τε Ῥωμαίων τῇ τε Ἑλλήνων τεθείκαμεν γλώττῃ, ὡς πᾶσι σαφῆ καὶ γνώριμον εἶναι. Sed Latina exempla duo quae reperiuntur in actis conciliorum, alterum in Ephesini (Mansi l. c.), alterum in collatione V Constantinopolitani quinti a. 553 (Mansi 9, 249) cum ex Graeco archetypo videantur Latine versa esse, a nobis omissa sunt.***

1 decetaque *V*ᵃ, decretamquae *E* 2 audeat] aut et *E* 3 disputationem *E* 3/4 alio quam supra dicto nomine] ***scripsi ad Graeca:*** *ἑτέρῳ ἢ τῷ Σίμωνος ὀνόματι,* aliquam supra dicto nomine *VE,* aliquam supra dicti nominis *Iust.* 5 quilibet *E* 6 licentiam *E* 7 publicationem *E* 7/8 dat. iii non. (kal. *Iust. [Hal.]*) aug. const. d. n. (doñ *E, om. Iust. [Hal.]*) th. a. xu et qui f. nuntiatus *(sic E,* th. xu et ual. iiii aa. *Iust. [Hal.]) libri; subscr. nulla in actis Ephes.*

VI. NE SANCTVM BAPTISMA ITERETVR.

baptismum *E* iteratur *L* — *Iust. 1, 6.*

XVI, 6, 1 (373 Febr. 20).

IMPP. VAL(ENTINI)ANVS ET VALENS AA. AD IVLIANVM PROCONS(VLEM) AFRICAE. || Antistitem, qui sanctitatem baptismi inlicita usurpatione geminaverit ⸢et contra instituta omnium eam gratiam iterando contaminaverit⸣, sacerdotio indignum esse censemus. DAT. X KAL. MART. TREV(IRIS) VAL(ENTINI)ANO ET VALENTE IIII AA. CONSS.

IVST. ⸢et ... contaminaverit⸣ *om.*

EL. — IVST. 1, 6, 1.

1 *addi debuit* Gratianus ad iulianum] a iuliano *L* 2 africae *om. L* 5 esse *om. Cui.* x *om. finitque in* mart. *L*

XVI, 6, 2 (377 Oct. 17).

IMPPP. VALENS, GRATIANVS ET VAL(ENTINI)ANVS AAA. AD FLORIANVM VIC(ARIVM) ASIAE. Eorum ⸢ condemnamus errorem, qui apostolorum praecepta calcantes Christiani nominis sacramenta sortitos alio rursus baptismate non purificant, sed incestant, lavacri nomine polluentes. || Eos igitur auctoritas tua erroribus miseris iubebit absistere ecclesiis, quas contra fidem retinent, restitutis catholicae. Eorum quippe institutiones sequendae sunt, qui apostolicam fidem sine intermutatione baptismatis probaverunt. Nihil enim aliud praecipi volumus, quam quod euangeliorum et apostolorum fides et traditio incorrupta servavit, sicut lege divali parentum

IVST. *(praecedit Th. 16, 6, 1)* ⸢ enim || *fin.*

---

1 ualens] ualt *L*, *post* grat. *Cui.* 1/2 ad florianum uic asiae] *Iust.*, ad flauianum (flauiano *L*) uic (uc *L*) africh. *(sic E, om. L) EL: illud verum esse declarat locus, unde constitutio emissa est, nec iam poterit referri constitutio ad Nicomachum Flavianum teste titulo (C. I. L. VI, 1783) circa haec tempora vicarium Africae* 3 alio] alioque *L* 5 absistere] *Cui.*, adsistere *LE* 6 institutionis *L* 7 inmutatione *L* quod] quae *Cui.* 8 seruabit *L* sicut] sicut et *Cui.*

1 nostrorum Constantini Constanti Valentiniani decreta sunt. Sed plerique expulsi de ecclesiis occulto tamen furore grassantur, loca magnarum domorum seu fundorum inlicite frequentantes; quos fiscalis publicatio conprehendet, si piaculari doctrinae secreta praebuerint, nihil ut ab eo tenore sanctio nostra deminuat, qui dato dudum ad Nitentium praecepto fuerat constitutus. Quod si errorem suum diligunt, suis malis domesticoque secreto, soli tamen, foveant virus impiae disciplinae. DAT. XVI KAL. NOV. CONST(ANTINO)P(O)LI GR(ATI)ANO A. IIII ET MEROBAVDE CONSS.

EL. — IVST. 1, 6, 1.

1 constanti ualent. *om.* *L* 1/2 expulsi de eccl.] pulsi de exiecleslis *L* 2 crassantur *L* magna *L* 3 publicatio ... doctrinae] putrinae *L* conprehendet] *L Cui.*, conprehendit et *E* secretae *L* 4 nitentium] *E Cui.*, tinentium *L* 5 errore *E* 6 uiros *E Cui.* impiae disciplinae] aut inopiae penam inpiae disciplinae et facultatum omnium puplicatione multatus L, *cf. c. 5* 6/7 dat. xui *(sic E Iust. [Hal.]*, xu *L)* k. nou. *(hic finit L)* const. grat. a. iiii et (e *E*) mer. conss. *libri: in loco erratum est, nam Valens venit Constantinopolim a. demum 378 Mai. 30*

VI, 6, 3 (405 Febr. 12).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. EDICTVM. Rebaptizantium non patimur devios errores. ET CETERA. DAT. PRID. ID. FEB. RAVENN(AE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

E

2 stilicone *E*

VI, 6, 4 (405 Febr. 12).

IDEM AAA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Adversarios catholicae fidei exstirpare huius decreti auctoritate prospeximus. Ideoque intercidendam specialiter eam sectam nova constitutione censuimus, quae, ne haeresis vocaretur, appellationem schismatis praeferebat. In tantum enim sceleris progressi dicuntur hi, quos Donatistas vocant, ut baptisma sacrosanctum mysteriis recalcatis temeritate noxia iterarint et homines semel, ut traditum est, munere divinitatis ablutos contagione profanae repetitionis infecerint. Ita contigit, ut haeresis ex schismate nasceretur. Inde male credulas mentes ad spem secundae indulgentiae blandus error invitat; facile est enim persuadere peccantibus veniam prius praestitam denuo posse praestari, quae, si concedi iterum eodem modo potest, non intellegimus, cur tertio denegetur. Hi vero et servos vel homines iuri proprio subditos iterati baptismatis polluunt sacrilegio. Quare hac lege sancimus, ut quisquis post haec fuerit rebaptizasse detectus, iudici qui provinciae praesidet offeratur, ut facultatum omnium publicatione multatus inopiae poenam, qua in perpetuum afficiatur, expendat, ita ut filiis eorum, si a paternae societatis pravitate dissentiunt, ea quae fuerint paterna non pereant, ut, si ipsos forsitan scaevitas paternae depravationis implicuit ac reverti ad
1 catholicam religionem malunt, adipiscendorum his bonorum copia non negetur. Ea praeterea loca seu praedia, quae feralibus sacrilegiis deinceps constiterit praebuisse secretum, fisci viribus adplicentur, si tamen dominus aut domina aut praesens forte fuisse aut

1 idem] impp. ***** ualentinianus et ualens *Y* 2 intercidendam] *Cui.*, intercedendam *E*, interdicendam esse *YO* 3 censemus *O* quae ne] *YO*, quae *E Cui.* hereses *Y* appellatione *E Cui.* 4 hi] *YO*, hii *E*, ii *Cui.* 5 sacrosanctum] *E Cui.*, sacrosanctum semel apud catholicos traditum *YO (cum Sirmondo) ex interpolatione* reculcatis *YO* iterarint] *YO*, terrent *E(*E)*, iterarent *Cui. (1566)*, iterent *Cui. (1586)* 6 profanae *bis* *Y*ᵃ inficerint *E*, inficerent *Cui.* 7 hereses *Y* ex scismatis *E* nascere*tur *Y* inde] dum *O* credulitas *Y*ᵃ 8 enim] cum *E* 9 prestitum *E* 10 hii *EY* uel] et *O* 11 quisquis] si quis *O* posthac *YO* rebaptizare *O* 12 detentus *E* 13 poena *E* afficiatur] *Cuiacius*, inficiatur *EYO* 14 paterne *E* 15 ut] aut *Haenel* scaeuitas] *E*ᵇ*YO*, *(s?), ciuitas *E*ᵃ *(cum *E)*, saeuitas *Cui.* depprauationis implicuit ac reuerti] *YO*, deprauitatis in iudicantis ac reuerentie *E Cui.* 16 malunnt *E* 17 prebere *O* 18 aut domina *om. Cui.*

consensum praestitisse prodetur: quos quidem iusta etiam per sententiam notabit infamia.
Si vero his nesciis per conductorem procuratoremve eorum in domo agitatum huiusmodi
facinus conprobatur, praeiudicio a praediorum publicatione suspenso inpliciti sceleris
auctores cohercitos plumbo exilium, in quo omni vitae suae tempore adficiantur, accipiet.
2 Ac ne forsitan sit liberum conscientiam piacularis flagitii perpetrati intra domesticos
parietes silentio celare, servis, si qui forsitan ad rebaptizandum cogentur, refugiendi ad ec-
clesiam catholicam sit facultas, ut eius praesidio adversus huius criminis et societatis auc-
tores adtributae libertatis praesidio defendantur liceatque his sub hac condicione fidem tueri,
quam extorquere ab invitis domini temptaverint, nec adsertores dogmatis catholici ea,
qua ceteros, qui in potestate sunt positi, oportet ad facinus lege constringi, et maxime
convenit omnes homines sine ullo discrimine condicionis aut status infusae caelitus sancti-
3 tatis esse custodes. Sciant ii vero, qui ex supra dictis sectis iterare baptisma non
timuerint aut qui consentiendo hoc facinus propria huius societatis permixtione damna-
verint, non solum testandi sibi, verum adipiscendi aliquid sub specie donationis vel agi-
tandorum contractuum in perpetuum copiam denegatam, nisi pravae mentis errorem
4 revertendo ad veram fidem consilii emendatione correxerint. Illos quoque par nihilo
minus poena constringat, si qui memoratorum interdictis coetibus seu ministeriis prae-
buerint coniventiam, ita ut moderatores provinciarum, si in contemptum sanctionis huiusce
consensum putaverint commodandum, sciant se viginti libras auri esse multandos, officia
etiam sua simili condemnatione subiuganda. Principales vel defensores civitatum, nisi id
quod praecipimus fuerint exsecuti vel his praesentibus ecclesiae catholicae vis fuerit in-
lata, eadem multa se noverint adtinendos. DAT. PRID. ID. FEB. RAV(ENNAE) STILICHONE II
ET ANTHEMIO CONSS.

W (incipit 1 praestitisse*) E Y (inde omnino Sirmondus in editione constitutionum ab ipso nuncupatarum 1631 extremo loco sub n. 21) D (redit 22* dat. prid.*) O*

IDEM AA. AD CATVLLINVM P(RAEFECTVM) V(RBI). Quamquam omnis superstitio penitus eruenda sit, tamen volumus, ut aedes templorum, quae extra muros sunt positae, intactae incorruptaeque consistant. Nam cum ex nonnullis vel ludorum vel circensium vel agonum origo fuerit exorta, non convenit ea convelli, ex quibus populo Romano praebeatur priscarum sollemnitas voluptatum. DAT. KAL. NOV. CONSTANTIO IIII ET CONSTANTE III AA. CONSS.

VE

1 idem aa.] *V*, impp. constantius et constans aa. *(inscriptione emendata ad subscriptionem) E* catulinum *E* pu] *V*, ppm *E* 2 eruenda] *E*, erudienda *V* inacte *E* 4 exhorta *V* | 5 *Catullinus cum urbem administraverit a. 342 Iul. 6 ad 344 Apr. 10, scribendum est* Constantio III et Constante II conss.

XVI, 10, 4 (346 [354?] Dec. 1).

IDEM AA. AD TAVRVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Placuit omnibus locis adque urbibus universis claudi protinus templa et accessu vetito omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari. Volumus etiam cunctos sacrificiis abstinere. Quod si quis aliquid forte huiusmodi perpetraverit, gladio ultore sternatur. Facultates etiam perempti fisco decernimus vindicari et similiter ⌜adfligi⌝ rectores provinciarum, si facinora vindicare neglexerint. DAT. KAL. DEC. CONSTANTIO IIII ET CONSTANTE III AA. CONSS.

⌜puniri⌝ IVST.

VE. — IVST. 1, 11, 1.

1 id. aa] *VE*, imp. const *similiterve Iust.* ppm *E* 2 protinis *V* templo *E* accessi *E* uetito] *Iust.*, uetitis *VE* licentia *E* 3 quis *om. Iust.* 4 sternantur *Iust.* 5 adfligere *E* 5/6 uindicari neglexerit *E* data k. dec. (cp *ins. Iust. [PL]*) constantio (a *ins. Iust. [PL]*) iiii *(sic VE*, uiii *Iust. [PL])* et constante iii *(sic E Iust. [P^bL]*, iiii *Iust. [P^a]*, *om. V)* aa. *(om. Iust. [PL]) libri; cum praecedat constitutio a. 346 Nov. 1, sequatur altera a. 353 Nov. 23, subscriptio requiri videtur significans diem Dec. 1 a. 346* Constantio IIII et Constante III AA. *At cum reliquae constitutiones ad Taurum emissae numero multae pertineant ad a. 355—361, ad ea tempora haec quoque revocanda erit. Lectiones tamen codicis Iustiniani cum eo ducere videantur, ut subscriptum fuerit* Constantio A. VII et Constante C. III, *id est a. 354, fortasse in archetypo ordine temporis neglecto post constitutionem a. 353 Nov. 23 sequebatur haec a. 354 Dec. 1, qui dies cum reliquis ad Taurum datis ut potest conciliari, ita obstat ei, ut prudenter monuit Tillemont 4, 682, quod a. 355 Lollianus praefecturam tenuit per Italiam teste constitutione 11, 30, 25. Fortasse erratum est in magistratu.*

XVI, 10, 5 (353 Nov. 23).

IDEM A. AD CERREALEM P(RAEFECTVM) V(RBI). Aboleantur sacrificia nocturna Magnentio auctore permissa et nefaria deinceps licentia repellatur. ET CETERA. DAT. VIIII KAL. DEC. CONSTANTIO A. VI ET CAES. II CONSS.

VE

1 aa. *VE* pu] *V*, pm *E* nocturno *E* 3 caes. ii] *V*, constante ii *E* cons *V*

XVI, 10, 6 (356 Febr. 19).

IDEM A. ET IVLIANVS CAES. Poena capitis subiugari praecipimus eos, quos operam sacrificiis dare vel colere simulacra constiterit. DAT. XI KAL. MART. MED(IOLANO) CONSTANTIO A. VIII ET IVLIANO CAES. CONSS.

VE. — Cf. THEODERICVS 123.

1 idem a.] da *(omissa littera prima) E* (dam **E*) caes] *V*, cons. *E* 3 caes. conss.] *V*, cons. *(ubi conss. plerumque omittitur) E*

fuerit violata, sceleris tanti auctores capitali poena proscribtione comitante plectantur. DAT. IIII ID. APRIL. CONSTANTIN(O)P(OLI) HONOR(IO) A. XI ET CONSTANTIO V̄. C̄. II CONSS.

VE et ADD. ad brev. [E]G; habent praeterea decurtati Bernensis 263, Parisinus 4409, Vaticanus reginae 1048 et ex epitomis Guelferbytana. — IVST. 1, 10, 1.

1 auctoris *G[E]* proscriptionem *G* comitante] emit ante *G, om. [E]* plectentur *VE,* plectetur *G* 2 data (datarum *[E]*) iiii (iii *G*) id. apr. constantinopoli (constantino *G[E]*) honorio *(om. G[E])* a. xi et constantio (constante *[E]*) uc ii (uc ii *V,* ii uic *E,* aug. u *[E],* uiro clarissimo *G*) *libri* ista lex interpraetationem non indiget *add. [E]*

XVI, 9, 5 (423 Apr. 9).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Christiana mancipia Iudaeorum nemo audeat comparare. Nefas enim aestimamus religiosissimos famulos impiissimorum emptorum inquinari dominio. Quod si quis hoc fecerit, statutae poenae absque omni erit dilatione obnoxius. ET CETERA. DAT. V ID. APRIL. CONSTANT(INO)P(OLI) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

VEYD

1 aa] a. D^b 2 religiosissimus E^a *(cum *E)* 2/3 impiosissimorum *YD* 3 statutae (stutae Y^a) . . . 4 erit *om. E*

X. DE PAGANIS, SACRIFICIIS ET TEMPLIS.

Rubricam om. E. — x *om. V.* — *Iust.* 1, 11.

XVI, 10, 1 (320/1 Dec. 17).

IMP. CONSTANTINVS A. AD MAXIMVM. Si quid de palatio nostro aut ceteris operibus publicis degustatum fulgore esse constiterit, retento more veteris observantiae quid portendat, ab haruspicibus requiratur et diligentissime scribtura collecta ad nostram scientiam referatur, ceteris etiam usurpandae huius consuetudinis licentia tribuenda, dummodo
1 sacrificiis domesticis abstineant, quae specialiter prohibita sunt. Eam autem denuntiationem adque interpretationem, quae de tactu amphitheatri scribta est, de qua ad Heraclianum tribunum et mag(istrum) officiorum scribseras, ad nos scias esse perlatam. DAT. XVI KAL. IAN. SERDICAE; ACC(EPTA) VIII ID. MAR. CRISPO II ET CONSTANTINO II CC. CONSS.

VE

1 Maximum] *intellego praefectum urbi* quid] *Cuiacius,* qui *V,* quis *E* 2 obseruando *E* 4 *scr.* referantur 5 quae *om. E* 6 interpraetationem *V* 7 perlatam] *Beck,* perlatum *VE* 8 dat. xui kal. *(om. E)* ian. serd. acc. (acao *[sic] E*) uiii id. mart. cr. ii et const. ii cc. (a. *E*) *libri: consentit laterculus praefectorum*

XVI, 10, 2 (341 . . . .).

IMP. CONSTANTIVS A. AD MADALIANVM AGENTEM VICEM P(RAEFECTORVM) P(RAETORI)O. Cesset superstitio, sacrificiorum aboleatur insania. Nam quicumque contra legem divi principis parentis nostri et hanc nostrae mansuetudinis iussionem ausus fuerit sacrificia celebrare, conpetens in eum vindicta et praesens sententia exeratur. ACC(EPTA) MARCELLINO ET PROBINO CONSS.

VE

1 madillianum *E cf.* L. Crepereius Madalianus *appellatur in titulis duobus urbano (C. I. L. VI, 1151) et Calamensi (C. I. L. VIII, 5348)* agens uicem ppo] vicarius Italiae *appellatur in titulo citato Calamensi* 3 parentes E^a 4 exeretur *E* 4/5 acc. m. et pr. conss.] *V,* dat a coñs m. et pr. *E*

(381 Dec. 21).

IMPPP. GR(ATI)ANVS, VAL(ENTINI)ANVS ET THEOD(OSIVS) AAA. FLORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Si qui vetitis sacrificiis diurnis nocturnisque velut vesanus ac sacrilegus incertorum consultorem se inmerserit fanumque sibi aut templum ad huiuscemodi sceleris executionem adsumendum crediderit vel putaverit adeundum, proscribtione se noverit subiugandum, cum nos iusta institutione moneamus castis deum precibus excolendum, non diris carminibus profanandum. DAT. XII KAL. IAN. CONSTANTINOP(OLI) EVCHERIO ET SYAGRIO CONSS.

VE

2 quis *E* nocturnisque] que *E* 3 consultorem se] *sic fere Gothofredus*, consultorum *VE* 3/4 ad h. sc. executionem] *scripsi*, ab h. sc. excusationem (-ne *E*) *VE* 4 abeundem *E* proscribtione] proscriptione *E*, proscribtioni *V* praecibus *V* 6 xii] *V*, xiii *E*

0, 8 (382 Nov. 30).

IDEM AAA. PALLADIO DVCI OSDROENAE. Aedem olim frequentiae dedicatam coetui et iam populo quoque communem, in qua simulacra feruntur posita artis pretio quam divinitate metienda iugiter patere publici consilii auctoritate decernimus neque huic rei obreptivum officere sinimus oraculum. Ut conventu urbis et frequenti coetu videatur, experientia tua omni votorum celebritate servata auctoritate nostri ita patere templum permittat oraculi, ne illic prohibitorum usus sacrificiorum huius occasione aditus permissus esse credatur. DAT. PRID. KAL. DEC. CONSTANTINOP(OLI) ANTONIO ET SYAGRIO CONSS.

VE

1 aa. *E* osdroenae] *V*, osdroeni *E* aedem] *Tilius*, eadem *VE* frequentiae dedicatam coetui] *ex iis quae sequuntur et frequenti coetu haec videntur huc translata esse substituta nomini numinis cuiusdam gentilium (cf. Ammianus 14, 3, 3)* 2 praetio *V* 2/3 diuinitate metienda] *E*, diuinitatem mentienda *V* 3 parere *V* 4 sinemus *E*[b] *(cum *E)* conuentus *E*[a]*(?)* uideatur] adeatur *Labbaeus* 6 oraculi] *Gothofredus*, oraculis *VE* occasione] *Cuiacius*, occasionis *VE*

0, 9 (385 Mai. 25).

IDEM AAA. CYNEGIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ne quis mortalium ita faciendi sacrificii sumat audaciam, ut inspectione iecoris extorumque praesagio vanae spem promissionis accipiat vel, quod est deterius, futura sub execrabili consultatione cognoscat. Acerbioris etenim inminebit supplicii cruciatus eis, qui contra vetitum praesentium vel futurarum rerum explorare temptaverint veritatem. DAT. VIII KAL. IVN. CONSTANT(INO)P(OLI) ARCADIO A. I ET BAVTONE V. C. CONSS.

VE. — IVST. 1, 11, 2.

1 faciendis *E* 2 ut *om. E* iecris *V*[1] uanae] *VE*[b], uage *E*[a] 3 aceruioris *VE* 5 rerum *om. E* 5/6 dat. uiii (uii *Iust. [Hal.]*) k. iun. const. arc. a. i *(om. E)* et bautone uc *(om. E) libri*

.0, 10 (391 Febr. 24).

IDEM AAA. AD ALBINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nemo se hostiis polluat, nemo insontem victimam caedat, nemo delubra adeat, templa perlustret et mortali opere formata simulacra suspiciat, ne divinis adque humanis sanctionibus reus fiat. Iudices quoque haec forma contineat, ut, si quis profano ritui deditus templum uspiam vel in itinere vel in

1 idem] imp. constantinus *YDO*: *requiritur* impp. Theodosius Valentinianus et Arcadius aaa.] *EY*, aa. *V*, *om. DO* ad albinum] albino *YDO* ppo] *VYD*, praeposito *O*, ppm *E*: *immo* pu *(cf. Tillemont ad Theodosium I not. 44)* polluant *E* 2 cedat *V* delubra adeat] lubra ad ea *E* mortali] metali *E* 3 suscipiat *YDO* adque] et *O* 3/4 haec forma] *E*, hanc formam *VYDO* 4 contineat] *Gothofredus*, contineant *libri* si quis] si quis inlustris vel spectabilis *Seeck* ritu *VEY*[a]*D*[a] uspiam] quispiam *E*

urbe adoraturus intraverit, quindecim pondo auri ipse protinus inferre cogatur nec non officium eius parem summam simili maturitate dissolvat, si non et obstiterit iudici et confestim publica adtestatione rettulerit. Consulares senas, officia eorum simili modo, correctores et praesides quaternas, apparitiones illorum similem normam aequali sorte dissolvant. DAT. VI KAL. MART. MED(IOLANO) TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

VEYDO

1 pondus *E* 2 officium eius] eius off. *O* 3 sena *O* 4 quaterna *O* apparitores *YO* eorum *EO* 5 dissoluat *E* dat. ui (*sic V*, iii *E*, xui *YDO*) k. mart. med. tatiano (tationo *D*) et symmacho (simaco *E*) *libri*

XVI, 10, 11 (391 Iun. 16).

IDEM AAA. EVAGRIO P(RAE)F(EC)TO AVGVSTALI ET ROMANO COM(ITI) AEG(YPTI). Nulli sacrificandi tribuatur potestas, nemo templa circumeat, nemo delubra suspiciat. Interclusos sibi nostrae legis obstaculo profanos aditus recognoscant adeo, ut, si qui vel de diis aliquid contra vetitum sacrisque molietur, nullis exuendum se indulgentiis recognoscat. Iudex quoque si quis tempore administrationis suae fretus privilegio potestatis polluta loca sacrilegus temerator intraverit, quindecim auri pondo, officium vero eius, nisi conlatis viribus obviarit, parem summam aerario nostro inferre cogatur. DAT. XVI KAL. IVL. AQVIL(EIAE) TATIANO ET SYMMACHO CONSS.

VE

1 aa. *V* 3 aditos *E* quis *E* *ante* uel *quaedam excidisse videri monet Seeck* 4 recognoscant *E* 6 temerato *E* pondus *E* 7 obuiaret *E* xui] *V*, xu *E*

XVI, 10, 12 (392 Nov. 8).

IMPPP. THEOD(OSIVS), ARCAD(IVS) ET HONOR(IVS) AAA. AD RVFINVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Nullus omnino ex quolibet genere ordine hominum dignitatum vel in potestate
positus vel honore perfunctus, sive potens sorte nascendi seu humilis genere condicione
ortuna in nullo penitus loco, in nulla urbe sensu carentibus simulacris vel insontem
†victimam caedat vel secretiore piaculo larem igne, mero genium, penates odore veneratus
1 accendat lumina, inponat tura, serta suspendat. Quod si quispiam immolare hostiam
sacrificaturus audebit aut spirantia exta consulere, ad exemplum maiestatis reus licita
cunctis accusatione delatus excipiat sententiam conpetentem, etiamsi nihil contra salutem
principum aut de salute quaesierit. Sufficit enim ad criminis molem naturae ipsius
leges velle rescindere, inlicita perscrutari, occulta recludere, interdicta temptare, finem
2 quaerere salutis alienae, spem alieni interitus polliceri. Si quis vero mortali opere
facta et aevum passura simulacra inposito ture venerabitur ac ridiculo exemplo, metuens
subito quae ipse simulaverit, vel redimita vittis arbore vel erecta effossis ara cespitibus,
vanas imagines, humiliore licet muneris praemio, tamen plena religionis iniuria honorare
temptaverit, is utpote violatae religionis reus ea domo seu possessione multabitur, in
qua eum gentilicia constiterit superstitione famulatum. Namque omnia loca, quae turis
constiterit vapore fumasse, si tamen ea in iure fuisse turificantium probabuntur, fisco
3 nostro adsocianda censemus. Sin vero in templis fanisve publicis aut in aedibus
agrisve alienis tale quispiam sacrificandi genus exercere temptaverit, si ignorante domino
usurpata constiterit, viginti quinque libras auri multae nomine cogetur inferre, coniventem
4 vero huic sceleri par ac sacrificantem poena retinebit. Quod quidem ita per iudices
ac defensores et curiales singularum urbium volumus custodiri, ut ilico per hos comperta

1 ppm *E* 2 ordine hominum] *scr.* hominum ordineue 4 orbe *V* 5 cedat *V* segretiore *E*[a] pi•culo (*membr. lacera*) *V* penate sudore ueneratos *E* 6 inponatur a *E* 7 spirantia *om. E* extra *E* 10 legis *E* 11 aliena *E* 12 euum *V* exemplum *E* 13 que *V* simulauerit *om. E* uitis *E* erecte effosis *E* 14 liget *E* 15 utpute *E* possessionis *E* 16 centilicia *E* 17 ea] ex *E* 18 fanisue] *V*, fanis uel *E* 19 agris uel *E* 20 conhibentem *E*

in iudicium deferantur, per illos delata plectantur. Si quid autem ii tegendum gratia aut incuria praetermittendum esse crediderint, commotioni iudiciariae subiacebunt; illi vero moniti si vindictam dissimulatione distulerint, triginta librarum auri dispendio multabuntur, officiis quoque eorum damno parili subiugandis. DAT. VI ID. NOV. CONST(ANTINO)P(OLI) ARCAD(IO) A. II ET RVFINO CONSS.

V [deficit 900, 17 in fisco] E

1 hii *E* indicarie E^b, iudicare E^a 4 damno] dampno E^a *(inde* p *imperfecte eraso* damino **E)* 5 a.] aa. *E*

VI, 10, 13 (395 Aug. 7).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HONORIVS AA. RVFINO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Statuimus nullum ad fanum vel quodlibet templum habere quempiam licentiam accedendi vel abominanda sacrificia celebrandi quolibet loco vel tempore. Igitur universi, qui a catholicae religionis dogmate deviare contendunt, ea, quae nuper decrevimus, properent custodire et quae olim constituta sunt vel de haereticis vel de paganis, non audeant praeterire, scituri, quidquid divi genitoris nostri legibus est in ipsos vel supplicii vel dispendii constitutum, nunc acrius exsequendum. Sciant autem moderatores provinciarum nostrarum et his apparitio obsecundans, primates etiam civitatum, defensores nec non et curiales, procuratores possessionum nostrarum, in quibus sine timore dispendii coetus inlicitos haereticos inire conperimus, eo, quod fisco sociari non possunt, quippe ad eius dominium pertinentes, si quid adversus scita nostra temptatum non fuerit vindicatum adque in vestigio ipso punitum, omnibus se detrimentis et suppliciis subiugandos, quae scitis sunt veteribus
1 constituta. Speciatim vero hac lege in moderatores austeriora sancimus et decernimus:
namque his non custoditis omni industria adque cautela non solum hanc multam, quae
in ipsos constituta est, exerceri, verum etiam quae in eos praefinita est qui commissi
videntur auctores, nec his tamen remissa, quibus ob contumaciam suam iuste est inro-
2 gata. Insuper capitali supplicio iudicamus officia coercenda, quae statuta neglexerint.
DAT. VII ID. AVG. CONS(TANTINO)P(OLI) OLYBRIO ET PROBINO CONSS.

E

2 quolibet *E* quempium E^a 3 a *om. Cui.* 4 decreuimus] *edd.*, decreuit *E Cui.* 7 agrius *E* sciant] *Cuiacius*, scient *E* 9 haeretiquos E^a 12 ponitum E^a scitis sunt] *scripsi*, sciti sunt *E*, sunt a *Cui.* 13 constitutas *E* 15 ipso *E* exerceri] *requiritur* sciant exerceri *vel similia* 16 iusta E^a *(cum *E)* 17 quoercenda *E* quae] e *(?)* E^a, *om.* E^b *(cum *E)* neclexerint *E* 18 dat.] datarum *E*

I, 10, 14 (396 Dec. 7).

IDEM AA. CAESARIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Privilegia si qua concessa sunt antiquo iure sacerdotibus ministris praefectis hierofantis sacrorum sive quolibet alio nomine nuncupantur, penitus aboleantur nec gratulentur se privilegio esse munitos, quorum professio per legem cognoscitur esse damnata. DAT. VII ID. DEC. CONSTANTINOPOLI ARCADIO IIII ET HONORIO III AA. CONSS.

E

2 sacrorum] *Gothofredus*, acgrorum *E*, agrorum *Cui.* colibet E^a 3 monitos *E* 4 uii] *sic potius E (cum *E) quam* ui, *ut legit Cuiacius*

I, 10, 15 (399 Ian. 29).

IDEM AA. MACROBIO VICARIO HISPANIARVM ET PROCLIANO VICARIO QVINQVE PROVINCIARVM. Sicut sacrificia prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta servari. Ac ne

1 magrouio *E* uicario hisp. et pr. uic. u. prou.] $\overline{ppo}$ hisp. et pr. uic. u prou. *E*, macrobio et procliano vicariis *Iust.*

sibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur evertere, si quod rescriptum, si qua lex forte praetenditur. ⌜Erutae⌝ huiusmodi chartae ex eorum manibus ad nostram scientiam referantur, ‖ si inlicitis evectiones aut suo aut alieno nomine potuerint demonstrare, quas oblatas ad nos mitti decernimus. Qui vero talibus cursum praebuerint, binas auri libras inferre cogantur. DAT. IIII KAL. FEB. RAVENNAE THEODORO V̄. C̄. CONS.

IVST. ⌜abreptae⌝ ‖ *finit*

E. — IVST. 1, 11, 3.

3 scientiam referantur] *Iust.*, scientiam *E Cui.* 3/4 si inlicitis euectiones aut suo aut alieno nomine potuerint demonstrare] *requiritur* si qui fecisse inlicitas euectiones aut suo aut alieno nomine potuerint demonstrari 5 auri libras auri *E*[a] 6 dat. iiii k. feb. raueñ theodoro uic *E*, d xiii k. febr. constantinop. theodosio et rumoridio coss. *Iust. (Hal.)*

XVI, 10, 16 (399 Iul. 10).

IDEM AA. AD EVTYCHIANVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Si qua in agris templa sunt, sine turba ac tumultu diruantur. His enim deiectis atque sublatis omnis superstitioni materia consumetur. DAT. VI ID. IVL.; P(RO)P(OSITA) DAMASCO THEODORO V̄. C̄. CONS.

E

1 ad euthiciano *E*, eutychiano *Cui.* templo *E* 2 sublatus *E* superstitione *E*, superstitionis *Cui.* 3 consumentur *E* dat. iii id. iul. ppo damasco theodoro uic *E*

XVI, 10, 17 (399 Aug. 20).

IDEM AA. APOLLODORO PROCONS(VLI) AFRIC(AE). Ut profanos ritus iam salubri lege submovimus, ita festos conventus civium et communem omnium laetitiam non patimur submoveri. Unde absque ullo sacrificio atque ulla superstitione damnabili exhiberi populo voluptates secundum veterem consuetudinem, iniri etiam festa convivia, si quando exigunt publica vota, decernimus. DAT. XIII KAL. SEPT. PATAVI THEODORO V̄. C̄. CONS.

E. — IVST. 1, 11, 4.

2 laetitiam] *Iust.*, lecticiam *E*, licentiam *Cui.* 3 exhiberi] *Iust.*, exhibere *E* 3/4 populorum *Iust. (Lat.)* 4 iniri] *Iust.*, iuire *E* si *om. Iust. (Lat. praeter W)* 5 dat. xiii (uiii *Iust. [Hal.]*) k. sept. pat. theod. uic *E*, uiii k. sept. honorio uii et theodosio ii aā *Iust. (Hal.)*

XVI, 10, 18 (399 Aug. 20).

IDEM AA. APOLLODORO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Aedes inlicitis rebus vacuas nostrarum beneficio sanctionum ne quis conetur evertere. Decernimus enim, ut aedificiorum quidem sit integer status, si quis vero in sacrificio fuerit deprehensus, in eum legibus vindicetur, depositis sub officio idolis disceptatione habita, quibus etiam nunc patuerit cultum vanae superstitionis inpendi. DAT. XIII KAL. SEPT. PATAVI THEODORO V̄. C̄. CONS.

E

1 nostram *Cui.* 3 in sacr.] *Gothofredus*, sacr. *E* 4 disc. hab. *collocandum post* uindicetur 5 dat. xiii (iii *Cui.*) k. sept. (*sic Cui. ad iunctas* 16, 10, 17. 16, 11, 1, dec. *E)* pat. theod. uc (uic *E) liber*

XVI, 10, 19 (408 [407] Nov. 15).

IMPPP. ARCADIVS, HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AAA. CVRTIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Templorum detrahantur annonae et rem annonariam iuvent expensis devotissimorum

1 arcadius *del.* 2 iuuent] *Sirm.*, iubet *E*, iubente *Cui.*

1 militum profuturae. Simulacra, si qua etiamnunc in templis fanisque consistunt et
quae alicubi ritum vel acceperunt vel accipiunt paganorum, suis sedibus evellantur, cum
2 hoc repetita sciamus saepius sanctione decretum. Aedificia ipsa templorum, quae in
civitatibus vel oppidis vel extra oppida sunt, ad usum publicum vindicentur. Arae locis
omnibus destruantur omniaque templa in possessionibus nostris ad usus adcommodos
3 transferantur; domini destruere cogantur. Non liceat omnino in honorem sacrilegi ritus
funestioribus locis exercere convivia vel quicquam sollemnitatis agitare. Episcopis quoque
locorum haec ipsa prohibendi ecclesiasticae manus tribuimus facultatem; iudices autem
viginti librarum auri poena constringimus et pari forma officia eorum, si haec eorum
fuerint dissimulatione neglecta. DAT. XVII KAL. DEC. ROMAE BASSO ET PHILIPPO CONSS.

E. — SIRM. 12 integra.

1 famisque *Cui.* et *delendum* 2 alicubi] aliquem *Sirm.* ritum] *Sirm.*, ritu *E Cui.* reuellantur *Sirm.* 3 sanctionem *E* 5 destruatur *E* usos *E* 6 honore *E* 7 exercere] *E Cui.*, exegere *Sirm.* quisquam *E* agitare] *Cui. Sirm.*, agitari *E* 8/9 iudices ... proposita] *(post alia)* quos (indices) ... viginti librarum auri poena statutae dudum multae constringet, pari multa officiis eorum ordinibusque proposita *Sirm.* 10 romam *E.* — *Propter subscriptionem vide ad 16, 5, 43*

XVI, 10, 20 (415 Aug. 30).

IMPP. HONORIVS ET THEOD(OSIVS) AA. Sacerdotales paganae superstitionis competenti coercitioni subiacere praecipimus, nisi intra diem kalendarum Novembrium de Karthagine decedentes ad civitates redierint genitales, ita ut simili quoque censurae per totam Africam sacerdotales obnoxii teneantur, nisi de metropolitanis urbibus discesserint et remearint ad proprias civitates.
1 || Omnia ˹etiam˺ loca, quae sacris error veterum deputavit,
˹secundum divi Gratiani constituta˺ nostrae rei iubemus sociari ||
ita ut ex eo tempore, quo inhibitus est publicus sumptus superstitioni deterrimae exhiberi, fructus ab incubatoribus exigantur,
|| quod autem ex eo iure ubicumque ad singulas quasque personas vel praecedentium principum largitas vel nostra maiestas voluit pervenire, id in eorum patrimoniis aeterna firmitate perduret. ||
Quod non tam per Africam quam per omnes regiones in nostro
2 orbe positas custodiri decernimus ||. Ea autem, quae multiplicibus constitutis ad venerabilem ecclesiam voluimus pertinere, Christiana sibi merito religio vindicabit ||, ita ut omnis expensa illius temporis ad superstitionem pertinens, quae iure damnata est, omniaque loca, quae frediani, quae dendrophori, quae singula quaeque nomina et professiones gentiliciae tenuerunt epulis vel sumptibus deputata, possint hoc
3 errore submoto compendia nostrae domus sublevare. Sane si quondam consecrata
sacrificiis deceptionem hominum praestiterunt, ab usibus lavacrorum vel publicis affecti-
4 bus separentur, ne inlecebram errantibus praestent. Chiliarchas insuper et centonarios
vel qui sibi plebis distributionem usurpare dicuntur censuimus removendos, ita ut capi-

IVST.
|| *inc.* | ˹ ˺ *om.*
˹ ˺ *om.* | || *fin.*
|| *redit*
|| *finit*
|| *redit*
|| *fin.*

---

1 aa.] *E*, āā populo cartaginiensi *Iust. ex interpolatione opinor, neque enim ullam habemus constitutionem emissam ad populum municipii coloniaeve.* pagante *E* 2 praecipimus] *Cui.*, precibus *E* die *E* 3 censurae] *scripsi*, censuram *E*, censura *Cui.* 5 remearent *E* 6 error] *Cui. Iust.*, orror *E* 8 est publicus sumptus] *Cui. Iust.*, est publico sumptus est *(sic) E* 9 exhiberi] *Cui.*, exhibere *E* fructos *E* 10 quod autem ex eo iure ubicumque] *Iust.*, cum eo iure ubicumque *E*, cum eo iure ut quodcumque *Gothofredus* quasque] quascumque *Iust. (praeter W)* 12 id in eorum] *Cui. Iust.*, idoneorum *E* 14 uutem *E*[a], uero *Iust.* 15 uoluimus] *Cui. Iust. (R Graec.)*, uolumus *E Iust. (CM)* 16 sibi] *Cui. Iust.*, si *E* uindicauit *E Cui.* omnes *E* 17/18 omniaque] *Cui.*, omnique *E* 18 quaeque] *Gothofredus*, quoque *E Cui.* 19 epulis] *Labbaeus*, aepholis *E*, epholis *Cui.* possint] *scripsi*, fas est *E Cui.*, fas sit *Gothofredus* 20 si quondam consecrata] *scripsi, possis temptare item* si aedes quondam consecratae, quondam consecrate *E*, quae quondam sacratae *Cui.* 22 separentur] *Cui.*, separarentur *E* ciliarchas *E* centonarias *Cui.*

talem sententiam non evadat, si quis aut volens ad huiusmodi nomen accesserit aut passus fuerit vel invitum se huiusmodi praesumptioni atque invidiae deputari. DAT. III KAL. SEPT. RAVEN(NAE) HONORIO X ET THEOD(OSIO) VI AA. CONSS.

E. — IVST. 1, 11, 5.

1 quis] *E*, qui *Cui.*

XVI, 10, 21 (416 Dec. 7).

IDEM AA. AVRELIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O II. POST ALIA: Qui profano pagani ritus errore seu crimine polluuntur, hoc est gentiles, nec ad militiam admittantur nec administratoris vel iudicis honore decorentur. DAT. VII ID. DEC. D̄. N̄. THEOD(OSIO) A. VII ET PALLADIO CONSS.

EYDO

1 aureliano] auriliano *YD* ii] Y^bD, *om. E* Y^aO qui] eorum qui *O* pagano *E* 2 nec] nemo *YDO* admittatur *YDO* | 3 iudices EY^a 3/4 dat. uii (ui *O*) id. dec. (sept. *YDO*) d̄n (dōn̄ *E*, *om. YDO*) th. a. (*om. E Cui. O*) uii et pall. *libri*

XVI, 10, 22 (423 Apr. 9).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Paganos qui supersunt, quamquam iam nullos esse credamus, promulgatarum ..... iam dudum praescripta conpescant. ET CETERA. DAT. V ID. APRIL. CONST(ANTINO)P(O)L(I) ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

*E (om. *E)*

2 promulgatarum] *E*, promulgatarum legum *Cuiacius*

XVI, 10, 23 (423 Iun. 8).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Paganos qui supersunt, si aliquando in execrandis daemonum sacrificiis fuerint comprehensi, quamvis capitali poena subdi debuerint, bonorum proscriptio ac exilium cohercebit. DAT. VI ID. IVN. CONSTANTINOPOLI ASCLEPIODOTO ET MARINIANO CONSS.

E. — Cf. THEODERICVS 123.

3 proscriptio ac exilium coercebit] *scripsi*, proscriptio ad exilium coherceri *E*, proscriptione | et exilio coerceri] *Cuiacius*

XVI, 10, 24 (423 Iun. 8).

IDEM AA. ASCLEPIODOTO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. POST ALIA: Manichaeos illosque, quos Pepyzitas vocant, nec non et eos, qui omnibus haereticis hac una sunt persuasione peiores, quod in venerabili die paschae ab omnibus dissentiunt, si in eadem amentia per-
1 severant, eadem poena multamus, bonorum proscriptione atque exilio. Sed hoc || Christianis, qui vel vere sunt vel esse dicuntur, specialiter demandamus, ut Iudaeis ac paganis in quiete degentibus nihilque temptantibus turbulentum legibusque contrarium non audeant manus inferre religionis auctoritate abusi. Nam si contra securos fuerint violenti vel eorum bona diripuerint, non ea sola quae abstulerint, sed ⌜conventi in triplum et quadruplum⌝ quae rapuerint resti-

[IVST. || inc.]

[IVST. ⌜convicti in duplum⌝]

2 pepitas *E Cui.*, pepuzitas *Gothofredus* 3 si *om. Cui.* 4 poenam *E* 5 dicuntur] | *Cui. Iust.*, dicunt *E* 7 si] *Cui. Iust.*, *om. E*

tuere conpellantur. Rectores etiam provinciarum et officia et ˹provinciales˺ cognoscant se, si ⌈ fieri ⌈⌈ permiserint, ut eos qui fecerint puniendos. DAT. VI ID. IVN. CONST(ANTINO)P(OLI) ASCLEP(IODOTO) ET MAR(INIANO) CONSS.

IVST.	
˹principales˺	
⌈ non ipsi talia vindicent, sed	⌈⌈ a popularibus hoc

T [incipit 905, 2 .. es cognoscant*] E.* — IVST. 1, 11, 6.

2 et off.] off. *Cui.* 3 si *om. E*ᵃ permiserit *E* ut] *Cui. Iust.*, et *TE* 4 ui id.] *E* | *Iust. (PL)*, uii id. *Iust. (Hal.)*, ui k. *T*

VI, 10, 25 (435 Nov. 14).

IMPP. THEOD(OSIVS) ET VAL(ENTINI)ANVS AA. ISIDORO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Omnibus sceleratae mentis paganae exsecrandis hostiarum immolationibus damnandisque sacrificiis ceterisque antiquiorum sanctionum auctoritate prohibitis interdicimus cunctaque eorum fana templa delubra, si qua etiam nunc restant integra, praecepto magistratuum destrui conlocationeque venerandae Christianae religionis signi expiari praecipimus, scientibus universis, si quem huic legi aput conpetentem iudicem idoneis probationibus inlusisse constiterit, eum morte esse multandum. DAT. XVIII KAL. DEC. CONST(ANTINO)P(OLI) THEOD(OSIO) XV ET VAL(ENTINI)ANO IIII AA. CONSS.

TE

1 isodoro *T* 2 mentes *E* paganae] *scr.* pagana exegrandis *T* 3 antiquorum *Cui.* 4 magistratum *E*, ••••stratum *T* distrui *T* 5 conlocationeque] *Cui.*, conlationeque *TE* religioni *T* experiari praecipibmus *T*ᵃ | 6 si *om. T* iudicem | *[idoneis co]* ·N probationibus *(deficiunt litterae c. 9) T* 7/8 dat. xuiii (xuiiii *Cui.*) k. dec. const. th. xu (xii *E*) et ual. iiii (iii *TE*) aa. *(om. T) libri*

XI [= BREV. V]. DE RELIGIONE.

Rubr. om. E refugione *L*

VI, 11, 1 [= BREV. XI, 5, 1] (399 Aug. 20).

IMPP. ARCAD(IVS) ET HON(ORIVS) AA. APOLLODORO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Quotiens de religione agitur, episcopos convenit agitare; ceteras vero causas, quae ad ordinarios cognitores vel ad usum publici iuris pertinent, legibus oportet audiri. DAT. XIII KAL. SEPT. PATAVIO THEODORO V̄. C̄. CONS.

Haec lex interpretatione non indiget.

TEL. — BREV. *(HNGYDO[E]CPMS).* — VALENTINIANVS III nov. 34 praef. ex 'Theodosiano corpore'.

1 hon. et arc. *[E]* āā *om. O[E]* apollodorum *L*ᵃ*[E]* proconš] ppo *[E]* 2 agetur *N* episcopus *NGL*, ep(iscop)is *YO*, ēpo *S* agitare] *THNCPMS*, iudicare *E[E]GYDO*, agitare iudicare *L* ceteris u. causis *S* 2/3 cognoscituros *N*, cognitoris *[E]* 3 ad usum] usum *L*, ad usus *S* publicum *[E]* pertinet *N* audire | *NL* 3/4 dat. xiii *(sic L et iunctae*, xiiii *T et libri rel.*, xui *G)* k. sept. (feb. *C*, dec. *[E]*) pat. theod. uc (uiro claro *S*, uic *CM*²*E*, aug. *G*, et facundo *[E]*, *inc. M*¹, *om. TYDO*) *libri* 5 haec (ista *[E]*) lex interpretatione (-nem *[E]*, expositione *N*) non indiget (eget *NCMS*) *om. LD*

VI, 11, 2 (405 Mart. 5).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. DIOTIMO PROC(ONSVLI) AFRIC(AE). Edictum, quod de unitate per Africanas regiones clementia nostra direxit, per diversa proponi volumus, ut omnibus innotescat dei omnipotentis unam et veram fidem catholicam,

1 imppp. arc. (et *ins. L*) hon. et th. aaa. *(pro his* idem augusti *O)* diotimo (diotimio *E Cui.*) proc āfr (diot. pr. afr. *om. L*)] •••••••t hoñ āā | cl̄ *(rel. om.) T* dixerit *L* 2/3 diuersa] *EY DOL Cui.*, diuersas (-sa *T*ᵃ) prouin*[cias] T* 3 innotescant *E*

quam recta credulitas confitetur, esse retinendam. DAT. III NON. MART. RAV(ENNAE) STILICHONE II ET ANTHEMIO CONSS.

TEYDOL

1 credulitas] *EYDOL Cui.*, fidelitas *T* retinenda *TL* 1/2 dat. iii non. mart. (mā *L hic finiens*) raū (constp raū *T*) stilichone (. . . . e *T*) ii et anthemio (antimio *YD*) *libri*

XVI, 11, 3 (410 Oct. 14).

IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. MARCELLINO SVO SALVTEM. Ea, quae circa catholicam legem vel olim ordinavit antiquitas vel parentum nostrorum auctoritas religiosa constituit vel nostra serenitas roboravit, novella superstitione submota integra et inviolata custodiri praecipimus. DAT. PRID. ID. OCT. RAVENNAE VARANE V. C. CONS.

TEYDOL, item ADD. ad brev. H[E]G; habent praeterea decurtati quos enumeravimus ad 16, 9, 4 et duo Parisini 4414 et 4415 et epitomae Guelferbytana et Sangallensis. — Integra in gestis collationis Carthaginiensis a. 411 conl. 1 c. 4 (Mansi vol. 4 p. 53) et conl. 3 c. 29 (Mansi 4 p. 186).

1 impp. . . . aa.] impp. caesares flavii honorius et theodosius pii felices victores ac triumphatores semper augusti *gesta Carth.*, idem augusti *O* flauio marcellino *gesta*, marcilino *L*, marcelliano *D*ᵃ*: tribunus et notarius missus in Africam ad dirimendas controversias Christianorum secundum gesta Carth.* 2 legem] fidem *Cui.* olim *om. G Cui.* antiquitas . . . 2/3 constituit *om. [E]* antiquitus *E* nostrorum parentum *O* 2/3 continuit *E* 3 roboravit] moderauit *L* nouellam *[E]* superstitione (suprestitione *H*, superinstitutione *L*) submota (sum.... *T*, submote *D*ᵃ*L*, remota *G Cui.*)] summota superstitione *O*, subreptione submota *gesta Karth.* et inuiolata] inlibata *[E]* 4 custodiri (-re *L G Cui.*) praecipimus (praecepimus *L*)] custodias *gesta* dat. (datarum *[E]*) prid. (iiii *G Cui.*) id. oct. rauenna *(def. T)* uarane *(sic TED*, barane *G*, uarano *Y*, uarrone *O*, baron *H*, bautone augusto *[E]*, bautone *Cui.*) uc *(sic YDO Cui.*, ucl *H*, uiro clarissimo *G*, uicario *E*, u *[E]*, *om. T*) cons. (conss. *T*) *libri*, *item gesta addunt* haec (ista *[E]*, sta *H*) lex interpretatione (-nem *[E]*) non indiget *HG[E]*

CONSTITVTIONES SIRMONDIANAE.

1 (333 Mai. 5).

IMP. CONSTANTINVS A. AD ABLABIVM P(RAEFECTVM) P(RAETORI)O. Satis mirati sumus gravitatem tuam, quae plena iustitiae ac probae religionis est, clementiam nostram sciscitari voluisse, quid de sententiis episcoporum vel ante moderatio nostra censuerit vel nunc servari cupiamus, Ablabi, parens karissime atque amantissime. Itaque quia a nobis instrui voluisti, olim promulgatae legis ordinem salubri rursus imperio propagamus. Sanximus namque, sicut edicti nostri forma declarat, sententias episcoporum quolibet genere latas sine aliqua aetatis discretione inviolatas semper incorruptasque servari; scilicet ut pro sanctis semper ac venerabilibus habeantur, quidquid episcoporum fuerit sententia terminatum. Sive itaque inter minores sive inter maiores ab episcopis fuerit iudicatum, apud vos, qui iudiciorum summam tenetis, et apud ceteros omnes iudices ad exsecutionem volumus pertinere. Quicumque itaque litem habens, sive possessor sive petitor vel inter initia litis vel decursis temporum curriculis, sive cum negotium peroratur, sive cum iam coeperit promi sententia, iudicium elegerit sacrosanctae legis antistitis, ilico sine aliqua dubitatione, etiamsi alia pars refragatur, ad episcopum personae litigantium dirigantur. Multa enim, quae in iudicio captiosa praescriptionis vincula promi non patiuntur, investigat et publicat sacrosanctae religionis auctoritas. Omnes itaque causae, quae vel praetorio iure vel civili

---

praemittunt CII incipit sacra constantini impera⟨toris⟩ de testimoniis episcuporum *W*; k. (*in margine* = kaput?) exemplum legis de confirmando etiam inter minores aetates iudicio episcoporum (iud. ep. et. int. min. aet. *Z*[2]) et testimonium unius episcopi accepto ferri *Z*; XI de episcopali iudicio *EYD (in quibus libris Sirmondianae priores exhibentur pro Theodosiani libri XVI titulo undecimo); monogramma Christi* ☧ *(in margine) Berol.* 1 imp. constantinus aug.] *WZ Berol.*, imppp. archadius (et *ins. Bell.*) honorius et theodosius *EYD Bellov.*, idem augusti (*praec.* impp. honorius et theodosius) *O* ad ablabium prefect praetorii *W*, ablauio (arlauio *Berol.*) ppo (praefecto praetorio *Z*, praefecto praetorio *Berol.*, preposito *O*) *reliqui* satis . . . 2 probae] *W*, *om. reliqui* 2 est] et *E* sciscitare *WY*[a]*D*[a] 3 quid de] qui de *E* nostra *om. O* 4 seruare *W* cupimus *Z Berol.* ablabi] *W*, ablaui *rel.* parens] pariens *E*, *om. W* atque amantissime] *W*, *om. rel.* itaque quia] qui itaque id *W* 5/6 promulgatae] *W*, prorogatae (prerogatae *Berol.*) *rel.* salubri rursus imperio (imperi *Z*[a]) propagamus (promulgamus *O*) sanximus (sancsimus *Z*)] seruare rursus interpetane (*= interpretatione*) publica *W* 6 dicti *Z*[a] 7 inlatas *Florus* *post* seruari *ins.* ab omnibus iudiciis laicalibus siue episcopis *Berol.* ut *om. Florus* 8 uenerabilis *Berol.* habeantur] *W*, habeatur *reliqui* episcorum *E*[a] 9 siue itaque] siue utique *Florus*, quicquid itaque *Y*[2] fuer. iud. ab ep. *O* 10 summa *O* ceteros *om. YDO* omnes] *libri, etiam W* ad *om. W* exsecutionem] obseruandum *Berol.* 11 pertinere] pertinere int (*hoc maiusculis* = interpretatio) *YD*, peruenire *Berol.* quicumque itaque] quicumque *Bened. hic incipiens* lite *Z*[1] uel] *W*, fuerit uel *Ben.*, erit *reliqui* inter initia] in initio *Ben.* 12 cum] dum *W* peroratur] peroperatur *W Berol.* iam] ita *W* coeperint *Y*[a] promi *om. D*[a] 13 iudicium] si iudicium *Ben.* elegerit] *W Ben.*, elegit *Z*[1] *EYDO Bellov.*, eligit *Z*[2] *Berol. Florus* sacrosanctae (sacresanctae *O*) legis antistitis] a sacrosanctos antestites *W* 14 alia] aliqua *W* ad (ab *Berol.*) episcopum] ad episcopale iudicium *W*, ad episcoporum iudicium *Ben.* personae litigantium dirigantur] *W*, cum sermone l. dirigatur *reliqui* 15 iudiciis *W* captiosa] *W*, captiosae *rel.* praescriptionis] *Z*[2] *(cum Floro) et rel.*, perscribtionis *Z*[1] *Berol.* promi *om. Berol.* inuestigat et] inuastigat et *Y*[1], inuestigata et *Bell.*[1], inuestigata *O Bell.*[2] publicat] *W*, promit (-met *E*[1] *Bell.*) *rel.* 16 praetorio] petitores *W* 16/908, 1 ciuili tractantur] cuius tractatus *W*

tractantur, episcoporum sententiis terminatae perpetuo stabilitatis iure firmentur, nec liceat ulterius retractari negotium, quod episcoporum sententia deciderit. Testimonium etiam ab uno licet episcopo perhibitum omnis iudex indubitanter accipiat nec alius audiatur testis, cum testimonium episcopi a qualibet parte fuerit repromissum. Illud est enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod a sacrosancto homine conscientia mentis inlibatae protulerit. Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus, hoc perpetua lege firmamus, malitiosa litium semina conprimentes, ut miseri homines longis ac paene perpetuis actionum laqueis implicati ab improbis petitionibus vel a cupiditate praepostera maturo fine discedant. Quidquid itaque de sententiis episcoporum clementia nostra censuerat et iam hac sumus lege conplexi, gravitatem tuam et ceteros pro utilitate omnium latum in perpetuum observare convenit. DATA III NONAS MAIAS CONSTANTINOPOLI DALMATIO ET ZENOFILO CONSS.

W; item Z (cum apographo Paris. 1452 et Floro in Autiss. 907, 5/6 sanximus . . . 11 pertinere *et* 907, 14 multa . . . 908, 7 firmamus, *item in Ambros.* 907, 7 pro sanctis . . . 8 terminatum, *item* 11 quicumque . . . 14 dirigantur, *item* 16 omnesque causae . . . 908, 2 deciderit*); item folium solitarium Berol. (Lat. fol. 270 f. 15) interpolatum ex interpretatione Breviarii; item EYDO et epit. Paris. 10753; item ex codice his YDO simili (laudatur* ex sexto decimo Theodosii imperatoris libro, capitulo videlicet XI, *id est ex titulo ficticio* de episcopali iudicio*) Benedictus Levita l. II c. 366 (MG. LL. 2, 2 p. 91) eodemque exemplo Bellovacensis (= Paris. 9652), incipientes* 907, 11 quicumque, *finientes* 908, 11 conueniant. *Particulas quae reperiuntur in corporibus canonici iuris aliis (nominantur Petrus except. 4, 37; concilium Valentinum a. 883; Gratianus c. 35 C. XI qu. 1; cod. univ. Pragensis VIII. H. 7 [Schulte in actis minor. Vindob. vol. 57 a. 1868 p. 201], alii multi), non sum persecutus.*

1 firmentur] *W et reliqui*, incorrupte f. *Berol.*, firmantur *Florus (Autiss., non Ambros.)* 2 alterius *Bell.* retractari] a comitibus uel iudicibus laicalibus tractari *Berol.* negotium] iudicium *Ben.*, *om. W* episcoporum] hab *(sic)* episcuporum *W* sententiis *Ben.* decederit *E*, didicerit *D* 3 etiam] enim *Berol.* licet ab uno *O* omnis iudex i. accipiat] *W*, omnes iudices i. accipiant *reliqui* 4 testis] *W*, *om. reliqui* a qualibet (ad quamlibet *W*) parte *om. O* illud . . . 9 discedant *om. Berol.* 5/6 conscientiam *Bell.* 6 inlibatum *W*, inlibato *Florus* salubri aliquando] aliquanto salutari *W* hoc] hoc quod *Florus* 7 firmamus] sanximus *W* reprimentes *W* longe *E* 8 ac *om.* W^1 paene *om.* D^a actionum] sanctionum *W* vel a cup.] ac cup. *W*, et cup. *O* 9 praepostera] *W*, praepropera *reliqui* maturo fine discedant] cum matura fide discedat *W* quidquid] quid *W* sentiis Y^a 10 censuerit *W* sumus lege conplexi] possumus lege couplecti *W* grauitatem (quam gr. *O*) tuam et ceteros] quam et grauitas tua et ceteri omnes *W* 11 omnium lata] *scripsi*, o. latam *ZEYDO Bell. Berol.*, latam o. *W*, omnium *Ben.* in perpetuo *W* conuenit] conuenit perpetuis *(ex pp = proposita?) W*, conuenerint *Bell.*, conueniet *O*, conueniat *reliqui* *pergit Berol. sic:* et licet rem omnibus cristianis causis generaliter profuturam neque a comitibus neque ab scabinis siue iudicibus infringere audeant neque sacrilega temeritas vel cupiditas ad subreptionem vel disrumpere aliquem compellat audacia qui hoc facere praesumpserit XXX librarum au[ri] eum condempnamus, ut sit ipsum aurum herario imperatorum profuturum et ne ulterius aliquis nostrum decretum uiolare praesumat, tali pena sit multatus: *ea docuit me E. Seckel formata esse ab interpolatore ad novellam Valentiniani 26 (brev. 8) c. 7:* et licet rem omnibus causis generaliter profuturam a nemine temerari posse credamus, tamen, ne quos sacrilega temeritate ad subreptionem quacumque compellat audacia, praesumentes triginta librarum auri poena percellat: eadem manebit palatinum officium utriusque aerarii data iii (iiii *E*) non. mai. const.] *WZEYDO Ben.*, *om. Bell. Berol.* 12 dalm. et zenofilio $\overline{cc}$ *(vel* ā*) W*, *om. reliqui*

2 (405 Febr. 4).

IMPPP. ARCAD(IVS), HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AAA. HADRIANO P(RAEFECTO) P(RAETORI)O. Ut veneratio sacerdotibus debetur innoxiis, ita et poena moderata inquietis adque deiectis. Quemadmodum enim deo servientes et divini sacerdotii integritate lucentes non solum vitam suam proprio praestant ornamento, sed etiam subiectae plebis atque oboedientis exemplo, ita hi, quorum indigniora sunt sub integritatis professione peccata, si

praem. exemplum legis aduersus episcopos qui iudicio episcoporum damnantur centum eos milibus ciuitate in qua fuerunt debere excludi *Z* 1 imppp. (impr̄ pp̄ *E*) arc. hon. et th. āāā *(om. EY)* hadriano ppo (rro *E*) *EYD fortasse ex Th.*, *om. Z* 2/3 deiectis] de deiectis *Z: fortasse scr.* sede deiectis 3 sacerdotis *E*, seruitii *O* 4 ornamentum *Z* subiecti *ED* plebi *Z* 4/909, 1 oboedientes *ZE*

exclusi degradatique ab episcopiis conprobentur, qui resupinos spiritus adversum definita rettulerint, separati ab his urbibus, quas errore proprio tenuerunt, et sibi debent esse reperti et aliis constituta ablegatione terrori. Plurimos enim bonos faciunt et veneratio optimorum sacerdotum et notabilis reprehensio pessimorum. Suggerentibus episcopis didicimus quosdam sacerdotes Christianae legis, quorum delicta coetu episcopali et deprehensa fuerint et eorum sententia vindicata, in sinu earum urbium, in quibus talia conmissa sunt, permanere et quaerere turbas populi, convocare turbatores quietis, exsistere tumultus popularis auctores, innocentes se post iudicium dicere, plebem colligere et velut adhuc episcopos salutari, comitatum sacrum petere, mereri mendaciis oracula et furtiva rescripta. Sancimus itaque hac lege, ut ‖ quicumque residentibus sacerdotibus fuerit episcopali loco detrusus et nomine, si aliquid vel contra ⌜sententiam⌝ vel contra quietem ⌈ moliri fuerit deprehensus rursusque sacerdotium petere, a quo videtur ⌜exclusus⌝, procul ab ea urbe, quam ⌜indignus⌝ infecit, secundum legem divae memoriae Gratiani centum milibus vitam agat. Sit ab eorum coetibus separatus, a quorum est societate discretus; ‖ careat urbe, quam tenuit, segregetur a plebe, quam mentitus vitae praeceptor infecit. ‖ ⌜Sit⌝ huiusmodi personis tenore ⌜huius legis⌝ inlicitum sacra nostra adire secreta et inpetrare rescripta: ⌜omnia⌝ abiectis per culpam sacerdotio personis quae impetrata sunt ⌜vel quae impetrata fuerint⌝ infecta permaneant: scituris his, quorum defensione nituntur, absque sui reprehensione non futurum, si hoc eis ⌜polliceantur⌝ suffragium, qui divinum non videntur meruisse iudicium, ‖ Hadriane parens carissime atque amantissime. Hanc igitur legem sublimis magnificentia tua cunctas per dioceses sibi creditas publicabit edictis, ut id, quod pro quiete repertum, pro iudicii episcopalis confirmatione constitutum, pro reprimendis culpis inventum est, ab omnibus excolatur, a sacerdotibus reservetur. DATA PRIDIE NONAS FEBRVARIAS RAVENNAE STILICHONE II CONS.

TH. 16, 2, 35
‖ *inc.*
⌜custodiam⌝
⌈ publicam
⌜expulsus⌝
⌜indignus⌝ *om.*
‖ *deficit*
‖ *redit* | ⌜sitque⌝ | ⌜huius legis⌝
⌜omnibus⌝
⌜uel q. i. fuerint⌝ *om.*
⌜pollicentur⌝
‖ *fin.*

Z (cum apographo Paris. 1452) EYDO (epitomen Th. ex plena const. explens) et epit. Paris. 10753. — Epitome C. Th. 16, 2, 35.

1 degradatique] *edd.*, depravatique (depratique *E*[1]) *libri* episcopiis] *scripsi*, episcopis *libri* resupinos] *Z*[1]*E*, resupino *Z*[2]*YDO* spiritus] *Z*[2] *E*, spiritu *Z*[1](?)*YDO* 2 tenuerunt] *malim* tinxerunt sibi] si *O* 3 reperti] *Z*, perti *EY*[a], periti *Y*[b]*D*, dampnationi *O*: *expectes* reprobationi *vel simile vocabulum* ablegatione] *edd.*, obligatione *libri* terreri *E*[2] plurimus *Z*[a] ueratio *Y*[a] 4 notabiles *Z*[b]*Y*[a]*D*[a]*O* 4/5 dedicimus *Z*[1] 5 et *om. YDO* 6 fuerant *O* et eorum] *Z*, iterum *EYDO* uindicata] neglecta *O*, coetu episcopali *superscr. E (in textu E*)* 7 populos *YDO* 8 populares *E* 9 salutare *Z*[a] comitatum sacrum] *Z*, comitatu sacrum *E*, comitatus agrum *Y*[1]*D*[1], comitatos agrum *Y*[2]*D*[2], e comitatu sacram *O* 10 rescripta] responsa *O* 12/13 uel contra sent. uel contra] contra sententiam uel *O* 14 expulsus *O* 16 gratini *Z*[a] 18 quem *Y*[a] tenuit] polluit *O* a plebe] *Z*, ab ea *YDO*, *om. E* 20/21 rescrita *Z*[a] 21 omnia] *ZEYD*, omnibus *Theod. O* adiectis *Z* sac. per culp. *O* 22 sunt uel quae impetrata *om. O* fuerint] *scripsi*, fuerant *ZEY*[b]*D*[b] *(non ins. hoc loco Z)*, fuerat *Y*[a]*D*[a] 22/23 infecta permaneant] *Theod.*, permaneant *ZEYD*, non permaneant *O* 23/24 scituris his quorum d. nituntur (*non ins. hoc loco Z*) absque s. r. non *(YDO Theod., om. hoc loco Z)* futurum si hoc *(om. O)* eis *(sic Y D Theod.,* si hi *Z)* polliceantur *(sic Z,* pollicantur *Y*[a], pollicentur *Y*[b]*DO Theod.)*] sciturí *(sic)* his polliceantur *(mediis omissis) E* 25 uidentur *post* metuisse *O* metuisse *YDO* 26 atque am.] *Z*, am. *E*, *om. YDO* 27 cunctas] *edd.*, cunctis *libri* publicauit *Z* 28 reprimentis *E*[a] 29 a sacerdotibus reseruetur] *Z (cum apographo,* re *hodie evanuit) EYDO: fortasse scr.* et sacerdotibus resereretur 30 stilichone ii] *D*[a]*(sic) O Theod.*, stillicone secundo *Z*, stilicone (*om.* ii) *YD*[b] *(sic)*

3 (. . . . [384?] . . . .).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD OPTATVM PRAEF(ECTVM) AVGVSTALEM. Graviter admodum mota est nostra clementia quaedam ab his, qui episco-

praem. exemplum legum ubi non licet clericos publicum adire iudicium *Z* 1 imppp. (imperatur *Z*, impā p̄p̄ *E*) ual. th. et arc.] idem *(praecedit* 16, 2, 35 *aucta ex Sirm.) O* āāā *om. ZE* praef.] pōc *E*, procōs *YDO* 2 *post* clementia *ins.* 910, 5 lectis . . . . 910, 6 refragatur *suo loco omissa O* quadam *Z*[a]

porum sibi nomina vindicant, perpetrata et contra leges non minus divinas quam humanas inproba temeritate commissa, vexatos etiam nonnullos orthodoxorum clericos, quorum aetas huic iniuriae ac sacerdotium repugnabat, fatigatos itineribus, quaestionariis deditos, adque haec omnia per eos commissa, qui ad tegumenta frontis sacerdotii nominis titulos praeferebant. Denique lectis in consistorio precibus, quibus episcopalis pietas aliquid postulans refragatur in eo . . . adque idcirco continua lege sancimus, nomen episcoporum vel eorum, qui ecclesiae necessitatibus serviunt, ne ad iudicia sive ordinariorum sive extraordinariorum iudicum pertrahatur. Habent illi iudices suos nec quicquam his publicis commune cum legibus: quantum ad causas tamen ecclesiasticas pertinet, quas decet episcopali auctoritate decidi. Quibuscumque igitur mota fuerit quaestio, quae ad Christianam pertineat sanctitatem, eos decebit sub eo iudice litigare, ut ille praesul sit in suis tamen partibus omnium sacerdotum, id est per Aegypti dioecesim, Optate carissime ac iucundissime. Quare laudabilis auctoritas tua arbitrio temperato quidquid negotiorum talium incidat, terminet habituro pontificium sacrae disceptationis Timotheo episcopo, quem sibi omnes etiam suo iudicio praetulere. Est enim vir cum omnium sacerdotum suspectione venerandus, tum etiam nostro iudicio iam probatus. DATA PRIDIE NONAS FEBRVARIAS CONSTANTINOPOLI.

3 (cum Floro Autiss. et Ambros. impp. nomina et 6 continua . . . 9 legibus*) EYDO. HINCMAR* 2, 320. 740.

1 legis *E*   2 etiam *om. O*   nonnullus *E*   3 huic iniuriae *post* sacerd. *O*   ac sacerdotio *Z*, a sacerdotio *EYD*, et sacerdotium *O*   fatigatos] *O coniectura omnino*, flagitatos *ZEYD*   4 tegimenta *YD*, tegumenta *O*   frontis] *ZE*, fronti *YD*, furoris *O*: *malim* fraudis   sacerdotii] sacerdotalis *O*   5 denique *om. O*   lectis . . . 6 refragatur *supra p.* 909, 2 *collocat O*   aliquid] *malim* tale quid: *intelleguntur episcopi reprehensi propter auxilium saeculare in causis ad religionem pertinentibus advocatum neque petentes, quae episcopum petere dedecet*   6 postulans] postulas *E*ᵃ   in eo (in eo *om. O*) adque idcirco continua (perpetua *O*) lege sancimus] sanximus *Florus [Aut.D]*] *sic libri, videntur quaedam excidisse ad hoc exemplum:* in eo negotio remedium reperiri vidimus] atque idcirco continuo] lege sancimus   nomen] ut nomen *O*, ut nullus *Florus (Ambros.)*   7 ne *YD* ad ne *Florus (Aut.)*, *om. O et Florus (Ambros.)*   8 iudicum *om. Florus (Ambros.)*   pertrahatur] *O*, pertrahantur *ZEYD Florus (Ambros.)*   quicquam] *YDO*, quisquam *ZE*   publicis *om. O*   9 tamen ad caus. *O*   10 decit ... mota *Y*   11 docebit *D*   quas] *scr.* eas

11/12 litigare ut ille praesul sit in suis tamen partibus] *scripsi dubitans*, litigare ut ille presul in suis autem (aut *YD*) partibus (*om. YD*) *ZEYD*, litigare qui presul legis eius fuerit *O*   12 omnium sac. id est per aeg. dioecesim (diocisem *Z*ᵃ, diocisim *Z*ᵇ*E*, diocesim debeant *YD*)] *om. hoc loco O*   13 negotium *Y*ᵃ   14 incidat] *ZE*, incidet *YDO*   *ante* termin. *ins.* omnium sacerdotum iuditio *O*   terminet habituro] *scripsi*, termini habituro *ZE*, terminabit habituro *O*, terminabitur a (*om. Y*ᵃ) *YD*   pontificium] pontifici.. *Y*ᵃ, pontificio *Y*ᵇ*D*ᵇ, pontificii *D*ᵃ   timothei episcopi *Y*ᵃ*D*   15 *post* omnes *ins.* per egypti dioecesim *O*   *post* iudicio *ins. denuo* terminabit habituro pontificium sacrae disceptationis *O*   suo] seo *Z*ᵃ   est] et *E*   *post* sacerdotum (*om. Z*¹) *ins.* obtenta et adquisitae . . . amor religionis *E ex novella Theodosii 3*   16 suspectione] *Z*, susceptione *EYDO*   tum] cum *Z*   iam probatus] adprobatus *E*. — *Propter inscriptionem, a qua abest nomen Gratiani, cum constitutio posterior sit anno 383, Timotheus autem, qui in ea nominatur, obierit a. 385, videtur referenda esse ad a. 384 (cf. Tillemont ad Theodosium I not. 17).*

4

IMP. CONSTANTINVS AD FELICEM PRAEFECTVM PRAETORII. Iam dudum quidem constitutionis nostrae saluberrima sanctio promulgata est, quam nostrae repetitae legis veneratione geminamus, ac volumus, ut si quisquam Iudaeorum Christianum mancipium vel cuiuslibet alterius sectae mercatus ⌜circumcidere non permiserit, circumcisus quidem istius statuti mensura libertatis compos effectus eiusdem privilegiis potiatur⌝: ‖ non fas Iudaeo sit qui circumciderit mancipium generis memorati in ob-

TH. 16, 9, 1
‖ *inc.* | ⌜quis⌝
⌜circumciderit, minime in servitute retineat circumcisum, sed libertatis privilegiis qui hoc sustinuerit potiatur⌝ *fin.*

rubrica: exemplum legis aduersus iudeos ubi dicit non debere christianos a iudeis circumcidi *Z*: XII de iudaeis *Y*   1 imp. *om. Z*   filicem *Z*   praetorii *Z*¹   2 nostrae] *malim* nos   3 ueneration *Z*ᵃ   7 eius priuilegii *Y*¹   patiatur *Z*

sequium servitutis retinere. Illud etenim hac eadem sanctione praecipimus, ut, si quispiam Iudaeorum reserans sibi ianuam vitae perpetuae sanctis se cultibus mancipaverit et Christianus esse delegerit, ne quid a Iudaeis inquietudinis vel molestiae patiatur. || ⌜Quod si ex Iudaeo Christianum factum aliquis Iudaeorum iniuria putaverit esse pulsandum, volumus istiusmodi contumeliae machinatorem pro criminis qualitate commissi poenis ultricibus subiugari⌝, Felix parens carissime. || Quare divinitatis affectu confidimus ipsum in omni orbe Romano qui nostri debita veneratione servata: ac volumus, ut excellens sublimitas tua litteris suis per dioecesim sibi creditam commeantibus iudices moneat instantissime huiuscemodi debitam reverentiam custodiri. DATA XII KAL. NOVEMB. PROPOSITA VII ID. MART. CARTHAGINE NEPOTIANO ET FACVNDO CONSS.

16, 8, 5

⌜Eum qui ex Iudaeo Christianus factus est, inquietare Iudaeos non liceat vel aliqua pulsare iniuria, pro qualitate conmissi istiusmodi contumelia punienda⌝ *fin.*

ZYD (non habet O). — Epitomae C. Th. 16, 8, 5. 16, 9, 1.

1 etenim] *Z*, enim *YD* 2 quispiam] quis *YD* sibi] *YD*, *om. Z* 3 cultis *Z*[1] 7 machinatio•em *Y*[1], machinationem *Y*[2]*D* 8 felex *Z*[1] 9 conuidimus *Z*, condidimus *YD* ipsum] ipso *YD* 10 qui nostri *(sic YD*, nostro *Z)* debita ueneratione seruata] *libri, pro* qui *requiritur* tutum fore *vel similis formula* 11 diocisem *Z*, diocesem *Y*, diocesim *D* 12 custodire *YD* *propter subscr. vide ad Th. 16, 8, 5*

5 (419 Mai. 18).

DD. NN. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD PROIECTVM CONSVLAREM. Inverecunda arte defenditur, si hi ad condicionem vel originem reposcuntur, quibus tempore famis, cum in mortem penuria cogerentur, opitulari non potuit dominus aut patronus. Porro autem iniquum est, si expensis alterius servatum hominem in lucem quisque sibi obnoxium quocumque titulo sperans audeat vindicare. Itaque magnificentia tua inspecta serie de his, qui per necessitatem aut conparati sunt aut fortasse collecti, in eorum dominium eos faciat perdurare; aut si ab aliquo flagitantur, enumerata duplici pecunia, quae data est, pretii nomine adque expensarum habita ratione, ita demum ad vindicantis auctoritatem eos redire permittimus, ne sit miserum ita exhibuisse alimoniam morienti, ut servatus in vitam postea commodis alterius in dispendio alterius prosit. DATA XV KAL. IVNIAS MONAXIO ET PLINTA VV. CC. CONSS.

ZYDO Ambros. C. 29 inf., nobis A (solam rubricam affert in indice rubricarum Theodosiani) et epit. Paris. 10753.

praem. exemplum legis collecticiis eorum esse qui colligerint *Z*, de his qui famis tempore sunt collecti *YD (hi duo ad constitutionem 6) O Ambros.* 1 dd nn] dn nn *Z*, dn ñ impp. *Y*, impp. *DO* aa *om. O* in uerecundia *O* 2 si hii *Z*, sibi *O* ad *bis Y* condicione *Z* reposcantur *YDO* 4 est *om. D*[a] seruatum *post* lucem *O* 6 dominio *O* 7 dupli *edd.* data] dicta *Y*[1] 11 plenta *ZYDO* uu cc] uc *Z*, uic *YD*, *om. O*

6 (425 Iul. 9 [Aug. 6]).

IMPP. THEODOSIVS A. ET VALENTINIANVS CAESAR AMATIO V. I. PRAEF(ECTO) PR(AE)T(O)R(IO) GALL(IARVM). Privilegia ecclesiarum ⌜vel clericorum⌝ omnium, quae saeculo nostro tyrannus inviderat, prona devotione revocamus. Scilicet ut quidquid a divis

TH. 16, 2, 47

⌜*om.*⌝

praem. non licere clericos iudicio publico litigare et omnes hereticos debere de civitatibus proici, christianos servos non debere iudaeis seruire (seruere *Z*[a]) et iudaeos non debere militare *Z (post inscr.)* 1 thoedosius *(sic) Z* ā *om. ZYDO Flor.* caesar] augusti *O* 2 amacio *Z*, almaghio *Flor.* u. i.] uiro illustri *O*, ul *Z*, uel *Y*, *om. D* praet] *D*, prtr *Z*, pfo *(del.)* ppo *Y*, *om. O* 3 uel *(om. D*[a]*)* cl. omn. *om. O*. *Praeterea propter inscr. vide ad Th. 16, 2, 47* quae . . . 4 inuiderat *om. Florus* 4 saeculo nostro] n. s. *O*

principibus ⌈ singuli quique antistites ⌈⌈ inpetrarunt, ⌈ iugi solidata aeternitate serventur || nec cuiusquam audeat titillare praesumptio, in quo nos nobis magis praestitum confitemur. || Clericos etiam, quos indiscretim ad saeculares iudices debere deduci infaustus praesumptor edixerat, episcopali audientiae reservamus, ⌜his manentibus, quae circa eos sanxit antiquitas⌝. Fas enim non est, ut divini muneris ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. || Inl(ustris) itaque auctoritas tua omni aevo mansura quae iussimus

⌈ constitutum est vel quae | ⌈⌈ pro causis ecclesiasticis
⌈ sub poena sacrilegii | || *finit*
|| *redit*
⌜his ... antiquitas⌝ *om.*
|| *fin.*

in provinciarum missa notitiam praecipiet etiam sub poena sacrilegii custodiri, specialiter id inlustribus conprehensura praeceptis, ut in omnibus circa ecclesiastica privilegia veterum principum statuta serventur. Diversos vero episcopos nefarium Pelagiani et Caelestiani dogmatis errorem sequentes per Patroclum sacrosanctae legis antistitem praecipimus conveniri: quos quia confidimus emendari, nisi intra viginti dies ex conventionis tempore, intra quos deliberandi tribuimus facultatem, errata correxerint seseque catholicae fidei reddiderint, Gallicanis regionibus expelli adque in eorum loco sacerdotium fidelius subrogari, quatenus praesentis erroris macula de populorum animis tergeatur et futurae bonum disciplinae iustioris instituatur. Sane quia religiosos populos nullis decet superstitionibus depravari, Manichaeos omnesque haereticos vel schismaticos sive mathematicos omnemque sectam catholicis inimicam ab ipso aspectu urbium diversarum exterminari debere praecipimus, ut nec praesentiae quidem criminosorum contagione foedentur. Iudaeis quoque vel paganis causas agendi vel militandi licentiam denegamus: quibus Christianae legis nolumus servire personas, ne occasione dominii sectam venerandae religionis inmutent. Omnes igitur personas erroris infausti iubemus excludi, nisi his emendatio matura subvenerit. DATA VII IDVS IVLIAS AQVILEIAE D. N. THEODOSIO A. XI ET VALENTINIANO CONSS.

Z (cum Floro), qui habet inscr. et subscr. et 911, 3 privilegia ... 912, 10 arbitrio *in Aut. et Ambr., in illo solo* 912, 20 qui *(sic)* rel. ... 27 subuenerit*) YDO (hic adsumpto Theod.).* — *Epitomae (inscriptionibus diversis) C. Th. 16, 2, 47. 16, 5, 62. 16, 5, 64 (harum duarum v. l. non attulimus).*

1 *post* principibus *ins.* constitutum est uel quae *O cum Theod.* 1/2 inpetrarant *Th.* 2 soliditate *Florus (Ambros.)* seruetur *Florus* 3 cuiquam *Florus (Ambr.)* audiat *Z* titillare praesumptio] sollicitare *O* 4 nos *om. Florus (Ambros.)* 5 etiam] igitur omnes *Florus* indiscretim] indiscrete et *Florus (Autiss.)* 7 his ... 8 antiquitas *om. Florus (Autiss., non Ambr.)* 10 itaque] *YDO*, *om. Z* 11 omnaeuo Z^a 12 missam Z^b sacrilegei *Z* 13 conpraensura *Y* priuilegia] precepta *O* 14 episcopus Z^a 14/15 caelestiani] *ZO*, caelestini *YD* 15 errore *Y* sequentis Z^a sanctae *YDO* 16 nisintra Z^a ex] a *O*, *om. YD* 17 facultate Z^a 17/18 seseque c. f. reddiderint *om. O* 18 galliganis *Z* 19 errori D^a tergatur $Z^b O$ futuri $Z Y^a D^a$, futuros *O* 20 instituatur] Z^2, instituat $Z^1 Y D O$ religiosus populus Z^a 21 siue mathematicos (*superscr.* uel scimaticos) *D* 23 dedere Y^a ut nec] *Theod. l. 62 et l. 64*, ne *Z YD Flor.* praesentiae (-tium *Flor.*) ... foedentur] contagione presentiae criminosorum quidam fedentur *O* 26 infausti Z^a 27/28 data uii (ui *O*) id. iul. aquil. *(om. O)* dn *(sic* Z^a, cons Z^b *Flor.*, constpl domino *YD*, *om. O)* theodosio *(om.* D^a*)* aug. xi *(om. Z Flor.)* et ual. caes. (iii *ins. Florus*). *Praeterea propter subscr. vide ad Th. 16, 2, 47*

7 .... [380/1] ......

IMPPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS AAA. AD EVTROPIVM PRAEFECTVM PRAETORII. Placida beneficia lenitatis dei omnipotentis arbitrio commoti pro felicitate saeculi publicamus, ut illos, quos imminentis supplicii terror exagitat, insperatae mise-

praem. XIIII de his qui pro paschali festivitate de carceribus educuntur *YD iisdemque verbis Ambros. C. 29 inf.*, de reis in pascha de carcere educendis *O (sine praescr. Z)* 1 ual. theod. et *(om. O)* arc.] *immo* grat. ual. et theod., *cum leges ad Eutropium ppo directae sint annorum 380. 381* 2 arbitria *Z* 3 emenentis *Z*, eminentis *YDO* inspiratae *O*

rationis indultio securitati perpetuae restitutos ad communis vitae gaudia depulsa culparum acerbitate perducat, ut novae reparationis luce perfusi melioris vitae teneant novitatem. Ideo denique pro festivitate paschali, quam communi et praecelsa professione veneramur, noxas remittimus, ut ii, quos mansuetudinis nostrae indulgentia liberarit, melioris instituti praecepta sectantes nihil periculosum audeant perpetrare, Eutropi parens carissime atque amantissime, exceptis his, quos quinque inmanitas criminum minime patitur relaxari, ceteros carceris custodia liberatos statui pristino restituat, ut communi traditi libertati concessae securitatis gratia perfruantur.

ZYDO et Epit. Paris.

1 indultus *O* securitatis *Y* ad] adque *Z* 3 ideoque denique *O* 4 hii *ZYD*, hi *O* nostra *Z*ᵃ 5 institutionis *Y*ᵃ adiant *Z*ᵃ *post* perpetrare *videntur excidisse talia* quare sublimitas tua eutropius *Y* 6 parens o car. *YD* his] ergo his *O* imm. quinque cr. *O* 7 relaxari] *YDO*, relaxare *Z* 7/8 communi traditi] *scripsi*, communiter aditi (additi *YDO*) *libri* 8 securitati *Z*ᵃ

8 (386 Apr. 22).

IMPPP. VALENTINIANVS, THEODOSIVS ET ARCADIVS. Studiis nostrae serenitatis, quibus etiam praeter consuetudinem statutae adque annuae lenitatis ad propagandas ex more indulgentias naturali beneficio semper animamur, desideratum bonis mentibus tempus advenit. Neque enim alias magis talibus beneficiis imperatoriam decet aequare pietatem, quam cum toto penitus orbe terrarum sacer dies festiva sollemnitate reparatur. Et nos quidem praeter hanc velut indictam et a maioribus traditam pro religionis observatione clementiam liberandis paene omnibus, quos legum severitas strinxerit, effusa penitus humanitate operam sacrae mentis exserimus. Quin per omne hoc, quod inter venerandos et celebres dies medium fluit tempus, catenis levamus, exilio solvimus, a metallo abstrahimus, deportationibus liberamus, cum satis constet nullum prope diem esse, quo non aliquid clemens sanctumque iubeamus, censentes nos etiam damnum quoddam horarum pati, si qui liberetur nullus occurrerit. Ex quo apparet properato nos semper arripere istam necessariam exsolvendis, quatenus tamen iusta humanitas patitur, legibus sanctimoniamque continuamus omnibus temporum metis voluntariam. Neque enim convenit inter festivas caeremonias et venerabiles sacri temporis ritus strepere infelicium dissonas voces, trahi ad communem misericordiam horrentibus passis feraliter crinibus reos, audiri tractos ex imo pectore gemitus, cum utique bene sibimet sacra et laeta conveniant et non deceat inter serena votorum ac dicatas aeterno numini pias voces aliquid triste sentire audire conspicere. Unde notam beneficiis nostris non supprimimus lenitatem, aperimus quin etiam carcerem, vincla deponimus, inpexos tenebrosae pedore custodiae crines decenter amovemus. Eripimus omnes feralibus poenis praeter eos, quibus pro magnitudine scelerum non decet subveniri. Habeant illa generalibus excepta indulgentiis crimina suum fatum et conpetens maiorum scelerum reos exitus teneat. Nullius nos manibus in absolvendis iniuriam faciemus homicidis; nullius inultos toros remisso adulteriorum ac talium scelerum supplicio deseremus; causam, quae late tenditur, maiestatis integram reservamus. Non aliquos in astra peccantes, non venenarios aut magos, non falsae monetae reos absolvendorum felicitati conectimus: si quidem digni non sunt festivae lucis usura, a quibus graviora commissa sunt, quam prudens solet liberare clementia. Et ne diutius in hac criminum serie laetior versetur oratio, exceptis solitis notisque criminibus alios relaxamus,

1 aaa. antiochino *add. ex v. 30 edd.* 2 propacandas *Z* 3 animamus *Z* 4 aduenit] *scripsi dubitans*, adiret *Z*, adhaeret *edd.* aequare] vacare *Seeck* 6 indicta *Z*ᵃ a mai.] *scripsi*, mai. *Z* 7 liberandis] a liberandis (-radis *Z*ᵃ) *Z* 8 operam sacrae] opere sacra *Z* per omne] pro homine *Z* 9 soluemus *Z*ᵃ 12 *post* arripere *videntur deficere talia* studio occasionem 13 extesoluendis *Z*ᵃ *post* legibus *excidit fortasse* reis 14 metis] metis esse *Z* 15 uenerabilis *Z* 16 horrentibus] *scr.* horrentes passis f. crinibus] *edd.*, pastis f. criminibus *Z* audire et tractos *Z* 17 et non] non *Z* 18 serenouatorum addictas aeternorum impias *Z* 21 amouimus ar[r]ipimus *Z* 25 qua *Z* 29 laetior] *scripsi*, latior *Z* notisque] *Z*, quinque *edd.*

Antiochine carissime ac iucundissime. Quocirca spectabilitas tua nostrae mansuetudinis scita quantocius iubebit impleri, ut velocius laeta propagentur, adque in communi omnium celebritate suspendi, quicumque meretur absolvi. DATA X KAL. MAI. CONSTANTINOPOLI HONORIO NOBILISSIMO PVERO ET EVODIO CONSS.

Z

1 anthiocine *Z* 2 laeta] olaeta *Z* adque] *scr.* neque

9 (408 Nov. 27).

IMPP. ARCADIVS ET HONORIVS AVGG. THEODORO ITERVM PRAE(FECTO) PRAETORII. Utinam quidem ii tantum clericorum nomen induerent, quorum in deteriorem partem relabi vita non possit. Esset laetitia communis et facile pios ritus cultusque divinos veneratio humana sequeretur. Sed facile vitia subrepunt, ut illuc etiam error inrepat, ubi esse nisi pura non possunt. Et si censura iudicii sacerdotalis in specula provideat, ut inter bonos non sint, qui boni esse non possunt, ne tamen crimina deprehensa luxurient et sit libera peccantibus pertinacia, placet, ut, || quemcumque clericum indignum officio suo episcopus iudicarit et ab ecclesiae ministerio segregaverit, aut ⸢qui⸣ professum sacrae religionis obsequium sponte dereliquerit, continuo eum curia sibi vindicet, ut liber illi ultra ad ecclesiam recursus esse non possit et pro hominum qualitate ⸢vel⸣ quantitate patrimonii vel ordini suo vel collegio civitatis ⸢adiungat⸣, modo ut quibuscumque apti erunt publicis necessitatibus obligentur, ita ut conludio quoque locus non sit: ⸢ut per singulos⸣ binae librae auri inferendae aerario nostro a decem primis curialibus exigantur, si ⸢alicui⸣ inlicitam conventiam et conludia foeda praestiterint, ⸢omnisque hominibus⸣ inprobissimis ab omnibus officiis militiae aditus obstruatur. || Nusquam enim fidi esse possunt, quos infideles deo summo ecclesia refutaverit, Theodore parens carissime adque amantissime. Quod inlustris magnificentia tua in omnium notitiam datis ad singularum iudices provinciarum litteris faciet pervenire, ut universis id proposita sollemniter edicta declarent. DATA V KAL. DECEMB. RAVENNAE BASSO ET FILIPPO VV. CC. CONSS.

TH. 16, 2, 39
|| *inc.*
⸢si qui⸣
⸢et⸣
⸢adiungatur⸣
⸢per sing. igitur⸣
⸢aliquibus⸣
⸢hominibusque⸣
|| *fin.*

Z. — Epitome Th. 16, 2, 39.

1 iterum *om. Th.* 2 hii *Z* 3 pios] *edd.*, plus *Z* diuinus *Z* 4 subripiunt *Z* orror inripiat *Z* 5 in *om. Z*[1] 8 iudicauerit *Th.* 9 qui] quis *Z* 10 obsequium *om. Th.* | continuo] *Th.*, ut c. *Z* eum] *Th.*, cum *Z* 11 uindecit *Z*[1] ecclesam *Z*[a] 13 collictio *Z* 17 conhibentiam *Z* 20 theodure *Z* 21 prouinciae *Z* 23 uuccl coñs *Z*

10 (420 Mai. 8).

[IMPP. HONOR(IVS) ET THEOD(OSIVS) AA. PALLADIO P(RAEFECTO) P(RAETORI)I]. Religiosi sacerdotis fida suggestio exigit probabilem saeculo disciplinam. Agit enim bonis moribus, ne clerici sacris ministeriis servientes feminis iungantur externis, quas decolore consortio sororiae appellationis excusant. || Credimus quidem hanc devotis mentibus dei inesse reverentiam, ut divorsorii huius habitaculum conscientia pravae persuasionis ignoret. Sed hac societate seu amicitia non penetret, fama contaminat, datque sinistris moribus locum alterni sexus adiunctio, cum foris positos ac publico iure viventes ad inlecebram criminis trahit obscaenae suspicionis exemplum.

TH. 16, 2, 44
Eum qui probabilem saeculo disciplinam agit decolorari consortio sororiae appellationis non decet
|| *fin.*

1/2 impp. . . . praefecto praetorii] *Th.*, *om. Z* 2 sacerdotes *Z* 3 agit] *fortasse* facit | 8 non penetret] *requiruntur talia* non penitus qui abstinet moribus] rumoribus *Seeck*

Quae cum ita sint, inlustris et praecelsa magnificentia tua praesentis oraculi sanctionem propositis ubique divulget edictis, ut noverint cuncti, ‖ ⌜qui⌝ cuiuscumque gradus sacerdotio fulciuntur vel clericatus honore censentur, extranearum sibi mulierum interdicta consortia ⌈: hac ⌜sibi⌝ tantum facultate concessa, ut matres, filias adque germanas intra domorum suarum saepta contineant. In his enim nihil scaevi criminis aestimari foedus naturale permittit. Illas etiam non relinqui castitatis hortatur affectio, quae ante sacerdotium maritorum ⌜legitime⌝ meruere coniugium. Neque enim clericis inconpetenter adiunctae sunt, quae dignos sacerdotio viros sui conversatione fecerunt. ‖ Illam vero desiderii partem legum quoque praeeuntium scita solidarunt, ut ‖ ⌜quisquis dedicatam⌝ deo virginem prodigus sui raptor ambierit, publicatis bonis deportatione plectatur, cunctis accusationis huius licentia absque metu delationis indulta. Neque ⌈ exigi convenit proditorem, quem pro pudicitia religionis invitat humanitas. DATA VIII ID. MAI. RAVENNAE DOMNO N̄ THEODOSIO AVG. VIIII ET CONSTANTIO III V. C. CONSS

‖ *redit* | ⌜quicumque igitur⌝
⌈ cognoscant | ⌜eis⌝
⌜legitimum⌝
‖ *fin.* TH. 9, 25, 3
⌜si quis dicatam⌝
⌈ enim

Z. — Epitomae Theod. 9, 25, 3. 16, 2, 44.

2 deuulget *Z* 3 qui *om. Z*[a] 5 matris *Z* 7 in] *Th.*, ut in *Z* 13 publigatis *Z* | 14 dilationis *Z* 15 exegi *Z* 16 uiiii] uiii *Z* coñs *Z*

11 (412 Iun. 24).

DD. NN. IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AVGG. MELITIO PRAEFECTO PRAETORII. Recte clementiam nostram sacrosanctae religionis obsequiis devotis adsiduitatibus servientem ad confirmationem privilegiorum, quae ecclesiis dicavit vetustas, magnificentiae tuae suggestio religiosa commonuit, ut temerariorum hominum conatibus penitus obpressis, quibus studium est Christianam innocentiam semper appetere, eam nostri formam sanciamus arbitrii, cui deinceps nullus inpune refragator existat. ‖ Placet ⌜igitur⌝ rationabilis consilii tenore perpenso, ⌜quoniam quid remedii .... confusa nequissimis ausibus viam relinquunt⌝, destricta moderatione praescribere, a quibus specialiter necessitatibus ecclesiae urbium singularum habeantur inmunes. Primo quippe illius usurpationis contumelia depellenda est, ne praedia usibus caelestium secretorum dicata sordidorum munerum fasce vexentur. ⌜Nulla⌝ iugationem ⌜talium privilegiorum sorte gratulantem⌝ muniendi itineris constringat iniuria; nihil extraordinarium ab hac ⌜vel superindicticium⌝ flagitetur; nulla pontium instauratio, nulla translationum sollicitudo gignatur. Non aurum ceteraque talia poscantur. Postremo nihil, ⌜quod praeter canonicam inlationem⌝ adventiciae necessitatis sarcina repentina depoposcerit, eius functionibus adscribatur. ‖ Vacent ecclesiae solis, quibus bene consciae sunt, divinae praedicationis officiis, cuncta in orationibus celebrandis horarum omnium momenta consumant. Gaudeant nostra in perpetuum liberalitate munitae, quarum nos erga cultum pietatis aeternae devotione gaudemus. Quapropter sublimis magnificentia tua religiosis mentibus in huiuscemodi

TH. 16, 2, 40
‖ *inc.* | ⌜igitur⌝ *om.*
⌜quoniam ... relinquunt⌝ *om.*
⌜nullam⌝
⌜quae t. pr. s. gratulatur⌝
⌜superindicticiumue⌝
⌜pr. can. inl. quod⌝
‖ *finit*

1 dn̄n imptr̄ honorius *Z* 3 priuilegii *Z* 4 suggestio] suggerri *Z* 7 refrangator *Z*[b] 8 quid remedii] *Z: videntur desiderari talia:* quoniam quid remedii [occurrat quaeritur sacerdotumque postulata] confusa 9 districta *Z* 11 habiatur *Z*[a] inmunis *Z*[a] illius] *Th.*, illi *Z* 12 praedia] *Th.*, da *Z* 12/13 secretorum *Z*[a] 13 uexetur *Z* 21 consciae] *Z cum Floro (Aut.)*, conscientiae *Florus (Ambros.) cum apogr.* 22 cuncti *Florus (Autiss.)* orationibus] *Florus*, rationibus *Z* 23 in *om. Florus (Ambros.)* aeternae] *Z*, aeterna *Florus (Ambros.)*, et aeterna *Florus (Autiss.)* 24 mentibus (*non* motibus) *Z*

in honorem sacrilegi ritus funestioribus locis exercere convivia vel quicquam sollemnitatis agitare. Episcopis quoque locorum haec ipsa prohibendi ecclesiasticae manus tribuimus facultatem. || Nam et agentum in rebus executionem Maximi, Iuliani, Eutychi, ut ea, quae generalibus legibus contra Donatistas, Manichaeos adque huiuscemodi haereticos vel gentiles statuta sunt, impleantur, indulsimus. Qui tamen scient in omnibus modum statutorum esse servandum, ut ea, quae contra vetitum videntur esse commissa, mox iudicibus iuxta vim legum deferant vindicanda. || ⌜Quos quidem viginti librarum auri poena statutae dudum multae constringet, pari multa officiis ordinibusque proposita⌝, si haec ⌜quae statuimus⌝ eorum fuerint dissimulatione neglecta, || Curti parens carissime adque amantissime. Quod ad continendos hominum mores religionemque provisum et ad rectores provinciarum sublimis magnificentia tua faciet pervenire et digno per omnes iubebit vigore servari. DATA VII KAL. DECEMB. ROMAE, PROPOSITA CARTHAGINE IN FORO SVB PROGRAMMATE PORPHYRII PROCONSVLIS NONIS IVNIIS BASSO ET FILIPPO VV. CC. CONSS.

|| *fin.*

|| *redit* | ⌜indices autem u. l. s. poena constringimus et pari forma officia eorum⌝ ⌜quae stat.⌝ *om.*
|| *finit*

Z. — Epitomae Th. 16, 5, 43. 16, 10, 19.

1 sacrilegi ritus funestioribus] *Th. et apographum (quod veram lectionem fortasse sumpsit ex margine archetypi)*, qu(?)****|*****tioribus (sacrilegi ritus *videtur omissum fuisse*) *Z* exercere] *Th.*, exegere *Z* 2 sollemnitatis] *****mnitatis *Z* agitari *Z* 3 **ohibendi *Z* 5 iuliani] *sic apographum*, **e(?)iani *Z* 11 statutae] statuta est *Z* 13 curts *(sic) Z* 16 uigore] per uigore *Z* 17 progammate *Z* porfiri *apogr.*, p**f*** *Z* uucc conss.] u**|-consilibus *Z* *Propter annum vide ad 16, 5, 43*

---

13 (419 Dec. 21).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS PII AVGG. Convenit, nostris praescita temporibus ut iustitiam inflectat humanitas. Nam cum plerique vim fortunae saevientis aufugerint adque ecclesiasticae defensionis munimen elegerint, patiuntur inclusi non minorem quam vitavere custodiam: nullis enim temporibus in luce vestibuli eis aperitur egressus. Adque ideo quinquaginta passibus ultra basilicae fores ecclesiasticae venerationis sanctitas inhaerebit. Ex quo loco quisque tenuerit exeuntem, sacrilegii crimen incurrat. Nihil enim confugientibus miserationis inpenditur, si aura liberior negatur adflictis. Eam quoque sacerdoti concedimus facultatem, ut carceris ope miserationis aulas introeat, medicetur aegros, alat pauperes, consoletur insontes et cum singulorum causas scrutatus agnoverit, interventiones suas apud iudicem conpetentem pro iure moderetur. Scimus enim idque crebris aditionibus supplicatum frequenter ideo plerosque in custodiam detrudi, ut adeundi iudicis libertate priventur et, cum semel coeperit humilior persona pati custodiam, antequam causa sciatur, iniuriae poenam sustinere conpellitur. Confestim duas auri libras fisco nostro contumax solvet officium, si sacerdotem negotia tam sancta curantem ianitor feralis excluserit. DATA XI KAL. DECEMB. RAVENNAE MONAXIO ET PLINTA VV. CC. CONSS.

Z et Parisinus 12097.

xiii] *sic* (*ante* coguenit) *Z*, xliii (*sic, non* xiiii) *Par.* 1 imperatur *Par.* theudosius *Par.* aug. *Z* coguenit *Z* praescita] *Z Par. requiritur* praesidens 4 custodia *Par.* in] qui in *Par.* luce *Par.*[a], loco *Par.*[b] *(?)* 6 ex q. l. q. t. exeuntem] *requiritur* quo loco quisque tenuerit ex ecclesia exeuntem quisquis *Par.* 7 inpletur *Par.* 8 concidimus *Par.*[a] carceres *Z* introet *Z*[a] 10 idque] *scr.* estque 11 cribris *Z*[a] *Par.*[a] custodiam] *scripsi*, custodia *Z Par.* 12 et] ut *Z Par.* 15 *subscr. om. Par.* plenta *Z* ūc *Z*

14 (409 Ian. 15).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS THEODORO VIRO INL. PRAEFECTO PRAETORII. **Dubium** non est coniventia iudicum fieri et culpabili dissimulatione inultum relinqui, quod ad turbandam quietem publicam in contemptum Christianae religionis, quam debito cultu veneramur, sub publica testificatione conmissum addiscimus et pariter non punitum. Vicina peccato in iudice dissimulatio est, quem ignoratio commissi criminis non defendit. Per provinciam Africam tantum quorundam temeritati licuisse conperimus, ut Christianae legis antistites de propriis domibus raptos vel, quod est atrocius, de ecclesiae catholicae penetralibus protractos cruciatibus diversis adficerent, alios vero ad solam divini cultus iniuriam avulsa capillorum parte foedatos vel alio iniuriae genere deformatos concurrentium speculis exhiberent, ut esset circa eos venia gravior, quorum saluti contemptus ignoverat. Tanti sceleris nefas et immane flagitium numquam ante conpertum Africanorum iudiciorum auctoritas nec creditae sibi potestatis iure persequitur nec debita cura referendi in nostram fecit notitiam pervenire. Ignorari ab his potuisse non credimus, quod commissum in civitatibus publice memoratur, quod iugis et magistratuum et ordinum cura, stationarii apparitoris sollicitudo, quae ministra est nuntiorum atque indicium, absentiae exhibet potestatum. Licet enim insinuare levia, graviora reticere? non tacuissent, quod propriis innotescere rectoribus per alterum formidarent, nisi intellegerent nolle iudicem vindicare. Expectandum fuit institutis accusationibus contra professionis propriae sanctitatem, ut episcopi suas persequerentur iniurias et reorum nece deposcerent ultionem, quos invitos decet vindicari? Deducitur in hanc necessitatem veniae persuasor alienae, praeceptor indulgentiae, ut de se aut ipse tractasse videatur, quod et petenti alius non negaret, aut praeceptis obsecuturus sacerdotii criminosorum vi impunite subiaceat. Episcopos et alios ecclesiae catholicae ministros nisi aut vigor potestatum aut fides iudicum laudabili auctoritate tueatur, erunt addicti audaciae pessimorum. Quapropter iubemus, ut eos, qui talia commisisse dicuntur, diversorum per Africam iudicum sine innocentum laesione requirat auctoritas, ac proprio exhibitos examini, si convinci manifesta probatione cognoverit, cuiuslibet dignitatis et honoris reos probatos aut metallo tradat aut poenam deportationis subire conpellat, facultatibus eorum fisco nostro sociatis, ut habeant vitam sibi clementiae nostrae more concessam, quae similibus non donabitur tempore futuro criminibus. Si quidem praesentis legis aeternitate cunctis observanda constituimus, Theodore parens carissime adque amantissime, quod inl(ustris) magnificentiae tuae praelatum litteris, proponendum edictis, in omnium volumus notitiam pervenire: ut, || si ⌜quisquam⌝ in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in ecclesias catholicas inruens sacerdotibus et ministris vel ipsi cultui locoque aliquid inportet iniuriae, quod geretur, litteris ordinum, magistratuum et ⌜curatoris⌝ et notoriis apparitorum, quos stationarios appellant, deferatur in notitiam potestatum, ita ut vocabula eorum, qui agnosci potuerint, declarentur. Et si per multitudinem commissum dicitur, si non omnes, possunt tamen aliquanti cognosci, quorum confessione sociorum nomina publicentur. Adque ita provinciae moderator, sacerdotum et catholicae ecclesiae ministrorum, loci quoque ipsius et divini cultus iniuriam capitali in convictos ⌜vel⌝ confessos reos sententia noverit vindicandam nec expectet, ut episcopus iniuriae propriae ultionem deposcat, cui ⌜sacerdotii⌝ sanctitas ignoscendi solam gloriam derelinquit.

TH. 16, 2, 31
⌜quis⌝
⌜curatorum⌝
⌜siue⌝
⌜sacerdotii⌝ *om.*

xiiii *ante* dubium *Z* 2 conhibentia *Z* et] ut *Z* 3 contemptu *Z* cultum *Z* 5 uicina] uina Z^b, una Z^a 8 uero] atro *Z* 14 iugis] *Seeck,* iugi *Z* 15 atque indicium] *scripsi,* que in indicium *Z* 16 absentia *Z* 16/17 tacuissent] *scripsi,* tacuisse *Z* 17 propriam *Z* formidare *Z* 18 iudecem *Z* 19 episcopi s. persequerentur] *scripsi,* episcopus s. persequeretur *Z* eorum *Z* 20 necessitate *Z* 21 aut ipse] *scripsi,* non ipse *Z* 22 sacerdoti *Z* ui impunite] *scripsi dubitans,* ea impunitae *Z* 24 aut fides] et fides *Z* 25 iudicium *Z* 29 morem *Z* 30 obseruanda] obseruandam *Z* 31 magnificentia tua *Z* 35 geritur *Th.* 36 notoriis] *Th.,* notariis *Z* 38 dicetur *Th.* 40 nomina] *Th.,* omnium *Z* 41 ecclesiae] *Th., om. Z* 42 in] *Th., om. Z* 44 sacerdotii] Z^b, sacerdotio Z^a, *om. Th.* sanctitas] *Th.,* sanctitatis *Z* dereliquit *Th.*

Sitque cunctis non solum liberum, sed ⌜etiam⌝ laudabile, factas ⌜sacerdotibus vel ministris atroces⌝ iniurias velut publicum crimen persequi ac de talibus reis ultionem mereri, ‖ ut hac saltem ratione, quod agi adversum se per episcopum non posse confidit, at aliorum accusationibus malorum audacia pertimescat. ‖ ⌜Et⌝ si multitudo violenta civilis apparitionis exsecutione et adminiculo ordinum possessorumve non potuerit praesentari, quod se armis aut locorum difficultate ⌜tueantur⌝, iudices Africani armatae apparitionis praesidium, datis ad virum spectabilem comitem Africae litteris praelato legis istius tenore ⌜deposcent⌝, ut rei talium criminum non evadant ‖. Et ‖ ne Donatistae vel ceterorum vanitas haereticorum aliorumque ⌜eorum⌝, quibus catholicae communionis cultus non potest persuaderi, Iudaei adque gentiles, quos vulgo paganos appellant, arbitrentur legum ante adversum se datarum constituta tepuisse, noverint iudices universi praeceptis earum fideli devotione parendum et inter praecipua curarum, quidquid adversus eos decrevimus, Γ exequendum. Γ Si quisquam iudicum peccato coniventiae, ⌜dissimulandi arte⌝, executionem praesentis legis omiserit, noverit amissa dignitate graviorem motum se nostrae clementiae subiturum, officium quoque suum, quod saluti propriae contempta suggestioni defuerit, punitis tribus primatibus condemnationi viginti librarum auri ⌜subdendum⌝. Ordinis quoque viri, si in propriis civitatibus vel territoriis commissum tale aliquid siluerint ⌜gratia obnoxiorum⌝, deportationis poenam et propriarum amissionem facultatum se noverint subituros. DATA XVIII KAL. FEBRVAR. DD. NN. HONORIO VIIII ET THEODOSIO V AVG. CONSS. RAVENNA.

⌜et⌝
⌜atr. sac. aut min.⌝
‖ *finit*
‖ *redit* | ⌜quod⌝
⌜tueatur⌝
⌜deposcant⌝
‖ *finit* | ‖ TH. 16, 5, 46
⌜error⌝
Γ non ambigant
Γ quod | ⌜diss. arte⌝ *om.*
⌜plectendum⌝
⌜in gratiam noxiorum⌝

Z. — Epitomae Th. 16, 2, 31. 16, 5, 46.

1 factas] *Th.*, factum *Z* 2 atrocis Z^a publ. crim.] *Th.*, crimen publ. crimen *Z* 3 rei Z^a 6 executione] *Th.*, excusationem *Z* 6/7 adminicula *Z* 7 potuerit praesentari] *Th.*, potuerint praestari *Z* 7/8 quod se armis] *Th.*, quos de agris *Z* 8 idices Z^a 11 ne] *Th.*, *om.* *Z* 15 se datarum] *Th.*, *om.* *Z* tepuisse] *Th.*, cepisse *Z* 16 parendum] *Th.*, parendos *Z* 18 conhibentiae *Z* 19 excusationis *Z* leges *Z* nouerit] *Th.*, *om.* *Z* 21 suggestione *Z Th.* 23 subdendos *Z* 25 poenam et] *Th.*, poenae *Z* amissione *Z* 26/27 *propter subscriptionem vide 16, 5, 46*

15 (412 Dec. 3).

IMPP. HONORIVS ET THEODOSIVS AA. AD MELITIVM VIRVM INLVSTREM PRAEFECTVM PRAETORII.

Non cassum veterum prudentia constituit quod adpetitam innocentiam solaretur et purgatis repperit ultionem, ne libera calumniantis intentio insontes adfligeret. Terret quidem reum proposita poena criminibus et facit accusatorem vindictae contemplatione cautiorem, ne quisquam solis aliquando inimicitiarum stimulis incitatus ingerat non probanda iudicibus. Quae fori aequitas, responsis veterum et legum nostrarum aeternitate solidata, cunctis est delata personis, debet clericis nunc prodesse, ‖ ⌜quos⌝ non nisi apud episcopos convenit accusari. ‖ Quibus nihil convenit habere commune, ne cultus venerabilis sacerdos et Christianae legi dicatus minister, quibus intuitu religionis maior quam ceteris talibus reverentia deferenda est, securo calumniantis arbitrio

TH.
‖ ⌜clericos⌝ | ‖ *fin.*

xu] *sic ante* imp. et *(sic)* hon. *Z* āā *om.* *Z* 1 ad melitium] et melicium *Z* ppo *Th.*, praefectum (*om.* praetorii) *Z* 3 ne] et ne *Z* calumniantes *Z* quendam *Z* 5 inimitiarum *Z* 7 dilata *Z* prodeesse *Z* 8 acc. conu. *Th.* 9 commune] commune cum saeculo *Seeck* sacerdotes *Z* 10 legis *Z* quibus] *scr.* qualibus

cuiuslibet criminis nondum probata obiectione maculetur et talibus personis, quibus dignum est detulisse pro merito, peccatum iniuria fieri et sine ultione inlicite patiamur. Quapropter placitura omnibus legis aeternitate sancimus, ut, || ⌈si episcopus vel presbyter, diaconus et quicumque inferioris loci Christianae legis minister apud episcopos, si quidem alibi non oportet, a qualibet persona fuerint accusati, sive ille sublimis vir honoris sive ⌜cuiuslibet⌝ alterius dignitatis, qui hoc genus ⌜miserandae intentionis arripiat⌝, || ut homo peccatis aliquibus vel criminibus pollutus mentiendo probatis obsequio vel locum tenentibus sacerdotii vel divinis servientibus mysteriis delationem ingerat, || noverit docenda probationibus, monstranda documentis se debere ⌜deferre⌝. || In quo si est culpa, minister religionis vitae suae pollutione removendus sacris non potest interesse secretis. At si huius est vesaniae, quae nullis fulta probationibus composita criminatione talium virorum adpetisse propositum videatur aut ...... || si quis ⌜igitur⌝ circa huiusmodi personas *(quae sequuntur in Theodosiano vide supra p. 850).*

|| *redit* | ⌈ igitur
⌜ullius⌝
⌜laudabilis i. arripiet⌝ | || *finit*
|| *redit*
⌜inferre⌝ | || *finit*
|| si | ⌜ergo⌝

Z cum Floro Autiss. et Ambros. (inscr. et adnotata ad 920, 4—7). — *Epitome Th. 16, 2, 41.*

2 detulisse] *desideratur vocabulum quale est* reuerentiam 4—7 *Florus sic epitomavit:* episcopos vel *(om. Ambros.)* presbyteros diaconos et quoscumque inferioris loci Christianae legis ministros ab episcopis solum, non ab alio oportet accusatos audiri 6 apud episcopos si quidem alibi non oportet] *Th.*, episcopis solum non ab alio oportet *Z* a qualibet] *Th.*, aequalibus et *Z* 7 fuerint accusati] querit accusatus audiri *Z* siue cui.] *Th.*, si uel cui. *Z*, *scr.* sive sit cui. 9 mentiendum *Z* 11 delationem ingerat] *talia requiruntur*, dilacerint *Z* nouerit] *Th.*, nouerint *Z* 12 quo] *scripsi*, qua *Z* 14 at] *edd.*, an *Z* quae nullis] *edd.*, quaerillis *Z* 16 *post* aut *quaedam videntur excidisse* 16/17 huiusmodi personas] *Th.*, huius persona *Z hic finiens*

16 (408 Dec. 10).

IMP. HONORIVS AD THEOD(ORVM) II PRAEF(ECTVM) PRAETOR(II). Punitis auctoribus mali publici laesorum quidem dolori dedimus ultionem, sed provincialibus nostris libertatis restituendae festinatione sentimus uno eodemque tempore armis et legibus consulendum. Hinc denique bellorum curis mixta ratio et salubris constitutio admonuit faciendum, ut || diversarum homines provinciarum cuiuslibet sexus condicionis aetatis, quos ⌜barbaricae feritatis discursus⌝ captiva necessitate transduxerat, invitos nemo retineat, sed ad propria redire cupientibus libera sit facultas. Quibus si quicquam in usum ⌜recuperandarum virium⌝ vestium vel alimoniae ⌜dicatur inpensum⌝, humanitati sit praestitum, nec ⌜maculet boni facti gloriam avara⌝ victualis sumptus repetitio, || cum forsitan alimoniae istius mercedes operarum reddiderit conpensatio. Quod in examen venire non patimur, ne ad propria redire cupientes indecoris contentionibus retardentur: || exceptis his, quos ⌜quis barbaris vendentibus emisse⌝ docebitur, a quibus status sui pretium propter utilitatem publicam emptoribus aequum est redhiberi: ne ⌜ingentis⌝ damni consideratio in tali necessitate positis negari faciat

|| *inc.* TH.
⌜barbarica feritas⌝
⌜rec. uir.⌝ *om.*
⌜inp. est⌝
⌜maneat⌝
|| *finit*
|| *redit*
⌜barb. uend. emptos esse⌝
⌜quando enim⌝

xui *ante* imp. *Z* *praem.* (*ante* punitis) lex quae redemptos de captiuitate iubet aut restituere praetium aut si pauperes sunt quinquennio redemptoribus suis obsequi *Z* 2 publice *Z* 8 retineat sed] reteneat et *Z* 10 recuperandarum *Z* uest. uel] *Th.*, uel uest. *Z* 11 dicatus *Z* 13 repitio *Z* forsitam aelimoniae *Z* 16 contemptionibus *Z* 19 ingentis] *scr.* imminentis

emptionem, || et inveniamur, quorum libertati consuli voluimus, saluti potius obfuisse. Hos || decet ⌈ aut datum pro se pretium emptoribus restituere, aut labore, obsequio vel opere quinquennii vicem referre beneficii, habituros incolumem, si in ea nati sunt, libertatem. || Nec honestas emptoribus quinquennii tempus ad compensationem maioris forsitan pretii datum ingemiscat exiguum, quia humanae vitae fragilitas forte intra metas potest temporis constituti deficere nec ad legis beneficium pervenire. Credant saltim perditum casibus, quod humanitate detulerint, licet humana misericordia deo iudice quod alteri tribuit, sibi praestet. Quapropter servata definitione legis, cuius moderationem placere non dubium est, || reddantur ⌈ sedibus propriis ⌈, quibus iure postliminii et veterum responsis ⌜prudentium⌝ incolumia cuncta servata sunt. ⌜Quam sanctionem adeo volumus custodiri, ut, si quisquam temeritate sacrilega praeceptis⌝ fuerit conatus obsistere, actor et conductor procuratorque, ⌜qui ad tuendam absentis domini possessionem esse detegitur⌝, dari se metallo ⌜aut poenam deportationis non ambigat subiturum⌝. Si vero possessionis dominus ⌜contra mansuetudinis nostrae salubre constitutum venire temptaverit⌝, rem suam fisco noverit vindicandam seque ⌜per rectoris provinciae sententiam⌝ deportandum. Et ut facilis exsecutio ⌜proveniat imperatis, Christianae sacerdotes, vicinorum et proximorum locorum ecclesias retinentes, quorum moribus congruit effectus talium praeceptorum⌝, curiales quoque proximarum civitatum placuit admoneri, ut emergentibus ⌜talium necessitatum causis adeant iudices legis nostrae auxilium petituri⌝. || Et ne quis contumaciae suae culpam praecepti ignoratione tueatur, Theodore parens carissime adque amantissime, inlustris magnificentia tua legis tenorem litteris suis edictisque propositis ad omnium iudicum et provincialium notitiam faciet pervenire, || ita ut noverint rectores universi decem libras auri a se et tantundem ⌜ponderis⌝ a suis apparitoribus exigendum, si ⌜quod praeceptum est, in gratiam cuiuspiam neglectum esse doceatur⌝: || cum saluberrimae sanctionis exsecutionem deferri ab omnibus quidem, sed iudicum maxime et officiorum cura obsequioque iubemus. DATA III NON. DECEMB. RAVENNAE BASSO ET FILIPPO VV. CC. CONSS., ACCEPTA XVI KAL. IANVARIAS.

|| *finit*
|| *redit* | ⌈ redemptos
|| *finit*
|| *redit* | ⌈ igitur
⌈ sub moderatione qua iussimus
⌜prud.⌝ *om.* | ⌜quam ... praeceptis⌝] si quis itaque huic praecepto
⌜qui ... detegitur⌝ *om.*
⌜cum poena d. n. amb.⌝
⌜contra ... temptauerit⌝ *om.*
⌜per r. pr. sententiam⌝ *om.*
⌜proueniat christianos prox. loc. volumus huius rei sollicitudinem gerere⌝
⌜talibus causis sciant legis nostrae auxilium deferendum⌝
|| *finit*
|| *redit*
⌜*om.*⌝
⌜praeceptum neglexerint⌝
|| *finit*

Z. — *Epit. Theod.* 5, 7, 2.

2/3 aut datum] *Th.*, ad datum *Z* 4 beneficii] *Th.*, beneficiis *Z* 5 incolumen *Z* eam *Z* 7 forsitam *Z* 9 potestas temporis *Z*[a] defecere *Z* 15 et] etiam *Th.* 18 temeritatem *Z* 19 et *om. Th.* qui] que *Z* 21 metallis *Th.* 21/22 subitorum *Z* 25 et *om. Z* 26 prouenia *Z* 26/27 [imperatis chr. sac. uicinorum] (uicinarum *apographum*) et pr[oximorum l. e. r. quorum] moribus cong[ruit e. t. praeceptorum cu]riales q. proximaru[m (proximorum *apographum*) ciuitatum placuit] admoneri *uncis inclusa iam charta lacera deficiunt in Z, sunt in apographo* christianae] *scr.* christianae religionis 33 tutatur *Z* 37 a se] se *Z Th.* 41 excusationem *Z* deferri] *scr.* fieri *similiterve* 43 $\overline{\text{uc}}$ *Z*

1, 9,

71,

X

[illegible]

INDEX TITVLORVM.


Stanford University Libr
3 6105 005 406 140

